Bibliothèque numérique
medic@

Hippocrate / Kühn, Karl Gottlob (éd.).
Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I)

Leipzig : Car. Cnoblochii, 1825.
Cote : 45674 vol. 21

PARIS biu Santé

(c) Bibliothèque interuniversitaire de santé (Paris)
Adresse permanente : http://www.biusante.parisdescartes.fr/histmed/medica/cote?hippokuhnx01

©BIUM

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΑΠΑΝΤΑ.

MAGNI

HIPPOCRATIS OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

TOMVS I.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1825.

©BIUM

45674

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

45674

VOLVMEN XXI.

CONTINENS

HIPPOCRATIS COI T. I.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1825.

©BIUM



©BIUM

Neminem fore credo, qui laetitiam meam de felici medicorum graecorum editionis succeſſu, qua cum Hippocratis partem primam edam, mirifice me adfectum ſentio, vituperare poſſit. Cum enim anno hujus ſeculi decimo ſeptimo conſilium meum de tali editione adornanda Viris Eruditis aperirem, hi de ejus ſucceſſu in diverſas abierunt partes: alii enim, timidioris animi, amplitudine operis, quod ſuſceppturus eram, perterriti, nihil intentatum linquere volebant, ut me a tanto auſo, quod parum aberat, quin inſanum pronuntiarent, avocarent, alii contra ea de operis utilitate et neceſſitate optime perſuaſi, omnem lapidem movebant, ut meum animum firmarent, meque gravissime hortarentur, ut, quo pluribus cum difficultatibus mihi in exſequendo opere fortaſſe colluctandum eſſet, eo audentius et confidentius illud urgerem. Neque eventus deſtituit felicis ſucceſſus ſpem, ab illis Viris Doctiſſimis excitatam. Nam intra breviſſimum tempus plusquam trecenti ſuorum nominum ſubſcriptione Collectionis hujus medicorum grae-

*

©BIUM

corum redemptionem ſpoponderant, e quibus licet haud pauci morte a ſponſionis fide liberati fuerint, tamen in eorum locum alii iique plures ſucceſſerunt. Inde cum luculenter perſpiciam, emtorum tam amplae bibliothecae ſtudia haud ita ſenſim ſenſimque frigeſcere, ut Bibliopola Honeſtiſſimus opus inchoatum continuare aleae plenum judicet, gratiſſimo laetitiae ſenſu animus meus perfundatur, neceſſe est.

Praeter hanc autem, quae me propius tangit, laetitiae cauſſam alia mihi adhuc ſuppetit, a ſtudii medici ratione, quae per dimidium, et quod excurrit, ſeculum proxime elapsum obtinuit, deprompta. Quam rara enim tunc erant medicorum exempla, qui in ſcrutandis curandisque morbis eam, quam Hippocrates recte monſtraverat, viam perſequebantur! Is enim naturam fidiſſimam in ſanandis corporis animalis morbis ducem religioſe colebat, ejus tantum nutibus, non opinionum commentis, obtemperabat, aeternitatisque honorem ſic mereri ſtuduit, ut, Summo Boerhaavio judice, nunquam fingeret, a ſe animadverſa eſſe, quae non vidiſſet, et ut naturae opera fideliter narraret, minime autem detorqueret, vel mutaret, quo vanae alias hypotheſi ſuus videlicet honos atque perennitas permaneret.

©BIUM

Ab hac Hippocratis imagine, ad naturam adumbrata, quantum recentiorum medicorum plurimi recedunt! Nonne indecorum medico habent, nec habent solum, ſed palam pronuntiant atque proclamant, miniſtrum eſſe naturae, cui imperare ipſum potius deceat? Nonne maxime fervet, inter juniores praecique medicos, ſtudium, excogitata aliqua aut de morbi cujusdam natura, aut de omnibus omnino morbis tractandis peculiari hypotheſi vanam captandi gloriolam? Nonne omnes ingenii nervi intenduntur, ut aliqua veri ſpecies opinioni recens excogitatae comparetur? Nullae contemnuntur artes, ut novae medendi methodo admiratores et ſectatores concilientur. Facta ſaepe finguntur, quibus methodae novae veritas ſtabiliri atque extra omnem dubitationem ita poni contenditur, ut, qui illi adſentiri nolit, aut coecus eſſe, aut ſemel receptae ſententiae nimium pertinax defenſor declaretur. Poteram hujus rei probandae cauſſa illuſtre exemplum Jos. Frankii producere, qui cum olim Brownoniani ſyſtematis acerrimus eſſet defenſor atque propugnator, omnem lapidem movit, ut Venerandum patrem tandem in ſuas traduceret partes, at ubi longiore uſu et maturiore experientia meliora edoctus ab illa Brow-

©BIUM

niani desipientia resipuisset, libere, ut virum probum decet, fassus est, se suae, cum quondam Brownoniano systemati sese devovisset, et quasi mancipasset, agendi rationis maxime pudere.

Cum primum de edendis medicis graecis serio cogitarem, sperabam, fore, ut, si nova editione ad illorum opera cognoscenda facilior aditus panderetur, medici nostrae aetatis ab infelici illa, nova artis salutaris systemata inveniendi, aut novis de morborum natura et curandorum ratione sententiis propositis inclarescendi libidine ad sobrium naturae, quam illi unice sequebantur, studium revertantur. In qua quidem spe me minime delusum esse, maximopere laetor. Nam ex quo mea qualicunque opera Graeciae medici forma et legentibus commodiore et elegantiore prodire coeperunt, studium, illos diurna nocturnaque manu versandi, quod inter nos quodammodo emortuum erat, denuo revivisce re videtur. Luculenter id et variae librorum, inprimis Hippocratis, editiones versionesque, novissimis temporibus factae, et plura, quae indies fere promuntur, illius melius intelligendi subsidia probant.

Pauca nunc de via ac ratione, qua in hac editione adornanda usus sum, addere liceat. Quem-

©BIUM

admodum autem, cum meum consilium de medicis, quos Graecia protulit, edendis cum Viris Doctis communicarem, satius esse duxi, minime illorum scriptorum novam, quam dicunt recensionem, sed tantum accuratam ad optimorum exemplorum fidem descriptionem promittere, ita et in Hippocrate hoc ipsum propositum exsequi studui. Inter editiones operum Hippocratis, quae describendae operis tradi poterant, Foësianam anni 1657. et Lindenianam an. 1665. utram alteri praeferrem, haud poteram diu dubius esse ancepsque. Nam quamquam Lindenius sive a filio, post patris mortem editionis curam gerente, sive a typographo, cujus nomine praefatio scripta est, propterea maximopere laudatur, quod quae ad manus fuerant, exemplaria, etiam manuscripta diligentissime contulerit, tamen cum morte praematura, quam impensum huic editioni acerrimum studium maturasse dicitur, impediretur, quo minus animadversiones, quas peculiari volumine comprehendere voluit, elaborare posset, nescimus, quid in Hippocrate ex ingenio suo, quidve codicum manuscriptorum auctoritate mutaverit. Equidem autem valde metuo, ne Lindenio ulli omnino ad manus fuerint codices manuscripti,

©BIUM

e quibus ſuas emendationes deprompſit. Nam quamvis magna variantium lectionum, e codicibus Anglicanis, Mediceis, Pariſinis, Vaticanis, Vindobonenſibus aliisque collectarum copia a me cum illis locis, in quibus Lindeniana editio a reliquis maximopere recedit, collata fuerit, tamen pauca tantum inveni exempla, quae has differentias e codicibus fluxiſſe probent. Quam quidem in Hippocrate a Lindenio adhibitam emendandi licentiam, in Celſo prius manifeſtatam, merito reprehenderunt viri eruditi. Praeterea Hippocrati peſſime conſuluit, qui hanc editionem curavit, dum Cornarii, viri, quem peſſimum criticum fuiſſe, Caſaubonus, maxime idoneus hujus rei arbiter, pronuntiavit, verſionem latinam graeco textui adjungeret, quae ſive ſermonis elegantiam, ſive, qua latina verba graecis reſpondeant, fidem ac religionem ſpectaverimus, a Foëſiana longiſſime ſuperatur. Hinc ſaepiſſime in latina verſione plane alia, quam in graeco textu, legimus, v. c. de victu acut. §. 60. κρέα ὄιεια vertuntur per *ſuillas* carnes, et de morb. IV. §. 29. calculi renalis origo a carnium eſu (ἐκ κρεωφαγίης) derivatur, pro quo Cornari verſio *terrae eſum* offert. Denique et hoc incommodi habet editio

©BIUM

Lindenii, quod libri Hippocratici ab eo pro arbitrio dilacerati, et quae huic demta fuerant, alii aut inſerta, aut adjecta sint, ita, ut maxime incommodus hujus editionis uſus ſit, cum loca, secundum illam laudata, in aliis editionibus sunt evolvenda. Sic Lindenius, quod in Frobeniana editione initium libri *περὶ ὀστέων φύσιος* conſtituit, ejusdem libri finem fecit, et a verbis: *Τὸ δὲ σπέρμα οἷον κήριον* novum librum *περὶ φλεβῶν* inchoat: contra ea initium libri in Foëſiana editione ſumitur a verbis: *Ὀστέα χειρὸς εἴκοσι ἑπτὰ*, ejusque *Μοχλικός*, qui incipit, *ὀστέων φύσις*, et in verbis deſinit, *ἐκ μέσων ἐκπέφυκε καὶ πειραίνεται*, in Linden. conſtituit librum *περὶ ὀστέων φύσεως*. Quae quidem omnia me moverunt, ut Anut. Foëſii editionem ultimam, quam Trillerus ſuo qualicunque judicio ſuperiorem declaravit, operis exſcribendam traderem. Foëſius enim, qui optime de Hippocrate, quocum intimam familiaritatem longo uſu contraxerat, meritus eſt, ſive ſummam ſpectemus cautionem, qua in emendando Hippocratis textu uſus eſt, sive sobriam verborum interpretationem, quae minime ſuam ipſius ſententiam ſcriptis inſert, sed verba ejus graeca e linguae uſu et ratione ex-

©BIUM

plicat, nihil curans, num eorum ſenſus cum ſuis ipſius placitis conveniat, nec ne, Foëſius, igitur, maxime dignus mihi eſſe videbatur, cujus recenſionem textus Hippocratici immutatam typis repetendam curarem. Diligentia autem ſimul maxima adhibita eſt, ut editio, a vitiis typographicis, quorum haud exigua copia illam deformabant, quantum fieri poterat, liberaretur. Cujus quidem laboris moleſtiam, id quod gratus agnoſco, in ſe ſuſcipere haud detrectavit Vir Eruditiſſimus, Guil. Dindorf, qui quamquam in edendo Demoſthene valde occupatus, tamen nec Hippocrati ſuam operam voluit denegare.

Hiſtoriam literariam Hippocratis, a Jo. Alberto Fabricio primum concinnatam, dein a Jo. Chr. Ackermanno maximopere auctam, pleniorem et accuratiorem reddere ſtudui: quae saepe ſine ordine congeſta erant, ea melius ordinavi. Cuilibet libro praemiſi loca, quibus quilibet in variis, quae ad manus erant, editionibus inveniuntur. Qua in re mihi Chr. Godofr. Grunerus exemplo suo in *Cenſura librorum Hippocrateorum*. Vratisl. 1772. 8. praeivit. Inprimis hoc mihi curae fuit, ut codices mſtos diligenter notarem, ab iis editiones

©BIUM

ſeparārem nec has promiſcue enumerarem, sed mere graecas a graeco-latinis disjungerem. His verſiones varias, cum typis expreſſas, tum mſtas, denique commentatores ſubjunxi, ita, ut horum omnium facillimus eſſet conſpectus. Quae poſt annum CIↃIↃCCLXXXXI. prodiere librorum ſingulorum editiones aut ſcripta illuſtrantia, ea ne deſiderarentur, omnem adhibui curam. His autem conatibus longe abſum ab ea perſuaſione, ut credam, hoc tandem effectum fuiſſe, ut haec hiſtoria Hippocratis literaria pleniſſima ſit, imo facile praevideo, eam, modo Viri in re literaria facile principes, inter quos F. A. Ebertus, Vir Eruditiſſimus mihique Amiciſſimus, quem patriae redditum eſſe, mecum omnes patriae amantiſſimi laetantur, jure meritoque referendus eſt, ea, quae ipſis ad hanc hiſtoriae literariae partem in promptu ſunt, mecum benevole communicare voluerint, multimode adhuc augeri poſſe.

Indicem rerum in variis Hippocratis libris pertractatarum, addere neceſſarium eſſe duxi. Etenim cum aliis operum hujus medici editionibus, v. c. Hier. Mercurialis, Foëſii et Lindenii, talem indicem adjectum viderem, verebar, ne in

©BIUM

negligentiae crimen incurrerem, ſi moleſtum ejusmodi indicis conficiendi laborem declinare vellem. Meae igitur editioni indicem, qui jam confectus proſtat, acommodabo, pleniſſimo, ſicuti opus fuerit, Pt. Matth. Pini auctum.

Daniel. Guil. Trillerus, quondam literarum univerſitatis Vitebergenſis haud ignobile decus, magnam vitae suae partem editioni Hippocratis adornandae impendit. Cujus editionis, ipſo die natali Trilleri, d. x. Febr. A. CIↃIↃCCLXXII. finitae quidem, ſed typis non exſcriptae, apparatum, diu a me deſideratum, praeter opinionem Vir Illuſtris atque Amiciſſimus, Ca. Chr. Leber. Weigel, Auguſtiſſ. Imper. Roſſiae, nec non Magno-Duci Vinarienſi a Conſiliis aulae, qui Dreſdae artem ſalutarem feliciſſime exercet, mihi, cum jam typis exſcribendi Hippocratis initium factum eſſet, benivole obtulit. Pro quo inſigni amicitiae documento publice gratum animum Viro Amiciſſimo meum declarare officii mei eſſe putavi. Conſtat autem hic apparatus editione Hippocratis Lindeniana cujus marginem tanta animadverſionum multitudine Trillerus auxit, ut tum ob literarum parvitatem nimiamque verſuum viciniam, tum ob

©BIUM

atramenti pallorem, partim temporis longitudine, partim chartae diuturno libri uſu tritae ſqualore effectum, harum animadverſionum lectio difficillima ſit oculorumque aciei valde inimica.

Praeter hanc editionem reliquit TRILLERUS duo adverſariorum volumina, in quae, quidquid ipſi data occaſione ad hujus medici ſcripta aut emendanda, aut rectius intelligenda obvenerat, conjecit. Tertium volumen continet notas mſtas, Volumini I. ed. Linden. at Viro Erudito anonymo aſſatim adſcriptas, atque a PETRO BURMANNO, qui eorum auctorem Lindenium ipſum eſſe, debilibus, judice TRILLERO, argumentis uſus, putavit, cum TRILLERO communicatas. Sunt emendationes, partim ex ingenio natae, partim e codicibus manuſcriptis hauſtae, ſaepiſſime verbo tantum indigitatae.

Cum his SAM. BATTIERII, celebris quondam profeſſoris Baſileenſis, obſervationes in tria Hippocratis ſcripta, de carnibus, de arte et de humoribus, quarum mentionem ACKERMANNUS in FABRIC. B. G. libr. II. c. 23. p. 607. injecit, in meam venerunt poſſeſſionem. Sunt illa cum calamo, qui longo uſu, quemadmodum ille *Juſti Lipſii*, b. Mariae Virgini dicatus, omnem ad literas pingendas

©BIUM

aptitudinem amiſerat, chartis inſcriptae, glutine non rite firmatis, in quibus propterea literae ita diffluxerunt, ut earum forma vix poſſit dignoſci. Offerunt autem hae obſervationes haud raro non minus ingenioſas, quam maxime veroſimiles verborum Hippocratis corruptorum emendationes.

Tum obſervationum ſubitanearum in Hippocratis aphoriſm. ſect. II. III. et IV. Trilleri manu nitide deſcriptarum, particeps factus sum. Paginas centum replent formae quartae. In indice partium, hunc Hippocraticum apparatum conſtituentium, hae obſervationes anonymo tributae ſunt. Earum autem nemo alius, quam TRILLERUS, auctor eſſe poteſt. Tota enim dictionis ratio, multo certius autem diſerta Auctoris verba, quibus diſſertationem *de veterum chirurgorum arundinibus atque habenis* tanquam suam laudavit, id probant. Hisce obſervationibus appoſitam inveni plagulam, quae continet apographum libelli *περὶ φαρμάκων*, Hippocrati tributi, e codice mſto ADRIANI JUNII ab Is. VOSSIO factum, et ex Anglia a RICH. THOMONE ad Trillerum miſſum.

Denique editionem Hippocratis Baſileenſem anni 1638. f. Trillerus poſſidebat, cui notas mſtas

©BIUM

e libro Rich. Meadii depromptas sua manu adscripsit Jo. Wiganus, Celeberrimus Aretaei editor. Quae quidem notae a Viro et graecae linguae, et rerum, ab Hippocrate pertractatarum, peritissimo scriptae maximam utilitatem conferre poterunt ad illius orationem emendatiorem reddendam.

Aliud ejusdem editionis exemplum, ab Illustri Weigelio partim cum illo Vindobonensis bibliothecae exemplari, in cujus marginem Jan. Cornarus plurimas conjecit emendationes, partim cum alio libro, quem sua manu saepissime correctum Jos. Scaliger Opsopoeo donaverat, partim denique cum exemplo Vinariensi collatum est. Diuturna Weigelii commoratio, tum Vindobonae, tum Romae, Florentiae, Neapoli et in aliis Italiae urbibus, ob bibliothecas suas splendidissimas nobilibus, Viro Eruditissimo largissimam praebuit opportunitatem, libros medicorum graecorum typis expressos, inprimis Hippocratis, Aretaei, Aëtii, (cujus editionis, diu maximopere desideratae, propediem prodituraе spem ut orbi erudito facerem, Vir Amicissimus mihi permisit,) aliorumque cum codicibus mstis conferendi.

Tradidit mihi quoque Ill. Weigelius colla-

©BIUM

tionem Hippocratis de *natura muliebri* cum codice vetuſtiſſimo bibliothecae Caeſ. Vindobonenſis, dein *prognoſtici*, cujus codex in Lambec. *Comm.* no. XIX. deſcriptus eſt, et *aphoriſmorum*. Quamquam autem hic codex jam a Mackio collatus eſt, tamen, cum in hoc negotio hic negligentius verſatus ſit, denuo haud inutiliter conferendi ejus cum Mackiana Hippocratis editione laborem Weigelius in ſe recepit. Denique idem contulit codic. XLIII., qui in Lambec. comm. inſignitus eſt no. 58, et praeter aphoriſmos plures Hippocratis libellos, v. c. de arte, de veteri medicina, praeceptiones, de decenti ornatu, de natura hominis, de pueri natura, de humoribus, de haemorrhoidibus, de ulceribus, atque de morbis continet. Libro de morbo ſacro inſigne ſcholion in margine additum eſt.

E Vaticana bibliotheca ab eodem Viro Doctiſſimo collatus eſt cod. no. 278. cui haec notitia praefixa eſt, e qua niſi ad codicis aetatem, tamen ad tempus, quo ſcriptus eſt, concludi poteſt, *Φάβιος Φαλακρὸς ὁ Ῥαβεννάτης ταυτί τὰ τοῦ Ἱπποκράτους τῇ ἰδίᾳ χειρὶ εἰς τὴν ἑαυτοῦ χρῆσιν ἔγραφεν· ὁ δὲ αὐτοῦ ἀνεψιὸς Τιμόθεος Φάβιος ἐπὶ*

©BIUM

μεγίστου ἀρχιερέως Παύλου τρίτου ἐς ὠφελείαν τῶν τῆς ἀρετῆς ἀντιποιουμένων καὶ ἐς τὴν τοῦ θείου μνήμην τούτοις τὴν τοῦ ἀρχοῦ τῶν ἀποστόλων Πέτρου βιβλιοθήκην ἐκόσμησε. Porro cod. 276. in folio min., membranaceus, optimae notae, ſeculo XI. aut XII. ſcriptus, denique codex bombycinus ſeculi XIV. no. 914. collati sunt. His autem codicibus exceptis Vaticanam bibliothecam nihil continere, quod ad juvandam Hippocratis editionem facere poſſit, WEIGELIUS teſtatus eſt.

E bibliotheca CASP. VALCKENARII exemplum editionis operum Hippocratis, a Foëſio curatae, Genev. 1657. mihi comparavi, cujus margini Vir Summus varia adſcripſit, quae futuro Hippocratis editori utilia eſſe poſſunt. In hoc ipſo exemplo notavi, quae mihi inter legendum obvenere, emendationes, a Viris Doctis in obſervationibus criticis, aut *ὡς ἐν παρόδῳ* in annotationibus ad varios Auctores claſſicos propoſitas. Univerſum denique hunc apparatum ad novam eamque magis emendatam Hippocratis editionem adornandam auxit nuper Venerabilis Senis, et de Hippocrate duplici ſua libri *de aëre, aquis et locis* editione meritiſſimi, CORAYI benevolentia, qui mecum, de quo Ipſi publice

©BIUM

gratias perſolvo, plurimas de variis Hippocratis locis, quae vitio laborare viſa ſunt, conjecturas communicavit. Quae quidem omnia, ſi mihi Dei providentia vitam conceſſerit, ita digerere animus eſt, ut inde in Hippocratem, ſaepiſſime peſſime habitum, intellectuque difficillimum aliqua utilitas redundet.

Scripſ. Lipsiae A. R. S. CIↃIↃCCCXXV.

©BIUM

CONTENTA TOMI I.

Pag.

1. Jusjurandum. 1
2. Lex. 3
3. De arte. 5
4. De priſca medicina. 22
5. De medico. 56
6. De decenti habitu. 66
7. Praeceptiones. 77
8. Praenotiones. 82
9. De humoribus. 120
10. De judicationibus. 136
11. De diebus judicatoriis. 149
12. Praedictorum lib. I. 157
13. — — — II. 185
14. Coacae praenotiones. 234
15. De natura hominis. 348
16. De genitura. 371
17. De natura pueri. 382
18. De carnibus. 424
19. De partu ſeptimeſtri. 444
20. De partu octimeſtri. 455

©BIUM

Pag.

21. De ſuperfoetatione. 460
22. De dentitione. 482
23. De corde. 485
24. De glandulis. 491
25. De oſſium natura. 502
26. De aëre, locis et aquis. 523
27. De flatibus. 569
28. De morbo ſacro. 587
29. De ſalubri vict. rat. 616
30. De victus ratione I. 625
31. — — — II. 666
32. — — — III. 707

©BIUM

HISTORIA LITERARIA
HIPPOCRATIS

CONSCRIPTA AB JOA. CHR. ACKERMANNO, EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTH. GRAEC. EX EDIT. GLI. CPH. HARLES, VOL. II. P. 506 — 611. DESVMTA ET HINC INDE AVCTA ET EMENDATA.

I. *Scriptores de vita Hippocratis.* II. *Hippocratis vita.* III. *Hippocratis merita.* IV. *Hippocratis libri medicinales genuini atque ſpurii.* V. VI. VII. VIII. *Origines librorum ſpuriorum Hippocratis.* IX. *Notae genuinorum librorum Hippocratis internae.* X. *Teſtimonia antiquiſſima. Erotiani.* XI. *Artemidori, Capitonis et Dioſcoridis.* XII. *Galeni.* XIII. *Palladii, Suidae.* XIV. *Hier. Mercurialis, Lud. Lemoſii.* XV. *Foëſii, M. Zuccari, Sponii, Halleri.* XVI. *Gruneri, Grimmii.* XVII. *Vix certum judicium de permultis libris Hippocrateis ferri poſſe probatur.* XVIII. *Opera genuina Hippocratis. De morbis popularibus I et III.* XIX. *Prognoſticon.* XX. *Praeſagiorum liber I et II.* XXI. *Aphoriſmi.* XXII. *De diaeta acutorum.* XXIII. *De aëre, aquis et locis.* XXIV. *De capitis vulneribus.* XXV. *Libri ſpurii.* 1. Epidemion lib. II. IV. V. VI. VII. 2. Coaca praeſagia. 3. De humoribus. 4. De judicationibus. 5. De diebus judicatoriis. 6. De officina medici. 7. De fracturis. 8. De articulis. 9. Mochlicus. 10. De ulceribus. 11. De fiſtulis. 12. De haemorrhoidibus. 13. De exſectione foetus. 14. De anatome. 15. De affectionibus. 16. De internis affectionibus. 17. De viſu. 18. De morbis I — IV. 19. De mulierum affectibus I et II. 20. De virginum morbis. 21. De natura muliebri. 22. De ſterilibus. 23. De ſuperfoetatione. 24. De morbo ſacro. 25. De inſania. 26. De purgantibus. 27. De veratri uſu. 28. De humidorum uſu. 29. De flatibus. 30. De glandulis.

©BIUM

31. De dentitione. 32. De diaeta I. II. III. 33. De insomniis. 34. De natura hominis. 35. De alimento. 36. De salubri diaeta. 37. De locis in homine. 38. De ossium natura. 39. De venis. 40. De carnibus. 41. De corde. 42. De aetate. 43. De genitura. 44. De natura pueri. 45. De septimestri partu. 46. De octimestri partu. 47. Jus jurandum. 48. Lex. 49. De medico. 50. De decenti ornatu. 51. Praeceptiones. 52. De veteri medicina. 53. De arte. 54. Epistolae.

XXVI. *Opera manifeste spuria.* XXVII. *Opera Hippocratis omnia.* XXVIII. *Editiones graecae.* XXIX. *Editiones latinae.* XXX. *Editiones graeco-latinae.* XXXI. *Editiones promissae et spicilegia editionum promissarum.* XXXII. *Hippocratis opera in alias linguas translata.* XXXIII. *Glossaria, lexica in Hippocratem. Indices.* XXXIV. *De Polybo, Hippocratis genero et discipulo.* XXXV. *Alii ejusdem aetatis medici, strictim indicati.*

©BIUM

I.

De vita Hippocratis, Coi, quae nobis reſtant, antiquae narrationes, fere omnes incertae, permultae falſae ſunt. Qui enim aut ipſius aetate, aut proximis poſt illum temporibus ſcripſerunt, virum quidem medicinae peritia praecellentem [a]) laudant, de vita vero ejus nihil memorant. Neque ipſe Hippocrates in operibus, quae ab illo ipſo profecta eſſe credibile eſt, multa habet, ex quibus, quando vixerit, et quid egerit, certo dici poſſit. Ipse adeo Galenus, qui Hippocratem maximi habebat, de vita illius vix multa enarrat, neque in his fabuloſa a veris accurate diſtinguit.

Vita Hippocratis extat κατὰ Σωρανὸν, a SORANO, neſcio quo, (ſaltim non ab Epheſio, quem Tzetzes vult) ſive potius ab ignoto auctore quodam ex SORANI [b]) Coi Βίοις ἰατρῶν, ex HISTOMACHI Epheſii libris περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως et ANDREAE medici περὶ τῆς ἰατρικῆς γενεαλογίας opere, qui libri in hac ipſa Hippocratis vita memorantur [c]), excerpta. Auctorem verum, uti jam dixi, neſcimus, Sorano Epheſio, qui Traiani et Hadriani temporibus floruit, quem verum auctorem eſſe, JOANNES TZETZES, ſeculi XII. ſcriptor [d]), perhi-

a) Fortaſſe ob hanc ipſam excellentiam κατ' ἐξοχὴν cognominatus eſt ἰατρὸς a Pauſan. in Phocic. c. 2. ubi narrat inter Apollinis donaria pervetuſtam ſervari effigiem hominis ex aere, cui, diuturniore morbo conſumta carne, ſola relicta eſſent oſſa, et quam Delphi narrabant ἀνάθημα εἶναι Ἱπποκράτους τοῦ ἰατροῦ. K.

b) De SORANO vid. Thomaſii hiſtor. ſap. et ſtultit. to. III. p. 47 ſeq.

c) Hippocratis opera to. II. p. 951. 952. ed. van der Linden.

d) Hiſtor. VII. chiliad. CLV. 945. ſeq. Vid. Oper. Hippocr. to. II. p. 960. ed. Lind.

©BIUM

bet, longe recentiorem. SUIDAS [e]) quaedam de vita Hippocratis habet, et quidem fabuloſa haud pauca, partim ex Hippocratis vita κατὰ Σωρανὸν, partim ex epiſtolis, quae in operum Hippocratis collectione proſtant, partim etiam ex antiquis libris illis hauſta, quae operum Hippocratis enarrationem continent. Eadem vita Hippocratis κατὰ Σωρανὸν uſus eſt in Hippocratis vita enarranda Joannes Tzetzes [f]), aliis tamen ſimul fontibus, quos non enarrat, in Hippocratis praeſertim genere ab Aeſculapio deducendo uſus, in quo eum ſecuti ſunt Hieron. Henninges [g]), Rein. Reineccius [h]), Jo. H. Meibomius [i]) et ex plurima ſaltim parte Dan. Clericus [k]). Recentiores vitae Hippocratis ſcriptores auctorem vitae Hippocratis κατὰ Σωρανὸν fere ex omni parte ſecuti ſunt. Scripſerunt vero hanc vitam, ut quosdam tantum memorem, MATTH. GARBICIUS, Illyricus, in oratione de vita, moribus, doctrina et profeſſione Hippocratis. Tub. 1564. 8. [D. Jo. Hermanni or. de Hippocrate, habita Witteberg. 1560. inter Melanchthoniana to. V. p. 335.] Vitam quoque Hippocratis dedit, ſed fabularum pleniſſimam, congeſtis ſcilicet omnibus, quae de Hippocrate ab antiquis narrantur, ANDR. DACIER in operum Hippocratis verſione gallica, infra a me memoranda, et quidem to. II. Purgatam a fabulis Hippocratis vitam egregie enarravit GRIMMIUS, titulo fragmentorum de vita Hippocratis, in operum Hippocratis verſione germanica, et quidem to. I. Altenb. 1781. 8. Orientalium de Hippocratis vita, itineribus cet. narra-

---

e) Lex. to. II. p. 144. ed. Kuſt. Quaedam de genere Hippocratis habet Stephan. Byzant. de urbib. p. 500. 501. ed. Berkel.

f) Loco citato. In oper. Hipp. ed. cit. to. II. p. 958.

g) Theat. geneal. to. I. Oper. Hippocr. to. II. p. 956. ed. Lind.

h) Hiſt. Julia to. I. Oper. Hippocr. to. II. p. 957. ed. Lind.

i) Comm. in Hippocr. jus jur. c. 1. §. 9.

k) Hiſt. de la médec. p. 1. l. 4. c. 7. p. 287. Hag. Com. 1729. 4.

©BIUM

tiones, fabularum pleniſſimas, refert GREGOR. BAR-HEBRAEUS in parte V. Chron. Arab. [in Chron. Syr. Dyn. VI. p. 33 ſq. ed. Kirſch. verſ. lat. p. 31 ſq.] et ex eo ASSEMANNUS in Bibl. Laur. et Medic. cod. ms. orientalium catalogo. Flor. 1742. f. p. 354 ſeq.[l]) [CASIRI in Bibl. Arabico-Hiſp. Eſcurial. to. I. p. 235 ſqq. ex arabica philoſophorum bibliotheca dat longiora excerpta de Hippocratis vita et ſcriptis eorumque commentatoribus, et ipſe CASIRI agit de operibus eorumque editionibus aliisque rebus, ad Hippocratem pertinentibus. HARL.] Duplici hinc opera in vita Hippocratis ſcribenda opus eſt: ut ſcilicet fabuloſa fictaque ab iis, quae pro verioribus habenda ſunt, ſeparentur; deinde ut ea, quae egiſſe atque feciſſe Hippocratem credibile omni modo eſt, ſtudioſe enarrentur. Vitam igitur dabo, non quidem abſolutam numeris omnibus, tamen ab errorum atque mendaciorum ſordibus, quantum quidem fieri potuit, repurgatam.

II.

Et primum quidem incerta narrare hos certum eſt, qui Hippocratem decimum nonum ab Aeſculapio[m]),

---

l) Effigiem Hippocratis exhibet praeter Fulv. Urſinum, quam repetiit Gohlius in Act. medic. Berol. dec. I. vol. 1. Dan. Clericum, aliosque Jac. Gronov. to. II. Antiq. Graec. tab. 58. Aliam praefixam videre licet editioni Lindenianae, aliam Charterianae. Alia occurrit in notis Boivinii ad Nicephorum Gregoram p. 777. Aliam dedit Steph. Mackius, aliam Jo. Rud. Zwingerus in Hippocratis opuſc. aphoriſt., aliam Grimmius in Hippocr. Operum, in germanicam linguam translatorum, vol. I. [In Catalogue d'une collection des medailles antiqu. faite par la Comt. Douair. de Bentink etc. Amſterd. 1787. 4. part. I. p. 78 ſeq. in nummo. Add. Raſche Lex. num. to. II. P. 2. p. 525.] (Verſioni gallicae Opuſculor. Hippocr. de regim. morb. acut. et de aëre, aqu. et loc., ab Equ. DE MERCY, Pariſ. 1818. 8. editae, praefixa eſt elegans imago Hippocratis. K.)

m) Vita Hippocr. ſecund. Soranum p. 951. to. II. Oper. Hippocr. ed. Linden.

©BIUM

aut decimum ſeptimum[n]) fuiſſe perhibent, majoribus ejus omnibus, usque ad Aeſculapium ipſum, ſua ſerie enarratis, deducunt. Ex Aſclepiadarum vero familia, qui ante eum fere ſoli medicinam profitebantur, fuiſſe certum eſt. Ex Aſclepiadis ſane Hippocratem Plato, primus inter omnes auctor, qui eum nominat, fuiſſe manifeſte, et non uno tantum in loco[o]) narrat: licet inde minus juſte concludatur, Hippocratem ex ipſa Aeſculapii ſtirpe eſſe progenitum; non omnes enim, qui in Aſclepiadarum collegium recipi ſolebant, progeniem ab Aeſculapio repetebant.[p])

Natum fuiſſe Hippocratem in inſula Co, omnes auctores, et inter eos antiquiſſimus, Plato[q]), perhibent[r]) Patrem habuit Heraclidem, medicum ex Aſclepiadarum ea ſtirpe, quae origines ſuas a Nebro, Aſclepiadarum nobiliſſimo, deducebat[s]); matrem, vitae ejus auctore κατὰ Σωρανὸν perhibente, Phaenareten, quae ab Hercule primas ſuas origines repetebat. Ut ab aliis viris, qui idem nomen habebant, diſtingueretur, Plato eum τὸν Κῶον, et ſimul τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν nominat: Coi cognomen eandem ob cauſam ab omnibus ac-

---

n) Jo. Tzetzes in Hiſt. VII. chil. 155. p. 958. to. II. ed. citat.

o) Socrates Hippocratem, Apollodori filium, Phaſonis fratrem, ita alloquitur: ὥσπερ ἂν εἰ ἐπενόεις παρὰ τὸν σαυτοῦ ὁμώνυμον ἐλθὼν Ἱπποκράτη τὸν Κῶον, τὸν τῶν Ἀσκληπιαδῶν, κ. τ. λ. Plato in Protag. vol. III. p. 88. Oper. ed. Bipont. εἰ μὲν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι κ. τ. λ. Plat. in Phaedr. p. 371. vol. X. ed. cit.

p) Vid. J. H. Schulzii hiſt. med. pa. I. ſect. II. c. 4. §. 28.

q) Vid. loca in Protagora et Phaedro modo laudata.

r) Maxime igitur mirandum eſt, Bouletum quendam initio hujus ſeculi omnino negaſſe, Hippocratem unquam extitiſſe. Contra hunc hominem ſcripſit Legallois (recherches chronologiques ſur Hippocrate. Paris 1804. 8.) K.

s) Steph. Byz. de urbib. ſ. v. Κῶς p. 501. ed. Berkel.

©BIUM

cepit t). Magnus a Galeno et a recentioribus medicis, ob doctrinae celebritatem, ſaepiſſime dictus eſt. Socrati et

t) Stirpem HIPPOCRATIS, (cujus tertia producta ap. Sidon. hymn. X.) poſt Tzetzen Chil. VII. hiſt. 115. Reiner. Reineccium in Hiſt. Julia, et Hier. Henningeſium in tabulis genealogicis (add. van d. Linden Hipp. Op. to. II. p. 956.) plenius et accuratius expoſuit (quamquam et in hoc quaedam haud ſine ratione caſtigat DAN. CLERICUS parte I. Hiſtor. medic. lib. IV. c. 1.). Jo. H. MEIBOMIUS comm. in Hippocr. jus jur. c. 1. De patria Hippocratis et Apellis, Turcis hodie Stancoŭ, vid. Bellonis ad Cruſium p. 232. Turco-Graeciae p. 273. adde Voyage de Gemelli to. I, p. 204. ſq. Voyage de M. Corn. Bruyn to. I. p. 544. ed. Paris. Journ. des Sav. a. 1726. p. 84. ſq. — MEIBOMIUS plures Hippocrates eodem loco recenſet, quos hic, additis nonnullis obſervationibus paulo plenius ac diſtinctius repetam. 1) HIPPOCRATES, Gnoſidici f., noſtri avus, medicus, qui ex quorundam ſententia nihil ſcripſit, ex aliorum vero duos compoſuit libros, qui inter noſtri ſcripta hodie leguntur, τὸ περὶ ἀγμῶν καὶ τὸ περὶ ἄρθρων, unum de fracturis, alterum de articulis. GALEN. 1. in Hipp. de vict. in morb. ac. p. 43. to. V. et in libro de fractur. p. 525. PALLAD. in eundem librum. 2) HIPPOCRATES, Theſſali f., Hippocratis noſtri nepos, a quo et ipſo ἰατρικὰ ſcripta fuiſſe, Suidas auctor eſt. Idem, ut exiſtimo, contra quem ANTIPHON rhetor ſcripſit, teſte Plutarcho et Photio, ubi male ἰατροῦ nomen ab imperito librario acceſſit. Conf. JONSIUM p. 324. 3) Draconis f. Cous, et ipſe et noſtri gentilis, qui ſub Caſſandro, Antipatri f., e vita diſceſſit. Etiam hunc ἰατρικὰ ſcripſiſſe, Suidas refert. 4) et 5) Vterque Thymbraei filius, Cous, ex eadem familia, qui et ipſi ambo de re medica ſcripſerunt, Suida teſte. 6) Praxianactis filius, Cous, medicus, itidem ex noſtri poſteris et ſcriptor. 7) HIPPOCRATES Chius, mathematicus, de quo dictum eſt a Jo. ALB. FABRICIO in notitia Pythagoraeorum (Bibl. graec. to. I. p. 884. ed. Harl.). 8) Hippocrates, Piſiſtrati pater, Athenienſium tyranni. Herodo. I. 59. Demoſth. or. in Midiam et Plut. in Solone. 9) HIPPOCRATES, Megaclis ejectoris Piſiſtrati f. avus Periclis, pater Megaclis, Agariſtae et Xanthippi. Id. VI. 131. [conf. CORSINI faſt. att. to. II. p. 61. ſq. HARL.] 10) HIPPOCRATES Athenienſis, cujus filios Teleſippum, Demophontem et Periclem, tanquam fatuos, perſtringunt Eupolis apud Suidam in τοῖς Ἱπποκράτοις et Ariſtoph. in Nubib. VI. 995. Meminit et Galenus libro, quod animi mor. etc. to. IV. p. 784. ed. Lipſ. Adde GATAKER. adverſ. p. 133 et

©BIUM

Platoni coaevus fuit; illo aetate paulo inferior, hoc ſuperior: hinc bello Peloponneſiaco durante vixit, vitamque usque ad Philippi, Macedonum regis, tempora perduxiſſe videtur. Ex Hiſtomacho, librorum de ſecta Hippocratis auctore, vitae Hippocratis *κατὰ Σωρανὸν*, quem ſaepius jam memoravi, auctor refert, eum Olympiad. LXXX. anno 1. natum eſſe, et quidem eo-

---

Vossium inſtit. orat. lib. II. c. 14. ſect. 8. et de philoſoph. c. 11. §. 22. 11) Hippocrates, (Ariphronis filius) Athenienſium in bello Peloponneſiaco dux, a Thucyd. l. IV. c. 67. p. 352. ed. Tauchn. ſtereot. Diod. Sic. lib. XII. 66. p. 524. ed. Weſſ. Plutarcho in Nicia p. 526. et Pauſania in Lacon. c. 6. et Boeot. c. 6. memoratus, et cui Dioſcorides, teſte Galeno comm. 2. in Epid. lib. VI. to. V. p. 456. tribuit librum de morbis. Vide et eundem comm. 2. in Hipp. de nat. hum. ſub init. 12) Hippocrates, Smyndiritis Sybaritae pater. Herodo. VI. 12. Athen. lib. XII. c. 11. p. 541. B. 13) Lacedaemoniorum in Chalcedone praefectus. Plut. in Alcibiade p. 207. ſq. 14) Hippocrates, Xenodici filius, Capyos frater, ex thebanorum regum familia, Theronis conſobrinus. Schol. Pind. Olymp. od. 2. extr. 15) Hippocrates, Patareus, Cleandri frater, Euclidis et Cleandri pater, tyrannus Geleorum. Herodo. VI. 154. ſeq. Diod. Sic. in Excerpt. Peireſc. p. 254. 16) Hippocrates, Appollodori fil. Phaſonis frater. Plat. Protag. p. 137. to. II. ed. Tauchn. 17) Hippocrates, Aramiteus, cujus filius Atyanas in Olympiis periodo vicit. Phleg. Trall. ap. Phot. eod. 97. 18) Hippocrates, Mindaro, Lacedaemoniorum duci ab epiſtolis. Xenoph. hiſt. gr. lib. 1. c. 1. p. 5. ed. Tauchn. 19) Hippocrates, praetor Syracuſanus, de quo Liv. lib. 24. c. 6. et Plut. Marcell. p. 305. 308. 20) Hippocrates, curator teſtamenti Stratonis Lampſaceni ap. Laert. V. 62. 21) Hippocrates, Georgianorum rex, a Tamerlane captus. Act. erud. to. IX. p. 83. Supplem. Ceterum Hippocrates Jon ap. Erotian. in *Τριταιοφυεῖς* non diverſus eſt a magno noſtro Hippocrate, qui jonice ſcripſit et vocabulo *Τριταιοφυεῖς* utitur Epid. lib. VI. to. I. p. 801. ed. Linden. et alibi. [Vid. Foës. Oec. Hipp. K.] In Hippocratis noſtri laudem epigramma lib. IV. Anthol. p. 485 ſeq. et lib. 1. p. 85. Fabric. [Occurrit quoque Hippocrates, Epibydis frater, qui Erbeſſo Syracuſas venerat, tyrannidi infenſiſſimus, et cum contra Hieronem, Syracuſanorum tyrannum publice verba faceret, et propterea ab hoc armis peteretur, in cauſa fuit, quod a ſatellitibus interficeretur. Pauſan. Meſſen. poſter. c. 12. K.]

©BIUM

dem auctore ex Sorano Coo referente, Cois imperante Abriada, ſeptima et viceſima menſis Agriani die [u]).

Patrem Heraclidem in medicinali arte praeceptorem habuiſſe omnes referunt, ipſeque Hippocrates ſe ſeniores memorat, a quibus notas de vini bonitate et detrimento, quas ipſe enarrabat, non didicerit, *καλὰ δὲ ταῦτα τεκμήρια ἐστι τῆς περὶ οἴνου ὠφελίης καὶ βλάβης ὁκόσα ἀκαταμάθητα ἦν τοῖσιν ἐμοῦ γεραιτέροισι* [v]). Coos videlicet medicos ex Aſclepiadarum collegio, quod in ipſa hac inſula florebat: ſcholam enim Cnidiam, Coae vicinam, Hippocratem non adiiſſe, neque artem in ea didiciſſe, vel ex eo credibile eſt, quod Cnidiam ſcholam hujusque *γνώμας* reprehendat, ſaltim permagnis laudibus non extollat [w]). Habuiſſe praeceptorem in medicinali ſcientia Herodicum Selymbrianum, Thracem, medicinae gymnaſticae auctorem, auctor libelli de vita Hippocratis ſecundum Soranum [x]), ex eoque Suidas [y]) atque Joannes Tzetzes [z]), et ex iis recentiores omnes referunt. Sed haec minus certa ſunt, etſi aetas Herodici, quem Plato [a]) memorat, non repugnet. Suidas, Herodicum atque Prodicum Hippocratis praeceptores fuiſſe, notat, illumque inter eos, qui medicinam Hippo-

---

u) Nomen menſis apud Coos, ſolum forte, cujus memoria ad nos pervenit: cuinam igitur anni parti reſpondeat, incertum. Nec tanti. Fuit et feſtum apud Graecos, dictum Agrania ſ. Agriania et Agrionia, de quo Caſtellanus et Meurſius. FABR.

v) HIPPOCR. de diaet. acut. §. 25. p. 289. ed. Lind. to. II.

w) HIPPOCR. l. c. p. 268. 269. ed. cit.

x) HIPP. to. II. p. 951. ed. laud.

y) Lexic. to. II. p. 144. ed. Kuſter.

z) Hiſt. VII. chiliad. 155.

Ὃν ὁ πατὴρ Ἡρακλειδᾶς τὰ ἰατρῶν διδάσκει,
Ὁ ἐκ τῆς Σηλυμβρίας τε Ἡρόδικος σὺν τούτῳ.

a) De republ. lib. III. p. 301. vol. VI. ed. Bip. [Quem Platonis locum repetiit Plut. de ſera num. vind. p. 35. ed. Wyttenb., cujus notam p. 50. conferes. HARLES.]

©BIUM

cratem docuerunt, hunc, qui philoſophiam, referre videtur[b]). Quodſi hunc voluit, Prodicum Coum ſine dubio intellexit, Protagorae auditorem, qui Olymp. LXXXVI. claruit. Rem vero ipſe Suidas dubitanter proponit, facileque ob facilem literarum *H* et *Π* permutationem fieri potuit, ut diverſis his nominibus unum tantum, eumque Herodicum, vitae Hippocratis ſcriptores, quos Suidas ſecutus eſt, voluerint. Sane quae auctor ſexti de morb. popular. libri de Herodico memorat[c]), hunc praeceptorem fuiſſe Hippocratis, non probant: hic liber enim Hippocrate recentior eſt.

Scientem philoſophiae fuiſſe Hippocratem, non quidem libri, qui adhuc exiſtunt, medicinales, quos ſcripſiſſe eum omnino credibile eſt, probant: hi enim omnes aut praeſagia ſalutis mortisve imminentis, aut morborum hiſtorias, aut doctrinam de curandis acutis morbis, aut res ad chirurgiam pertinentes continent, adeoque quae uſu et experientia diſcuntur, parumque aut nihil eorum, quae ſolo ratiocinio eruuntur: docet vero Plato[d]), naturam corporis non ſine totius naturae cognitione comprehendi ſtatuiſſe Hippocratem, adeoque verſatum eſſe in cognitione *τῆς τοῦ ὅλου φύσεως*. Praeceptores autem, quos habuerit in hac ſcientia, incertum eſt. GORGIAM LEONTINUM, rhetorem, Herodici fratrem, audiviſſe, ab eoque artem rhetorum didiciſſe, vitae Hippocratis auctor[e]), ex eoque Suidas[f]) et Joannes Tzetzes[g]) referunt. Democritum Abderitanum praeceptorem in philoſophia habuiſſe iidem auctores (Suidas tamen non ſine dubitatione qua-

b) In Lex. ſ. v. *Ἱπποκράτης*. to. II. p. 144.

c) Sect. III. no. 54. Oper. to. I. ed. Lind.

d) In Phaedro p. 371. vol. X. Oper. ed. Bip.

e) In Oper. Hippocratis edit. Lind. to. II. p. 951.

f) In Lex. ſ. v. *Ἱπποκράτης*. to. II. p. 144.

g) Hiſtor. VII. Chiliad. CLV. p. 958. to. II. Oper. Hippocr. ed. Lind.

©BIUM

dam), et praeter hos Cornelius Celſus [h]) referunt: ſed hunc non praeceptorem habuiſſe Hippocratem, amicitiam vero cum eo coluiſſe, ſi, quae in epiſtolis, Hippocrati adſcriptis, proponuntur, vera ſunt, magis credibile eſt. [Ab Hippocrate non Democritum ipſum, ſed diſcipulum eius, Metrodorum, fuiſſe auditum, putat JONSIUS p. 24. HEUM.]

Patria relicta Thaſum petiit, ibique per aliquot annos medicinam fecit, et quidem non tantum in hac urbe, ſed etiam Abderis, Lariſſae, Meliboeae atque Cyzici, Theſſaliae urbibus non longe a Thaſo remotis. Has enim urbes omnes in libris maxime genuinis *ἐπιδημιῶν* I. et III. memorat. Et in his itineribus Democrito innotuiſſe cum eoque amicitiam contraxiſſe videtur. Permulta eum feciſſe itinera alia accuratae deſcriptiones terrarum et locorum probant, quae in libris, ab eo profectis, leguntur. Sic magnam Aſiae partem, inprimis Aſiae minoris provincias ſeptentrionales peragraſſe eum, non ſine plurima veritatis ſpecie ex his concluditur, quae ipſe de his terris dixit, et vix, niſi ab eo, qui ipſe harum terrarum naturam obſervaverit, dici poſſent [i]). De certitudine ſignorum in Libya, Delo et Scythia hoc fere modo loquitur [k]), quaſi ipſe vitae ſuae partem in his terris transegiſſet. Patriam dehinc repetiit, ibique et alios, mercede ipſi data, quod ex jure jurando, ſi hoc genuinum eſt, et ex Platone [l]) adparet, medicinam docuit, et libros praeſertim hos conſcripſit, qui non ſine multifario uſu et copioſa obſervatione elaborari poſſunt, praeſertim e Grimmii mente [m]), praenotionum

---

h) Praefat. in libr. de re med. p. 2. edit. Leon. Targae. Lugd. Bat. 1785. in 4.

i) Vid. de aëre, aqu. et loc. §. 31. ſeq. p. 345. ſeq. in Oper. to. I.

k) Hippocr. Prognoſt. §. 6. p. 471. in Oper. to. I.

l) In Protagora p. 88. vol. III. ed. Bip.

m) In vita Hippocratis, verſioni operum Hippocr. germanicae praemiſſa, p. 11.

©BIUM

librum, nec non de diaeta acutorum, et de aëre, aquis et locis libros. Vſus vero ad hos libros, praeſertim ad eos, qui ſemioticen explicant, eſſe videtur hiſtoriis morborum, quos ipſe obſervaverat, aliisque, quas aut a Cnidiis medicis, aut ab Aſclepiadarum collegio Coo communicatas acceperat, quasve in Aeſculapii fano in patria inſula depoſitas invenerat. Quae enim in his libris tam ſcite, et paene ſemper vere, propoſuit, vix unius hominis, vel ſtudioſiſſimi, obſervationibus diſcuntur. Eaque forſan anſam dedere fabulae, quam e Varrone PLINIUS [n]) refert, aliique deinde repetierunt, Hippocratem, poſtquam ſcriptis, quae in Aeſculapii Coo templo ſervabantur, uſus fuerat, bibliothecam cum ipſo templo concremaſſe, mox, perpetrato hoc facinore, ad Graecos transfugam. Quod jam ex eo falſum eſſe perſpicitur, quod alii *γραμματοφυλακεῖον* Coum, alii Cnidium [o]) cremaſſe dicant, neque Plato, neque ARISTOTELES [p]), qui Hippocratem non ſine laude praeclari medici eſſe ſinunt, hoc memorent.

---

n) Libr. XXIX. hiſt. nat. c. 2.

o) Cnidium concremaſſe auctor vitae *κατὰ Σωρανὸν* to. II. Oper. Hippocr. p. 952. Coum Jo. Tzetzes Chiliad. p. 139. memorat:

> *Ἐν Κῷ βιβλιοφύλαξ δὲ διεχθεὶς ὁ Ἱπποκράτης*
> *Τὰ παλαιὰ τῶν ἰατρῶν ἐνέπρησε βιβλία*
> *Καὶ τὸ βιβλοφυλάκιον. Διὸ φυγὼν ἐκεῖθεν*
> *Ἐν Ἡδωνοῖς διέτριβεν Ἑλλάδι Θετταλίᾳ.*

[Perperam a Tzetza *exuſtam bibliothecam*, cui fuiſſet praefectus, tradit Jo. CHR. KOCH von Wappen der Gelehrt. p. 12. FABR. not. mſt.]

p) Lib. VII. Polit. c. 7. Huic impietati recentiores aliam addiderunt, Hippocratem atheiſmi accuſantes, et probationem accuſationis ex permultis locis, in ipſis ſcriptis ejus profitentibus, deſumentes. Controverſia inprimis de Hippocrate *ἀθέῳ* poſt Gundlingium mota eſt, qui in OTIIS germanice editis Hal. Sax. 1707. 8. Pa. II. c. 3. plura ad hanc impietatem probandam congeſſerat. Sed acriter Hippocratem defendit, quod jam ante eum fecerat STEPHANUS Bellunenſis in libro de Hippocratis

©BIUM

Si antiquo vitae Hippocrateae *κατὰ Σωρανὸν* auctori fides habenda eſt, ſenex Graeciam repetiit, et apud Lariſſaeos LXXXV annorum ſenex, Olympiade CII. fato functus et inter Gyrtonem et Lariſſam ſepultus eſt [q]). Monumentum ejus ſuis adhuc temporibus extitiſſe, idem auctor refert. [Duo filios habuit, Theſſalum et Draconem; quos ſtupidos fuiſſe, non nulli adfirmarunt. Vid. Athen. III. p. 96. Vossium in Inſtitt. orat. lib. II. p. 303. Hanc vero traditionem eſſe falſam et fabuloſam, contendit Marsil. Cagnatus V. O. libr. IV. c. 1. Vide etiam Gatackeri Adverſ. poſthum. c. 13. p. 549. Heum.]

Permulta alia, quae de vita ejus memorantur, fabuloſa ſunt. Sic vitae Hippocratis auctore narrante [r]),

---

theologia. Ven. 1638. 4. et Ca. Drelincourtius in orat. de divinis ap. Hippocrat. dogmatis. L. B. 1689. 8. Dan. W. Trillerr. in libello de Hippocrate atheiſmi falſo accuſato. Rudolſt. 1719. 8. iterum edito cum additamentis in Opuſc. vol. II. p. 84. ſeq. ubi et aliorum libros, ad hanc controverſiam pertinentes, reperire licet. Vid. inprimis Jo. Andr. Schmidii theologia Hippocratis, quae altera eſt in diſſ. acad. Jen. in 4. ſ. ann. El. Fr. Heisteri apologia pro medicis, qua eorum depellitur cavillatio, qui medicinam in atheiſmum aliosque in theologia errores abducere perhibent, et qua ſimul praeſtantiſſimi quidam medici, nominatim Hippocrates, Galenus, Cardanus cet. defenduntur. Amſtel. 1736. 8. [Gundlingius opinionem ſuam hauſiſſe videtur ex Bayle Contin. de cometis §. 51. p. 233 ſeqq. et §. 67. p. 340. ubi de Deo Hippocratis agit. Tamen jam olim Lipsius Hippocratem atheiſmi accuſavit, Phyſiol. Stoic. lib. I. diſſ. 5. Vide Neue Biblioth. to. III. p. 802. Buddei lib. de atheiſmo §. 20. Clerici B. A. M. to. XV. p. 425. contra Trillerum, et hujus reſponſionem in Nov. litterariis Lipſienſ. 1721. p. 150. ſqq. Hippocratem fuiſſe philoſophum inſignem in doctrina de moribus, contendit non nemo in Act. erudit. ſuppl. to. V. p. 527. atque dubium eſt, majorne philoſophus, an medicus fuerit Hippocrates, inquit Hornius in Hiſtor. philoſ. lib. III. c. 12. p. 183. Heum. — Adde Jac. Fr. Reimmanni Hiſt. univerſ. atheiſmi etc. Hildeſiae 1725. 8. c. 55. p. 257. ſq. Harl.]

q) Oper. Hippocr. to. II. p. 954.

r) Ibid. p. 952.

©BIUM

Perdiccam, Alexandri M. non patrem, ſed fratrem, Philen, pellicem patris, perdite amantem et ex amore aegrum, Euryphonte Cnidio in curationis ſocietatem adſcito, ſanaſſe dicitur, quae fabula ex celebri illa Eraſiſtrati curatione nata eſſe videtur. Neque multam fidem merentur, quae de Hippocrate, in Illyricum plurimasque terras barbaras, peſtis avertendae cauſſa vocato, ab eodem auctore narrantur. Peſtem in Attica eum praedixiſſe atque praevidiſſe, curaſſeque, ne diſcipuli atque civitates ea corriperentur, pariter fabuloſum eſt. Ipſe enim, morborum alias obſervator tam ſedulus, hanc luem, quae Olymp. LXXXVII. adeoque eo tempore graſſabatur in Attica, quo Hippocrates annum aetatis trigeſimum vix attigerat, haud dubie memoraſſet, neque, quod tamen vitae ſuae auctor narrat, civitates a peſte praeſervatas eſſe, Thucydides memorat, qui potius medicos morbo curando idoneos neque fuiſſe, neque ſuffeciſſe perhibet. Hinc quam fidem mereantur narrationes de honoribus, Hippocrati Athenis habitis, de eo Eleuſiniis ſacris ab Athenienſibus initiato, de alimentis, ipſi poſterisque ſuis in Prytaneo datis, quoque perſpicitur: ipſe enim Hippocrates in libris, quos ipſe ſcripſit, nec morborum, quos in Attica obſervaverit, nec Athenarum adeo mentionem facit. Antiquos tamen quosdam Hippocratis interpretes ante Galenum putaſſe, hiſtorias morborum, Athenis obſervatorum, ab Hippocrate referri, ex Galeno patet, qui mulierem, quae *ἐπὶ ψευδέων ἀγορῇ* aegrotaſſe ab Hippocrate Epid. III. p. 720. to. I. ed. Lind. dicitur, ſecundum interpretum quorundam opinionem, quos vero non nominat, *ἐν τῇ τῶν Κερκώπων ἀγορᾷ* Athenienſi aegrotaſſe perhibet[s]).

Haec omnia poſt obitum Hippocratis demum excogitata ſunt a medicis, qui rationalem ſectam, cujus auctorem Hippocratem eſſe putabant, profitebantur,

s) Galen. comm. II. in Epid. Hipp. III. text. 9. p. 253. to. IX. Oper. ed. Chart.

©BIUM

quique eo majorem gloriam ſuae ſectae conciliari arbitrabantur, quo majore gloria Hippocratem floruiſſe, dum viveret, aliis perſuadere poſſent. Hanc ob cauſam epiſtolae, quae Hippocrati adſcribuntur, inprimis conſcriptae eſſe videntur, in quibus quoque de Democriti famoſa curatione, ab Abderitis petita, nec non de Hippocrate, ad Artaxerxen, Perſarum regem, per Hyſtanidem, Helleſponti praefectum, vocato, ſed barbaris operam pertinaciter negante, hiſtoriae et complura alia hujus generis narrantur.

Fama Hippocrates, dum vivebat, vix tanta, quam poſt mortem, floruiſſe videtur. Medicinam, quod hiſtoriae in libris *ἐπιδημιῶν* traditae teſtantur, minus feliciter exercuit. Majore tamen in honore habitus eſt, poſtquam in patriam inſulam redux ſcholam medicinalem inſtituit, quod Platonis atque Ariſtotelis loca jam citata manifeſte teſtantur, in quibus medici praeclari et ad docendos alios inprimis apti nomen ubique habet[t]). Cnidiae ſcholae, temporibus ante eum et ſuis celeberrimae, gloriae pars haud exigua, ipſo inprimis auctore, ad Coam transiit, neque temporibus poſt Hippocratem priſtinam famam recuperavit. Poſt mortem vero ſuam cum dogmaticorum medicorum (rationales dicunt alii) ſecta invaleſceret, Hippocratemque pro principe ſuo haberet, fama ejus tantopere crevit, ut MAGNUS diceretur, effataque ejus fere his aequipararentur, quae Deus dixiſſet. [Atque Hippocratis ſcriptis Ariſtotelem debere multum, ſcribit CASAUBONUS libro de enthuſiaſmo c. 4. p. 111. De Hippocrate et Galeno judicium fert CAMPANELLA ſynt. de libris propr. et de ratione ſtudendi, c. IV. art. 7. p. 78. ſeq. HEUM.]

t) Vid. loca iam citata Platonis in Protag. p. 88. vol. III. et in Phaedro p. 370. vol. X. Oper. ed. cit. Ariſtot. libr. VII. Politic. c. 7.

©BIUM

III.

Et hanc ſane famam promeruit. Etſi enim, cum libri ejus omnium primi ſint, qui de rebus medicinalibus ſcripti ad noſtra usque tempora pervenerunt, multosque medicorum libros ſuo jam tempore exſtitiſſe, ex ipſo Hippocrate, inprimis vero ex Socratis effato: multa medicorum ſcripta exſtare [u]), intelligatur, quae Hippocrates invenerit, quaeque ab aliis hauſta poſteris prodiderit, vix ſatis certo diſtingui poſſint; tamen eum primum medicinalis ſcientiae practicae ſyſtema quoddam condidiſſe, neque ante eum exſtitiſſe medicum, qui univerſam artem ſcribendo illuſtraverit, credibile eſt. Medicinam a ſapientiae ſtudio, quod CORNEL. CELSUS [v]) refert, quidem non ſeparavit; neque enim ante eum ea pars medicinae, quae in morbis cognoſcendis et curandis verſatur, cum ſapientiae ſtudio juncta erat, neque poſt eum contemplativa medicinae pars a medicis ſolis tractata eſt, ut adeo pateat, Corn. Celſum hoc ideo Hippocrati tribuiſſe, quoniam partem iſtam medicinae, quae cognoſcendis et curandis morbis operam dat, maximopere excoluit; contemplativas vero doctrinas omnes philoſophis tractandas reliquit. Indeque vix eſt, quod mireris, Galenum [w]) ſcripſiſſe, rectam viam in philoſophia (ſcilicet quatenus medicina per eam illuſtratur) Hippocratem aperuiſſe, Ariſtotelem et Theophraſtum perfeciſſe. Et hanc quidem viam aperuit, rudiorem ἐμπειρίαν, qua duce Cnidia praeſertim ſchola cum reliquis medicinam docebat atque exercebat, rejiciendo, ejusque loco rationis in medicina uſum introducendo. Ante eum enim medici, quae patiuntur in ſingulis morbis aegri, et quomodo aegris quaedam evenire ſolebant, probe quidem perſpexerant, cognitas-

---

u) Xenoph. in Mem. Socr.

v) De re med. lib. I. praef. p. 2. 3. ed. Targ.

w) De method. med. lib. II. p. 117. ed. Lipſ.

©BIUM

que habuerant τὰς πολυτροπίας τὰς ἐν ἑκάστῃσι τῶν νούσων, καὶ τὴν πολυσχιδίην αὐτέων non ignoverant[x]), neglexerant vero ὁκόσα προκαταμαθεῖν δεῖ τὸν ἰητρὸν, μὴ λέγοντος τοῦ κάμνοντος, καὶ ἐπίκαιρα ἔνια ἔοντα ἐς τέκμαρσιν[y]) adeoque ad ipſam morborum curationem inprimis utilia. Haec ipſe omnia in morbis diligenter obſervavit, ut ſcilicet, quae mutata eſſent in aegris, adeoque etiam, quae mutanda in reſtituenda bona valetudine, melius intelligeret juſtumque de exitu morborum judicium ferre poſſet. Hinc caſtum atque juſtum morborum obſervandorum ſtudium Hippocrate auctore inprimis natum eſt, cujus praeclara exempla in primo et tertio morborum popularium libro, nec non in libris de diaeta acutorum et de aëre, aquis et locis ipſe dedit. Doctrinam de praeſagiis vitae et mortis in morbis, praeſertim acutis, formandis primus excoluiſſe videtur, tantumque in hac medicinae parte profecit, ut, quae ipſe bona, quae mala ſigna dixerit in morbis, fere omnia exiſtant talia, ipſeque omni poſt eum tempore princeps et fide digniſſimus in ſemiotica auctor habitus ſit atque habeatur. Practicam medicinam ampliavit, medicamentorum numero augendo[z]), curationemque, acutorum praeſertim morborum, ſic enarrando, ut, quae addere poſſent, noſtri etiam aevi medici vix multa habuerint. Scripta illius chirurgica HALLERO[a]) ordine, perſpicuitate, artis peritia, puritate ab omni hypotheſi excellere viſa, ipſum hanc artem calluiſſe et exercuiſſe probant. [Et tamen Hippocratis ſcientia medica valde contemnitur in Bibl. angl. to. XIV. p. 200. ſq. HEUM.]

---

x) Hippocr. d. diaet. ac. §. 2. p. 269. Oper. to. II. ed. Lind.

y) Ibid. §. 1. p. 268.

z) Ibid. §. 1. p. 269.

a) Biblioth. chir. to. I. p. 7.

©BIUM

IV.

Summam vero Hippocrati doctrinae atque experientiae famam libri medicinales conciliarunt, qui ejus nomen gerunt et ſatis copioſi ſunt: LXXII. enim libri ad medicinam pertinentes ſub Hippocratis nomine adhuc proſtant. Verum permultos ex his non ab Hippocrate Coo, ſed ab aliis eſſe profectos, multa probant, dicendi generis et materiarum pertractatarum diverſitas ſumma, placitaque, quae in permultis proponuntur, non Hippocratis temporibus, ſed longe poſt eum a medicis partim inventa, partim in medicinalem ſcientiam translata. Quod quoque jam veteres monuerunt. Hinc quinam proprii Hippocratis libri putandi ſint, quinam ſpurii, nunc enarrandum eſt. Quod vero ut commode fieri poſſit, quaedam de modo, quo veris Hippocratis libris falſi potuerint immiſceri, de ſcribendi modo, dialecto cet., quibus Hippocrates uſus eſt, nec non de argumentis, quae pertractaſſe eum, atque non pertractaſſe credibile eſt, praemonenda ſunt.

V.

Vt vero diſtinguantur libri, vere ab Hippocrate ſcripti, ab iis, quos aut non conſcripſit, aut ſaltim non edidit, regulam quandam, quod jam GALENUS [b]) monuit, et LUD. LEMOSIUS [c]), vere germani

---

b) In prooem. comm. in libr. Hippocr. de humor. p. 508. to. VIII. ed. Chart.

c) Judicium Operum Magni Hippocratis. Salamant 1585. 8. p. 5. [Vir Ill. H. F. LINK (*Abhandl. d. Kön. Akad. d. Wiſſenſch. in Berl. in d. J.* 1814. 1815. p. 223.) in ea verſatur ſententia, ut ſtatuat, ne unum quidem librum, qui ſub Hippocratis nomine exſtant, certo aut Hippocrati, Gnoſidici filio, magni Hippocratis avo, aut huic ipſi, aut Hippocrati III. et IV. tribui poſſe: opera enim haec a ſex diverſis auctoribus compoſita eſſe, qui antea, quam literae, inprimisque ars medica Alexandriae florerent, vixiſſent. Sententiam hanc firmare ſtudet, partim ſtyli, partim doctrinae ſyſtematisque diverſitate. K.]

©BIUM

libri dare debent, ex quorum dicendi genere modoque, quo argumenta pertractata ſunt, intelligatur, quinam ex reliquis libris pro germanis et vere genuinis, quinam vero pro ſpuriis habendi ſint. Hi vero libri partim ex teſtimoniis antiquiſſimorum virorum, qui Hippocratem interpretati ſunt, Erotiani atque Galeni, partim vero ex ipſo, quod in iis pertractatur, argumento intelliguntur. Minus genuini libri, vel ab aliis ſcripti, vel ſcripti quidem ab Hippocrate, ſed non ideo, ut publici juris fierent, immiſceri operibus Hippocratis facile potuerunt. Hippocratem ipſum in adverſariis ſuis plurima condidiſſe, ad morborum hiſtoriam, cognitionem atque curationem, inprimis ad praeſagia in morbis pertinentia, vel ex ipſis ejus libris liquet, in quibus non facili atque fugitiva obſervatione adſequenda, ſed repetita atque poſt diligentem comparationem demum pro veris ſtatuenda proponuntur. Ex his, quae Hippocrates collegerat, poſteri non pauca edidiſſe videntur, inprimis, quae ad hiſtorias morborum et ad praeſagia pertinent. Et hoc quidem modo morborum popularium libri ſpurii, ſi non omnes, quartus ſaltim atque ſextus, nati eſſe videntur.

VI.

Exſtitiſſe jam ante Hippocratis tempora libros medicinales, ſupra probavimus, et eorum quidam voluminibus operum Hippocratis inſerti eſſe videntur, quod ſaltim de primo libro *praeſagiorum* et de *Coacis praenotionibus* Grimmius[d]) putat. Ipſius quoque Hippocratis nomen multi medici ante Coum noſtrum et poſt eum habuerunt, quorum ſcripta vere Hippocrateis poſteri facile adnumerarunt. Medici ex

d) In adnotat. ad Hippocratis opera in germanicam linguam verſa to. II. p. 566. 568.

©BIUM

Coa medicinali ſchola aliisque, quae doctrinam Hippocratis ſervare perhibebant, a praeceptoris ſui placitis ſenſim deſciſcentes, et dogmaticorum ſectae addicti etiam, quod infra probabimus in ſingulorum librorum enarratione, libros conſcripſerunt, qui ſub Hippocratis nomine proſtant. Non pauci quoque libri, qui Hippocrati adſcribuntur, a filiis Hippocratis, inprimis a genero illius, POLYBO Coo, conſcripti feruntur, qui, ſi Galeno ulla fides est, permultos libros, ex iisque quosdam ex domeſticis Hippocratis commentariis edidit. Liber Hippocrateus *de ſalubri diaeta* Polybo adſcribitur. THESSALO atque DRACONI, Hippocratis filiis, nec non HIPPOCRATI, nepoti magni Hippocratis, quidam libri Hippocratei adſcripti ſunt. Quidam etiam Hippocratis libri medicis ex ſchola Cnidia adſcribuntur. Verum quum, quaenam placita habuerit et quibusnam a Coa Hippocratis ſchola diſceſſerit, minime ſciatur, (quae enim ipſe Hippocrates de Cnidiorum placitis in libro de diaeta acutorum profert, haud multa ſunt,) facile patet, vix certum eſſe poſſe judicium de libris, Hippocrati adſcriptis, a medicis vero ex Cnidia ſchola medica conſcriptis.

VII.

Et haec quidem de antiquioribus libris ſuppoſititiis, Hippocrati adſcriptis, generatim dicta ſunto. Quae de ſingulis libris dicenda ſunt, commode infra pertractabuntur a nobis, ſingulos libros Hippocrateos recenſentibus. Quasdam alias cauſas, quae effecere, ut libri medicinales, ab aliis conſcripti, ſub Hippocratis titulo venirent, ii adducunt, qui judicia de Hippocratis operibus ediderunt, in iisque fere principem hanc, quam Galeni ipſius verbis, adferentis, Hippocrateum de ſalubri diaeta et de natura humana librum hoc modo in unum eſſe conflatos, hic enarrabo: *ἐν τῷ κατὰ τοὺς Ἀτταλικούς τε καὶ Πτολεμαϊκοὺς βασιλέας χρόνῳ πρὸς ἀλλήλους ἀντιφιλοτιμουμένους περὶ κτήσεως βιβλίων, ἡ περὶ*

©BIUM

τὰς ἐπιγραφάς τε καὶ διασκευὰς αὐτῶν, ἤρξατο γίγνεσθαι ῥᾳδιουργία τοῖς ἕνεκα τοῦ λαβεῖν ἀργύριον ἀναφέρουσιν, ὡς τοὺς βασιλεῖς, ἀνδρῶν ἐνδόξων συγγράμματα. [e]) Quinam vero libri Hippocratei temporibus regum Attalicorum et Ptolemaicorum confecti fuerint, praeter hunc, quem Galenus memoravit, incertum est. Librum etiam de humoribus his ipsis temporibus, ut major evaderet, variis a librariis additamentis esse auctum, Galenus probat in comment. I. in libr. de humorib. p. 509. to. VIII. ed. Chart. Facile etiam fieri potuisse, ut bibliotheca Alexandrina cum a Jul. Caesaris militibus incensa conflagrasset, malivolorum hominum studio integris Hippocratis libris surrogarentur alieni, Grunerus [f]) putat. Tandem etiam quaedam manifeste spuria in Hippocratis operibus leguntur, v. g. Hippocratis ad Demetrium regem de sanitate tuenda epistola, nec non epistola ejusdem argumenti ad Antiochum regem libellusque ad Maecenatem de sanitate tuenda, ut reliquos hujus generis, quos infra enarrabo, omittam. Exempla adeo existunt libellorum, Hippocratis nomen gerentium, pluribus elapsis post Christum natum saeculis conscriptorum.

VIII.

Frequentius tandem in scriptis Hippocratis, quam fere aliorum, accidit, ut textus temere mutaretur, quod Dioscoridem et Artemidorum Capitonem inprimis fecisse, GALENUS testatur [g]) variaque, quae Hippocra-

---

e) In praef. ad Comm. II. in Hipp. libr. de nat. hom. to. III. p. 128. ed. Chart.

f) Censur libr. Hippocr. sect. I. §. 2. p. 5.

g) Comm. I. in libr. de nat. hom. p. 4. to. V. Comm. II. in libr. de morb. epid. p. 459. et pluribus locis, quae collegit VILLOISON. in prolegom. ad Hom. Il. c. scholiis cod. Ven. p. 36. sq. multusque est de mendis in antiquissimis Hippocratis exemplaribus, de interpolatoribus ac corruptoribus textus Hippocrat. causisque corruptelae. HARLES.

©BIUM

tis non ſunt, textui interponerentur. Quod aphoriſmis prae aliis accidit, aliisque quibusdam libris, ad σημειωτικὴν pertinentibus.

IX.

Quum itaque et copioſa occaſio fuerit librorum ſpuriorum veris atque genuinis libris Hippocratis inferendorum, et ipſum ſpuriorum librorum Hippocrateorum numerum exiguum eſſe non debere, jam ex dictis intelligatur, quod et AUGUSTINUS jam probavit libro contra Fauſtum XXII. c. 6. dicens: *Nonne ſub* HIPPOCRATIS, *nobiliſſimi medici, nomine quidam libri prolati, in auctoritatem a medicis recepti non ſunt, nec eos adjuvit nonnulla ſimilitudo rerum atque verborum, quando comparati eis, quos vere* HIPPOCRATIS *eſſe conſtaret, impares judicati ſunt*, plurimum intereſt, ut notas, quibus veri Hippocratei libri diſtinguantur, enarremus. Eaeque notae partim ex ipſis libris, quos Hippocratem vere ſcripſiſſe conſtat, deſumuntur, partim ex antiquiſſimorum auctorum teſtimoniis. Ad priores quod attinet, libri ab Hippocrate conſcripti continent morborum deſcriptiones atque historias, plane ſecundum naturam expreſſas, cauſas eorundem manifeſtas (ut adeo, ubi abditas, quas dogmatici poſt Hippocratem introducebant, enarratas legeris in libro Hippocrateo, aut alia, quae in aegris manifeſta non ſunt, ad θεωρίαν ſpectantia, certo credere poſſis, eum non eſſe Hippocratis) et ex iisdem historiis atque deſcriptionibus deductas propoſitiones, utplurimum generales, non facile ſibi ipſis contradicentes, et quas univerſaliter veras Hippocrates dixit, raro in quibusdam tantum morbis aegrisve, ſed in omnibus veras. (Vid. ANT. PIMBIOLI, Comitis Inghelfredi, orat. Hippocrates ſyſtemata neque conflavit, neque admiſit, ſed ſolas obſervationes eſt conſectatus. Patav. 1764. 4.) Et haec Hippocrates tradidit oratione perbrevi, unde Galeno non raro βρα-

©BIUM

χυλόγος dictus,[h]) nervosa talique, ut paucis verbis plurima subinde comprehendat. Quam ob causam Galenus etiam verissime monuit: *εἰ μὲν τὰ σαφῶς ὑφ' Ἱπποκράτους γεγραμμένα μὴ νοήσας κατὰ τὴν πρώτην ἐπιβολὴν καὶ δὶς, καὶ τρὶς, καὶ πλεονάκις ἀναγνώτω, προσέχων τὸν νοῦν· εἰ γὰρ τοῦτο ποιήσῃ, πάντως ταῦτ' ἐννοήσει σαφῶς ἑρμηνευόμενον.* [i]). Dialecto Hippocrates, Doricus utut patria, jonica vel attica veteri, et quidem, Aeliano narrante, [k]) Democriti gratia, vel potius, quod hanc dialectum, tanquam suaviorem, pluribus probari sciret. Quidam tamen ejus libri dialecto jonica puriore, quidam minus pura, scripti sunt, omnesque libri doricas voces atticasque continent non paucas. [l])

X.

Sed haec non sufficiunt ad Hippocratis scripta genuina a spuriis cum certitudine quadam separanda. Multum vero in hoc de genuinis Hippocratis atque spuriis libris judicio formando juvamur testimoniis antiquissimorum virorum, qui scriptis Hippocratis enarrandis singularem operam navarunt, Erotiani, quem Neronis temporibus vixisse inde patet, quod Andromacho juniori, archiatro, suam *τῶν παρ' Ἱπποκράτει λεξέων συναγωγὴν* inscripsit, atque Galeni. Erotianus [m]) Hippocratis scripta genuina, quorum dictiones

---

h) De venaesect. adv. Erasistrat. c. 4. p. 415. to. X. ed. Chart. Lib. II. de diffic. respir. c. 3. p. 256. to. VII.

i) Comm. III. in libr. de artic. no. 49.

k) *Λέγουσι δὲ Δωριέα ὄντα Ἱπποκράτην, ἀλλ' οὖν καὶ τοῦ Δημοκρίτου χάριν τῇ Ἰάδι φωνῇ συγγράψαι τὰ συγγράμματα.* Aelian. V. H. lib. IV. c. 20.

l) Vid. Jo. Freind praef. ad Epid. lib. I. et III. p. 174. in Oper. Lut. Par. 1734. in 4. et Trilleri epist. ad Freind. sup. I. et III. Hippocr. Epid. p. 188. in Opusc. vol. II.

m) Erotiani, Galeni et Herodoti gloss. in Hippocr. ex edit. Jo. Geo. Fr. Franzii. Lipsi. 1780. 8. p. 20—24.

©BIUM

obſcuras ipſe explicuit, ſequenti modo dividit atque enarrat, generali ſcriptorum diviſione in ſemiotica, phyſica et aetiologica, ad artis praecepta pertinentia, therapeutica, diaetetica, chirurgica atque mixta praemiſſa. *Σημειωτικά ἐστι ταῦτα. Προγνωστικὸν, προρρητικὸν, ἁ καὶ β΄, ὡς οὐκ ἔστιν Ἱπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν. Περὶ χυμῶν· Αἰτιολογικὰ δὲ καὶ φυσικά· Περὶ φυσιῶν, περὶ φύσιος ἀνθρώπου, περὶ ἱερῆς νούσου, περὶ φύσιος παιδίου, περὶ τόπων καὶ ὡρῶν. Θεραπευτικὰ δὲ τῶν μὲν ἐν χρονίοις ἀνηκόντων. Περὶ ἀγμῶν, περὶ ἄρθρων, περὶ ἑλκῶν, περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων, κατὰ ἰητρεῖον, μοχλικὸν, περὶ αἱμορροΐδων καὶ συρίγγων. Εἰς δίαιταν· Περὶ νούσων ά, β΄, περὶ πτισσάνης, περὶ τόπων τῶν κατ᾽ ἄνθρωπον, γυναικείων ά, β΄, περὶ τροφῆς, περὶ ἀφόρων, περὶ ὑδάτων. Ἐπίμικτα δέ ἐστι ταῦτα, Ἀφορισμοὶ, ἐπιδημίαι ζ΄. Τῶν δὲ εἰς τὸν περὶ τέχνης τεινόντων λόγον, ὅρκος, νόμος, περὶ τέχνης, περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. Πρεσβυτικὸς γὰρ καὶ ἐπιβώμιος φιλόπατριν μᾶλλον, ἢ ἰατρὸν ἐμφαίνουσι τὸν ἄνδρα.* Praeter hos libros, quos in praefatione diſerte memorat EROTIANUS, aliis quoque libris Hippocrateis, ad gloſſarium ſuum conficiendum uſus eſt. Ex libro de oſſium natura, qui Hippocrati adſcribitur, multas voces explicuit, quod etiam FOESIUS [n]) teſtatur.

XI.

Adriani temporibus vixerunt ARTEMIDORUS, CAPITO vocatus, atque DIOSCORIDES. Horum uterque libros Hippocratis collegit atque edidit. Laudem vero vix multam ob hanc operam promeruerunt. Probaſſe quidem Artemidori Capitonis editionem Adrianum, et utramque, Artemidori ſcilicet et Dioſcoridis, ab omni-

n) In not. ad Hipp. libr. de oſſium nat. in Oper. ſect. III. p. 128.

©BIUM

bus ſummo ſtudio conquiſitam eſſe GALENUS o) refert; ſed vitiaſſe hos viros textum Hippocratis, audaciſſimosque fuiſſe in pervertendis atque turbandis Hippocratis verbis, antiquas inprimis voces ſtudio ejeciſſe e textu, GALENUS p) variis in locis per exempla probat. Sed ipſae hae editiones, omnium earum, in quibus critices limam qualemcunque adhibitam eſſe conſtat, antiquiſſimae, interierunt, ita, ut ordo quoque, quem in conſtituendis libris Hippocrateis ſecuti ſunt editores, plane ignoretur.

XII.

GALENUS vero non ſolum ipſe promiſit, ſe commentarium elaboraturum, in quo, qui veri, quique ſpurii libri Hippocratis ſint, exponeret q), hic vero liber, ſi ſcriptus ab eo eſt, ſaltim ad nos non pervenit; verum etiam permultis, imo infinitis in locis Hippocratis ſcripta et memoravit, et permulta commentariis ampliſſimis illuſtrata edidit, in quibus non raro judicium ſuum de ipſorum horum librorum aut veris, aut ſuſpectis originibus tulit. Quae judicia infra, ſingulos libros enarrantes, diligenter notabimus. In libro vero de libris propriis, in quo commentarios in Hippocratis libros a ſe ſcriptos enarrat, ſimul plurimam eorum enarrat partem,

---

o) Comm. I. in libr. Hippocr. de natura hum. no. 1. p. 97. to. III. ed. Chart.

p) Princeps locus est in Comm. I. in libr. Hippocr. de nat. hum. quem modo citavi. Aliud exemplum textus per hos viros corrupti adducit in Comm. II. in III. libr. Hippocr. de morb. vulg. p. 236. to. IX. ed. Chart. et in permultis locis aliis. Conf. praef. Galeni ad Comm. in VI. Hippocr. lib. de morb. vulg. p. 354. edit. cit. et praef. ad Comm. in libr. Hipp. de offic. med. p. 2. to. XII. — Vid. et HIER. MERCURIALIS in cenſur. Oper. Hippocr. p. 7. ed. Frft. in 8. [et VILLOISON. in Anecd. graec. to. II. p. 136. ſq. not.]

q) In prooem. Comm. in libr. Hipp. de humor. p. 509. to. VIII. Eadem promiſit in libr. VI. de Hipp. et Plat. decret. c. 5.

©BIUM

quos pro genuinis ipſe habuerit. Iique ſunt r) libri ἀφορισμῶν, liber περὶ ἀγμῶν, περὶ ἄρθρων, προγνωστικὸν, περὶ διαίτης ὀξέων, περὶ ἑλκῶν, περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων, τῶν ἐπιδημιῶν I. II. III. VI. περὶ χυμῶν, περὶ τροφῆς, προῤῥητικὸν, in quo tamen, ut in Coacis praeſagiis, multa falſa et nimis generaliter dicta contineri, alio loco s) adſerit, περὶ φύσεως ἀνθρώπου, τὸ κατ᾽ ἰητρεῖον, περὶ τόπων καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων. De reliquis etiam omnibus Hippocratis libris, quos commentariis non inſtruxit, judicium ſuum tulit, alio eoque commodiore loco enarrandum.

XIII.

Incertis temporibus, attamen poſt Galenum, ab eo quippe non memoratus, et quidem ſatis longo poſt eum tempore, PALLADIUS vixit, enarrationum in aliquot libros Hippocratis auctor. t) Scholia ejus εἰς τὸ περὶ ἀγμῶν Ἱπποκράτους adhuc ſuperſunt, a Foëſio primum edita. In his, ubi ad ordinem devenit, quo Hippocratis libri legendi ſunt, eos ſimul recenſet, quos genuinos eſſe putat. Iique ſunt: 1. aphorismi, 2. liber de natura pueri, 3. liber de natura hominis, 4. liber de humoribus, 5. de alimento, 6. prognoſticon, 7. liber de victus ratione acutorum, 8. liber de fracturis, 9. liber de articulis, 10. liber de aëre, aquis et locis, 11. libri de morbis popularibus. u) SUIDAS, valde re-

---

r) GALENUS de libris propriis p. 44. to. I. Conſ. praef. ad Comm. II. in Hipp. de morb. vulg. lib. III. p. 230. to. IX. Loca GALENI quam plurima, in quibus judicium de libris Hippocratis tulit, collegit LUD. LEMOSIUS in judicio operum Hippocratis mox memorando.

s) In praef. ad Comm. II. in Hippocr. de morb. vulg. lib. III. p. 230. to. IX. ed. Chart.

t) JAC. SANTABLINUS in praef. ad Palladii ſchol. in libr. Hippocr. περὶ ἀγμῶν, ſect. VI. p. 196. in Oper. Hippocr. ed. Foëſii, Francof. 1595. f.

u) Hippocr. ed. Foëſii cit. p. 197.

©BIUM

cens auctor, [atque ex illo EUDOCIA in Ἰωνιᾷ p. 246.] quosdam tantummodo libros Hippocratis recenſet, τὸν ὅρκον, τὰς προγνώσεις, τὴν τῶν ἀφορισμῶν, et tandem librum celeberrimum et ſumme admirabilem ἑξηκοντάβιβλον, quem omnem medicam ſcientiam et ſapientiam continere dicit. [v]) Qui vero libri in hac tam laudata collectione fuerint comprehenſi, non liquet, quum a nullo alio probato auctore aliquid de ea proditum habeamus. Plures etiam alii veteres Hippocratis libros ſubinde memorant, quorum teſtimonia, ſi aliquid ad veras origines Hippocrateorum librorum intelligendas conferunt, in enarratione ſingulorum librorum Hippocratis adducam.

XIV.

Recentiori tempore operum Hippocrateorum cenſurae inprimis operam dederunt HIER. MERCURIALIS et LUDOV. LEMOSIUS. Hi in enarrationibus librorum Hippocratis Galenum preſſe ſecuti ſunt. HIER. MERCURIALIS cenſuram operum Hippocratis edidit Venet. 1583. in 4., et quidem nomine veri auctoris ſuppreſſo, deinde Baſileae, invito auctore, cum ejus praelectionibus de puerorum morbis et de venenis ſub ejus nomine editam, poſtea retractatam atque repurgatam ab ipſo auctore Francof. 1585. 8. in lucem emiſſam, tandemque Venet. 1588. f. cum Hippocratis operibus graece et latine editam, ipſosque Hippocratis libros in Operum Hippocratis editione graeco-latina, quam curavit, ſecundum hanc cenſuram diſpoſuit, non tamen ſine JO. COSTAEI contradictione, qui in diſſ. I. poſthumae miſcellanearum diſſertationum decadis Patav. 1658. 12. contra Mercurialem, hanc cenſuram et diſpoſitionem multa ſcripſit. Libros vero, qui Hippocrati adſcribi conſuerunt, in quatuor claſſes partitus eſt. *Prima* claſſis ipſi eorum eſt, qui vere phraſin et dogmata Hippocratis continent,

v) In Lex. ſ. v. Ἱπποκράτης p. 145. to. II. ed. Kuſt.

©BIUM

quorumque alios Hippocrates certo edidit; alios autem ab eo esse editos non ita constat. *Altera* classis hos libros comprehendit, qui ab ipso quidem Hippocrate sunt scripti, a discipulis vero, inprimis a Thessalo et Polybo, ex membranis, in quibus Hippocrates sua notaverat, sunt editi. *Tertia* classe continentur libri non ab Hippocrate, sed aut a filiis, aut a discipulis ejus, secundum praeceptoris doctrinam mentemque, aut ex scholae Hippocraticae doctrina compositi. *Quarta* classis libros, ab Hippocratis placitis plane alienos continet. Ad primam classem sex priores aphorismorum libri, libri prognosticorum (sive potius liber, qui in Hippocratis operibus inscribitur *προγνωστικὸν*), prima pars libri de natura humana, liber de aëre, aquis et locis, libri de victus ratione in acutis tres priores sectiones, primus et tertius liber de morbis popularibus, libri de articulis, de fracturis, de luxationibus, de ulceribus et de capitis vulneribus referuntur.[w]) Libros, quos reliquis tribus classibus subdidit, non hic memoro: *quartae* tamen eum classi jusjurandum, librum Hippocratis, quem genuinum esse plurimi argumentis satis idoneis adseruerunt, subdidisse, adeoque pro plane alieno ab Hippocrate atque supposititio habuisse, notandum est.

Ludov. Lemosius iisdem temporibus (illius enim de operibus magni Hippocratis judicium Salamanticae 1585 primum prodiit[x])) ignarus plane eorum, quae Hier. Mercurialis aut fecerat, aut agebat, censuram operum Hippocratis conscripsit, in quo neque copio-

---

w) Cens. op. Hippocr. p. 15. ed. Francof.

x) De optima praedicendi rat. lib. VI. item judicii operum magni Hippocr. lib. I. Lud. Lemosio — authore. Salamant. ex offic. Ildef. a Terra-nova et Negla 1585. 8. min. Quae omnium prima editio sine dubio eadem cum hac est, quam Salamant. 1585. fol. prodiisse Gruner. censur. libr. Hippocr. p. 31. memorat. Alia editio prodiit Venet. 1592. 8.

©BIUM

ſam librorum antiquorum lectionem, neque diligens ſtudium ad vera certaque eruenda defideres. Galeno, ut reliqui harum rerum ſcriptores fere omnes, inprimis duce uſus eſt, ita tamen, ut viam ſibi propriam haud raro pararet, ubi Galenus deficere videbatur. Opera Hippocratis in haec dividit, quae ſine dubio ab Hippocrate ipſo, et quidem ut ederentur, ſcripta putanda ſunt, et in alia, aut a viris ex familia Hippocratis edita, aut manifeſte notha. Genuina ex ejus ſententia ſunt 1. primus et tertius liber de morbis popularibus, quos ante reliquos ab Hippocrate ſcriptos eſſe praeclare adfirmat, 2. aphorismi, 3. praenotionum liber (προγνωστικὸν), 4. liber de diaeta acutorum, 5. liber de aëre, aquis et locis, 6. liber de natura humana, 7. jusjurandum, 8. epiſtolae, 9. liber de alimento, 10. de humoribus, 11. de capitis vulneribus, 12. de ulceribus, 13. de fracturis, 14. de articulis, 15. de iis, quae medicatrina fiunt (κατ' ἰητρεῖον), 16. de natura pueri, 17. lex, 18. de ſeptimeſtri partu, 19. de ſuperfoetatione.[y]) Polybo librum ſecundum de natura humana, et librum de oſſium natura et de ſalubri diaeta, Draconi, Hippocratis filio, librum quintum morborum popularium et de morbo ſacro librum, Hippocrati, Theſſali filio, Hippocratis magni nepoti, vero libros de morbis, de genitura atque de medicamentis purgantibus tribuit. Quibus reliqui libri Hippocratei ab eo tribuantur, infra notabitur.

XV.

Editores non pauci operum Hippocratis libros, ſecundum argumenti ſimilitudinem ordinatos, ediderunt, genuinis a ſpuriis nullo modo ſeparatis. Idque etiam FOËSIUS fecit, vir omnium interpretum atque editorum Hippocratis de auctore ſuo longe meritiſſimus qui adeo de genuinis ſpuriisve librorum Hippocrateorum originibus raro ipſe judicat, judiciis Erotiani atque

---

y) LEMOS. libr. cit. c. V. f. 18.

©BIUM

Galeni plane ad genuinas operum Hippocratis origines demonſtrandas contentus, neque adeo permultos Hippocratis libros pro ſpuriis habens, quos Erotianus atque Galenus non memoraverunt. Librum tamen de natura humana,[z]) de ſeptimeſtri partu,[a]) et de octimeſtri partu[b]) plane pro genuinis habet. MARIUS ZUCCARI, medicinae in Neapolitano gymnaſio profeſſor, librum I. Hippocratis de natura humana, aphorismorum ſectiones VII., libros IV. de ratione victus, prognoſtici libros III. (quo nomine ſcriptoribus libri II. prorrhet. et prognoſt. veniunt) libros de his, quae in medica officina fiunt, libros epidemiales, libros de articulis, de fracturis, librum de aëre, aquis et locis pro vere germanis habet. Hisque, ex multorum placito, librum de alimentis et de humoribus adjungit. Eſſe autem hos libros Hippocratis, ex ſola methodo, et quidem dogmatica, qua conſcripti ſint, demonſtrat. (HIPPOCRATIS *epidemialium obſervationum pars I. quatuor contenta languentibus.* Ven. 1621. in 4. p. 20. c. 4.). HALLERUS primus in opere, quod Hippocratis opera in latinam linguam a Jano Cornario verſa typis iterum excuſſa continet,[c]) hos libros ita edidit, ut primae claſſi eos ſubderet, quos vere ab Hippocrate ſcriptos eſſe putabat, ſecundae vero eos, qui non videantur ipſius eſſe Hippocratis, quod vel aliena varia ab ipſius divini ſenis placitis tradant, vel nuperiora inventa, vel ejusmodi demum vitia contineant, quae Hippocrates ipſe damnaverit, neque ideo videtur commiſiſſe. In tertiam claſſem manifeſte ſpurios conjecit. Libri vero, quos Hallerus genuinos putat, quique in primo artis medi-

---

z) Foëſ. in not. in libr. Hippocr. de nat. hum. Oper. ſect. III. p. 95.

a) Idem in not. in Hippocr. libr. de ſeptimeſtri partu. p. 110.

b) Idem in not. ad Hipp. lib. de octimeſtri partu. p. 112.

c) Haller. in praef. ad to. IV. Art. med. princip.

©BIUM

cae principum tomo proſtant, hi ſunt: 1. de aëre, aquis et locis, 2. de natura hominis, 3. de locis in homine, 4. de humoribus, 5. de alimento, 6. de morbis popularibus I. et III., 7. prognoſticon, 8. praedictorum II., 9. de victu acutorum, 10. de fracturis, 11. de articulis, 12. mochlicus, 13. de vulneribus capitis, 14. de officina medici, 15. aphorismi.

XVI.

Poſt Hier. Mercurialem et Lud. Lemoſium et Jac. Sponium, qui in aphorismis novis, ex Hippocratis operibus collectis, Lugd. 1689. 12. et quidem in doctiſſima praefatione, de operibus Hippocratis ſuum judicium tulit, GRUNERUS, clariſſ. in ſtudior. univ. Jen. medicinae quondam profeſſor, anno 1772 [d]) cenſuram operum Hippocratis, et talem quidem edidit, ut plurima, quae antiquiores, Lemoſio excepto, cujus legendi facultatem non habuit, de originibus Hippocrateorum operum dixerunt, comprehendat. Putat vero veterum omnium, inprimis Galeni, teſtimonia cum internis et quaſi innatis libris ipſis notis, brevitate ſcilicet, gravitati argumentorum et ratiociniorum paucitati adjuncta, in hos praecipue libros cadere: 1. in jusjurandum, 2. aphorismos, 3. in librum de aëre, aquis et locis, 4. praenotiones, 5. in praedictionum libr. II., 6. in librum de officina medici, 7. in primum et tertium librum morborum popularium, 8. in librum de victu acutorum, 9. de capitis vulneribus, 10. de fracturis. [e]) [Grunerum ſequitur Jo. HENR. FISCHER in diſſ. de Hippocrate, ejus ſcriptis, eorumque editionibus. Coburg. 1777. 4.] Novam tandem eamque praeclaram

d) Cenſura libror. Hippocrateor., qua veri a falſis, integri a ſuppoſitis ſegregantur. Colleg. ex opt. quibusque auctor. — D. CHR. GODOFR. GRUNER. Vratisl. 1772. 8.

e) Libr. cit. c. II. §. 2.

©BIUM

cenſuram atque diſpoſitionem operum Hippocratis dedit Jo. Fr. Ca. Grimmius, ducis Saxo-Gothani quondam medicus. Probe notat hic Vir Clar. diſcerni atque cognoſci quidem poſſe quaedam Hippocratis ſcripta, verum non omnia: neque de his, quae alios ſcripſiſſe omnino credibile eſt, dici certo poſſe, quisnam ea ſcripſerit, aut quo tempore confecta fuerint. Hinc optime Hippocratis ſcripta in genuina atque ſpuria dividi, ſpuriorum vero familias et claſſes quasdam, (niſi eorum, quae temporibus longe poſt Hippocratem confecta eſſe ſuadent omnia,) confici vix poſſe. Hippocratis opera ea, quae genuina eſſe putat, et quidem eo ordine, quo ſcripta eſſe ea credibile eſt, in primo tomo verſionis ſuae germanicae operum Hippocratis [f]) collocavit, eaque ſequentia ſunt: 1. liber de morbis popularibus primus, 2. lib. de morbis popular. tertius, 3. praenotionum liber (*προγνωστικὸν*), 4. prorrheticorum lib. ſec., 5. aphoriſmi, 6. liber de diaeta in morbis acutis, 7. lib. de aëre, aquis et locis. [Linkius quoque cum Berolinenſi regia ſcient. academia commentationem communicavit, qua de theoriis, in Hippocratis ſcriptis occurrentibus, et quaenam horum ſcriptorum genuina ſint, quae ſpuria, expoſuit. Vid. *Schrift d. phyſikal. Claſſe d. Berl. Ak. d. Wiſſ.* 1815. u. 1816. p. 223. ff. Vid. ſupr. p. XVIII not. c). K.]

XVII.

Ex hactenus dictis facile intelligitur, quinam libri, qui Hippocrati adſcribuntur, genuini ſint, quinam ſpurii, certo demonſtrari vix poſſe, imo ex diſſenſu antiquorum virorum doctorum, qui libros Hippocratis enarrarunt, Erotiani praeſertim et Galeni, et ex teſtimoniis aliorum, qui libros manifeſte ſpurios ſub Hip-

f) Hippocrates Werke. A. d. Griech. überſ. u. m. Erläut. v. D. Jo. Fr. Ka. Grimm. B. I. Altenb. 1781. 8. qui primus tomus opera Hippocratis genuina continet.

©BIUM

pocratis titulo citant (quod e.g. CORN. CELSUS fecit, qui quintum morborum popularium librum, manifeſte non ab auctore primi et tertii morborum popularium libri conſcriptum, ad Hippocratem Coum refert[g]) perſpici, veteres, quorum libri ad nos pervenerunt, (omnes enim antiquae librorum Hippocratis editiones et interpretum in eos enarrationes, quas Galenus enarrat, interierunt) Galeno excepto, et aliquo ſaltim modo, Erotiano, qui fugiente calamo judicium de libris Hippocratis tulit, de operum Hippocratis verorum et ſuppoſititiorum judicio vix valde fuiſſe ſollicitos. Hinc quum ad certitudinem quandam circa auctores librorum Hippocrateorum et tempora, quibus conſcripti fuerint, pervenire non liceat, in librorum Hippocrateorum enarratione hoc a nobis tenendum eſt, ut primum locum iis demus, quos conſcriptos eſſe ab Hippocrate Coo teſtantur omnes, quibusque neque interni librorum Hippocratis verorum characteres, neque antiquorum teſtimonia deſunt, poſt hos vero eos ponamus, qui Hippocrate forſan antiquiores ſunt, deinde vero temporibus poſt eum confecti.

I. LIBRI GENUINI.

XVIII.

Ἐπιδημιῶν liber I. et III. [Exſtant in ed. Linden. to. I. p. 653. ſequ. edit. Frob. gr. p. 301. ed. Mercur. Sect. I. p. 87. edit. Foeſ. Sect. VII. p. 11. ed. Chart. to. IX. p. 1. Verſ. Cornar. p. 397. HALLER. art. med. princ. to. I. p. 110. 138. Pierer. bibl. iatr. to. III. p. 193. 244. K.] Hi libri ab omnibus antiquis, qui de Hippocrate quaedam tradiderunt, et plane nullo refragante, pro genuinis habiti, et quidem a Mnemone Sidite, medico de Cleophantii ſecta, qui librum ἐπιδημιῶν tertium Ptolemaeo Euergetae quaeſtus cauſa dediſſe fertur (v. GALEN. in com. II. in Hipp. epid. III. text. 4. p. 239. to. IX.) adeoque Graecorum, quos

g) CEL. de re med. lib. VIII. c. 4. 432. ed. Lugd. 1785.

©BIUM

enarraſſe hos libros popularium morborum ſcimus, fere antiquiſſimo, aliisque, qui commentarios in hos libros ſcripſerunt, ZEUXIDE (v. GALEN. l. c.), SABINO ejusque discipulo, METRODORO (GAL. com. I. in eund. libr. III. text. 4. p. 203.), ZENONE Herophileo (GAL. com. II. in III. Epid. text. 4. p. 238.), APOLLONIO EMPIRICO (GAL. l. c. p. 244.), HERACLIDE TARENTINO et ERYTHRAEO (GAL. l. c. p. 240.); BACCHIO (GAL. l. c. p. 244.), EROTIANO (v. hujus Gloſſ. Hipp. ed. Franz. p. 22.), QUINTO (GAL. comm. I. in I. Epid. Hipp. in praef. p. 3. to. IX.), LYCO MACEDONE (GAL. in Comm. I. in III. Epid. text. 4. p. 203.), SATYRO et PHICIANO (GAL. Comm. I. in III. Epid. text. 29. p. 228.) atque GALENO, qui utrumque hunc librum *ἐπιδημιῶν πρὸς ἔκδοσιν* conſcriptum eſſe diſerte dicit, (v. Comm. II. in I. Epid. text. 1. p. 124.), et tertium *ἐπιδημιῶν* librum *τὸ βιβλίον τοῦ Ἱπποκράτους νόμιμον* appellat (GAL. argum. lib. III. Epid. p. 193.), atque primum et tertium *τῇ τῆς θεωρίας οἰκειότητι συνηφθῆναι* (de reſp. diffic. lib. III. c. 1. p. 268. to. VII.) putat, ut adeo utrumque hunc librum ex omnibus popularium morborum libris ſolum *πρὸς ἔκδοσιν* conſcriptum eſſe ex omnium fere opinione dicat in Comm. I. in VI. Epid. praef. p. 354. to. IX. Neque notae, his duobus libris inditae, repuguant, quominus eos pro vere genuinis habeamus. Thaſus, Lariſſa, Abderae, Cyzicum, Meliboea, urbes ab eo in his libris ipſis memorantur, in quibus morbos, quos enarrat, obſervaverit. Et hae quidem morborum obſervationes hoc modo traditae ſunt, ut et conſtitutiones epidemicae generatim deſcribantur, in quibus primus Hippocrates docuit, quid anni tempora, aërisque ſtatus ad morbos populares inducendos conferant, et aegrotantium hiſtoriae enarrentur, quae vero, quod Galenus jam monuit (Comm. III. in III. Epid. text. 71. p. 290.) non omnes ad conſtitutiones epidemicas, quas generatim deſcripſit, ſed aut ad alias conſtitutiones epidemicas, auf etiam ad morbos ſporadicos pertinent.

©BIUM

Hos libros popularium morborum, primum ſcilicet atque tertium, ante reliquos Hippocratis libros conſcriptos eſſe cum GRIMMIO (Hippocrates Werke B. I. p. 449.) puto, hac inprimis ductus ratione, quod ad praeſagia generalia eaque juſta in morbis formanda, in quibus cum plurima laude Hippocratem verſatum eſſe ſcimus, morborum obſervatio diuturna ſit neceſſaria, ipſeque Hippocrates exemplum obſervationum ſuarum in his libris ἐπιδημιῶν dederit. Docuit adeo per exempla non pauca, quae in his libris leguntur, qua ratione medicus praeſagia ex morborum decurſibus deducere debeat, ut adeo et inde pateat, hos Hippocratis libros, forte cum aliis pluribus morborum hiſtoriis, quae temporis injuria interierunt, reliquis ejus libris, qui ad ſemioticen pertinent, quaſi pro fundamento fuiſſe. Contrarium tamen Galenus aſſeruiſſe videtur, quae Hippocrates in ἐπιδημιῶν libris conſcripſit, ex dictis in prognoſtico conſequi exiſtimans (v. praef. ad Comm. I. in I Epid. p. 3. to. IX.), ut adeo tempus, quo hi libri conſcripti ſint, aliquo ſaltim modo hoc loco a Galeno dictis dubium reddatur.

Continentur vero in I. ἐπιδημιῶν libro conſtitutiones epidemiae tres, quarum ſingulae initium ſumſere ineunte autumno, et aeſtate ineunte defierunt. Poſt conſtitutiones enarratas ſequuntur propoſitiones de decurſu morborum generales, quae tertia ſectione in libris editis (p. 670. to. I. ed. Lind.) comprehenduntur. An hae tres conſtitutiones ſe invicem, nulla alia intercurrente, exceperint, quod Grimmius ſuſpicatur (Hippocrates Werke I. Band p. 449.), dubium, et ob aeſtivas conſtitutiones omiſſas vix credibile eſt. Has ſequuntur morborum hiſtoriae XIV. quae ad conſtitutionem epidemiam tertiam pertinere videntur.

Tertio libro XII. aegrotantium hiſtoriae enarrantur. Has excipit conſtitutio epidemia peſtilens in Thaſo, ut videtur, (vid. Grimm. p. 486.) obſervata. Sequuntur dein aegrotantium hiſtoriae, ad praecedentem

©BIUM

conſtitutionem, quod jam Galenus monuit (Comm. III. in III. Epid. p. 290. to. IX.), vix referendae, XVI.

In utroque hoc libro inſcriptiones ſectionum, GALENO jam monente, non ab Hippocrate profectae ſunt. Eodem Galeno monente (comm. II. in III. Epid. p. 239. to. IX.), etiam literarum characteres, duodecim hiſtoriis morborum, quae in III. *ἐπιδημιῶν* primum proponuntur, non ab Hippocrate, ſed a Mnemone Pamphylo additi ſunt, et quidem ideo, ut eorum interpretatione ſe librumque ipſum Ptolemaeo Euergetae commendaret. Tertius hic ceterum liber navi advectus et a Mnemone Pamphylo in ordinem digeſtus in bibliotheca Ptolemaei Euergetae dictus fertur: *τὸ ἐκ πλοίων κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην.* Vid. Galen. l. c.

Isque Mnemon eorum, quos his popularium morborum libris, in primis tertio, operam dediſſe conſtat, primus eſt. *Διορθωτὴν* libri *ἐπιδημιῶν* III. dictum fuiſſe, memorat Galenus l. modo l., atque quod jam dixi, hiſtorias XII. aegrotorum primis, quae in III. *ἐπιδημιῶν* leguntur, characteres addidiſſe. Conf. de his characteribus et eorum interpretatione GALENUS Comm. I. in III. Epid. p. 208. 221. et Comm. II. in III. Epid. p. 239. to. IX. De iisdem characteribus ZENO librum peculiarem ſcripſit, contra quem APOLLONIUS EMPIRICUS ſcripſit. Zenone vero mox contradicente, APOLLONIUS *ὁ βιβλᾶς*[h]) reſcripſit. (Vid. GALEN. II. Comm. in III. Epid. p. 244. to. IX.) Eosdem characteres explicuere HERACLIDES TARENTINUS et ERYTHRAEUS, notante eodem GALENO comm. II. in III. Epid. p. 240. to. IX. [VILLOISON proleg. ad Hom. Iliad. p. XX sq. qui multus eſt de his characteribus adpoſitis. HARLES.]

Praeter dictos libros, qui ad nos pervenerunt, ſe-

---

h) De hoc vid. REINES, in V. L. III. 4. p. 412. Harl. [Copioſius adhuc de eodem Apollonio Bibla egit CHR. FR. HARLES in Analect. de Archigene medico, et de Apolloniis med. Erlang. 1816. 4. p. 14. ſq. K.]

©BIUM

quentes adhuc laudantur antiqui interpretes libri *ἐπιδημιῶν* I. et III. Hippocratis, qui vero omnes interierunt:

ZEUXIDIS Comm. I. in III. Epid. Hippocr. librum citat GALENUS in Comm. II. in III. Epidem. p. 239. to. IX., huncque interpretem, quem minus cautum in interpretando fuiſſe dicit in III. Comm. in III. Epid. p. 300., cujusque commentarii ſuo jam tempore non amplius aeſtimati rareſcerent, ſaepiſſime nominat.

SABINUS commentariorum in I. et III. libr. Epid. auctor cum Metrodoro, diſcipulo, fuit, quem Galenus aliis locis taxat (Comm. I. in III. Epid. p. 222. et p. 203.) aliis vero laudat, Zeuxidi ſaltim praefert (Comm. III. in III. Epid. p. 300.), et accuratiorem ſuperioribus Hippocraticis fuiſſe perhibet. Vid. Comm. III. in III. Epid. p. 203. Locum ſatis prolixum ex his commentariis de urina oleoſa excerpſit GALEN. in Comm. III. in III. Epid. p. 293.

ZENO HEROPHILEUS interpres librorum de morb. popular. citatur a GALENO in Comm. II. in Hipp. Epid. III. p. 238. 243. [De hoc Zenone aliisque cognominibus egi in progr. A. Corn. Celſi editio nova exoptatur, Cont. II. p. 5. Lips. 1822. 4. K.]

Τὸ γεγραμμένον κατὰ τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν a PHILISTO memorat GALEN. in Comm. I. in Hippocr. prorrhet. I. text. 10. p. 707. to. VIII. [Adde Villoiſon l. c.]

QUINTI Comm. in I. Epidem. librum citantur a Galeno in I. Comm. in I. Epid. praef. p. 3. to. IX.

LYCUS MACEDO, quem *νόθον τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως* vocat Galenus, commentarios in III. Epid. librum ſcripſit, quos GALENUS in Comm. I. in III. Epid. text. 4. p. 201. coll. c. III. Comm. in III. Epid. p. 287. expreſſe memorat.

SATYRI et PHICIANI explicationes libri III. Epid. memorat GALEN. in Comm. I. in III. Epidem. p. 228. et ſaepius.

©BIUM

EDITIONES antiquae horum de morbis popularibus librorum, quae apud antiquos memorantur, et omnes interierunt, hae sunt:

MNEMONIS PAMPHYLI librum III. epid. Hippocratis, quem vendidisse Ptolemaeo fertur, iam memoravimus p. XXXVI.

BACCHII editionem libri III. epid. citat GALENUS in Comm. II. in III. Epid. p. 244.

ARTEMIDORI CAPITONIS textum aliquoties memorat idem Galenus, eumque valde quidem culpat, attamen Dioscoridis textui praefert. Exemplum corrupti per Capitonem textus libri epidem. III. dedit in Comm. II. in III. Epid. p. 236.

DIOSCORIDIS textum Epid. III. neque hunc cum laude, memorat GALENUS in III. Comm. in III. Epid. p. 255.

Et nostris quoque temporibus neque multi horum librorum codices scripti exstant, neque permultae editiones typis descriptae.

CODICES. [Inter codd. mss. Epidem. Paris. antiquissimus est no. 2140. sec. XII. scriptus: praeter hunc no. 2141. 2142. 2143. 2144. 2145. 2253. qui hoc peculiare offert, quod utrumque librum, I. et III., invicem conjungat tanquam unum. Inde DE MERCY concludit in praef. ad hos libros, eos a se invicem separari non debere K.] Cod. mst. libri I. exstat in bibl. Medicea, quem Bandini (III. p. 46.) memorat: libri III. scriptum exemplar invenitur in bibl. Divi Marci Veneta. Codicem mst. in Anglia unicum Baroccianum vir doctissimus, Joan. Freindius in sua epidemiorum editione adhibuit, variasque ex eo lectiones notavit. Licet antiquus sit, et cum libris quibuscunque chartaceis vetustate contendat, in pluribus tamen locis mutilus est et vitiosus, easdemque fere lectiones, quae in mstis a Foësio memoratis aut in vulgatis editionibus occurrunt, repraesentat. Vid. praef. Freindii ad libr. Epidem. I. et III. in Oper. omn. ed. Par. 1735. 4. p. 173. Cum commentariis Galeni libri I.

©BIUM

et III., ἐπιδημιῶν ſcripti graece exſtant in bibl. reg. Pariſ. no. 2174. Pars ejusdem commentarii cum textus parte in eadem bibliotheca latet no. 2165. Aliud exemplar graecum exſtat in bibl. D. Marci Ven. teſte Montfauc. I. p. 472. *Arabicus* codex invenitur et quidem textus atque commentariorum trium Galeni in utrumque librum in Scorialenſi bibl.[i]) hoc titulo: Ketab alemradh aluakedat le Bocrath. Herbelot p. 480. Alio titulo: Abidima. Herbel. p. 10. Hippocratis epidemiorum libri VII. interprete Leontio ad Leonem X exſtant in bibl. Laur. Med. plut. 73. MONTFAUC. I. p. 381.

VERSIONES. De verſionibus librorum Hippocratis et aliorum medicorum veterum in arabicam atque reliquas orientales linguas tenendum generatim eſt, eas vix multum ad textum aut integriorem reſtituendum, aut adeo ad ipſum Hippocratem melius intelligendum facere. Antiquiſſimae a Syris, idiomate ſyriaco compoſitae, verſiones penitus interciderunt, titulis earum ſolum ſuperſtitibus. Verſiones arabicae graecorum philoſophorum, aſtronomorum, mathematicorum et medicorum longe plurimae ſaeculo IX. ALMAMONE[k]) inprimis auctore conſcriptae ſunt, et quidem non omnes e graeca lingua in hanc translatae, ſed ut plurimum e ſyriaca. De verſione operum Hippocratis, juſſu ABUJAFAR ALMANSORIS exeunte ſaeculo VIII. a Georgio, filio Boctiechuae, Chriſtiano Neſtoriano confecta, non certo ſcimus, utrum e ſyriaca verſione, an e graeco textu fuerit facta. Poſtea HONAINI[l]) filii Iſaaci, verſio-

---

i) Caſiri catal. cod. ms. bibl. Scorialens. p. 250. Haller. biblioth. med. pract. to. I. p. 33. qui horum codicum omnium mentionem fecit.

k) Vid. SALMAS. praef. ad arabicam tabulae Cebetis verſionem, et SIM. OCKLEY praef. ad librum: The conqueſt of Syria, Perſia and Aegypt by the Saracens. Lond. 1708. 8. FABR.

l) Vid. ASSEMANN. to. II. bibl. orient. p. 271. ſq. HARL.

©BIUM

nes maximopere aeſtimatae ſunt, quarum auctor ſub Califa Elmotewakelio (ab anno p. C. N. 847 — 861.) floruit. Graeco textu uſus eſſe videtur HONAIN,[m]) non ſyriaca verſione; Graeca enim apud Graecos, et arabicam linguam apud Arabes ipſos didicerat colueratque; hinc ejus verſiones reliquis merito praeferuntur, etſi, quos ex his verſionibus, et generatim ex arabicis et hebraicis latinos fecerunt libri Hippocratis, textui graeco minus reſpondent. Haec omnia copioſe expoſuit RENAUDOTUS in epiſt. ad Dacierium, quae in parte altera operum Hippocratis, a Dacierio gallice editorum, legitur. [Caſiri in bibliotheca arabico-hiſpana Eſcurialenſi to. I. Madrit. 1760. f. p. 238 ſqq. Renaudotum graviter culpat, et inſcitiae accuſat, qui plura de rebus, ſive ad linguae, ſive ad hiſtoriae arabicae peritiam ſpectantibus, vel inſcite confundat, vel audacter pronuntiet contra communem eruditorum perſuaſionem, qui graecis et arabicis literis non levem operam impendiſſent; praecipue laudat CASIRI Honaini ſcientiam. Idem CASIRI p. 249 — 253. duo codices literis cuphicis exaratos, fuſe deſcribit, qui continent verſionem Honaini, Iſaaci filii, arabicam Epidemiorum cum Galeni commentariis pluribus, quam graece et latine hodie exſtant. Prior codex no. 800. punctis diacriticis paſſim omiſſis, ſine anni nota ſcriptus, continet Galeni commentarios I. II. et III. in primum librum Hippocratis epidemiorum, tum ejusdem commentarium I. II. III. IV. in ſecundum librum. Quintus Galeni Comment. in ſecundum librum arabice tantum exſtat. Hinc HONAINUS in prooemio

---

m) Quod Caſiri l. mox citando p. 239 ſq. confidentius adfirmat, atque ex illius prologo, quem septem aphorismorum libris etc. praefixit, memorat ejus profeſſionem, ea religione in vertendis Graecorum ſcriptis ſe geſſiſſe, ut nihil temere in textu mutare, nihil addere auſus ſit: ſe in obſcuris ambiguisque lectionibus plura graeca exemplaria et viros doctos conſuluiſſe. HARLES.

©BIUM

commentarii quarti: „Galeni, ait, commentarium quintum in ſecundum Hippocratis librum in graeco textu non reperimus, etſi duo illius (arabica) exemplaria apud nos exſtiterunt.“ — Tum ſequuntur Commentar. VI. in Hippocr. lib. II. atque Comm. I. II. et III. in III. libr. Hippocr. — Codex poſterior no. 801. exaratus anno Egirae 707. anno Chr. nat. 1210. ſine punctis diacriticis comprehendit Galeni commentarios I—VIII. in ſextum librum Epidemiorum. Ad calcem hujus codicis accedit HONAINI, horum librorum interpretis, animadverſio, quam, quia Caſiri liber in paucorum manibus erit, hic repetam ex illius verſione: „Galenus ergo tres edidit commentarios in primum EPIDEMIORUM librum, quos ſyriace JOB, arabice ABI GIAPHAR MOHAMED BEN MUSA transtulit: ſex vero illius commentarios in ſecundum Epidemiorum librum, quorum graecum exemplar penes me fuit, valde tamen mendoſum, interpolatum et confuſum, ad examen revocatos, graece primum exſcripſi, deinde *ſyriace* verti: quos et arabice poſtea ABI GIAPHAR MOHAMED BEN MUSA convertit. Praeterea in eo exemplari ex Galeni commentariis unus (i. e. quintus) omnino deſiderabatur. Ceterum ABI GIAPHAR, quam inchoaverat verſionem arabicam, ob caſum quendam, qui illi librorum meorum cauſſa contigit, abſolvere non potuit. At in ſextum Epidemiorum librum octo ſcripſit Galenus commentarios, ab JOB ſyriace redditos, qui omnes noſtris codicibus continentur. Jam vero Galenus praeter quatuor hosce libros non alios expoſuit, relictis ceteris videlicet IV. V. et VI, quos nunquam commentatus eſt, et tanquam ſpurios ac ficto Hippocratis nomine editos habuit. Denique Galeni commentariis in ſecundum Epidemiorum librum in meis ſyriacis et arabicis verſionibus adjeci quasdam in Hippocratem notas, quae ad oras codicis DE MISTIONE occurunt. Has praeter me nemo, quod ſciam, transtulit. Alias edidit Galenus in laudatos Epidemiorum libros, quorum non niſi admodum

©BIUM

pauca vidi folia, ubi Hippocratis ſententia et propoſitum demonſtratur.“ Hactenus HONAINUS. De *hebraicis* ſcriptorum quorundam Hippocratis verſionibus vide J. C. WOLFII biblioth. hebr. p. 137. ſq. Add. Jo. Elichmanni epiſt. de uſu arabicae linguae in medicina. Jen. 1636. HARLES.]

[Codex verſionis latinae horum librorum ſub titulo: Hippocratis endemiarum liber, prognoſtica et liber de victu in morbis acutis, exſtat in bibl. Guelferb. inter codd. Auguſt. Fol. 32. B. teſte Amiciſſ. EBERTO. K.]

EDITIONES et COMMENTARII. *Ἱπποκράτους ἐπιδημιῶν τὸ πρῶτον καὶ τὸ τρίτον.* HIPPOCRATIS *de morb. popular. lib. I. et III.* His accommodavit novem de febribus commentarios JO. FREIND, M. D. coll. med. Lond. et Soc. reg. Soc. Lond. 1717. 4.* quae prima editio eſt. Repetita eſt eodem anno Amſt. in 8. et ſaepius, uti in Oper. omn., quae curante Jo. Wigan adjecta vita Freindii prodierunt Lond. 1733. f. Paris. 1735 in 4. Venet. 1733. 4. Neap. 1730. 4.

Codice ms., quem jam dixi, uſus eſt Barocciano. Textum correctiorem edidit, nimis tamen, notante Trillero, in epiſt. crit., timidus. Characteres, de quibus ſupra diximus, non recepit, hiſtoriarum quoque indicaturas rejecit. In commentariis notatur, Hippocratem methodorum, quibus febribus medemur, plurimum in epidem. libris mentionem non feciſſe.

DAN. WILH. TRILLERI epiſt. med. critica ad Jo. Freind ſuper primo et tertio Hippocratis epidem. nuper ab ipſo editis. Rudolſt. 1720. in 8.* et in Opuſc. med. et med. philolog. vol. II. p. 178.

Agitur de Hippocr. editt. cod. ms. ſtilo, dialecto cet. copioſe. Multa epid. loca emendantur, doceturque Hippocratem pulſus notitiam habuiſſe, venam inſecuiſſe, ſudores moviſſe cet. ad febrium medelam.

JO. KING epiſt. ad Jo. Freind, in qua D. W. Trilleri epiſtolam crit. ſuper I et III. Epidem. a viro ornatiſſ. editis, ad exam. revocavit. Cantabr. 1722. 8.*

©BIUM

Freindium tuetur contra Trillerum, non raro minus juſte.

Henr. Cope demonſtratio medico - practica prognoſticorum Hippocratis, ea conferendo cum aegrotorum hiſtoriis in libro I. et III. epidem. conſcriptis. Dublin, 1736. 8. Jen. editore Baldingero, 1772. 8.* — Lindenium in textu graeco ſequutus eſt. Conſtitutiones epidemicas praemiſit. Aegrotantium hiſtorias, demonſtrationum titulo, explicuit, ſingulisque hiſtoriis prognoſtica ex ſemioticis Hippocratis ſcriptis attexuit, quae ad hiſtorias faciunt.

Verſiones ſine commentariis fere non prodierunt.

Galeni commentarii *latine* editi ſunt, et quidem ab Herm. Cruserio verſi cum libr. VI. et Galeni comment. Paris. 1534. ſec. Maitt. Venet. 1538. 16.* Baſil. 1570. 8. cum Galeni comm. in libr. VI.

Libri epidem. Hippocr. I. III. et VI. cum Galeni in eos comm. Jo. Vassaeo interpr. Lugd. 1550. 12.* Paris. 1557. 12. Principium commentarii I. in libr. I. Hippocr. Epid. interpr. Nic. Macchello prodiit cum Galeni opuſc. aliquot et aliis. Lugd. 1556. 8.*

Hier. Cardani comm. in Hippocr. epidem. aegrot. XXII. Rom. 1574. f. Baſil. 1582. f. in Oper. to. X. p. 193. XII. aegrorum Hippocratis examen H. Cardani. Rom. 1575. 8.

Jo. Bpt. Montani in III. primi Epidem. ſectionem explanationes a Val. Lublino collectae. Venet. 1554. 8.*

Frc. Vallesii comm. in Hippocr. VII. libr. de morb. popular. Madrit. 1577. f. Flor. 1586. f. Colon. 1588. f.* Turin. 1589. 8. Neap. 1621. f. 1625. f. 1631. f. 1652. f. Aurelian. 1654. f. cum textu Hippocr. ad graecum exemplar recognito et repurgato, et ſcholiis S. Gaudei. Paris. 1663. f. (Cat. bibl. Bunav. to. I. p. 93.) Paris. 1664. f. Mere practici ſunt, et in omnes libr. epid. Optimum hos commentarios Valleſii librum dicit Guido Patinus in epiſt. vol. I. ep. 46.

©BIUM

Hier. Mercurialis praelect. Piſanae in epidemicas Hippocratis hiſtorias. Ven. 1597. f.* et cum commentariis in prognoſt. prorrhet. et de victus ratione acut. per Marc. Cornacchinum. Frſt. 1602. f.* Mere practicus eſt commentarius in hiſtorias aegrotantium in epidem. lib. I. et III.

Hippocrates de morb. popular. Lutet. 1594. 4. Venet. 1621. 4.

Hippocratis *epidemialium* obſervationum pars prima quatuor contenta languentibus — Marii Zuccari (de quo vid. ſupra §. XV. K.). Ven. 1621. 4.* — De methodo et operibus genuinis Hippocratis multa praefatus conſtitutiones epidemias breviter, quatuor vero priores aegros Epid. I. ſect. III. fuſiſſime enarrat.

Pt. Fr. Phrygii comm. in hiſt. epidem. Hippocr. in III. part. digeſt. Lugd. 1644. in 4. — Hiſtoriae morborum in I. et III. epidem. libro, quae graece et latine leguntur, copioſiſſime illuſtrantur, et quidem practice.

Pt. Mich. de Heredia comm. in Hippocr. de morb. popul. Lugd. 1655. f. 1688. f. et in Oper. to. II. Lugd. 1665. f.* — Practici ſunt.

St. Roderici expoſitio in aliquot Hippocratis aegrotos. Ven. 1656. 8.*

G. F. Laurentii de notis Hippocratis in hiſtoriis epidemicis repertis. Lubec. 1666. 4.* De his, quae in Hippocr. medendi methodo taxari poſſunt, fuſiſſime agit.

A comment on forty two hiſtories deſcribed by Hippocrates in the firſt and third book of his epidemics, cum aliis ad Danielem prophetam facientibus, prodiit auctore Jo. Floyer. Lond. 1726. 8.* [Conf. Bibl. angl. to. XIV. p. 246.]

[Jungam huic recentiorem translationem anglicam:

The hiſtory of epidemics. By Hippocrates. In ſeven books. Translated in to engliſh from the greek, with notes and obſervations and a preliminary diſſert.

©BIUM

on the nat. and cauſe of infection. By SAM. FARR. Lond. 1780. 4. K.]

ANDR. PICQUER in L. Hippocr. epidem. I. comment. crit. in altero tomo libri: *Las obras de* HIPPOCRATES, mas ſelectas, con el texto griego y latino, pueſto en caſtellano e illuſtrado con las obſervaciones practicas de los antiquos y modernos. Madrit. 1761. 4.* Primus tomus, 1757 editus, prognoſticon continet. Commentarii uberrimi ad practicam medicinam pertinent.

LIZZARI in loca quaedam epidem. Hippocr. Venet. 1763. 8.

Les epidémiques d'Hippocrate traduits du Grec, avec des reflexions ſur les conſtitutions epidémiques, ſuivies de 42 hiſtoires, rapportées de cet ancien médecin, avec le commentaire de Galien par Ms. DESMARS. Par. 1768. 12. — Quatuor conſtitutionum, quas Hippocr. in I. et III. Epidem. deſcribit, quamvis quatuor ad miminum annorum eſſe. Hiſtorias aegrorum ad conſtitutiones referri non debere.

Les oracles de Cos, par Ms. AUBRY. Paris 1776. 8.* Par. 1781. 8.* Verſio germ. *Komment. üb. d. erſte u. dritte Buch d. Volkskrankh. des* HIPPOKRATES, *od. Unterſuch. f. Aerzte.* Leipz. 1787. 8.* — Fere ad Copii modum aegrotantium ſymptomata exitusque morborum ex aliis ſemioticis Hippocratis operibus demonſtrat. Galenum ſaepe taxat. De therapia Hippocratis multa addit, quae huc non pertinent. Vid. quoque *Journ. de médécine p. Ms.* ROUX. to. XLVI. p. 99.

Obſervations ſur les maladies epidémiques, ouvrage redigé d'après le tableau des epidémiques d'Hippocrate p. Ms. LEPECQ DE CLOTURE. Paris. 1776. 8.* Verſio *germ.* prodiit ſub titulo: Anleit. f. Aerzte nach Hippokr. Grundſätz. epidem. Krankheiten zu beobachten; durch eine Reihe wicht. Volkskrankh. erläut. u. beſtärkt. Lipſ. 1785. 8.* — Exemplo librorum epi-

©BIUM

dem. Hippocratis oſtenditur, quomodo morbi obſervandi ſint.

[Les epidémies d'Hippocrate, prémier et troiſième livres, des criſes et des jours critiques; traduits ſur le texte grec, d'après la collation des manuſcrits de la biblioth. roy. avec une diſſertation ſur les manuſcr. et les variantes; une analyſe des epidémies et des commentaires. Par le Chevalier DE MERCY. à Par. 1815. 8.* K.]

PT. A CASTRO imber aureus ex libris epidem. Hippocratis. Veron. 1652. 12.* Vlm. 1661. 12.* — Epitome librorum et quidem omnium epidemiorum eſt.

GE. BAGLIVII nucleus librorum Hipp. epid. per aphor. digeſtus. Frft. et Lipſ. 1708. 12. (*Bibl.* GUNZ.)

CA. FR. BURDACH commentarii in Hippocratis libr. I. de morbis epidemicis ſpecimen. Lipſ. 1798. 4.

XIX.

Προγνωστικὸν. Praenotiones. [Exſtat in ed. Linden. to. I. p. 447. edit. Froben. gr. p. 401. edit. Mercur. ſect. 1. p. 73. ed. Foëſ. ſect. II. p. 36. ed. Chart. to. VIII. p. 583. ed. Mack. I. p. 57. Verſ. Cornar. p. 533. Haller. art. med. princ. to. I. p. 166. Pierer bibl. iatr. to. I. p. 299. K.] Hunc, principem ex ſemioticis Hippocratis librum, omnes pro genuino habuerunt, neque illi characterum, quibus genuini Hippocratis libri cognoſcuntur, ullus deeſt. Quod etiam ALBAN. TORINUS jam notavit in praef. in Hippocr. prognoſtica graeca. Bas. 1536. 8. Praeter Erotianum atque Galenum (vid. praeter loca jam enarrata Comm. III. in III. Epid. text. 32. to. IX. p. 268.) memorarunt hunc libr. CAEL. AURELIANUS (chron. morb. IV. 8. p. 536. ed. Almel.), AËTIUS (tetr. II. ſerm. I. c. 1. p. 190. Collect. Steph.), MACROBIUS (Saturn. I. 20.) aliique quos GRUNERUS citavit, (Cens. oper. Hipp. p. 52.) Satis bono ordine, et quidem a conſummato medico, adeoque ſalim poſt libros *ἐπιδημιῶν* conſcriptus, praeſagia in mor-

©BIUM

bis aphoriſtica dictione continet, quae in omni regione vera ab ipſo Hippocrate (§. 27. prognoſt. p. 471. to. I. Lind.) proponuntur.

Inſcriptio in membranis ſcriptis aliquantulum variat. Quaedam *Ἱπποκράτους προγνωστικὰ*, quaedam *Προγνωστικὸν* habent. (Foeſii not. in Hippocr. praen. p. 28. ſect. II.) Textus integer et parum corruptus, quem Galenus jam habebat, ad nos pervenit. Mutatum eſſe in quibusdam locis ab Artemidoro et Dioſcoride, Galenus narrat et per exempla quaedam (Comm. I. in Hipp. progn. text. 11. p. 559. to. VIII. text. 17. p. 603. text. 26. p. 610. etſaepius) probat. Sed hi textus non ad nos pervenere.

CODICES MSS. HALLERUS (bibl. med. pract. I. p. 34. 35.) probe enumeravit. Liber ſaepiſſime, at raro ſolus, utplurimum cum prorrhet. lib. I. et II. et aphorismis ſcriptus editusque invenitur. Exſtat in bibl. Laur. medic. plut. 74. no. XI. teſte Montfauc. I. p. 385. plut. 75. no. III. p. 387. no. X. p. 388. in bibl. reg. Angl. ſec. Catal. ms. Reg. Angliae. Lond. 1734. 4. p. 252. in bibl. Vindob. Lambec. et de Neſſel cat. mst. graec. bibl. Vind. III. no. XIX. p. 30. cum aphorismis in bibl. Laudiana cod. Brit. no. 1013. 1257. 1355. in eccleſia Wigorn. no. 1760. in colleg. Mertonienſi no. 687. 688. 689. et hic quidem cum GALENI comment. Cum iisdem in biblioth. Cantabrigienſi no. 2329. in bibl. Caii Gonvil. cum iisd. no. 954. cum aphor. et Galeni comm. latin. no. 1134. cum iisdem in aula Pembrok. no. 2055. Sine iis in Bodlei. no. 2753. in bibl. coll. Trin. Dublin. no. 502. in domo S. Petri Cantabr. no. 1866. in bibl. Ashmol. no. 7751. in bibl. cathed. Metensi cum antiqua translatione et commento no. 226. ſecundum Montf. II. p. 1380. in bibl. r. Pariſ. no. 1884. 2140. duodecimo ſeculo exaratus, atque, teſte BOSQUILLON, optimus, no. 2141. cum gloſſis interlinear. BOSQ. no. 2142. cum variis lectionibus, nova manu additis no. 2143. 2144. 2545. gr. cum comment. Galeni.

©BIUM

Sic no. 2168. 2146. 2219. 2229. 2254. a BOSQUILLONO pro valde bono habitus, immo inter optimos relatus (in praef. ad aphor. Hippocr. et progn. p. 22.) manu Demetrii Pepagomeni. no. 2269. 2266. 2828. quo uſus eſt BOSQUILLON (in praef. laud. p. 18.), cum Galeni commentariis. no. 3170.

Latini codices exſtant in Bibl. reg. Par. no. 6848. 6871. 7870. 6860. 6859. 6868. 7029. 7039. 7102. 7099. 7124. 6846. In bibl. Scorial. (Büsching Magaz. to. V.) — In bibl. S. Ebrulphi Vticenſ. no. 131. Montfauc. II. p. 1272. Benigniana. Montfauc. In bibl. regin. Sueciae Vatic. no. 397. Montf. I. p. 23. In bibl. Laur. Med. plut. 73. Montf. I. p. 383. cum comment. Galeni in bibl. regin. Sueciae Vat. Montf. I. p. 23. In bibl. monaſt. Caſin. no. 97. Montf. I. p. 222. Graec. et lat. in bibl. reg. Angl. CASHLEY. Hipp. prognoſticon de valetudine humana exſtat lat. in bibl. Caes. Vind. Montfauc. I. p. 555. Hippocr. praeſagia vitae et mortis exſtat lat. in bibl. Bodl. Montf. I. p. 646. Latine quoque exſtabant prognoſtica Hippocratis in bibl. Gunziana p. 470. [In bibl. r. Athen. Taurin. n. 939. v. Paſini cat. codd. mss. bibl. r. Ath. Taur. p. 290. De codice versionis latinae huius libri, qui in bibl. Guelferb. adſervatur, vid. ſupra p. XLII.. Adſervatur quoque cod. in bibl. reg. Dresd. no. 140. et in bibl. acad. Lipſ. no. 1096. 1103. K.]

Arabice in Scorialenſi bibl. Caſiri no. 852. p. 290. to. II. vertente HONAIN f. Iſaaci, de quo poſtea, et in bibl. reg. Pariſ. no. 1040. Sect. I. in bibl. Cai. Gonvil. no. 948. et in bibl. Merton. no. 722. Aliqua ex Hipp. prognoſt. in bibl. Taurin. I. p. 219. Scholia in praenot. Hippocratis excerpta ab ore Stephani philoſophi exſtant in bibl. Laur. Medic. plut. 59. Montf. I. p. 356.

Galeni comment. in prognoſt. exſtat graece in bibl. Vindob. de Neſſel catal. mst. gr. no. 44. Part. III. p. 50. Arab. in Bodlei. no. 439. Montf. I. p. 649. Anonymi, ut puto, commentarius in praenot. Hippocratis exſtat

©BIUM

in bibl. Lugd. Bat. arabice Vid. catal. libr. bibl. Lugd. Bat. p. 298.

EDITIONES graecae. Ἱπποκράτους Κώου προγνωστικῶν βίβλοι γ. τοῦ αὐτοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου· τοῦ αὐτοῦ ὅρκος. Acceſſit his ALBANI TORINI in Hipp. prognoſtica praefatio. Baſ. p. Henr. Petr. 1536. 8.* Paris. 1575. 12.

Graeco - latinae. Hippocratis aphorismi digeſti in ordinem ſecundum locos congruentium ſecum materiarum, cum brevi expoſitione ex GALENI comm. Ejusd. Hipp. praenotion. libri III. cum explanatione ex eod. fonte. Lugd. 1555. 12.* Jo. BUTINUS interpres eſt, praefatione docente. Altera editio Lugd. 1580. 12.* Butini nomen in titulo gerit et textum ſimul graecum exhibet. Aureliop. 1625. 4.*

Interprete LAURENTIO LAURENTIANO. Pariſ. 1543. 8. Par. 1557. 8. 1631. 12.

Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν βιβλ. ζ. προγνωστικὰ. κωακαὶ προγνώσεις. προῤῥητικῶν βίβλ. β΄. περὶ ἐνυπνίων. ὅρκος, Hippocr. aphorism. libri VII. prognoſtica, Coacae praenotiones, prorrheticor. libri II. de inſomniis, jusjurandum. Par. ap. Morelium 1557. 12.* cum excerpto ex libro Jac. Sylvii de ordine et ordinis ratione in legendis Hippocr. et Galeni libris. — (An haec editio paulo ante commemorata Laur. Laurentiano interprete?)

Ἱπποκράτους Κώου ἰατροῦ παλαιοτάτου προγνωστικὰ. Divi Hippocratis προγνωστικῶν latina ecphrasis ex mente Galeni. Auctore P. BLONDELLO Calexio, med. reg. Lutet. ap. Rob. Stephan. 1575. 4.*

Hippocratis Coi jusjurandum, aphorismor. ſect. VIII. prognoſtica, prorrheticor. lib. II. Coaca praeſagia. Graecus et latinus contextus accurate renovatus — cura JOA. OPSOPOEI. Francf. 1587. 12.* Optimam fere inter omnes prognoſtico aliisque in titulo dictis libris Hipp. operam dedit Opſopoeus. Textum integriorem, non raro cum temeritate quadam, edidit, codice ad-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 70 sur 963

©BIUM

jutus mſto, a Maur. Cordaeo ipſi ſuppeditato, Galeni commentariis et Baſil. operum editione graeca. Notas addidit p. 527. ad 751. fuſiſſimas doctiſſimasque, in quibus textus permultis locis corrigitur atque illuſtratur.

Hippocratis Coi prolegomena et prognoſticor. libri III. cum paraphraſtica verſione et comment. Jo. Heurnii. L. B. 1597. 4. 1603. 4.* Et in Oper. omn. L. B. 1609. 4.* Prognosticon in tres libros diſtinctum.

Hippocratis Coi aphorismi, gr. et lat. una cum prognoſticis, prorrheticis, Coacis et aliis decem ejusd. opusculis. Pleraque ex interpretatione Jo. Heurnii. L. B. 1607. 12.*

Vates medicus Hippocraticus, ſ. Hippocratis Coi prognoſticorum liber comment. et notis illuſtratus. In lucem emiſſus a Barthol. Horn. Stralſ. 1645. 4.* Textus graecus eſt c. verſione lat. et comment. practico.

Magni Hippocratis Coi opuscula aphoriſtica ſemiotico-therapeutica VIII. una c. jurejurando gr. et lat. Baſ. 1748. 8.* No. 2. prognoſticon continet, in ſectiones diviſum, ſecundum Foëſii textum.

Graece, lat. et hiſpanice, auctore Andr. Picquer. Madrit. 1757. 4. in libro ſupra p. XLV. laudato: Las Obras de Hippocrate etc. to. I. Notae ſimul additae ſunt fuſiſſimae, argumenti medico-practici. [In francogallicam linguam translatus eſt hic tomus ab J. B. P. Laborie ſub titulo: Les prognoſtics d'Hippocrate, commentés par A. Piquer d'après les obſervat. prat. tant anciens que modernes. Ouvr. trad. de l'Eſpagn. et augm. d'une notice biograph. à Paris 1822. 8.* K.]

Ἱπποκράτους ἀφορισμοὶ καὶ προγνωστικόν. Hippocratis aphorismi et praenotionum liber. Recensuit notasque addidit Frc. Mar. Bosquillon. Par. 1787, 12.* Vol. II. quorum alterum aphorismorum verſionem antiquam et notas in aphorism. et librum praenotionum continet. Aphorismos ſuo loco dicemus. Prognoſticon fere ſecundum Foëſii textum editum eſt,

©BIUM

quaedam tamen lectionis varietates ex probatiſſimis codd. reg. Pariſ. in textum receptae sunt. Alias lectionum varietates in notis addidit, in quibus quoque loci quidam ex pathologia graeca manuſcripta, ſed non ab editore deſcripta, occurrunt. Timidus fuit Bosquillon in textu corrigendo, et quidem, ne arrideret doctis minus editio, a vulgatis multum discrepans (praef. p. 18.)

Latinae. In notiſſima collectione, *articella* ſive *artiſſella*, ſaepius edita, fere primum, ex arabico, ut videtur, verſus prodiit. — Aphorismi Jo. Damasceni et Raſis cum prognoſticis Hippocratis, Bonon. cura Platonis de Benedictis f. a. 4. Verſio est ex Arabico.

[HIPPOCRATIS prognoſtica c. comment. Claud. Galeni, interprete LAUR. LAURENTIANO Florentino. Flor. 1508. f.* *Bibl. Sen. Lipſ.* K.]

Hippocratis Coi praeſagiorum libri III. Ejusd. de ratione victus in morbis acutis libri IV. Interprete GUIL. COPO, Baſil. in 4. f. l. et a. Praefationem dedit Copus Lutetiae X. Calend. Apr. 1511. Repetita eſt haec editio, ſed prognoſticorum tantum. Baſ. 1543. 8.* Lugd. 1525. 12. 1552. 12.* Additae ſunt huic editioni annotationes in quosdam locos commentariorum ſuper prognoſtica Hippocratis ex cod. mſto, quae in primis editionibus deſiderantur. — Cum praef. FR. LENII. Vicent. 1611. 16. — Cum aphorismis NIC. LEONICENO interprete prognoſtica prodierunt lat. Guil. Copo interpr. Paris. ex off. Colinaei. 1524. 12.* Reliquas editt., vid. sub aphorismis.

Latine ap. H. Stephanum 1512. Cum praef. Jo. JAC. DE SABIIS. Bonon. 1526. 4.

Hippocratis et Galeni libri aliquot ex recognit. FRC. RABELAESII. — Lugd. 1532. 12.* 1543. 12.* 1545. 8. — Aphorismos continet, prognoſticon, in tres libros diviſum, et quidem GUIL. COPO interpr. libr. de diaeta acutor. et de natura hum. Galeni art. med. et aphor. Hippocr. graece, ex codd. fide, de

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 72 sur 963

©BIUM

qnibus infra. — Venet. 1547. 12. 1620. 12. — CPH. A VEGA verſio. Salamant. 1552. 8. — Cura Opſopoei. Francof. 1587. 16. — Studio THOM. MOUFFET. Frcf. 1588. 8.

Aphorismorum Hippocr. ſectiones VII. — — P. FRC. OCCLERIO authore. Ven. 1620. 12.* Hic Ogglerius auctor audit, et prognoſticon peculiarem titulum habet. — Iterum cum aphorismis, GUIL. COPO interpr. Venet. 1674. 12.* Iterum Vienn. 1726. 12.* Prognoſticon ex Copi interpret. legitur a pag. 99.

Hippocratis aphorism. ſectt. VII. NIC. LEONICENO interprete. Acc. octava ex ANT. MUSAE BRASSAVOLI commentariis, item prognoſticorum libri III. Patav. 1638. 12.* Prognoſticis, qui titulum peculiarem habent, annus 1637. ſubſcriptus eſt. — Venet. 1647. 12.*

Hippocratis aphorismi et prognoſtica, cum recognitione et notis ANDR. PASTAE. Bergam. 1750. 4. 1762. 12. — Prognoſtica etiam prodierunt lat. Amſt. 1755. 12.

Gallicae. Le livre des préſaiges traduit p. PIERRE VERNEY. à Lyon 1542. 8. 1552. 8. (Hall. bibl. med. pract. I. p. 36. 39.)

Du prognoſtic dans les maladies aigues p. CH. LE ROY. Montpell. 1776. 8. 1784. 8.* Prodiit et german. Lipſ. [1786. 8. K.] Excerpta ex prognoſtico continet, et ex aliis ſemioticis Hipp. libris.

Germanicae. In JO. JAC. BECCHERI Parnaſſus medicus illuſtratus, Ein neues Thier-, Kräuter- und Bergbuch, ſampt der Salerniſchen Schul, u. den praefagiis vitae et mortis. Vlm 1663. f. Parte quarta, poſt ſalernitanae ſcholae praecepta, prognoſticon legitur, ex Gu. Copi verſione latina in vernaculam translatum.

Anglicae. The booke of the preſages of deuyne Hippocrates deuyded into three partes. Alſo the proteſtation, which Hippocrates cauſed his ſchollers to

©BIUM

make. The whole newly collected and translated by PT. LOW, Arrelian Doct. in the faculty of Chirurgerie in Paris. Lond. 1597. 8.* Prodiit cum ejusdem The whole courſe of chirurgerie. Lond. 1597. 8.*

The prognoſtics and prorrhetics of Hippocrates, translated from the original Greek, with large annotations critical and explanatory, to which is prefixed a ſhort account of the life of Hippocrates, by JOHN MOFFAT. Lond. 1788. 8.* Vita eſt ex Sorano. Notae Foëſii ſunt.

COMMENTARII. Herophili librum, quem ad Hippocratis prognoſticum ſcripſit, citat CAELIUS AUREL. chron. IV. c. 8. p. 536. ed. cit. — Excerpta ex Galeni commentariis in prognoſt. proſtant gr. in bibl. Laur. Med. p. 74. no. 31. Montfauc. I. p. 387.

Galeni comm. III. in prognoſt. Hippocr. exſtant graece ſcripti in bibl. reg. Paris. no. 2168. 2266. 2257. tum in bibl. D. Marci et in bibl. Medic. plut. 74. cum aphor. Montf. I. p. 385. et ap. Bandinum III. 94. *Latine* in bibl. reg. Suec. Vatic. no. 396. Montf. I. p. 23. et no. 974. p. 34. in bibl. Cai. Gonvill. no. 954. in bibl. reg. Pariſ. no. 6860. — Commentum Galeni ſuper prognoſtica Hippocratis et ejusdem aphorismos, translatum a GERARDO Cremon. exſtat in bibl. cathedr. Metenſi no. 229. Montf. II. p. 1386.

Prodierunt Pariſ. 1526. f. 1527. f. interpr. VASSAEO. 1535. f. — Cum comment. GALENI et adnot. CPH. DE VEGA. Lugd. 1551. 8. (Gunz. bibl.). Ad prognoſticon latina paraphraſis ad mentem Galeni. P. BLONDELLI, Calexii Juliodorenſis. Lat. 1575. 4.* CLAUD. GALENI in Hippocratis Coi prognoſticum commentarius in III. libros diviſus, interpr. JO. GORRAEO. Lugd. 1552. 12.* — Ex verſione H. Blacvodei. Paris. 1625. . .

Commentarios *arabicos* ſcripſit MOHADEB EDDINI ABDELRAHIM. Eſt in bibl. reg. Par. no. 7102.

Gloſſae ſuper prognoſt. Caſhley p. 206. in bibl. reg. Par. no. 7102. Gloſſulae Gerardi Cremon. in

©BIUM

bibl. r. Par. no. 6859. Anonymi commentarius exſtat in bibl. r. Par. no. 6870. alius in bibl. Bern. alius in bibl. cathedr. Metenſ. MONTF. Marſilius de St. Sophia in Hipp. prognoſtica exſtat in bibl. r. Par. no. 4660. Montf. II. p. 456. [Conſtantini gloſſas ſuper prognoſtic. Hippocr. et aphor. inter codd. bibl. acad. Lipſ. no. 1143, 3. 4. K.]

THADDAEI expoſit. in divin. libr. prognoſticorum. Ven. 1527. f.* cum Galeni comment.

HENR. A CUELLAR. comment. in Hippocr. prognoſticon. Coimbr. 1543. 1582. . .

BENED. VICTORII comm. in prognoſtica. Flor. 1551. f.* Interpretatio eſt medici practici uſui inſerviens, laudata a BOSQUILLONO in not. ad III. ſect. praenot. p. 183.

Jo. BRAVO commentarii. Salamant. 1583. 8.

HIER. CARDANI commentarii. Baſ. 1562. f. Et in Oper. to. VIII. p. 581.

Jo. MOLPOEI tabulae, quae libros III. de prognoſticis complectuntur. Pariſ. 1567. 4.

PT. BLONDEL latina ecphraſis praenotionum. Pariſ. 1575. 4. (An idem liber cum paulo antea laudato? certe anno et forma uterque iisdem prodiit. K.)

ANDR. EGLINGER poëtica paraphraſis. Frcf. 1579. 8.

FRC. VALLESII in I praen. comment. III. Colon. 1589. f. (Cat. Gunz.) Pariſ. 1664. f.

ANT. LOPI breves adnotationes in praenot. librum Madrit. 1596. 4.

HIER. MERCURIALIS in Piſan. praelect. ſupra (p. XLIV.) citatis, et in comm. in prognoſt. Francf. 1602. f.* — ROD. A FONSECA comment. Patav. 1597. 4.* — JAC. LAVELLII comment. in libr. I. prognoſt. Hipp. Ven. 1602. 4.* Cum Lavellii libro de pulſibus. ib. eod.* Cum eodem. Venet. 1609. 8.* JAC. ANT. PHRYGII commentarii. Ticini. 1608. 8.

ERH. HEIDENECCII *μνημονευτικὸν* VII. Hippocr.

©BIUM

aphor. ſectionum, prognoſticorum libri Hipp. ſynopſis breviſſima. Bas. 1685. 4.*

Car. Vallesii de Bourgdieu aphorismi prognoſtici in febribus acutis, commentariis illuſtrati. Rom. 1659. f. (Cat. Gunz.)

Honorati Bicaisse ſyntaxis praenotionum. Aquis Sext. 1635. 12.* Edit. vid. ſub aphor.

Car. Sponii Sibylla medica, Hipp. libell. prognoſticon heroico carmine latine exprimens. Ad illuſtr. vir. Guid. Patinum. Lugd. 1661. 4.* 1666. 4.

Scripta praenotionum loca quaedam illuſtrantia.

Melch. Sebitz d. d. *θείῳ* ſ. divino Hippocrat. Argent. 1643. 4.

Jo. Vorst *περὶ τοῦ θείου* ſ. de divino in morbis, quod obſervare in prognoſticis Hippocrates medicum juſſit. Leid. 1654. 4.

Ca. Ph. Gessner d. d. divino Hippocr. Gott. 1739. 4.* et in G. G. Richteri opusc. med. vol. I. p. 42. In locum praenot. §. 1. to. I. p. 448. ed. Linden.

Chr. Lange de facie Hippocratica. Lipſ. 1651. 4. Jen. edente Grunero 1784. 8.* et in Schlegel. theſ. ſemiot. patholog. Stendal. 1786. 8.* Vol. I.

Ad praenotiones quoque pertinent Jo. Jac. de Saviis in praefagiorum divini Hippocr. libros deque ordine libror. ejusd. Hippocr. praef. Bonon. 1526. 4.*

XX.

Προρρητικὸν. Praedictionum liber II. (et I.) [Exſtat in edit. Linden. to. I. p. 487. ed. Froben. gr. p. 413. ed. Mercur. ſect. III. p. 443. ed. Foes. ſect. II. p. 63. edit. Chart. to. VIII. p. 809. ed. Mack. to. I. p. 118. Verſ. Corrnar. p. 549. Haller. art. med. pr. to. I. p. 193. Pierer. bibl. iatr. t. I. p. 320. K.] Ordinis gratia utrumque hunc librum hic enarro. Vtrumque enim, quem Galenus etiam (Gloſſ. Hipp. v. *ἀμβλυσμός*) majorem praedictivum, et v. *βδέλλω* secundum dixit, ante Hallerum, qui primus alterum praefagiorum

©BIUM

librum operibus Hippocratis genuinis accenſuit (Art. med. princ. to. I. p. 193.), quemque ſecuti ſunt GRUNERUS (Cenſ. libr. Hipp. p. 57.) et GRIMMIUS (Hippocr. Werke B. I. p. 168. et annotatt. ad h. l. Band II. p. 496.) nemo eorum, qui Hippocratis libros dijudicarunt, genuinis accenſuit. EROTIANUS (Expos. voc. Hipp. p. 22. ed. Franz.) utrumque non Hippocratis eſſe expreſſe dicit. Poſſunt tamen et verba ejus: *προρρητικὸν ἁ καὶ β' ὡς οὐκ ἔστιν Ἱπποκράτους, ἐν ἄλλοις δείξομεν*, ita quoque intelligi, ut poſteriorem duntaxat Hippocratis eſſe neget. Eosdem hos libros genuinos non eſſe, ſed a quibusdam Draconi, Hippocratis filio, a quibusdam Theſſalo adſcribi, Galenus, et non uno quidem loco (Comm. in I. praedict. II. text. 52. p. 736. to. VIII. et comm. in I. praedict. I. text. 14. p. 699. text. 15. p. 711. to. VIII. Chart.) adſerit. Et quidem hos libros conflatos eſſe putat, multis tamen falſis interſperſis, ex prognoſtico, aphorismis et epidemiorum libris (Comm. I. in III. Hipp. Epid. text. 29. p. 227. 228. to. IX. Chart.). Hunc tamen librum (ſ. potius hos libros) praedictivum, quem *προρρητικὸν* appellavit Hippocrates, CAELIUS AUREL. acut. morb. I. 12. p. 39. et libr. III. acut. c. 15. p. 227. ceu vere Hippocraticum citat.

Libros hos habet aut pro talibus, in quibus aut germanis ſpuria intermiſta ſunt plurima, aut pro libris a poſteris Hippocratis discipulisve editis et tempore Ptolemaeorum ſub Hippocratis titulo venditis, HIER. MERCURIALIS (Cenſ. op. Hippocr. p. 27. ed. cit.), quorum tamen auctores plurima vera ab aphorismis, prognoſtico et epidemiis mutuaverint. LEMOSIUS in judicio ſuo de his libris plane Galenum ſequitur (Jud. oper. magn. Hipp. c. IX. fol. 34.). FOËSIUS primum alterumque librum ad Hippocratem refert, illum, quod Hippocratis majestatem verbis, ſententiis, ſtilo, brevitate teſtetur, hunc, quod CELSUS jam plurimas ex eo ſententias latinas fecerit (praef. ad praedict. libr. I.

©BIUM

oper. sect. II. p. 43. 44.). Auctorem tamen utriusque libri eundem esse non posse, expresse dicit.

Primum librum etsi Foësius cum Galeno etiam Draconi vel Thessalo adscribi posse, non tamen alienum ab Hippocrate esse putat; pro vere Hippocrateo habere multa vetant. Multa in eo obscura esse, minus firma omnia, dissimilis generis symptomata coacervata, librumque adeo ipsum compositum quidem esse a medico, verum arte et scientia Hippocrate longe inferiore, jam Galenus notavit, qui tamen hunc librum peculiari commentario instruxit (Comm. II. in I prorrhet. Hipp. text. 56. p. 724. to. VIII. et Comm. II. in eund. lib. text. 52. p. 736. to. VIII.) Et quidem varia, quae in ipso libro leguntur, probant, eum aut compositum esse ab Hippocrate, verum plurimum exercitationis in observationum arte nondum habente, aut ab alio medico. Ipse adeo Grimmius (Hippocr. Werke II. B. p. 568.) putat, hunc librum ad hos pertinuisse, quibus in Aesculapii Coi templo asservatis Hippocrates usus fuerat. Etenim generaliter in plerisque aut in omnibus aegrotantibus vera praesagia, quae in aliis libris Hippocrates proposuit, quorumque initia, ut supra jam diximus, in ipsis I et III. ἐπιδημιῶν libris dedit, in hoc libro non leguntur, sed particulariter vera, et in quibusdam tantum aegris evenientia. Quod ipse auctor sensisse videtur, qui nomina aegrorum, in quibus, quae scripsit, evenisse vidit, Thrasynoutis, Archecratis, Dysodis, Hermippi, Didymarchi Coi, Aspasii filii, Thrasynontis consobrinae, Dorcadis, quae nomina non conveniunt libro semiotico, in aliorum usum scripto, sed potius ὑπομνήματι, quo se ipsum auctor monere voluit, quod et Galenus notavit Comm. I. in I. prorrhet. text. 8. p. 706. to. VIII., adposuit, et non raro ex particulariter veris phaenomenis concludens generalia proposuit. Eaque saepissime, quod Hippocrates, si unquam, rarissime solebat, dubitantur et per quaestiones proposuit, ita, ut facile legenti,

©BIUM

hunc librum pateat, eum ex adverſariis, in quibus morborum obſervationes atque mutationes (forſan ab ipſo Hippocrate) conjectae erant, a medico, qui plurimos morbos non obſervaverat, eſſe compoſitum.

Prorrheticorum librum II. genuinis adſcribere magis licet, etſi antiquorum, quorum auctoritas in his rebus ſumma eſt, Celſo, qui tamen librum ipſum non memoravit, ſed loca tantum non pauca ex eo latina fecit, et Caelio Aureliano exceptis, teſtimonia de germana ejus origine deſunt, ipſeque auctor in hoc libro etiam de praedictionibus ab aliis acceptis (§. 10. p. 495. to. I. Lind.) dicit, quod Hippocrates vix feciſſet. Séd ſtilus ionismum et puram Hippocratis dictionem, notante quoque Jo. Opſopoeo in praef. ad Hippocr. jusjur. aphor. prognoſt. etc. Frft. 1587. 12. p. 28. redolet, ordo, quo liber conſcriptus eſt, bonus eſt, ita, ut primum praeſagiorum verorum formandorum ratio tradatur, deinde utilia praeſagia ſecundum morborum ordines enarrentur. Plurima, quae in ipſo libro enarrantur, vera, praeclara atque Hippocrate non indigna ſunt, quae etiam Corn. Celſus magna ex parte latina facta ſuo libro de re medica inſeruit, uſu tamen etiam, quaedam falſa eſſe, comprobante, ita, ut hic ſecundus liber inter eos referri debeat, qui Hippocratem quidem non dedeceant, quos vero ab eo ipſo eſſe conſcriptos ſaltim non extra omnem dubitationem poſitum ſit.

CODICES. In codd. mss. conjunctos eſſe libros *praedictionum* cum libro *prognoſticorum*, quoties plurali numero praenotiones dicuntur, Hallerus (bibl. med. pr. to. I. p. 38.) autumat. Indeque codices non pauci, quos prognoſtici titulo enarravimus, forſam et *τὸ προρρητικὸν* continent. — Sub *praenotionum* hoc titulo exſtant codd. mss. in bibl. r. Pariſ. no. 2140. qui praedictionum lib. IV. inſcribitur, 2141. 2142. 2143. 2144. 2253. 2254. 2269. 2545. cum gloſſis, 2030. 2266. et in bibl. Medic. plut. 25. p. 45. 142. Liber III. et IV. prognoſticorum reperitur in biblioth. Scorial. teſte

©BIUM

Büſching Magaz. to. V. Libri III. prognoſtic. poſteriores in bibl. S. Marci.

Arabice Caſiri no. 852. bibl. reg. to. II. p. 290. Paris. no. 2269.

COMMENTARIOS multos, et quidem non valde bonos, in libr. prorrheticorum exſtitiſſe, quorum auctores librum ut plurimum ipſum non intellexerint, GALENUS memorat in Comm. I. in Hippocr. l. prorrhet. text. 15. p. 710. to. VIII. Hos vero non citat. ZEUXIDIS, (qui omnes libros Hippocratis interpretatus eſt,) tantum in prorrheticorum libros commentarios, et RUFI EPHESII in eosdem libros enarrationes citat in comm. II. in l. prorrhet. text 58. p. 740. to. VIII. Ipſe GALENUS primum prorrheticorum librum ampliſſimis commentariis explicuit, cum Galeni operibus, et ſeorſim editis, quas editiones mox enarrabo. Exſtat cod. latinus GALENI commentarii in praedict. in bibl. regin. Suec. Vatic. no. 947. — Montfauc. I. p. 34.

EDITIONES. Earum hiſtoria iisdem premitur difficultatibus, quibus codicum, et bibliographi frequentiſſime errarunt in his libris enarrandis. Permultae enim, quod ex ſupra citatis patet, prognoſtici editiones proſtant titulo: Prognoſticorum libri III. doctique viri, qui has editiones non viderunt, facile in errorem inducti ſunt, quo crederent, librum I. ſignificare prognoſticon, librum vero II. et III. prorrheticorum libros I. et II. Sed prognoſtici ſectiones, in quas a Galeno diviſum eſt, totidem libros dixerunt editores indeque errorum ſcopuli nati ſunt, quos HALLERUS (bibl. med. pract. vol. I. p. 34-39.) non satis accurate vitavit; fere omnia enim, quae p. 38. et 39. de prorrheticorum editionibus protulit, falſa ſunt. Quum plurimas editiones coram habeam, diligenter indicabo, quid in singulis contineatur.

Graece et *latine* Prorrhet. prodierunt Paris. ap. Morelium 1557. 12.* cum aphor. prognoſt. caet. Titulum vid. ſupra p. XLIX.

©BIUM

Graece et latine cura Jo. Opſopoei. Frft. 1587. 12.* cum prognoſt. Vid. l. c. p. XLIX.

Graece et lat. in Magn. Hippocrat. Coi opuscul. aphoriſt. Baſ. 1748. 8. Vid. ſub *Prognoſtico.* p. L.

Latine ex verſione Laur. Laurentiani c. commentar. Galeni. Par. 1520. 8. 1543. 8. — Interprete Calvo 1527. 12. HALLER.

Gallice, ſi Hallero credendum: Les II livres des préſages d'Hippocrate etc. à Lyon 1552.

HIER. PERLINI praelectiones urbanae ſuper variis prorrhet. Hippocr. locis. Hanov. 1613. 4.*

LANGGUTH progr. ad loc. Hippocr. praedict. II. 27. Vit. 1766. 4.

XXI.

Ἀφορισμοὶ. *Aphorismi.* [Exſtant in ed. LINDEN. to. I. p. 68. ed. FROB. gr. p. 389. ed. FOES. ſect. VII. p. 341. edit. MERCUR. ſect. I. p. 39. ed. CHART. to. IX. Pa. 2. p. 1. Verſ. Cornar. p. 517. HALLER. art. med. princ. to. I. p. 460. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 373. K.] Hos ab omni fere antiquitate ſumme laudatos, quibus *ἐν ὀλίγῃ λέξει δύναμίς ἐστι μεγάλη* (Galen. comm. IV. in Hippocr. de morb. acut. text. 17. p. 127. to. XI.) quique, Suida (Lex. v. Ἱπποκράτης, to. II. p. 145.) teſte, *ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσι σύνεσιν*, pro genuinis et ab Hippocrate ipſo profectis habuere antiqui, EROTIANUS (Gloſſ. Hippocr. p. 22. ed. Franz.), GALENUS, et qui ad nos pervenerunt antiqui in eos commentatores, ORIBASIUS, ſi commentarii, qui ejus nomen gerunt, ab eo ſcripti ſunt (Comm. in aphor. Hippocr. Jo. GUINTERII induſtria, Baſ. 1535. p. 7.), PHILOTHEUS (Comment. in aphor. Hippocr. LUD. CORADO interpr. Spir. 1581. 8.), PALLADIUS (comment. in libr. Hipp. de fractur. in Oper. ed. Foëſ. Sect. VI. p. 147.). Caeteros Hippocratis libros omnes germanitate ſuperare aphoriſmos, HIER. MERCURIALIS (Cenſ. oper. Hippocr.

©BIUM

p. 15.) adſerit. Idem fere de iis ſentit LUDOV. LEMOSIUS (vid. Iudic. oper. magni Hippocr. f. 22.). Genuinis operibus accenſent aphorismos FOESIUS (in not. ad aph. Hipp. ſect. VII. p. 1262), HALLERUS (Art. med. princ. to. I. GRUNERUS (Cenſur. libr. Hipp. p. 43.) atque GRIMMIUS (Hippokr. Werke vol. II. p. 507.) ita, ut veterum nullus ſit, et recentiorum exiſtant valde pauci, qui germanas eorum origines in dubium vocaverint.

Compendia eſſe aphorismos eorum, quae ab Hippocrate ipſo in aliis libris ſcripta ſunt, jam GALENUS (de crisib. I. c. 6. p. 149. to. VIII.) monuit, qui ſcriptos eos eſſe ab Hippocrate jam ſene et plurimum obſervationis habente, et poſt libros ἐπιδημιῶν, non obſcure innuit. Et continent ſane propoſitiones de morborum natura, ſignis, exitu, periculo cet. generales, quas vix, niſi a medico, qui plurimos aegrotantes ipſe viderit, profectas eſſe, credibile eſt. Eorumque morborum partem, ex quibus aphorismos, corollariorum inſtar, deduxit, in libris ἐπιδημιῶν I. et III. ipſe Hippocrates deſcripſit. Multos etiam ex libro de aëre, aqu. et loc. deduxit, nec non e libro de diaeta acutorum, et e chirurgicis libris, ita, ut aphorismos ex ultimis Hippocratis laboribus fuiſſe pateat. Eaque cauſſa GERARD. VOSSIUM (lib. de philoſophia p. 83.) movit, ut alium quendam bono judicio hos aphorismos ex Hippocratis libris excerpſiſſe crederet. Eique ſententiae accedit JO. CONR. DIETERICHIUS in praef. ad Iatreum Hippocr. p. II. ed. Gieſſenſ. 1655. 4. qui aphorismorum conditorem et architectum Hippocratem quidem fuiſſe putat, non vero collectorem, quem discipulum Hippocratis fuiſſe autumat.

In VII. ſectiones aphorismi in omnibus libris editis dividuntur. Octava ἀφορισμοὺς παρεμβεβλημένους continet, quos Galenus nullo commentario, quem in reliquos fuſiſſimum dedit, illuſtravit, adeoque aut ignoravit, aut pro minus bonis atque pro ſpuriis habuit. In optimis quoque codd. mss. hi octavae ſectionis aphorismi non

©BIUM

leguntur; exiſtunt tamen in quibusdam, et quidem in aliis plures, in aliis pauciores, omnes tamen illos XVIII. aphorismos interjectos Cl. Bosquillon in cod. mss. graeco bibl. reg. Paris. no. 2254. quem inter optimos refert, reperit. Vid. not. in aphor. Hipp. ſect. VIII. p. 131. Et hinc apparet, erraſſe ipſum Anton. Muſam Braſſavolum, hos octavae ſectionis aphorismos a ſe collectos primo eſſe dicentem (Comm. in aphor. Hippocr. p. 1138. 1139. ed. Baſil. 1541. f.), atque appendicis loco Hippocratis aphorismorum VII. ſectionibus additos, quod etiam, quod miror, dixit, Jo. Opſopoeus, vir doctiſſ. in not. ad VIII. ſect. aphor. p. 580. quem deinde plures ſecuti ſunt. Prima ſectio aphorismos 25, altera 54, tertia 31, quarta 83, quinta 72, ſexta 60, ſeptima 79 aphorismos continet, numero interjectorum 18 exiſtente, ita, ut in univerſum 422 aphorismi numerentur. Hanc diviſionem a Galeno eſſe profectam, quidam ſtatuunt, eamque eſſe Galeni licet negari nequeat, dubitare tamen licet, quin Galenus illius primus auctor extiterit. Ipſe enim, a ſe factorum improbus non raro laudator, hujus diviſionis non meminit, imo antiquiores aphorismorum textus dum citat, eos ita memorat, ut longe antiquiore tempore in has ſectiones diſtributos fuiſſe perſpiciatur. Aliae tamen etiam antiquae diviſiones aphorismorum extiterunt. Auctor commentariorum in aphorismos, qui ORIBASIO adſcribuntur, SORANUM eos in tres partes, RUFUM in quatuor diviſiſſe memorat. Alius etiam ordo aphorismorum in antiqua verſione eorum eſt, quae aphorismis ab Oribaſio editis, proxime accedit, quamque nuper edidit BOSQUILLON in not. et emendat. in Hippocratis aphorismos et praenotionum librum. Pariſ. 1784. 12.*

Sed in ipſis aphorismis ſuſpecti non pauci, quidam manifeſte (repetuntur enim in ipſo aphorismorum libro) ſpurii et poſt Hippocratem adjecti ſunt. Hacque difficultate jam ante ſua tempora laboraſſe aphorismos Galenus refert. Sic e. g. IV. aph. 61. pro ſu-

©BIUM

ſpecto habuit, quod ipſe monet in commentario ad h. l. p. 173. to. IX. et IV. aphor. 53. citra ordinem interjectum eſſe putavit, p. 175 VI. aphor. 38. non integrum dediſſe Artemidorum Capitonem atque Dioſcoridem refert, ſed textum usque ad verba: *μὴ θεραπέυειν βέλτιον* (comm. ad hunc aph. p. 273. to. IX.) In ſeptima vero ſectione aphorismos complures repetitos legi ex prioribus ſectionibus, praeſertim ex quarta, ipſe Galenus monet in commentariis ad complures hujus ſectionis aphorismos. In hac enim ſectione aphorismos 46. 49. 53. 57. 60. 61. 64. 65. 66. 67. 69. 70. 71. 72. 73. 76. et quidem ut plurimum ex quarta ſectione repetios occurrere, Galenus in Commentariis ad hos aphorismos expreſſe notat. Idem etiam de quibusdam ſaltim aphorismis notat Bosquillon l. c. Octavae ſectionis aphorismos Galenus ipſe non enarrat, neque, quantum equidem ſcio, de illis quicquam memorat, niſi, quod nonnullos adjectos eſſe eosque ſpurios, partibus libri ultimis expreſſe dicat in comment. IV. in Hipp. de diaet. acut. prooem. p. 116. to. XI. et titulum ipſis *interjectorum* dederit, eoque modo, et quoniam hanc ſectionem commentario non inſtruxit, quem poſtea Charterius, et quidem graece ab eo ſcriptum (!) ſupplevit, ſatis probaverit, ſe genuinas eorum origines non agnoſcere. Aphorismorum vero octo ſectiones, quae ad nos pervenere, ex hac recenſione ſunt, quae cum reliquis Galeni operibus ad nos pervenit. Neque hae ſectiones ſine ordine, ſaltim quodam, ſunt, quod probe notavit Grimmius libr. laud. to. II. p. 507. 508. Alium textum Oribaſium habuiſſe certum eſt; certum quoque eſt, textum antiquae verſionis, quam Bosquillonus edidit, a vulgato textu, qui Galeni eſt, admodum recedere. Alius quoque textus aphorismorum fuiſſe videtur, quos Rufus Ephesius edidit, qui vero temporis injuria interierunt. Oribaſii textus eo, quem Galenus edidit, *melior* non eſt, imo deterior, et temporibus, ut mihi quidem cum Grunero (Cenſ. libr. Hipp. p. 47.) videtur,

©BIUM

Oribaſii, adeoque Juliani imperatoris, longe recentior, contrarium licet credat BOSQUILLON (praef. ad Hipp. aph. p. 9.), cujus argumenta infra enarrabimus. Aphorismos eadem etiam ſerie, qua Galenus eos emiſerat, edidit cum commentariis ſuis PHILOTHEUS ſ. potius THEOPHILUS, praetermiſſa tamen tota octava aphorismorum interjectorum enarratione, atque aphorismis ſectionis VII., qui poſt aphor. LI. leguntur. [In bibl. Naniana, teſte catal. codd. graec. mss. apud Nanios, inter codices medicos p. 437. cod. 246. eſt, qui ab initio exhibet commentarium in aphorismos Hippocratis, ſed valde mutilum: atque editor, videndum, ait, an auctor ſit Theophilus? Atque in eodem codice no. 3. 4. et 6. ſunt quaedam Theophili opuscula medica. Cod. 248. continet alia quaedam opuscula Hippocratis. HARL.]

Codicum mss., *editionum*, *verſionum* in omnes fere linguas, *paraphraſium*, *commentatorum* immenſa vis eſt, ut adeo HALLERUS jure dixerit, non eſſe alium librum inter medicos, qui frequentius ſit recuſus, numeroſioresque nactus commentatores.

CODICES. *Graeci.* Qui in bibliotheca r. Par. adſervantur, a BOSQUILLONO (praef. laud. p. 21.) enarrati, hi ſunt: no. 2140. ſeculo XII. ſcriptus atque omnium in hac bibliotheca fere optimus. 2141., ſeculo XIII. ſcriptus, cum gloſſis interlinearibus et variis lectionibus. 2142. cum multis lectionibus, nova manu additis 2143. 2144. 2146. 2148. 2154. et hic quidem inter optimos referendus. Hi codices, notante Bosquillono, melioris notae omnes ſunt et ab hoc cl. viro ad aphorismorum textum emendandum adhibiti. Praeter hos vero adhuc in eadem bibliotheca adſervantur cod. 1848. 1883. 2145. 2149. 2219. 2250. 2256. 2257. 2259. 2260. 2268. 2545. 3140. A. et B. cum ſcholiis et aliis. Montf. II. p. 739. Graeci quoque codices exſtant in bibl. C. de Montchal, in reg. Par. no. 111. Montf. II. p. 902. in bibl. Vatic. Montf. in biblioth.

D. Marci Ven. et in bibl. S. Anton. in bibl. Vindob. Lambecio notante lib. VI. p. 85. 86. 89. 94. 122. 129. 144. Conf. de Neſſel in Cat. codd. mſs. graec. bibl. Vind. Pa. III. no. 19. (6) p. 30. no. 28. p. 39. no. 48. p. 53. no. 49. p. 54. qui cum anonymi auctoris praefatione eſt. [In cod. 382. bibl. Auguſt. quondam, nunc Monacenſis, et in hujus no. 71. Vid. Hardt. to. V. p. 191. K.] In bibl. Scorial. et bis quidem, notante Büſchingio l. c. to. V. in biblioth. Bodlei. c. prognoſtico no. 1252. Montf. I. p. 653. in bibl. praeſidis de Meſme, Montf. II. p. 1328. in muſeo Jo. Ph. Thomaſini; in bibl. monaſt. Caſinens. no. 97. Montf. I. p. 222. et S. Joannis in viridario Patav. Montf. I. p. 485. in bibl. Uffenbachiana; in bibl. Laur. Med. plut. 74. no. 13. cum gloſſis interlinearibus et commentariis. Montf. I. p. 385. Erant quoque in libris Jo. Rhodii, Patavini, aphoriſmi. Montf. I. p. 489. in bibl. Paul. Lipſ. (Feller or. de hac bibl. p. . . . .) [in bibl. monaſt. S. Mich. Ven. ſub titulo: Aphoriſmata, cf. MITTARELLI bibl. codd. mſs. mon. S. Mich. etc. Ven. 1779. f. p. 508. Fuit in bibl. Meermann. no. 214. codex ſec. XV. aphoriſmorum, qui utrum graeca contexta continuerit, an latinam tantum verſionem, ex indice haud patet. Adjunctus eſt Theophilus de urinis, Galeni epiſt. de pulſu ſenſibili, al. K.]

Latini exſtant in bibl. r. Pariſ. no. 6845. 6846. 6860. 6868. 6869. 6870. 6871. 6895. 7021. 7027. 7029. 7030. 7031. A. 7038. 7099. 7102. 7124. In bibl. reg. Suec. Vat. no. 397. Montf. I. p. 23. [Inter Codd. mſs. bibl. reg. Athenaei Taurin. Joſ. Paſini no. 939. 1069. occurrunt, membranaceus uterque, prior ſec. XIV. poſterior XIII. K.]

In bibl. Laur. Med. plut. 73. no. VII. VIII. XXII. Montf. I. p. 382. Aphoriſmorum et prognoſticorum libr. IV. in bibl. Scorial. ſecundum Büſching. Mag. to. V. p. 132. In bibl. Laudian. Cod. Brit. no. 1013. 1252. 1355. In Merton. no. 687. 688. 689. 722. In Wigorn. no. 768. In bibl. S. Trinit. Dubl. no. 502. In bibl. S.

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 86 sur 963

©BIUM

Petri Cantabr. no. 1866. In aula Pembrok. no. 2055. In bibl. Norfolk. no. 5189. in bibl. coll. nov. Oxon. no. 1130. 1134. In bibl. Cai. Gonvill. no. 962. In bibl. Burscough. n. 7671. in bibl. Ambrof. Mediol. Montf. I. p. 516. In bibl. Coislin. S. German. n. 1018. In bibl. Divio-Benigniana no. 224. 226. Montf. II. p. 1285. In bibl. Patr. praedic. Carnotenf. Montf. II. p. 1364. In bibl. Lugd. Bat. ex leg. Scaliger. in Catal. bibl. L. B. p. 395. In bibl. Ebner. Norimb. v. Ackermann in Wittwer's Arch. f. d. Geschichte d. Heilk. B. I. St. 1. p. 49. 50.

Latine, ut Hallerus putat, in bibl. Bodl. no. 7753. Montf. I. p. 646. et iterum cum aliis medicis ibid. et p. 653. in bibl. Cai. Gonv. no. 948. In eccles. Dunelmenfi no. 356. Latine quoque haud dubie in bibl. G. Pelliferii. Montf. p. 1200. in bibl. S. Ebrulphi Uticenfi. no. 131. Montf. II. p. 1272. — [Fragmenta latina in bibl. r. Parif. 7100. In biblioth. Guelferb. reperiri codd. lat. verfionis fub codd. Aug. Fol. 17, 2. it. 32, 13. item 47, 12. teftatur EBERT. Porro adfervatur ibidem cod. aphor. latin. juxta ordinem alphabeti inter codd. Aug. Fol. 38. 6. In bibl. acad. Lipf. c. commento no. 1094. 1095. 1096. 1103. 1198. Libri I. no. 1107. K.]

Arabice, vertente *Honain*, Cafiri no. 852. 785. Eodem Honaino, Ben Ifaac, Syro, vertente, in bibl. Palat. Med. no. 253. ASSEMANN. in codd. mfs. orientat. bibl. Laur. et Palat. Med. p. 371. Lib. I. aphor. ab eodem Honaino verfus exftat ibid. p. 371. Mutilus alius codex aphorifmor. Arab. exftat in bibl. Palat. Medicea, no. 262. Aſſemann. p. 376. Arabice, cum comment. in bibl. Caefar. Vind. Lambec. comm. lib. I. p. 295. ed. Kollar. no. 37. in bibl. reg. Parif. no. 1040. Conf. HERBELOT bibl. or. — Vertente Abdalrahman Ben Ali, Ben Abifadik, in bibl. r. Parif. no. 1096. 1041. Arabice etiam Cafiri no. 786. 787. vid. Montf. II. p. 712. De arabica verfione et commentario vid. Herbelot l. l. in Abu-Sadek.

©BIUM

Hebraice in bibl. Colbert. in reg. Pariſ. n. 641. Monf. II. p. 928. — De hebraicis codd. aphoriſmor. in bibl. Vindob. et Vatic. vid. Bartoloccium in to. I. bibl. Rabbinicae p. 423. Inter inedita Manaſſe Ben Iſrael memorantur Hippocratis aphoriſmi, hebraice verſi. In biblioth. Taurin. I. p. 18. vertente Nathan Hanacri. In bibl. Vind. Lambec. lib. V. p. 182. 184. in bibl. r. Par. no. 401. 395. ad verſionem Honaini no. 396. Ex verſione Moſis Ebn Hallohin in bibl. Leid. Ex verſione R. Joſephi ben Salomon. Wolf bibl. hebr. p. 567.

EDITIONES. *Graecae.* Quarum artium ac linguarum cognitione medico opus ſit. Praef. ante Hippocratis aphor. initium per JAN. CORNARIUM — habita Roſtochii. Aphoriſmi Hippocratis, graece. — Hagenoae ap. Jo. Secerium. ſ. a. 8.*

Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν τμήματα ζ'. In fine: Ἐτυπώθη παρὰ Σεβαστιανῷ τῷ Γρυφίῳ ἐν Λουγδούνῳ ἔτει ἀπὸ τῆς θεογονίας αφλβ.* Eſt editio RABELAESII, latinis aliquot Hipp. libris addita, (vid. ſupra ſub prognoſt. p. XLIX.) et quidem, ipſo editore monente, ad fidem vetuſtiſſimi codicis graece expreſſa. Iterum impreſſa Lugd. 1543. 12. GUNZ. 1545. 12. GUNZ.

Ἱπποκράτους ἀφορισμοὶ. Hippocratis aphoriſmi, e diverſor. codd. collatione per RUTGER. RESCIUM diligenter recogniti. Venundantur Lovan. a Barth. Gravio (in fine Lovanii, ex off. Rutg. Reſcii.) ann. 1533. 8.* Lugd. ap. Gryph. 1543. 8. CATAL. ASKEW. — Frft. 1545. 12. HALL.

Graeco-latinae. Hipp. aph. gr. et lat. Pariſ. 1552. 1555. 16.

Ἱπποκράτους ἀφορισμῶν βιβλ. ζ'. cum reliquis, quorum in prognoſt. et prorrhet. mentionem fecimus. Par. ap. Gu. Morel. 1557. 12.* [Vid. ſupr. p. XLIX. K.]

HIPPOCRATIS Coi — jus jurandum, aphoriſmor. ſect. VIII. — gr. lat. ſtudio Jo. OPSOPOEI. Frft. 1587. 12.* Vid. supra in prognoſt. et prorrhet. libr. p. XLIX.

©BIUM

HIPPOCRAT. *aphoriſmi* e rec. PAUL. OFFREDI. Rom. 1606. 12. Genev. 1606. 12.

HIPPOCRAT. *aphoriſmi* gr. et lat. una cum prognoſt. prorrhet. Coac. et aliis, pleraque ex interpr. J. HEURNII. L. B. 1607. 12.* [HIPP. COI *aphor. gr. et lat. brevi enarrat.* etc. *illuſtrati* etc. *a* Jo. HEURNIO. *Juxta exemplar Lugd. Batav.* (Sed ſine prognoſt. et prorrhet.) Jenae 1690. 12.* Beck.] A Thom. Magiſtro editi. Pariſ. 1613. ASKEW.]

HIPPOCRATIS *aphoriſmi* ex recognitione A. VORSTII. L. B. 1628. 32.* Cum *νόμῳ* Hippocr. et absque anno in 16. LIND. — Ex interpret. Foëſii et G. PLANTII. L. B. 1633. 12. — Ex interpret. Foëſii, c. methodo, qua aphoriſmi in certum ordinem digeſti exhibentur, a Jo. ERN. SCHEFFLER. L. B. 1633. 16. cum diviſione aphoriſmor. ſecundum ordinem materiarum. — Gr. lat. L. B. 1638. 12. [Gr. et lat. ab H. Poort. Traject. 1657. 12. HARWOOD.] — Cum interpret. lat. loc. parallel. ex ipſo Hippocrate et indice, cura LUC. VERHOOFD. L. B. 1675. 16.* — Accurante THEOD. JANSSON AB ALMELOVEEN, c. locis parallel. Celſi ſentent. et ind. Amſt. 1685. 16.* L. B. 1732. 16.* Argent. 1756. 12.* Lipſ. 1756. 12.* Cum indice Verhoofdii et not. ANN. CAR. LORRY. Par. 1759. 12. 1782. 12. [Cur. Mart. Liſtero. Lond. 1703. 12. A JAC. FICKIO. Jen. 1729. 12. HARWOOD.]

Gr. et lat. in ZWINGERI opuſc. Hippocr. aphoriſt. Baſ. 1748. 8.* Glasgow. 1748. 12. 1749. 12. — Gr. et lat. c. Celſi loc. parall. ind. Luc. Verhoofd, locis parall. ex Boerhaav. et Swieten. commentar. et not. propriis. Par. 1759. 16.*

HIPPOCRATIS *aphoriſmi* ad fidem vett. monimentor. caſtigati, latine verſi ab T. B. LE FEBURE DE VILLEBRUNE. Conſtantinop. proſtat Pariſ. 1779. 12.* [In bibl. Paul. Lipſ. adſervatur quoque exemplar, cuius forma in 12. chartae magnitudine formae 4. aſſimilata fuit. Donum auctoris. K.] Uſus eſt inprimis codd. reg. Pa-

©BIUM

rísin. praesertim hebraeis et arabicis, ad textum emendandum, quod non sine temeritate, et non consultis satis iis, qui ante eum aphorismos ediderant, fecit. Galeno inprimis infensus, cui objicit, eum aphorismos feciſſe. Textus vitiosissimus est ob plurimos typorum errores.

Ἱπποκράτους ἀφορισμοὶ καὶ προγνωστικὸν. Hippocratis aphorismi et praenotionum liber. Recens. notasque addidit Ed. Frc. Mar. Bosquillon. To. I. et II. Par. 1784. 12.* Aphorismi secundum cod. ms. bibl. reg. Paris. fidem emendati. Notae adhuc plures emendatt. et lectionis varietatem plurimam continent. De versione antiqua aphorism., quae in notar. et emendationum libro deprehenditur, infra dicam.

[Ἱπποκράτους ἀφορισμοὶ. Hippocr. aphor. Hippocratis et Celsi locis parallel. illustrati, stud. et cura Jansoni ab Almeloveen, M. D. quibus accessit Lud. Verhoofd. ind. locupletiss. loca parall. ex Boerhaav. comment., notulas addidit, edit. curav. Anna Ca. Lorry. Par. 1786. 16. Lorryi opera laudatur. Harl.]

[De Riegeri edit. vid. infr. Franzii editio anno 1777. promissa non prodiit.]

Graece, lat. et hebr. ex duobus mss. hebraicis edidit aphorismos Marc. Ant. Caiotius. Rom. 1647. 8.

Editiones latinae. In Articella Venet. 1483. 4. 1485. 1500. etc. Lugd. 1505. 8. 1515. 8.* 1519. 8. 1527. 4. Editio mea antiquam (Constantini puto), et Theod. Gazae, Halleri editio versiones Constantini, Nic. Leoniceni, Laur. Laurentiani et Theod. Gazae continet. Constantini versio ex arabico idiomate est.

[Hippocratis sententiae (i. e. aphorismi); commentatt. Galeni in easd. Laur. Laurentiano interprete. Florent. Ant. Miscominus inprimi curavit 1494. f.* Hanc. editionem raram, quam Panzeri Annal. typogr. silentio praeteriere, servat *bibl. Sen. Lipſ.* K.]

[Aph. latine, ed. Theodorico Ulsenio, Norimb. 4. circa a. 1496. Denis Suppl. Maittairii p. 585.]

©BIUM

Antiqua verſio et nova Theodor. Gazae in collect. Antonii Ruſtici Placentini Venet. 1495. 12. MAITTAIR. Venet. 1507. 8. GUNZ. — LAUR. LAURENTIANO interpr. Flor. 1494. f. MAITT. — Cum RHASIS libris plurimis et aliis. Venet. 1497. f. GUNZ. — Ex verſione THEOD. GAZAE. Lugd. 1505. 8. GUNZ. — Cum interpretatione antiqua et NIC. LEONICENI verſione. Ferrar. 1509. f. — Interprete NIC. LEONICENO cum praenotion. GU. COPO interprete. Pariſ. 1524. 12.* 1526. 12. 1532. RIVIN. [1527. 1539. Cat. muſ. Brit.] Lugd. 1581. 12. — Et c. not. JO. MANELPHI, Rom. 1613. 16. BURM. cum iisdem. Patav. 1658. 12.* c. iisdem. Venet. 1647. 12.* — Ex recogn. FRC. RABELAESI, interpr. NIC. LEONICENO. Lugd. 1532. 12.* c. prognoſt. et aliis.

HIPPOCR. *aphor.* (NIC. LEONICENO interpr.) ſect. VIII. quibus ex Ant. Muſae commentariis adjecta fecit, et octava, FR. OGGLERIO authore. Vicent. 1610. 16. Ven. 1620. 12.* Ven. 1674. 12.* Vienn. 1726. 12.* c. methodo aphoriſm. et prognoſt. Hippocr. — Ex interpr. JO. HEURNII. Rudolphipol. 1672. 32.*

[HIPPOCRATIS *aphor. atque praeſagia* latine verſa c. recognit. et not. ANDR. PASTAE, Bergomatis, editio altera. Acc. huic ipſi edit. prolegomena, in quibus de aphoriſmorum, praeſagiorumque auctore, de utrorumque ſcriptorum praeſtantia, deque ſententiarum in iisdem contentarum uſu diſſeritur. Valentiae 1786. HARL.]

Verſionem *latinam* aphoriſmorum, quam c. commentariis Oribaſii ſcriptam ſeculo XIII. adſervat bibl. reg. Pariſ. no. 1971. in not. et emendatt. in Hippocr. aphor. exhibuit BOSQUILLON. Par. 1784. 12.* ad pag. 77 uſque. [Ea verſio ex alio, quam quem noſtrae editiones exhibent, textu confecta eſſe videtur. K.]

Verſiones *gallicae*. Par JEAN BRECHE. Lion 1581. 16. RAST. Rouen 1646. 12. BURM. c. Galeni comm. in libr. I. — Par JEAN VIGIER. Lion 1605. 16. RAST. 1666. 12. BURM. Par LAZARE MEYSSONIER. Lyon

©BIUM

1668. 12. BURM. — Alia editio. Rouen 1685. 12. vel 1684. 12. HOUSS. Par. c. notis 1685. 12. Traduction faite ſur la verſion de HECQUET. Pariſ. 1725. 12. alii 1726. 12. [Avec Explications par DU FOUR. Par. 1699. . . Gall. lat. per MICH. LE LONG. PAR. 1645. 4.]

Oeuvres d'Hippocrate. Aphorismes traduits d'après la collation de vingt deux manuſcrits et des interprètes orientaux, par Mſ. LE FEBURE DE VILLEBRUNE. à Par. 1786. 12.* Haec verſio fere eadem eſt, quam ea, quae cum graeco textu, quem ſupra memoravi p. LXVIII, prodiit. Galeno ſuccenſet, quod textum mutaverit, id quod ex Meletii commentariis, de quibus mox dicemus, probat. Vid. GALENI defenſionem in diario: *Journ. de médecine* to. LXII. p. 280. ſqq. K.]

Anglice. [The aphoriſms of Hippocrates, translated into engliſh by S. H. Lond. 1610. 12. 1655. 8. K.] Lond. 1695. 8. 1665. 8. BODLEI. vertente CONR. SPRENGEL. Lond. 1708. 8.* 1735. 8.

Belgicae. Aphoriſmen, of kortbondige Spreuken van Hippocrates, beneffens deſſelfs Wet en Onderrichtingen. — Nevens d'Aanmaningen van den Heer N. TULP. Vertaald door S. BLANKAART. Te Amſterd. 1714. 12.* Altera haec eſt editio, cum vita Hippocr. ſecundum Soranum.

Italice. Aforiſmi di Hippocrate, tradotti da LUCA FILACTEO. Pavia 1552. 8. FALC. [Jo. Bpt. Sori et alias interpretatt. italicas memorat PAITONI bibl. degli autori — volgarizz. to. II. p. 188. BECK.]

Germanice. Hippokrates Aphoriſmen. Bremen 1744. 8. Hipp. Lehrſätze, in d. Deutſche überſetzt, nebſt ein. Anmerk. u. Verzeichn. d. Materien [v. Jo. TIMMIUS.] Helmſt. 1778. 8.* Paraphraſtica eſt. [HIPP. Aphoriſmen a. d. griech. Spr. überſ. u. m. kurzen Anmerk. erläutert. Wien 1791. 8. 1800. 8. AUG. HEIMB. HINZE, Probe ein. Ueberſ. d. Aphoriſm. d. Hippocrates, nebſt ein. erläuternden Commentare derſelben, u.

©BIUM

einig. ander. Abhandl. aus d. Iaterie u. d. Iamatologie. Stendal 1807. 8.* Hippokrat. d. zweyt. echte medic. Schrift. ins Deutſche überſ. m. ein. alphab. Repertor. d. Sätze u. Mater. Ein Taſchenb. f. junge Aerzte, herausgeg. v. Fr. v. Paula Gruithuisen. Münch. 1814. 8. Bibel f. Aerzte, oder die Aphoriſmen des Hippokrates. Nach d. *latein.* Texte d. Nic. Leonic. ganz neu und frei in deutſchen Jamben überſetzt, u. m. ein. kurzen, ebenfalls eigens hierüber verfaſsten phyſiol. prakt. Erklär. in Proſa verſehen. — — Von Bened. v. Wagemann. Erſt. Th. Reutling. u. Leipz. 1818. 8. Quatuor priores ſectiones continet. Verſus horridi, hiulci; animadverſiones additae Hippocratem haud juvant. Quae effecerunt, ut to. II. typis exſcribi haud poſſet. — Die ächten Hippocratiſchen Schriften verteutſcht u. erläut. z. Gebr. f. prakt. Aerzte u. gebildete Wundärzte v. D. H. Brandeis. B. I. Wien 1822. 8. Aphoriſmos continet. Verſio ſatis bona: animadverſiones adferunt ut plurimum Hippocratis loca parallela, et Celſi loca, quibus Hippocratis verba expreſſit: raro criticae ſunt. Praeter has verſiones germanicas commemorandae adhuc ſunt Ch. Gfr. Gruneri Bibliothek d. alt. Aerzte in Ueberſetz. und Auszüg. etc. Leipz. 1780. 1782. 8. Voll. 2. quorum prius genuina, poſterius notha Hippocr. ſcripta continet. Priori volumini quoque inſunt aphoriſmi, ſed non integri, nec eodem ordine, quo in editionibus continentur vulgaribus, ſed nonnulli tantum, et in tres claſſes diviſi, quorum prima, qui ad phyſiologiam, ſecunda, qui ad diaeteticen, tertia, qui ad pathologiam Hippocratis illuſtrandam faciunt, aphoriſmos continet. Denique Curt. Sprengelius in Apologie des Hippokrates u. ſein. Grundſätze. Leipz. 1789. 1792. 8. Voll. 2. praeter librum de diaeta acutorum et de aëre, aquis et locis, (to. II. p. 260—622.) aphoriſmos non ſolum transtulit, utplurimum commode, ſed et animadverſionibus inſtruxit, quae late patentem librorum omnis generis lectionem com-

probant, Hippocrati recte intelligendo maxime utilem. K.]

Paraphraſes metricae graecae. ROBERT. CONSTANTINUM aphoriſmos graece reddidiſſe SPACHIUS notavit in elench. medic. p. 14. Conf. HALLER. in bibl. med. pract. to. I. p. 44. Graeco et latino carmine expoſuerunt etiam aphoriſmos ANTON. FAVENTINUS, REGINALDUS STURMIUS. Graec. et lat. verſibus per GERARD. DENISOT. Paris 1634. 8. FALC. cum comment a GUIL. ODRY. Pariſ. 1634. 12. verſibus gr. et lat. ab ANT. HOMMEIO. Par. 1660. 8.* Sect. I. aphor. verſib. graec. p. ROB. WINTERTON, c. lat. verſ. Heurnii. Cantabr. 1631. 4. Cantabr. 1633. 8. cum omnium aphor. verſ. metrica FABRI et WINTERTONI. — Cum metrica paraphraſi VAN POORSTII. Traject. 1657. 12.* Graeco quoque carmine expreſſit aphoriſmos Jo. FRERUS. [Hippocr. Aphoriſmi ſoluti et metrici interpr. Jo. HEURNIO, metaphraſtis Jo. FRERO et RAD. WINTERTONO. Cantabr. 1633. 8. in Cat. Muſ. Brit.]

Latino carmine ab Aloyſ. Luiſino. Ven. 1552. 8. Auctore LAUR. SPAN. Vratisl. 1570.* auct. ANDR. ELLINGER. Frft. 1579. 8. auct. LAUR. STURM. Lugd. 1583. 8. 1619. 8. LIND. auct. PT. BULENGER. Par. 1587. 12. FALC. Par. 1650. 8. — Auct. PA. DIONYSIO. Veron. 1699. 4. auct. SIM. PROUANCHER. Senonib. 1603. 8. LIND. Aphor. libri II. heroic. verſib. redditi a JAN. DUBRAVIO. Nor. 1623. 8.* — Auct. Jo. LUD. GANSIO. Arg. 1624. 12. Vienn. 1626. 12. LIND. auct. J. PFANZ. Argent. 1624. 8. LIND. — Auct. PT. BERIGARDO, med. candidato. Utini 1645. 8.* Auct. Jo. BAPT. DE CONDÉ.[a]) Bruxell. 1647. 12. GUNZ. auct. Jo. JUNKER. Erford. 1648. 8. auct. ignoto, c. lat.

---

a) Haec metrica aphoriſmor. verſio continetur quoque in Hippocr. aphor. c. concordantia eorundem ac indice locupletiſſimo. Acced. iid. aphoriſmi verſu heroico explicati a Jo. BPT. CONDÉ, med. Brux. Lovan. 1781. 8.* K.

©BIUM

aphoriſmorum verſione S. l. 1669. 12.* Latino quoque carmine expreſſit aphoriſmos MATTH. ROSELERUS, Lucanus. [Aphoriſmi elegis latinis redditi a J. F. CLOSSIO. Tub. 1786. 8. Edit. II. Berol. 1796. 8. K.]

Gallico carmine par DE LAUNAY. Rouen 1642. 8. BURM. Dein etiam titulo: Hippocrate depaïſé par Louis de Fontenettes. Par. 1654. 4. ASTRUC.

[De metrica germanica verſione WAGEMANNI vide, quae paulo ante monita ſunt p. LXXII. K.]

Commentarii. Commentatorum in aphoriſmos immenſa vis eſt. Plures jam in aphoriſmos commentarii Galeni temporibus exſtitere, qui ab eo memorantur. Antiquiſſimi omnium aliorum aphoriſmorum interpretum ſunt HEROPHILUS, BACCHIUS, HERACLIDES TARENTINUS, ZEUXIS, quos Galenus omnes ἐμπειρικοὺς vocat, quique ab eo expreſſe dicuntur *οἱ πρῶτοι τῶν ἐξηγησαμένων τοὺς ἀφορισμούς*, in comm. ad VII. aphor. 70. p. 333. to. IX. Chart. — HEROPHILI commentarius in bibl. Ambroſ. Mediolan. exſtare dicitur a Montf. I. p. 498.

Aphoriſmos porro explicuere:

SABINUS, quem memorat Gal. adv. Julian. c. 3. p. 379. to. IX. Chart.

LYCUS, Quinti praeceptor, empiricus, a Galeno aterrimo carbone ob inſulſam explicationem ſuam notatus in comm. ad I. aphor. 14. p. 28. in praef. ad III. aphor. p. 92. to. IX. *τὸν δέυτερον τοῦ συγγράμματος ἐξηγητικοῦ* LYCI Neapolitani, quem tamen Galenus Macedonem expreſſe vocat, citat EROTIANUS in expoſ. voc. Hipp. p. 214. ed. Franz. — Peculiarem etiam contra Lycum libellum ſcripſit, de quo paulo poſt dicemus, [et in Hiſtor. literar. Galeni Oper. to. I. praemiſſa p. CLXXXIII. dictum eſt. K.)

QUINTUS, a Galeno, ob aphoriſmos male expoſitos, non laudatus, reliquos quoque Hippocrateos libros explicuit.

©BIUM

MARINI in aphorismos enarrationes memorat Galen. in VII. aph. 24. p. 503. et in VII. aph. 54. p. 324. Chart.

RUFI in aphorismos enarrationes laudat Galen. et ORIBASIUS in praef. ad comm. in aphor. Hipp. ed. Bas. 1535. p. 7.

SORANUM in tres sectiones aphorismos divisisse, narrat ORIBASIUS.

PELOPEM, interpretem aphorismorum, laudat Galen. de ord. libror. suor. p. 51. to. I. Chart. et inprimis Oribasius in praef. l. c., qui cautissime verbum aphorismorum e verbo transferens, imitatus sit Hippocratis brevitatem.

[Huncce libellum gr. lat. e bibl. Cujacii edidit Stph. Claverius, subjunctum suis in Persium annott. Paris. 1607. 8. Vid. Reines. ep. ad Chr. Daumium IV. p. 14. De variis opusculi editt. egit Daumius l. c. ep. XXIX. p. 96. K.]

DOMNUM et ATTALIONEM, interpretes Hippocratis, Oribasius citat in praef. ad aphor. p. 8.

NUMESIANI interpretatio aphorismorum memoratur a Galeno in V. aph. 44. p. 221. et in IV. aphor. 69. p. 179. nec non in comm. I. in libr. Hippocr. de humor. text. 24. p. 535. to. VIII.

DIONYSII enarrationum in aphor. mentio fit ad IV. aph. 69. p. 179. Scripsisse Numesianum et Dionysium in IV. aph. 69. loco vocum *οὖρα θρομβώδεα, βορβορώδεα* Galenus refert.

Hos omnes commentatores Galenus generatim non laudat, nimis quippe verbosos, et qui Hippocratis mentem raro adsecuti sint. Vid. locum classic. in praef. ad comm. in sect. VII. aphor. p. 292. LYCUM, quem sua spectra, non Hippocratis placita scripsisse adserit, peculiari libro, qui to. IX. Chart. legitur, refutavit.

Contra aphorismos antiquiore jam tempore THESSALUS TRALLIANUS, methodicae sectae instaurator, quem Galenus memorat c. 1. adverss. Julian. p. 377.

©BIUM

to. IX. Chart. Caelius vero Aurelianus, quod miror, non citat.

In eosdem aphorismos JULIANUS Alexandrinus, Galeno coaevus, libros XL. scripsit. Secundum vidit Galen. (adverss. Jul. c. 1. p. 377. to. IX.), eumque peculiari libro, qui in eodem tomo legitur, acerrime confutavit. Cod. Galeni libri adv. Lycum et Julian. exstat in bibl. Medicea. Bandini III. p. 48.

GALENI in aphorismos commentarii eorum, qui nobis supersunt, antiquissimi sunt. Exstant, et quidem integri, in VII. sectiones aphorismorum. [Conf. Hist. liter. Galen. to. I. Oper. ejus. p. CLXXXI. seq. de codd. et editt. horum commentariorum. K.]

ORIBASIO, qui adscribuntur, commentarii nunc dicendi sunt. Hos pro spuriis habent LEON. FUCHSIUS in epist. nuncup. ad comm. in aphor. Hippocr. HALLERUS in bibl. med. pract. to. I. p. 48. et GRUNERUS Cens. libr. Hipp. p. 47. et quidem minus germanarum originum tot notae illis insunt, ut mirer plane, GUINTHERIUM ANDERNAC. in epist. dedicatoria editioni suae commentarior. Oribasii praefixa, atque BOSQUILLONUM in praef. ad Hipp. aphor. p. 9. sq. genuinas hujus libri origines agnovisse acriterque defendisse. Ipse enim hic Oribasius, Juliani imper. medicus, Ptolemaei Evergetis jussu se hos commentarios confeciisse, atque post septuaginta perfectissimorum medicorum examinationem congessisse memorat, et, quod Oribasius, Juliani medicus, non fuit, christianus fuit: in II. aph. 39. p. 80. 81. ed. Bas. 1535. haec habet, quae auctorem fuisse christianum, manifeste probant: *Si aegrotans est religiosus, opponere illi debet medicus sacram scripturam; si tamen antea hanc amaverit* etc. Et in VI. aph. 55. *antiquis temporibus nullum ad altare processisse* dicit, *nisi qui e Levitico genere, aut regio fuerit.* Laudat ceterum nullos Graecos, Latinos vero Terentium, Virgilium et Ovidium, et latine suam enarrationem scripsisse videtur: codice enim latino GUINTHERIUS usus esse

©BIUM

videtur, non graeco, quod Bosquillonus l. c. p. 9. vult, neque codex aphorismorum c. commentariis Oribasii saec. XIII. scriptus, qui no. 1971. in bibl. reg. Paris. servatur, graecus, sed latinus est. Codex etiam bibl. r. Paris. no. 7102. non Oribasii prologum in aphorismos, sed alius, et incerti quidem, interpretis latini continet. — Codex Vibrasii (Oribasii) super aphorismos Hippocratis exstat in bibl. monast. S. Trin. de Vindocino. Montf. II. p. 1204.

Editiones horum commentariorum sunt, et omnes quidem editore, (non interprete) Jo. Guintherio. Andern. Paris. 1533. 8. Bosqu. Venet. 1533. 8.* Bas. 1535. 8.* Patav. 1658. 12.* Vid. quoque de his editionibus et generatim de commentariis Oribasii Goulin in Journ. de médecine to. LXIV. p. 145. et to. LXXVII. p. 343. Aphorismorum ceterum ordo in his editionibus turbatus est, septimaque sectio Oribasio dicta partem aphorismorum, qui in sexta continentur, comprehendit. Ordo etiam priorum sectionum turbatus est.

MELETII philosophi commentarii exstant in bibl. r. Paris. no. 2685. et apud Montfauc. II. p. 735. et in bibl. S. Remigii Rhemensi, teste eodem. [De illo cod. ms. Lefebure de Villebrune in praef. ad Hippocr. aphor. p. X. not. (h) haec habet: „Hic bonae notae Meletii codex fuit quondam servatus inter libros Principis Henrici a Lotharingia, abbatis protomonasteriorum S. Dionysii et S. Remigii, nepotis Cardin. a Lotharingia. Eum integrum graece commentario stipatum legeram, cum me monuit Cl. Lorry alicubi olim delituisse versionem ejusdem a quodam Pietreo latine factam: nec incassum ipsam quaesivi in bibl. reg. Auctor quidem nomen suum reticet, ast nepotem Gentiani Herveti, hominis non infimi commatis certe, se profitetur. Ipse quoque textum graecum propria manu, antequam eum verteret, exscripserat, ut forma literarum videre est. Hinc jam bina exstant Meletii graeca apud nos exemplaria. Tres tantummodo priores hujusce codicis la-

©BIUM

tini aut graeci prelo forent ſubmittendae ſectiones. Maximi nominis medicus debuit haberi Meletius ille, non monachus certe, ut vulgo creditur; quippe qui pari paſſu incedat cum Hippocrate, Galeno in cod. Vindob. cui titulus: *Iatroſophium* etc. de quo conf. Fabricius bibl. graec. to. XIII. p. 301. 328. Hunc Meletium alium eſſe, atque Monachus ille tractatiunculae *de urinis*, verſibus politicis ſcriptae auctor, cod. graec. 2240. bibl. reg. certo certius mihi conſtitit: hi enim politici verſus decimi tertii ſeculi ſunt inventum. Tam elumbis eſt monachus iſte, tam plebejus in ſcribendo, ut plus mille annis Meletio philoſopho recentior videatur. Hic autem noſter elegans, terſus, eloquens, rerum ubertate potius viget, quam vanis verborum ambagibus luxuriatur, doctrinaque Hippocratica plenum refertumque ſe commendat. Quod certum eſt, ante Joannicium, decimi ſeculi medicum, vixit Meletius, cujus nominis multo plures in Graecia docti viri inclaruerunt. Multi etiam THEOPHILI, et literis et doctrina medica nomen ſuum poſteris commendavere. Sed sit hic noſter Theophilus [Philotheus], qui *Comes archiatrorum* nominatur Chryſoſtomo, ſitve qui PROTOSPATARIUS; de his dignitatibus in aula Graecorum imperatorum vid. Calvini *lex. jurid.* Vinkii *amoen. philol. med.* Joſ. Laurentii *Amalthaeam*, Meurſii *lex. graec. barb.*" K.]

THEOPHILI Protoſpatharii, ſive, uti vocatur in commentario ſuo edito, PHILOTHEI commentarii graece exſtant ſcripti in bibl. r. Par. no. 2149. vid. Montfauc. II. p. 739. in bibl. Vindob. Lambec. V. p. 165. vid. DE NESSEL in catal. ms. graec. bibl. Vind. P. IV. no. 74. p. 44. Exſtant iidem commentarii in bibl. Vindob. no. 34. vid. Lamb. VI. 2. p. 88. Memorat quoque hunc commentarium Labbeus p. 212. bibl. nov. mſtor. in bibl. Medic. plut. 86. Montfauc. I. p. 407. Bandini III. p. 98. 102. in bibl. Ambroſ. Mediol. Montf. I. p. 529. [in bibl. Naniana, ut ſupra memoratum eſt,] in bibl. univerſ Altorf. graecus, chartaceus, ſeculo XIV.

©BIUM

vix ſuperior, in quo vero enarrationes aphoriſmor. ſect. I. ultimo tamen excepto, deſiderantur, quem deſcripſit, exemplo etiam textus addito, Jo. Andr. Nagel, in progr. quo donationis Trewianae memoriam renovat. Altorf. 1788. 4. Codicem etiam graecum habuit, quem in comment. in aphor. Hippocratis memorat, et ex quo plurima loca in comment. ſuos transſcripſit, Ant. Mus. Brassavolus.

Philotheum dixere A. M. Brassavolus, Leon. Fuchsius (in epiſt. nuncupat. comm. in aphor.) Conr. Gesnerus, atque editores commentariorum, quos ſcripſit. *Graecae* editt. plane deſiderantur. Latinae duae ſunt, nempe: Philothei commentaria in aphor. Hippocratis e graeco in lat. converſa, interpr. Lud. Corado. Ven. 1549. 8.* et Spirae 1581. 8.*

Stephani *σχόλια εἰς τοῦ Ἱπποκράτους ἀφορισμοὺς κατὰ σύνοψιν*, exſtant in bibl. Caeſ. Vind. de Nessel catal. Pa. III. no. 16. p. 27. Alius codex, principio mutilus, eſt in eadem bibliotheca, teſte de Nessel l. c. no. 44. p. 50. Commentarii e Stephano et Philotheo in bibl. Uffenb. 1. 4.

Actuarii comm. in aphoriſmos exſtabant ap. Felic. Paciotum, teſte Geſnero in bibl. —

Anonymi comm. graeci in bibl. r. Pariſ. no. 2257. 2260. In priorem ſectionem et partem ſecundae in bibl. Medic. plut. 74. — Ignoti hominis comment. graeci in aphoriſmos exſtant in bibl. Laur. Med. graec. plut. 74. Montf. I. p. 585. Enarrationes ſingulis aphoriſmis ſubjectae graec. in bibl. r. Pariſ. no. 883. [Fuit et in bibl. Meermann. cod. no. 225. ſec. XVI. f. ſcriptus, qui inter alia continebat quoque Anon. expoſitionem in Hippocr. aphor. K.]

Commentar. *arabicus* auctore Allaidin Ebn Elnafis ſeculi XIV. eſt in bibl. r. Pariſ. no. 1042. — Honaini, filii Iſaac, Syri, comment. in libr. I. aphor. Hippocratis exſtat in bibl. Palat. Medic. no. 253. Aſſemann. p. 371. — Haseni Gilaci comment. arabici in

©BIUM

aph. Hippocr. ſunt in bibl. Lugd. Bat. p. 308. — Notae ABDELRAHMAN BEN ALI BEN ABISADIK in bibl. reg. Par. no. 1096. 1041. et in bibl. Scorial. no. 872. Vide de eo Herbelot. p. 56. Alius comment. CASIRI no. [852.] 788. [p. 235. ubi dicitur ALAELDINUS ALI BEN ABILHARAM ALCARSCHITA, et Caſiri p. 234. ſq. agit de interpretibus arabicis, et in quot libros ſ. ſectiones aphoriſmos Hipp. diſtribuerint veteres. De comm. RAZIS ad mentem Galeni vid. Caſiri p. 263. — no. 873. p. 298. eſt ALMANALII comment. in aphor. vid. Caſiri.] — Commentarii HALY in aphor. exſtant in bibl. colleg. omn. anim. Oxon. Cod. Brit. no. 1430. — Abr. Patrich explanatt. in aphor. apud Plantovicium. Moſis Abdalla, Cordubenſis, et Moſis ben Eved-Elohim. Wolf.

Hebraici comm. in bibl. Vind. Lamb. I. p. 184. Aphoriſmata Hippocr. c. comm. R. JUDAE BEN SAMUELIS ex arabic. in hebraicum converſa exſtat in bibl. Laur. Med. plut. 88. no. 54. Montf. I. p. 412. Hippocr. aphor. c. comment. MOSIS BEN EVED-HAELOHIM Iſraelitae ad mentem Galeni, paucis exceptis, in bibl. Lugd. Bat. p. 285. [Conf. Bartoloccius in bibl. rabbin. to. I. p. 423.]

Commentarii *latini* in bibl. coll. nov. Oxon. no. 1130. et in bibl. reg. Pariſ. no. 6845. 6847. 6855. 6856. 6956. 7021. 7027. Quaeſtiones in aphor. ibid. no. 6537. 6549. Magiſtri Benedicti gloſſae ſupra libros aphoriſm. in coll. Caji Gonvill. Cantabr. n. 960. Anonymi gloſſae et ſcholia in bibl. r. Pariſ. no. 7030. et ap. Caſhley. BALTH. LEMECHEN in aliquot aphor. Montf. II. p. 761. Anonymi comm. in aphor. in bibl. S. Gatiani Turonenſ. no. 405. Monf. II. p. 1277. Exſtant quoque anonymi gloſſae in bibl. Baſil. et anonymi annot. in aphor. in bibl. Coisliniana San-German. no. 1017. Bis cum expoſitione aphoriſmi exſtant in bibl. Scorialenſi Montfauc. I. p. 620. — Conſtantinus Africanus in aph. Hippocr. exſtat in bibl. Ranchini. Montf. II. p. 1283. [Inferam h. l. Gloſſas ſuper

©BIUM

aphoriſm. Hippocr. a viro ignoto ſcriptas inter codd. bibl. acad. Lipſ. no. 1095. et Lectiones italici medici ſuper aphor. Hippocr. ibid. no. 1098. — Aliae gloſſae ibid. no. 1130. Conſtantini gloſſae ſuper prognoſt. et aphoriſm. ib. no. 1143. K.]

BARTH. DE BURGIS in aph. comment. citat Symph. Campegius. — JAC. FOROLIVIENSIS in Hippocr. aphoriſm. et Galeni ſuper eisdem commentarios expoſ. et quaeſt. p. CHPH. DE CASTANEA. Papiae 1488. f. MAITT. Ven. 1490. Pap. 1501. f.* 1512. Ven. 1495. f. MAITT. 1501. f.* 1520. f. Cat. muſ. Brit. c. MARSILII DE S. SOPHIA interpret. in eos aphor., qui a Jacobo expoſiti non fuerant. Ven. 1508. f.* [Cum verſ. dupl. antiqua et Th. Gazae, expoſit. Galeni, Jacobi Foroliv. et Marſil. Ficini, et quaeſtionib. eorund. p. Hieron. Pompilum de Oleariis. Ven. 1508. f. In 8. et in fol. Cat. muſ. Brit. BECK.] 1547. f.* 1556. 4.* — Verſionem Conſtantini, Th. Gazae et Nic. Leoniceni, comment. Galeni et fuſiſſimam expoſitionem Jacobi continet. Cod. ms. eſt in bibl. Taurin. — Cod. expoſit. JACOBI DE FOROLIVIO exſtat in bibl. reg. Pariſ. no. 4861. Montf. II. p. 753.

LAUR. LAURENTIANI comment. Flor. 1494. f.* Jo. SERMONETA comm. ſuper libros aphoriſmor. Ven. 1498. f. LIND. [Adjectus eſt Ugonis expoſitioni. v. Cat. muſ. Brit. to. I. BECK.] — ANTON. BENIVENII comm. in aphor. Flor. 1507. 4. HOTTON. — NICOLI commentum ſuper aphor. Hipp. curante ANT. SACCO. Bonon. 1522. 8.* [Interpr. Th. Gaza et Nic. Leoniceno, c. comm. Nicoli Florent. p. Jo. Bpt. Theodoſium et Ant. Saccum. Ven. 1522. 8.* BECK.] — UGONIS expoſitio ſuper aphor. Hippocr. et ſup. commentum Galieni, ejus interpr. Ven. ſ. a. 1493. f.* 1494. f. MAITT. Ven. 1498. f.* Papiae 1518. f.* Ven. 1523. f. Codex exſtat in bibl. reg. Pariſ. Montf. II. p. 753.

THADDEI Florentini expoſitiones in arduum aphoriſmor. Ipocratis volumen, in divinum pronoſticorum Ipocratis librum, in praeclarum regiminis acutorum

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 102 sur 963

©BIUM

Ipocratis opus, in ſubtiliſſimum Joannitii Iſagogarum libellum Jo. Bpt. Nicollini Sabodienſis opera in lucem emiſſa. Ven. 1527. f.* cum verſ. Th. Gazae, Nic. Leoniceni, Conſtantini Africani et Galeni comm., quibus ſuos addidit Thaddeus.

Hier. Thriverii comm. in aphor. Hipp. libr. I. Antwerp. 1538. 4. Lind. In omnes aphor. Lugd. 1551. 4. Falc.

Ant. Mus. Brassavoli in octo libros aphoriſmor. Hippocr. et Galeni commentaria et annotatt. Baſ. 1541. f.* Cum comm. in text. Hippocr. et comm. Galeni. Ferrar. 1594. Lind. Ven. 1721. 4.* Cum Muſae tantum comm. in aphor. Interjector. aphor. octav. ſectionem ſe primum addidiſſe, quae tamen in antiquis jam et optimae notae codd. legitur, memorat Muſa p. 1138. 1139. Ceterum locos plurimos Philothei et quidem graece, et permultos ex commentariis, Oribaſio adſcriptis, edidit.

Pauli Grisignani, medici Salernitani, in aphor. Hippocr. expoſitio. Salern. 1544. f. Lind.

Hipp. Coi — aphoriſm. ſect. VII. e graeco in latin. ſermonem converſae et comment. illuſtratae — per Leonh. Fuchsium. Baſ. 1544. 4.* Par. 1545. 8.* Lugd. 1554. 8. [In Hipp. Coi VII. aph. libr. commentaria, ab eodem authore nuper recaſtigata, adject. annotatt. et locor. diffic. Galeni explicatt. K.] Lugd. 1558. 8.* Lugd. 1559. 8.* Philothei comment. et Oribaſ. fere primus poſt Ant. Mus. Brassavolum memorat, minus germanas comm. Oribaſii origines demonſtrat, Galenum ut plurimum ſequutus, quem ſimul explicat.

Hippocr. aphor. genuina lectio et fidelis interpretatio, ſtudio J. Morisoti. Baſil. 1547. 8. Gunz.

Bassiani Landi in aphor. Hippocr. dictata anni 1551. exſtant in bibl. Vindobon. Lamb. II. c. 8. p. 837.

Hippocr. Coi aphor. comm. Foresii illuſtrati. Frcf. 1551. 8. 1554. 8.* Jo. Brecheus in aphor. Hippocr. Pariſ. 1552.

©BIUM

Hipp. aphor. gr. lat. c. Guil. Plantii interpr. et. Jo. Lygaei paraphraſi. Par. 1551. 16. Lind. Lugd. 1555. 12.* 1575. 12.* Genev. 1580. 16. Burm. Falc. et c. comment. Jo. Marinelli. Ven. 1582. 12.* Lugd. 1582. 16. Lind. Genev. 1590. 8. Lind. ſ. l. 1595. 12.* Aphor. ſimul in appendice in ordinem ſecundum materias digeſti.

Jo. Bpt. Montani exactiſſimae in aphor. Hipp. lectiones ſumma cura collectae etc. recognitae etc. Ven. 1553. 8*. [*Ejusd.* in ſecundum librum aphor. Hipp. lectiones etc. Venet. 1554. 8.* K.]

Jo. Myrica paraphraſis in Hippocr. aphor. Baſ. 1556. 8. Lind. — Bened. Victorii comm. ad Hipp. aphor. Venet. 1556. 4.* — Fr. Vallesii in aphor. Hipp. Complut. 1561. 8. Colon. 1589. f.* — Nic. Hautpas aph. Hipp. enarrat. illuſtrati. Duac. 1563. 4. — Cph. a Vega comm. in libr. aphoriſm. Antiguerae 1563. 8. Lugd. 1568. 8. 1570. 8. In Operib. Lugd. 1576. f. 1586. f. 1626. f. — Hier. Cardani comment. in VII. libr. aphor. Baſ. 1564. f.* Patav. 1653. 4. Et in Operib. to. VIII. Galenum, Leonicenum valde taxat.

Juvenal. Leueronii in Hipp. aphor. lucubrat. Montis reg. 1565. 4. Lind.

Hipp. *aphor.* ex nova Claud. Campensii interpretatione. Lugd. 1579. 8.*

Jac. Hollerii in Hipp. aphor. c. ſchol. ex Dureto ſumtis auxit Jo. Liebaut. Pariſ. 1579. 8. 1582. 8.* Genev. 1583. 8. 1596. 8.* 1597. 8.* Lipſ. 1597. 8.* Frft. 1597. 8.* 1644. 8. Gunz. 1646. Falc. 1652. 8. Rast. Genev. 1675. 8.* Codex exſtat in bibl. r. Par. n. 6338. Montf. II. p. 761.

Salvii Sclani comment. in aphor. Hippocr. Venet. 1579. 4. 1583. 4. Lind. Ejusd. apolog. ad. Jo. Altimarum, quod ea, quae dixit in Altomarum in comment. aphoriſmor. ſint veriſſima. Ven. 1584. 4. Gunz.

©BIUM

Hippocr. aphor. Nic. Leoniceno interpr. Joa. Marinelli in eosd. comm. Ven. 1583. 12.* 1593. 12.* Iidem sunt, quos sub Guil. Plantio paulo ante memoravimus, qui et seorsim prodiere. Jo. Zecchii in aphor. Hippocr. Bonon. 1586. 4. Hotton. Gunz.

Dan. Laphangini in Hippocr. aphor. dialogus. Venet. 1586. 4. Lind. — Jo. Vischer aphorismor. Hipp. brevis enarrat. Tubing. 1591. 4.* — Ejusd. aphor. ex Hippocr. Tubing. 1569. — Roder. a Fonseca in VII. libr. aphor. Hipp. comment. in singulos aphor. adnotat. Ven. 1595. 4.* 1608. 4. 1621. 4. Rich. 1628. 4. Hotton. Patav. 1708. 4. — Annib. Bufali aphor. erometaphrasis. Messan. 1605. 8. Mongitor. — Pa. Offredi comm. in aphor. Hippocr. Genev. 1606. 12.* — Constantini Lucae exposit. in aphor. Hipp. Ticin. 1607. 4. *bibl.* Bodl. 1608. 4. Gunz.

Hippocr. Coi aphor. gr. et lat. brevi enarratione fidaque interpr. illustr. c. hist. observ. et remed. selectis a Jo. Heurnio. L. B. 1601. 12.* 1607. 12. 1609. 12.* 1609. 4.* (in Operib.) Lugd. 1615. 8.* L. B. 1623. 12.* Lond. 1623. 12. Jen. 1677. 12. 1690. 12.* Rudolst. 1666. 12.* Amst. 1688. 12. L. B. 1690. 12.*

P. A. Canonherii in VII. aphor. Hippocr. libros commentarii. Antverp. 1607. 4. 1618. 4.* III. voll. — Pt. Ant. Canonherii in VII. sect. aphor. interpretationes. Antverp. 1617. 4. Lind. 1618. 4.* — Jac. Fontani comm. in omn. aph. Hipp. Par. 1608. 12.* (Genev.) 1613. 4.*

Eman. Stupani comm. in aphor. Hippocr. Bas. 1615. 8.*

Aphor. Hippocr. explan. auct. Matth. Naldio. Rom. 1617. 4. Falc. 1657. 4.*

Hier. Mercurialis in omn. Hippocr. aphor. praelection. Patavin. a Maxim. Mercuriali, H. F., publicatae c. Pancratii Marcelli notis marginalibus. Bonon.

©BIUM

1619. f. LIND. Lugd. 1621. 4. GUNZ. Foroliv. 1625. f. LIND. Lugd. 1631. 4. HOTTON.

HIPPOCRATIS aphor. NIC. LEONICENO interpr. c. not. JOA. MANELPHI. Rom. 1623. 16. BURM. Ven. 1647. 12.* — Hipp. aphor. NIC. FONTANI. acc. tractat. de extract. foetus mortui. Amſt. 1633. 12.* — Hipp. aph. graec. et lat. breviter et nervoſe enodati a TOB. KNOBLOCH. Norimb. 1641. 8.* Aphoriſmos alio, quam ſolito, ordine digeſſit.

PT. CASTELLUS in aphor. Hippocr. Macerat. 1648. 4. HOTTON.

GE. MORALES comm. in Hipp. aphor. Venet. 1648. 4. Ejusd. ars parva, ſ. aphoriſm. Hippocr. reſoluti. Ven. 1653. 12. GUNZ.

GUIDI ANT. ALBANESII aphor. Hippocr. expoſit. peripatetica. Patav. 1649. 4.* — In ſect. I. et II. tantum.

PAUL. CIGALINI lection. in Hipp. aphor. Novicomi 1653. f. SMITH. — Hipp. aphor. illuſtrati oper. JO. CONR. DIETERICI. Gieſſ. 1655. 4. 1656. 4.* bis. Ulm. 1661. 4.* 1665. 4. LIND. Sleswic. 1661. 4.* Paraphraſis fuſiſſima, ab auctore, linguae graec. profeſſ.

LEV. FISCHER genuina aphor. reſolutio. Halberſt. 1656. f. 1680. 8. LIND. — CAR. VALESII de Bourgdieu in aphor. Hipp. Rom. 1659. f. HOTTON. — MICH. RUCKER comm. in Hipp. aphor. edid. G. H. WELSCH. Ulm. 1676. 4. cum hoc editus eſt.

PT. GUICHARD comm. in Hipp. aphor. Ulm 1676. 4. — PA. DE SORBAIT comm. et controverſ. in omn. libros aphor. Hipp. Vienn. 1680. 4. Opus ſpiſſum pagg. 1039. mere practicum.

[In Hippocr. aphor. omnes perbreves comment. — ANSELMO LATIOSO, med. Viterb., auctore. Viterb. 1667. 8. — In Hipp. aphor. ad chirurg. ſpectantes comment. a BERNARD. GENGA de Mandulpho — demo impreſſa. Bonon. 1727. 8. Memorat PAITONI. BECK.]

©BIUM

Fr. Dominici Barisani magnus Hippocr. medico-moralis ad utramque corporum atque animarum ſalutem per genuinam eorum expoſitionem accommodat. Aug. Taurin. 1682. 4. Gunz. — Luc. Tozzi in Hippocr. aphor. commentar. in duas partes diſtributa. Neap. 1693. 4. Gunz. et in Oper. Neap. 1704. 4. Voll. 4. — Fr. Schraderi theſes med. ex illius praelect. publ. in aphor. Hippocr. ſect. VII. annotatae. Helmſt. 1693. 1694. 1695. 4. Gunz.

Hipp. *aphor.* c. commentariolo auct. Mart. Lister. Lond. 1702. 8. 1703. 12. Tub. 1730. 12.* 1744. 12.* Edit. Tubing. Jo. Blanchetii ſynopſ. aphor. Hipp. p. locos communes digeſtor. addita eſt. Commentarius Listeri plane ad medicinam facit.

Nova et vetus aphor. Hippocr. interpret. a Jo. Fr. Leone ab Erlsfeldt. Frft. et Lipſ. 1711. 4.* Spiſſum opus et mere medicum 1180 paginarum.

Hipp. *aphor.* ad mentem ipſius artis uſum et corporis mechaniſmi ration. expoſiti. To. I. et II. Pariſ. 1724. 8. Recuſ. ſub veri auctoris, Jo. Hecquet, nomine. Neap. 1731. 4.* [Venet. 1757. 4.* K.]

Jo. Jerem. Fick aphor. Hippocr. notis illuſtrati. Jen. 1729. 8.* Argumenti mere medici. — M. de Pinedo comm. in aphor. Hipp. Amſt. 1735. 8.*

Medicina Hippocratica, expon. aphor. Hippocr. auctore Jo. de Gorter. Lib. I.—VII. Amſt. 1739—1742. 4.* Sect. I—III. explicationes diſcipuli auctoris in diſputationibus publicis defenderunt. Reliquarum ſectionum enarrationem Gorterus addidit. Commentarii ſunt argumenti mere medici.

Hippocr. *aphor et praeſagia* ex recogn. et cum not. Andr. Paſtae. Bergom. 1750. 1762. 12.*

Hipp. aphor. notation. variorum illuſtrati. Digeſſit et indd. addidit J. Ch. Rieger. Hag. Com. 1767. 8.* II. voll. Eadem plane editio, fronte duntaxat libri mutata, prodiit. L. B. 1778. 8. II. voll. Vid. Bibl. Pinelli to. I. p. 288. Vix ipſe judicare poteus, et graecae lin-

©BIUM

guae parum gnarus, [ex comment. aliorum collegit, quae optima ipſi videbantur. Utilis editio ob loca Hippocr. parallela diligenter notata et Celſi. [Melius judicavit de hac editione Lefebure de Villebrune in praef. ſuae aphoriſmorum editionis p. XVI. K.]

(Commentaria in praecipuos Hippocr. aphoriſmos, pathologico-practica praecepta complectentia, auctore Jo. Pt. Vastampani etc. Opus poſthumum typis vulgatum anno 1822. curante Amadeo Testa, M. D. Aug. Taurin. 1822. . . . K.)

Jo. Vigier aphoriſmes d'Hipp. rangés et diſpoſés, avec des notes. Lyon 1605. 16. Rast. 1620. 12. 1666. 12. Burm.

A. Cabotin commentaire en vers ſur les aphor. d'Hippocrate. à Par. 1665. 12. Burm.

Laz. Meyssonier aphoriſmes d'Hippocr. trad. en françois, avec un melange de paraphraſe et d'eclairciſſement des lieux obſcurs et la clef de cette doctrine par le moyen de la circulation du ſang. Lyon 1668. 12. Burm.

Aphoriſmes d'Hippocr. avec des eclairciſſements. Lion. 1684. 12. Housson. — Aphor. d'Hippocr. trad. en franç. avec des explicat. phyſ. et des annotations curieuſes. à Par. 1685. 12. II voll.

Les aphor. d'Hipp. avec des nouv. explicat. et pluſieurs obſervat. de pratique ſur les maladies. Paris 1703. Burm.

Hecqueti expoſ. aphor. gallice prodiit Pariſ. 1727. 12. II. voll.

The aphoriſms of Hippocr. and the ſentences of Celſus, with explanat. et references, by Conr. Sprengell. Lond. 1708. 8.* 1735. 8.*

Jo. Timmii et Curt. Sprengelii verſiones germanicae, animadverſionibus, res ab Hippocr. tractatas exponentibus auctae, ſupra iam p. LXXI. ſeq. commemoratae ſunt.

©BIUM

Excerpta eorum, quae ſuper aphoriſmos Hippocratis ſcripta ſunt. Burdigal. 1524. f.*

Cod. quoque exſtare dicitur M. VINCENTII[a]) Mich. Gil. Alius cod. exſtat Hiſpan. PASCALII FRC. VIRREY Y MENNOL.

Partem tantum aphoriſmor. interpretati ſunt multi. Exſtat in bibl. reg. Pariſ. anonymi in XXV. Hipp. priores aphoriſm. interpretatio, no. 6858. in I. aphor. anonym. expoſ. no. 7101. in nonnullos aphor. no. 2316. MATTH. CURTII in II. partic. aphor. in bibl. r. Pariſ. no. 6852. ARNALD. DE VILLANOVA in aph. I. ſect. I. et aphor. 34. ſect. II. in Oper. ſaepius editis.

In aphor. XXII. ſect. I. MICH. SERVETI comm. c. libr. de ſyrup. Pariſ. 1537. 8. Ven. 1545. 8. Par. 1573. 8.

SEB. AUSTRII Hipp. aphor. puerorum morbos enarrantes. Baſ. 1540. 8.

ANT. LUDOVICI expoſit. aliquot in aphor. Olyſſipon. 1540. f. 1543. f. LIND.

Quarti aphor. lib. I. vera lectio et in eund. Galeni enarratio, JUST. VELSIO interpr. Baſ. 1540. 4. 1543. 4.

DONAT. A MUTIIS in interpret. Galeni ſup. 14. aphor. Hipp. dialogus. S. l. 1547. 4.*

Jo. BPT. MONTANI in aphor. libr. I. lectiones. Ven. 1553. 8.* In libr. II. Venet. 1554. 8.*

JANI CORNARII orat. in dictum Hippocr. vita brevis, ars longa, Jen. 1557. 12. GUNZ.

ODDI DE ODDIS interpret. in aphor. prim. ſectionem. Patav. 1564. 8. LIND. In I. et II. ſect. Ven. 1572. 8. Patav. 1589. 4. LIND.

---

a) In bibl. L. B. inter libros mſs. latin. invenio Lectiones Vincentii Maji Brixiani in Hippocratis aphoriſm. mſs. Fol. Vid. Cat. bibl. L. B. novitер recognitus. L. B. 1674. 4. p. 410. K.

©BIUM

THEOPHR. PARACELSI Erklärung. über etliche Aphoriſmen. Cöllen. 1567. 4. Ejusd. explicat. ſect. I. aphor. quatuor primorum ſecundae et novem poſteriorum quintae. In Oper. omn. Frft. 1583. 4.

HIPPOCR. Coi de naturae, temporum anni et aëris irregularium conſtitutionum propriis hominisque omnium aetatum morbis theoria p. Jac. Curionem. Frft. 1569. 8.* Eſt comment. in III. ſection. aphor. — THEOD. BELLEII in aphor. Hipp. comment. I. Panorm. 1571. 4. LIND. PATR. CRISPI comment. in libr. I. aph. Rom. 1575. 4. LIND.

ANT. PEREZ ſuma breve de algunas ſentencias de Hippocrate. Complut. 1575. Saragoſſ. 1613. — JO. ZECCHII in ſect. I. aphor. Acced. Scip. Mercurii ſcholia. Bonon. 1586. 4.*

MARS. CAGNATI expoſ. in aphor. Hipp. 24. ſect. II. Rom. 1591. 4. Ejusd. in aphor. 22. ſect. I. Rom. 1619. 8. FALC.

FABRITII praelect. de catena aphor. I. ſectionis. Ven. . . . 4. LIND. — ALPH. BAROCCII in I. aphor. ſection. dilucidiſſimae lectiones. Ferrar. 1593. 4.* — AMBR. NONNII comm. in III. libros aphor. Hipp. Conimbr. 1600. f. LIND.

HIER. CAPIVACCII comm. in ſect. I. aphor. c. tract. CAPIVACCII de foetus formatione. Venet. 1601. f.* et in Opp. omn. Frft. 1603. f. Venet. 1617. f.* etc. — JUL. ARGENTERII in lib. I. et II. aphor. comment. in Opp. Frft. 1610. f.*

CPH. CACHETI controverſ. in I. aphor. ſection. pars I. Tulli, 1612. 8.*

PROSPERI MARTIANI expoſ. in Hipp. aphor. 22. ſect. I. Rom. 1617. 4. — JO. MANELPHI reſponſio brevis ad annot. Proſp. Martiani in comm. Marſ. Cagnati. Rom. 1621. 8. GUNZ. AETII CLETI defenſio interpr. Marſ. Cagnati. Rom. 1621. 8. GUNZ. *[MARS. CAGNATUS, Veron., in Var. Obſervatt. libr. IV., quorum duo poſter. nunc prim. acceſſ. — Rom. 1587. 8.

©BIUM

paſſim multa Hippocr. loca emendat, aut explicat, aut vindicat.]

ANT. COELII comm. in libr. I. aphor. Hipp. Meſſanae 1618. 4. LIND. — SANCTOR. SANCTORII comm. in I. ſect. aphor. Hippocr. Ven. 1629. 4.*

CLAUD. SALMASII interpr. Hippocratei aph. 79. ſect. IV. de calculo. Additae ſunt epiſtol. duae Jo. Beverovicciі, quib. reſpondetur. L. B. 1640. 8.* — Jo. BEVEROVICCII exercit. in Hipp. aphor. de calculo. Acc. ejusd. argum. doctorum epiſt. L. B. 1641. 12.* — G. FR. LAURENTII exerc. in nonnullos minus abſolute veros Hipp. aphor. Hamb. 1647. 4.* 1653. 8.*

PT. CASTELLI in Hipp. aphor. primi libri critica doctrina per puncta et quaeſtiones. Macerat. 1648. 4.* — PAU. CIGALINI in aph. Hipp. libr. I. et III. lectiones. Novicom. 1653. f.* — GABR. FONTANI aph. Hippocr. VII. 15. apologeticon, quo Galeniſtar. doctrina circa pleuritidem defenditur contra Helmont. Lugd. 1657. 4. LIND.

GERON. PARDO tr. del vino aguado y aqua envinada ſelu el aforiſmo 56. de la Sect. VII. Valladol. 1661. 4.

BARTHOL. GENGA in aph. Hippocr. ad chirurg. ſpectantes comm. Rom. 1694. 4. [Aliam edit. Rom. 1646. habet Cat. bibl. Saliceti. Rom. 1789.] *Ital.* Bonon. 1695. 8. HISPAN. Cirurgia de Hippocrates y commentarios ſobre ſus aphoriſmos pertenecientes a la cirurgia, traduce en Caſtellano A. G. VAZQUEZ. Madrit. 1744. 4.*

Recherches ſur la nature et la guériſon des cancres. Pariſ. 1700. 12. Explicationem aph. 38. ſect. VI. continent.

Medicinam neque adeo brevem eſſe, quemadmodum ajebat Theſſalus, neque adeo longam, quemadmodum ex Hippocr. fert vulgaris opinio, prael. CA. FR. COGROSSII. In Raccolt. di opuſc. ſcientif. e filolog. to. XIII. Ven. 1736. p. 67.

©BIUM

Jo. Sig. Hierstelii et Frc. Passini viginti ſeptem aphor. Hippocr. Oenip. 1739. 4.*

[Opus medicum dogm. crit. practic. ſ. Hippocr. in aphor. libris redivivus. Auct. Ignat. Nicolosio. Neap. 1788. 8. Continet dogmaticam expoſit. 25 prior. aphoriſm. Vid. Ephem. liter. Gott. 1789. p. 1688.]

Diſſertationes academ. permultas, in Hippocrat. aphor. ſcriptas, collegit Hefter. in muſ. diſputatt. Multarum titulos Hallerus dedit in bibl. med. pr. to. I. p. 57. ſequ. Addam quasd., quas Hallerus non habet, inprimis viri valde Hippocratici, Jo. Pancr. Brunonis.

Scherbii diſſ. ad aphor. Hippocr. ſect. I. Altorf. 1588. 4.*

L. Feake diſſ. in ſect. II. aphor. L. B. 1670. 4.*

Lud. Pettenkoveri aphor. 30. ſect. V. reſolutio. Argent. 1671. 4.*

Jo. Pancr. Bruno ad II. aphor. 52. Altorf. 1686. ad ſect. III. aph. 3. ibid. 1687. ad III. aph. 5. ib. 1698. ad lib. III. aph. 5. ib. 1688. Ejusd. ad lib. III. aph. 5. diſſ. poſter. ib. 1688. Ej. ad ſect. III. aph. 6. ibid. 1689. Ejusd. ad ſect. III. aph. 12. ib. 1691. Ejusd. ad ſect. III. aphor. 13. ib. 1692. Ej. ad ſect. III. aph. 14. ib. eod. ad aph. ſect. III. 15. 16., ib. eod. ad aph. 17., ib. 1693. ad aph. 19. 20. ib eod. ad aph. 21. ib. 1694. ab aph. 22. ib. eod. ad aph. 24. ib. 1696. ad. aph. 25. ib. eod. ad aph. 27. 28. ib. 1697. ad aph. 29. 30. ib. eod. In ſect. IV. aph. 37. 38. ib. 1706. ad aph. 41. 42. ib. 1707. ad aph. 46. ib. 1708. ad aph. 48. 49. ib. 1709.

L. Wagardi diſſ. ſup. aph. 3. ſect. II. L. B. 1712. — I. G. Brendel de pareſi atrabilaria Hipp. ad aph. 40. ſect. VII. Gott. 1752. 4. et in Opuſc. pa. I. p. 184.

[Deſcriptio rheumatiſmi acuti et *dilucidatio ducentorum et quinquaginta aphoriſmorum* Hippocr. ad

©BIUM

rheumatiſmum tum acutum, tum chronicum; item ad phrenitidem, ad pleuritidem, peripneumoniam, pleuropneumoniam et anginam pertinent. data a FERD. SAALMANN. Münſter 1789. 4.]

Aphoriſmis ordo quum vix multus ſit, iis ordinem quendam indere, permulti ſcriptores ſategerunt, non raro quoque ipſum ſuum ſyſtema ipſis aphoriſmis ingerentes.

Methodus aphoriſmor. c. Geſneri adnotat. erat apud Cp. Wolphg. Vid. *Bibl.* GESNER. et SIMLER.

In RUSTICI PLACENTINI collect. Ven. 1507. 8. aphoriſmi ad ſuas aegritudines diſpoſiti ſunt.

Compendium eorum, quae ſup. aphor. Hipp. ſcripta ſunt. Bourdeaux. 1524. f. — Hippocrat. aphor. et ſententiar. libri VII. in eum ordinem, in quem antehac nunquam diſpoſuit quispiam, digeſti. Ductu et auſpiciis Jo. AGRICOLAE AMMONII. S. l. 1537. 4.* — BASSIANI LANDI praef. in aph. Hippocr. Patav. 1552. 8. Codex eſt in bibl. Vindob. Lambec. II. p. 838.

BENED. BUSTAMANTE PAZ method. in VII. Hippocr. aphor. ab Hippocr. obſervata, qua et meliorem ordinem et argumenta declarat. Ven. 1550. 4.* Pariſ. 1550. 16. LIND.

BARTH. et PT. ROSSINI ſententiae omn. et verba in Hipp. aphor. ordine alphab. digeſta. Ven. 1555. 8.*

Aphoriſmi digeſti ſecundum locos congruentium ſeriem materiar. c. expoſitione cujusque aphoriſmi ex Galeno ſuppoſita et inſignioribus ſententiis Celſi. Lugd. 1555. 12.*

Jo. PLACOTOMI Hipp. aphor. in locos communes digeſti. Antverp. 1664. 12. LIND. OLIVARII POPARDI Hipp. aphor. ordine meliori latine facti. Rochell. 1580. 16. LIND.

ARCHIL. CARCANI in aphor. Hipp. lucubrat. Ticin. 1581. 8.* ordine methodico. — ACHILL. PIRMINII

©BIUM

GASSARI aphoriſmor. method. nova. Tigur. 1584. 8. LIND. (Sangalli 1584. 8.) — ERKARD. HEIDENECCII mnemoneutica in aph. Hippocr. tabulis comprehenſa. Baſil. 1585. 4. GUNZ. — FR. FOGEROLAEI method. in VII. aph. Hippocr. Pariſ. 1612. 4. Cat. bibl. Lugd. Bat. — RUD. MAGISTER aphor. Hipp. 22. interpr. et methodo exornati. Pariſ. 1613. 12.. LIND. Idem forte liber eſt: Hipp. doctrina, aphor. leges, judicia cet. auct. RUD. MAGISTRO. Par. 1613. 8. RAST.

JO. LANAEI Hippocr. aphor. gr. et lat. c. argumentis J. J. LANAEI. Par. 1628. 8. JO. GORRAEI animadv. in Jo. LANAEI libellum, quo aphor. Hipp. in nov. ord. digeſſit. In Jo. Gorraei opuſc. quatuor. Par. 1660. 4.*

HONOR. BICAISSII manuale medicor. ſ. *σύναξις* aphor. Hippocr. praenot. Coac. cet. Aqu. Sext. 1635. 12.* Par. 1639. 12. Lond. 1659. 12.* Genev. 1660. 12.* Jenae ſec. exempl. Londin. 1712. 8.*

NIC. FANTONI aphor. Hippocr. methodice diſpoſiti. Amſt. 1637. 12. RIV.

S. AL. MARIN aphor. Hippocr. diſpoſitiva method. ſegmentis IV. comprehenſa. Pariſ. 1639. 12.

C. DE S. GERMAIN Hippocr. aphor. methodica praxis in IV. partes diviſa. Par. 1650. 12.

Aphoriſmi Hippocratis facili methodo digeſti c. ipſo textu aliisque therapeuticis — auct. JO. TILEMANN. Marp. 1650. 12.* (Sed antiquior quoque exſtat editio.) Gieſſ. 1660. 12.* 1670. 12.*

MARINI CURAEI DE LA CHAMBRE novae methodi pro explanandis Hippocrate et Galeno ſpecimina. Authoris ratio explanandi aphor. Hippocr. Par. 1655. 4. LIND.

BERNARD. LANGWEDEL theſ. Hippocr. ſ. aphor. in claſſ. et certos titulos diſpoſiti. Hamb. 1679. 12. — CORONATI medicina aphoriſtica ſ. aphor. Hippocr. juxta inſtitutiones et praxin medicam diſpoſiti. Hamb. 1681. 8.* — JO. DAN. GLOBITZ aphor. omnium in III. ſection. nova digeſtio. Norimb. 1681. 12.*

©BIUM

G. W. WEDEL aphoriſmi aphoriſmor. ſ. aphoriſmi in poriſmata reſoluti. Jen. 1695. 12.*

Les aphoriſmes d'Hippocr. rangés ſelon l'ordre des parties du corps humain. Paris 1703. 12. BURM.

MARCENAI arrangement des principaux aphor. d'Hippocr. pour gouverner les malades. Par. 1719. 8. FALC.

M. GUYOT manuel des médecins, ou recueil d'aphoriſmes. choiſis, tirés des ouvrages d'Hippocrate et de Celſe. à Par. 1754. 8.*

[P. C. MARCHAND manuel de l'obſervateur en médecine. Par. 1822. 18. Continet varia loca, ex Hippocratis aphoriſmis aliisque ejusdem ſcriptis deſumta, diagnoſin, prognoſin, curationem morborum etc. ſpectantia. K.]

Contra aphoriſmos ſcripſerunt THESSALUS TRALLIAN. LYCUS, JULIANUS, quos jam dixi [p. LXXI. LXXV. LXXVII.]: — CORN. AGRIPPA de Nettesheim de vanitate et incertitud. ſcientiar. — LEON. a CAPOA in Raggionamento IV. Neap. 1681. 8. — ALOYS. SINAPIUS de vanitate, falſit. et incertitudine aphor. Hippocr. Genev. 1697. 8. et in Parad. med. part. III.

ALMELOVEEN in invent. novantiquis. Amſt. 1684. 8. oſtendit, Hippocrati plura nota fuiſſe, quae pro novis inventis hodie jactantur.

XXII.

Περὶ διαίτης ὀξέων. [Eſt in edit. LIND. to. II. p. 268. Ed. FROB. gr. p. 365. ſed adjectum eſt p. 376. *Τῶν ἑπομένων τινὰ μὲν, ὡς Γαληνός φησι, γνήσια Ἱπποκράτους ἐστὶ, καὶ τὴν λέξιν ἄμεμπτον ἔχει μετὰ τῆς διανοίας, τινὰ δὲ αὐτοῦ οὐκ ἄξια, ὡς ὑπονοῆσαι παρεγγέγραφθαι τοῖς γνησίοις*, idque incipit a §. 34. ed. Lind. Ed. MERCUR. ſect. I. p. 212. Ed. FOËS. p. 52. ſect. IV. Ed. CHART. p. 1. to. XI. Ed. MACK. to. II. p. 95. Verſ.

©BIUM

Corn. p. 489. Collect. Haller. to. II. p. 95. Bibl. iatr. Pierer. to. II. p. 230. K.] Hunc librum omnes antiqui pro genuino habuere, Erot. (expoſ. voc. Hipp. p. 22.). Galen. (comm. in hunc libr. paſſim, inprimis in prooem. Comm. IV. p. 116. to. XI. Chart. libr. III. de reſpir. diff. p. 268. to. VII. comm. I. in progn. text. 4. p. 588. to. VIII.), Palladius (comm. in Hipp. de fract. ſect. VI. p. 147. ed. Foëſ.). Memorant illum Plinius (h. n. lib. XVIII. c. 7.), Athenaeus (deipnoſoph. II. 7. p. 45. ed. Caſaub.), qui multa ſuſpecta in eo, et dimidium libri nothum et illegitimum eſſe ſcribit. Multa ex eo excerpſit Cael. Aurel. (acut. lib. I. c. 12. p. 39. et II. c. 19. p. 123.), quo ultimo loco univerſam pleuriticorum curam, quam Hippocrates praeceperat, recenſuit. Pro genuino etiam habuere hunc librum, ultima parte excepta, de qua mox dicam, Hier. Mercurialis (Cenſ. oper. Hippocr. p. 16. 17.), Lud. Lemosius (Judic. oper. Hippocr. c. 5. p. 24.), Foësius (in not. ad hunc libr. Oper. ſect. IV.), Hallerus (art. med. princ. to. I. p. 258.), Grunerus (Cenſura p. 65.) et Grimmius (Hippokrat. Werke II. p. 518.).

Inſcriptio libri apud veteres non una fuit. *Πρὸς τὰς Κνιδίας γνώμας* titulus libro fuit, quoniam in ipſis libri initiis Hippocrates contra Cnidias ſententias ſcripſit, quo nomine liber hic ab ipſo Galeno multis locis citatur, v. c. in libro de ratione victus in morb. acut. ex Hippocr. ſententia c. 4. p. 188. c. 8. p. 194. to. XI. Chart., et a Cael. Aurel. III. acut. c. 4. p. 189. c. 8. p. 212. chron. III. c. 8. p. 485. et IV. c. 3. p. 521. Idem nomen huic libro dedit Pollux (Onom. ſ. v. *ὀξύβαφον*. lib. X. ſect. 87. ubi videantur interpr.) et Rufus Ephes. in libro de part. corp. hum. — *Περὶ πτισσάνης* titulum ei fecerunt Erotian. l. c. Plin. l. c. Galen. de Hipp. et Plat. decret. IX. 6. p. 261. to. V. Chart. libr. III. de diff. reſpir. c. 6. ut alios locos omittam, quos ſtudioſe collegit Lemosius. Haec nomina libro data eſſe ob ipſum libri argumentum, nomenque *περὶ πτισσάνης*,

©BIUM

ob ptiſanam (a §. IV. ed. Linden. to. II. p. 271.) in eo deſcriptam, jam Galenus notavit in comment. I. in libr. Hippocr. de diaet. in acut. text. 17. p. 14. to. XI. Chart. Alia nomina minus vulgaria, *περὶ διάιτης, περὶ ὀξέων νουσημάτων* FOËSIUS et GRUNER. locc. citt. adferunt. Vulgata jam antiquis inſcriptio fuit *περὶ διαίτης ὀξέων*, quam et Galenus in commentariis ſuis retinuit.

Nullum fere veterum fuiſſe, qui de genuinis hujus libri originibus dubitaverit, jam monui: ſunt tamen et Galeni de iis variae ſententiae. Aliis enim permultis in locis, quorum partem jam citavi, priorem hujus libri partem, quam tribus commentariis inſtruxit, pro maxime germana habet, alio vero loco, eoque ſatis notabili, quum quaedam absque plurimo ordine in libro dicta inveniret, librum Hippocratis quidem, ſed non ab eo editum eſſe dixit. *Πολλάκις ἐνενόησα*, inquit in comm. II. text. 55. in libr. de diaet. acut. p. 76. to. XI., *τοῦτο τὸ βιβλίον (π. διαίτ. ὀξ.) ἐν τύποις εὑρεθὲν, ἐκδιδόσθαι μετὰ τὸν Ἱπποκράτους θάνατον. ἡ γὰρ ἀταξία τῶν λόγων οὐκ ἄλλως ἔοικεν, ἢ οὕτως γεγονέναι. προσγραφομένων μὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκράτους ἐν τῷ βιβλίῳ τῶν ἐυρισκομένων αὐτῷ παραδειγμάτων εἰς τὴν τοῦ καθόλου πίστιν ἐνίων μὲν ἐπὶ τοῦ μετώπου, ἐνίων κατὰ τοῦ νώτου· μὴ δυνηθέντος δὲ τοῦ ἐγγραφομένου τὴν οἰκείαν ἑκάστῳ τάξιν ἀποδοῦναι.* Notat etiam iis, quae ab illis inde locis ſcripta ſunt, ubi balnea Hippocrates deſcribit atque laudat, (a §. 31. to. II. p. 294. Lind.) multa eſſe interjecta, quae forſan ipſis Hippocratis temporibus ne nota quidem adhuc fuerint. Vid. Galen. comm. III. ad text. 40. Hipp. p. 106. to. XI. Chart. et ſeq. Indeque quidam LUD. LEMOSII forſan exemplo (Judic. oper. Hippocr. c. 5. fol. 24.) inducti ſunt, ut partem libri de morb. acut. ad balnea uſque, adeoque ad §. uſque 31. Lind. pro genuina, reliquum vero librum pro ſpurio haberent.

Sed Galenus non omnem hanc partem pro ſpuria habuit. Etſi non negat libro a §. 31. uſque ad §. 34. Lind. interſperſa eſſe quaedam, quae ab Hippocratis

©BIUM

temporibus recedant, hanc tamen libri particulam inter genuinas adhuc refert, et commentario III. illuſtrat.

Hanc vero partem a §. 34. Lind. quae etiam in hac editione et in aliis editis inſcripta eſt *ἀρχὴ τῶν νόθων*, quamque Galenus commentario proprio, eoque quarto, illuſtravit, ab Hippocrate profectam non eſſe, Galenus probavit, cujus ſententiam poſt eum omnes ſecuti ſunt. *Καὶ γὰρ τῇ τῆς ἑρμηνείας δυνάμει καὶ τῇ τῶν θεωρημάτων ἀκριβείᾳ λείπεται πολὺ τῶν ἔμπροσθεν.* Galen. in prooem. ad comm. IV. in Hipp. d. diaet. acut. p. 116. to. XI. Chart. Hanc ſpuriam partem, atque Hippocrate indignam, ab Hippocrate, forſan non ad publicationem, ſed *εἰς ἀνάμνησιν* ſcriptam eſſe, et poſt Hippocratis mortem demum libro additam, Galenus uno loco notat, nempe in comm. II. in Hipp. d. diaet. acut. text. 38. p. 63. to. XI. Chart., quod ſane facile fieri potuit, veriores vero hujus partis ſpuriae origines tetigit quidem, non vero penitus perſecutus eſt. Promiſerat nempe Hippocrates in ipſo de diaet. acut. libro, et quidem in locis pluribus, ſe de curatione aliorum etiam morborum acutorum, imo, ut Galenus vult, comm. II. in l. de diaet. ac. text. 38. p. 63. et comm. III. in libr. eund. p. 90. et p. 105. omnium librum peculiarem ſcripturum, et hic liber, quoniam non publice editus eſt (Galeni ſane temporibus non exſtabat), ſed in adverſariis Hippocratis manſit ineditus, a diſcipulo forſan Hippocratis ad congerenda ea, quae in hac ſpuria parte leguntur, adhibitus eſt. Indeque optime explicuit Galenus, bona illa non pauca atque Hippocrate digna, quae ipſe in hac libri parte ſe notaturum pollicitus eſt, atque ſatis probe notavit. Vid. comm. III. in Hipp. l. l. text. 14. p. 90.

Sed verior de hac ſpuria hujus libri parte ſententia haec eſt. Exſtabat, quod ex CAELIO AUREL. II. acut. c. 29. p. 142. qui hujus rei ſolus mentionem fecit, HIPPOCRATIS *liber regularis, quem diaeteticum vocavit*, huncque librum, quum non exſtet in libris Hippocratis, qui ſuperſunt, et ſane ſub hoc titulo non exſtat, plane

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 118 sur 963

©BIUM

periiſſe arbitratus eſt ALMELOVEENIUS in not. ad h. l. Sed non periit: eſt enim hic liber regularis ſive diaeteticus, notha pars libri de diaeta acutorum, quod manifeſte intelligitur ex ipſo eo loco, quem Caelius citat. Dicit is enim: HIPPOCRATES *vero libro regulari — peripneumonicae, inquit, remedium aptandum ex cocco atque galbano atque attico melle, vel abrotano, ex aceto mulſo atque pipere admixto et helleboro nigro. Summum, inquit, eſt etiam panacem in mulſo ex aceto confecto decoquere et liquatum dare libendum.* Locus ipſe, quem coram habuit Caelius, et ſatis male latinum fecit, ex hac ſpuria parte deſumtus eſt: *περὶ πλευμονῆς ἐκλείκτον. χαλβάνη καὶ κόκκαλος ἐν μέλιτι ἀττικῷ ἀβρότονον. ἐν ὀξυμέλιτι, πέπερι, ἐλλέβορος μέλας, ἀποζέσας, καὶ πλευριτικῷ ἐν ἀρχῇ περιωδύνῳ ἔοντι δίδου· ἀγαθὸν δὲ καὶ τὸ πάνακες ἐν ὀξυμέλιτι ἀναζέσαντα καὶ διηθέοντα διδόναι πίνειν.* de diaet. ac. §. 53. p. 312. to. II. Lind. Ex quibus ſane manifeſte liquet, hanc ſpuriam libri de diaet. acut. partem temporibus forſan ipſo Galeno ſuperioribus (Caelius enim, uti notum eſt, Soranum latinum fecit,) etiam peculiaris libri titulo exſtitiſſe huncque peculiarem atque ſpurium Hippocratis genuino libro eſſe adſutum.

Sed ſi etiam haec ultima hujus libri pars minus genuina eſt, ſatis tamen antiqua eſt. ERASISTRATI adeo temporibus jam hanc partem libro de diaeta acutor. additam fuiſſe, Galenus quidem dicit, ſed non probat, in comment. IV. in Hipp. de diaet. ac. text. 5. p. 120. to. XI. Non enim contra minus germanam libri hujus Hippocratei partem ſcripſiſſe videtur Eraſiſtratus librum, quem contra genuinam partem et Hippocratem ipſum intelligens, contra diſcipulos Hippocratis, Apollonium et Dexippum vero nominans de febribus primum ſcripſit, in quo Hippocratem fame atque ſiti aegros ſuos febribus decumbentes necuiſſe ſcripſerat, cum e contrario Theſſalus eundem Hippocratem aegros nimia copia alimenti repleviſſe ſcripſerit. Vid. Galen. comm. I.

©BIUM

in text. 24. Hippocr. d. diaet. ac. p. 22. to. XI. Cf. comment. III. in eund. libr. p. 106.

Ceterum hic liber, qui antiquiſſima eaque nobiliſſima antiphlogiſticae methodi febribus curandis idoneae monumenta continet, non multos habuit inter antiquos, qui in illum commentarentur. Praeter Eraſiſtrati et Themiſonis contra eum libros exſtabat adhuc Galeni temporibus τὸ περὶ τῆς καθ' Ἱπποκράτην διαίτης opus, quod medicus quidam *Βίκτωρι*, τῷ Ῥώμης ὑπάρχῳ tradiderat. Textum Hippocratis in hoc libro admodum mutatum fuiſſe atque mutilatum, Galenus per quaedam exempla probavit in comm. III. in l. de diaet. ac. p. 113.

CODICES mſs. hujus libri exſtant haud pauci. *Graece* in bibl. reg. Pariſ. no. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2253. 2254. cum titulo de ptiſana 2545. In bibl. D. Marci Venet. hic liber exſtat graece ut in Medicea, plut. 73. et ap. Bandini III. p. 144. In bibl. Vind. Lambec. comm. libr. III. VI. p. 85.

Latini forſan codd. ſunt, qui exſtant in bibl. regin. Suec. Vat. no. 396. 397. Montf. I. p. 23. et in bibl. Laur. Med. plut. 73. no. 24. Montf. I. p. 383. in bibl. Caj. Conv. Cantabr. no. 959. 962. in bibl. colleg. nov. Oxon. no. 1130. 1134. in bibl. C. Merton. no. 689. in Colleg. S. Trin. Dublin. no. 502. in bibl. A. Pembrok. no. 2055. Latine exſtat in bibl. r. Pariſ. no. 6868. 6869. 6870. 6871. 7029. 7030. A. 7036. 6846. In bibl. Laur. Med. plut. 73. no. 7. Montf. I. p. 382. [In bibl. reg. Athenaei Taurin. no. 1069. ſec. XIII. vid. Paſini cat. codd. mſs. bibl. reg. Athen. Taur. p. 360. a. In bibl. acad. Lipſ. no. 1103. et 1203. uterque cod. c. commento. K.]

Hebraicus codex verſionis factae ex Arab. exſtat, teſte Wolf. in bibl. hebr.

Arabicus: Ketab alemradh alharat le Bocrath. Herbelot p. 480. Libros tres priores vertit Honain. Caſiri no. 852. no. IV. p. 291.

COMMENTARII. Antiquiſſimus, quem ſcimus,

©BIUM

in hunc librum commentarius Galeni eſt, in quatuor partes diviſus, quarum tribus prioribus enarrantur, quae Galenus pro genuinis in hoc libro; quarto vero, quae pro ſpuriis habuerat.

Graecus libri I. hujus commentarii codex eſt in bibl. Vind. Lamb. et de Neſſel III. et in Medicea p. 75. no. V. Bandin. III. p. 144. Vid. Montf. I. p. 387. Graecus quoque forte eſt GALENI in Hipp. de diaeta in bibl. r. Pariſ. no. 3147. Montfauc. II. p. 739. at 600 circiter annorum, cum commento Galieni in bibl. cath. Metenſi no. 226. Montfauc. II. p. 1380.

Latinus codex eſt in bibl. coll. nov. Oxon. no. 1134. et no. 1130. in bibl. coll. Merton. no. 687. 689. et in bibl. aul. Pembr. no. 2055. in bibl. r. Pariſ. 7030. — Epitomen commentariorum Galeni dedit Symph. Campegius Lugd. 1508. 8. 1516. 8. (Spach. p. 147.)

EDITIONES. *Graece* lib. de diaeta acutorum prodiit Pariſ. 1530. f. HALLER. Graec. et lat. Jo. VASSAEO interpr. Par. 1531. f. MAITTAIR. *Latine* prodierunt ſtudio NIC. LAVACHII. Flor. 1533. 4.* lat. cum Galeni comment. et Galeni de ſemine libr. II. Baſil. 1533. f. Cat. bibl. Bun. I. p. 93. Baſ. 1542. 8.* 1543. 8. RAST. 1551. f. HOUSSET. Lugd. 1565. 12. c. Jo. MARTINI adnotat. PAULO JULIARIO interpr. Veron. 1542. 8.* Jo. VASSAEO interpr. c. annotatt. Jo. MOLINI. Lugd. 1565. 12.* Prodiit quoque in Articella, et quidem, quod ex collatione utriusque libri intelleximus, Thaddeo Florentino vertente. Eſt potius epitome libri, quam verſio: nam Thaddeus, Arabiſta, graecarum literarum maxime ignarus erat. — Ex ANDR. BRENTII verſione. Lugd. 1506. 8. cum nonnullis Champerii — GU. COPO interpr. Pariſ. 1525. 12.* et quidem cum libro de natura humana, qui ſolus in titulo memoratur. Liber de vict. rat. in acut. p. 15. incipit. — Ex recogn. FR. RABELAESII, GU. COPO interpr. Lugd. 1532. 12.* cum aliis, quos vide ſub prognoſtico. — Ex edit. PAUL JULIARII. Veron. 1548. 8. GUNZ.

©BIUM

VERSIONES. *Germanice:* Hippokrates von d. Lebensordnung in hitzigen Krankheiten. A. d. Griech. Altenb. 1772. 8.* Opus ſtudioſiſſime elaboratum, cum not. doctiſſ.. in quibus praeſertim medicamenta antiqua Hippocratis illuſtrantur, auct. Jo. Fr. Ca. Grimmio, verſionis operum Hippocratis.

COMMENTARII ſunt, praeter Galeni enarrationes, quas jam dixi, Comment. anon. ſcriptoris in bibl. r. Pariſ. no. 6846. 6869. 6870. 6871. PALLADII in hunc librum ſcholia Venet. exſtitiſſe, JO. SANTALBINUS refert in praef. ad Palladii ſcholia in Hippocr. de fract. Foëſ. ſect. VI. p. 196. Exſtitiſſe ap. Diegum Hurtadum. Venet. Spach. elench. p. 147. — MARSILII (DE S. SOPHIA) comment. in Hipp. de regim. ac. exſtat in bibl. r. Pariſ. no. 4860. Montfauc. II. p. 753. — ANT. MUS. BRASSAVOLI in libros de vict. rat. in morb. acut. Hippocr. et Galeni commentaria et annotatt. Ven. 1546. f.* Poſt textum, ab A. M. Braſſavolo latinitate donatum, leguntur Muſae commentarii. Dein Galeni commentarius ſequitur Jo. VASSAEO interpr. et denique in hunc commentarium A. M. Braſſavoli copioſiſſima enarratio. — HIER. THRIVER. BRACHELII comment. Lugd. ap. Beringos 1552. 8. GUNZ. et Lugd. ap. hered. Jac. Juntae. 1552. 8. GUNZ. — FR. VALLESII comment. Aug. Taur. 1590. 8.* — HIER. MERCURIALIS comm. in Hippocr. prognoſt. prorrhet. de vict. rat. in acut. et epidem. hiſtorias. Frſt. 1602. f.* — Jo. HEURNII comm. in Hipp. de vict. rat. in morb. ac. libri IV. Edid. poſt. mortem auctoris ejus filius OTTHO HEURNIUS. L. B. 1609. 4.* — LUD. DURETI comm. editi ſunt cum libro de humoribus et comm. in eundem. Pariſ. 1631. 8. cura PT. GIRARDET. Editio nova et accuratiſſima J. G. GUNZII: Hipp. Coi de humor. purgand. lib. et de diaeta acutor. lib. III. c. comm. integr. Lud. Dureti. Acc. conſtitutio prima libri II. epid. c. ejusd. auctoris interpr. PT. GIRARDETUS primum in lucem protulit, recenſuit, emendavit, notas — adjecit JUST.

©BIUM

GODOFR. GUENZ. Lipſ. 1744. 8.* — HIER. CARDANI comm. exſtant in Oper. omn. to. X. Lugd. 1663. f.

XXIII.

Περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. De aëre, aquis, locis. [Eſt in ed. LIND. to. I. p. 327. ed. FROBEN. gr. p. 75. ſed. a ſigno *) multum a Lindeniana differt, id quod lectores incautos facile turbare poſſit, nec qua de cauſſa id fecerit Lindenius, perſpicitur; qui vero quaedam ex libro *περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τραυμάτων* p. 451. ed. Frob. ſumſit, et huic loco putavit inſinuanda. Ed. MERCUR. ſect. I. p. 16. Edit. FOËSII ſect. III. p. 63. Ed. CHARTER. to. VI. p. 187. Ed. MACK. to. I. p. 310. Verſ. CORNAR. p. 104. HALLERI art. med. pr. I. no. 1. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 205. K.]

Hunc librum EROTIANUS titulo *περὶ τόπων καὶ ὡρῶν* p. 22. et *περὶ ὡρῶν καὶ τόπων* p. 272. ed. Franz. GALENUS vero variis in locis [a]) memoravit et in omnibus ad germanos Hippocratis libros ab eoque editos retulit. Diſerte vero refert hunc librum ad eos, qui *οὐκ ἀλόγως Ἱπποκράτους αὐτοῦ πεπίστευται γράμματα εἶναι* libr. III. de differ. reſp. c. 1. p. 268. to. VIII. Chart. Citavit vero hunc librum partim ſub vulgato titulo, partim ſub aliis [b]) v. c. *περὶ τόπων καὶ ἀέρων καὶ ὑδάτων* (de libr.

---

a) Comm. in aphor. III. 8. 11. 12. 14. in Gloſſ. v. *στρέφεται*. Comm. ms. in Hipp. de humor. paſſim. Ad Thraſybul. to. IV. p. 298. Quod animi mor. etc. to. I. p. 348. (Ed. Lipſ. IV. p. 798. ubi vulg. Baſ. ed. lectio *ποτῶν*, Charterio praeeunte, in *τόπων* mutata eſt.). Schol. Ariſtoph. ad Nub. 331. (p. 217. Vol. I. ed. Dindorf.) eodem libri titulo utitur, cujus gloſſam Suid. in ſuum Lexic. ed. Kuſter. transtulit, hac ſola differentia, ut pro *ὡρῶν*, quod nonnulli in titulum inferunt, vitioſum habeat *ὀρέων*. K.

b) Quod animi mor. etc. p. 349. (ed. Lipſ. IV. p. 804.) *ἐν ὅλῳ τῷ περὶ ὑδάτων καὶ ὡρῶν κράσεως συγγράμματι*. Omnes has tituli variationes fluxiſſe e memoriae lapſu putat CORAY in prolegom. ad Hipp. l. l. p. CXXXIX. not. 2. K.

©BIUM

propr. c. 6. p. 44. to. I. Chart.), putatque potius librum inſcribendum fuiſſe *περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, οἰκήσεων, ὡρῶν καὶ χωρῶν* ib. p. 44. Meminit quoque hujus libri PALLADIUS titulo: *περὶ ἀέρων, τόπων, ὑδάτων* (Foëſ. ed. Hipp. ſect. VI. p. 147.), atque ATHENAEUS (deipnoſ. II. 7. p. 46. ed. Caſaub. c)) omnesque recentiores cum, auctoribus inprimis Erotiano atque Galeno, pro genuino habent. Nec ipſa dictionis ionicae et antiquae atticae gravitas puritasque, qua hic liber prae ceteris eminet, adverſatur, quo minus eum pro vere Hippocrateo, et quidem, quod jam HIER. MERCURIALIS autumaverat, (cenſ. Hipp. oper. p. 16.) conſcripto atque edito ab Hippocrate, poſtquam longa peregrinatione perfunctus, certiſſima experientia inſignique judicio omnia didicerat, habeamus. Unicum, quod dubitationem quandam movere poſſit, id eſt, quod, jam Galeno notante, lib. III. de diff. reſp. c. 9. p. 284. to. VI. Chart. in aphoriſmis quaedam occurrant, quae cum dictis in hoc libro plane non conveniant: ſed inde ad ſpurias neque horum locorum, neque ipſius libri totius origines concludere licet.

CODICES exiſtunt vix multi. *Graeci* exſtant in bibl. D. Marci Ven. Montfauc. — in bibl. r. Pariſ. no. 2146. 2254. [Inter codd. graec. Nanian. cod. 248. qui alia opuſc. Hipp. continet, p. 441.] LATINI in bibl. r. Pariſ. no. 7027. *Arabici* in ead. bibl. et e verſ. HONAIN in bibl. Scorial. no. 852. [Cat. Caſir. p. 290.] Vid. HERBEL. in bibl. or. p. 480.

EDITIONES. *Graece.* Hipp. de aëre, aqu. et loc. graec. Pariſ. 1536. . . . *Graeco-latine.* *Ἱπποκράτους Κώου περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων· περὶ φυσῶν·* gr. lat. Jano Cornario interprete. Baſ. 1529. 4.* Par. 1542. 4.

---

c) Meminit ejus quoque Schol. ad Ariſtoph. Equit. vs. 331. *Σύνταγμα δέ ἐστιν Ἱπποκράτους περὶ ἀέρων, τόπων καὶ ὑδάτων.* K.

©BIUM

[De graec. lat. LUD. SEPTALII editione vide ſub Commentar. K.] *Latine.* Hippocr. de aëre, aqua et regionibus in Collect. oper. Rhaſis. Ven. 1497. f.* Hipp. Coi de aëre, aqu. locis liber. Roſtock 1591. 8.*

COMMENTARII. Commentatus eſt hunc librum GALENUS, quod ipſe teſtatur c. 6. de libris propriis to. I. p. 44. Chart. ſed qui ſuperſunt, exigui ſunt, latini tantum et compendium libri, non explicationem, quam magis poſtulaſſet, quam alii, continent, ut adeo non plane certum ſit, hos commentarios ad Galenum pertinere. Editi ſunt cum Hippocratis libro a Chart. in Oper. Hipp. et Gal. to. VI. p. 187. — Recentiorum plures notis illuſtrarunt huncce librum. Sic prodiit ex Cornarii verſione cum notis Foeſii. L. B. 1658. 12.* Cum comm. ADR. ALEMANNI. Par. 1557. 8. RAST. ASKEW. 1575. 8. FALC. — Cum comm. HIER. CARDANI. Baſ. 1570. f. et in Oper. to. VIII. p. 1. — Cum ANT. PASIENI interpretatione. Brix. 1574. 4. — Cum BACII BALDINII comm. Flor. 1586. 4.* — Cum LAZ. A SCOTO animadv. et comment. Madrit. 1589. f. — LUD. SEPTALII in libr. Hippocr. de aëre, aqu. loc. comm. V. Appoſitus eſt graecus Hippocratis textus, ope antiquorum exemplarium reſtitutus emendatus, cum nova ejusdem in latinum verſione. Colon. 1590. f. Cat. bibl. Bunav. I. p. 94. — Frft. 1590. f. — 1645. f. — Leid. 1658. f. — In Hipp. libr. de aëre, aqu. et locis paraphraſis CAMILLI FLAVII. Ven. 1596. 4.* — Cum comm. JO. MARTINI. Pariſ. 1646. 4.* 1660. 4. GUNZ. — BALDUS BALDUS in Hipp. text. 23. de aëre, aqu. et loc. Rom. 1637. 4.* — JO. COSTAEUS in miſcell. II. in locum hujus libri commentatus eſt.

VERSIONES. *Gallica* ſine addito textu, prodiit per J. B. DAMASCENE. Paris 1662. 4. et in Les oeuvres d'Hippocrate trad. en françois (p. Ms. DACIER.). Par. 1697. 8.* to. II. p. 407. — [par M. MAGNAN. Par. 1787. 8. Verſio facta eſſe dicitur ad verbum ideoque ſaepe ſine ſenſu verborum. — Cum addito textu. *La-*

ποκράτους περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων. Traité d'Hippocr. des airs, des eaux et des lieux. Traduct. nouvelle. Avec le texte grec collationné ſur deux manuſcrits, des notes crit. hiſt. et médic., un diſcours préliminaire, un tableau comparat. des vents anciens et modernes, une carte geogr. et les index néceſſ. Par CORAY. à Par. 1800. 8.* Voll. II. Editio altera, de qua CONSTANTIN. NICOLOPOULO, ſociet. polytechn. Pariſ. membrum, judicavit in *Claſſ. Journ.* 1818. No. 33. hoc titulo prodiit: Ἱπποκράτους τὸ περὶ ἀέρων, ὑδάτων, τόπων, δεύτερον ἐκδοθὲν μετὰ τῆς Γαλλικῆς μεταφράσεως, ᾧ προσετέθη ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ἱπποκράτους καὶ ὁ νόμος, μετὰ τῆς Γαλλ. μεταφρ. καὶ τὸ τοῦ Γαληνοῦ ὅτι ἄριστος ἰατρὸς καὶ φιλόσοφος. Paris 1816. 8.* Epidemies d'Hippocrate I. et III. des criſes et des jours critiques, trad. ſur le texte grec, d'après la collation des manuſcrits de la bibl. roy. av. une diſſertat. ſur les manuſcrits et les variantes: une analyſe des épidemies et des commentaires; par Ms. le Chev. DE MERCY. à Par. 1815. 12.* Traduction d'Hippocrate des airs, des eaux et des lieux. Traduction littérale, accompagnée du texte grec (du Foes!), de variantes, de notes critiques et médicales et d'une table ſynoptique p. J. N. CHAILLY. à Paris 1817. 8.* De qua verſione judicium latum eſt in MILLINI Annal. encyclop. 1818. mens. Aug. p. 338. ſqq. auctore FR. OSANN, quod et ſeparatim editum eſt titulo: Obſervations ſur une nouvelle traduction françaiſe, ſuivie du texte grec du Traité d'Hippocrate des airs, des eaux et des lieux p. Fr. Oſann. Par. 1818. 8. pg. 17. K.]

Italica exſtat verſio in to. II. itinerum Ramuſii.

Anglice cum commentar. FRC. CLIFTON. Lond. 1734. 8. cum not. et Thucydidis peſtis hiſtoria.

XXIV.

Περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων. *De vulneribus capitis.* [Eſt in edit. LIND. to. II. p. 687. Edit. FROBEN. gr. p. 445. ſed p. 451. poſt verba: ἀφελὼν δὲ

©BIUM

τὰ λοιπὰ, ἰητρέυειν ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἔλκει — adjiciuntur haec: ταῦτα προσγεγράφθαι τῷ δε τῷ βιβλίῳ, Γαληνός φησι, atque iterum p. 456. poſt οἱ λιθιῶντες πρὸς τὸν γινόμενον ὀρρὸν legitur: καὶ τάδε τά τελευταῖα ὑπό τινος προσγεγράφθαι δῆλόν ἐστιν. Ed. MERCUR. Sect. I. p. 242. Ed. FOËS. Sect. VI. p. 172. Ed. CHART. p. 115. to. XII. Verſio Cornar. p. 590. — HALLER. art. med. princ. to. I. p. 430. Edit. PIERERI in bibl. iatr. to. III. p. 158. K.]

Hunc librum vere Hippocrateis accenſent EROTIANUS l. l. p. 22. atque GALENUS comm. in Hipp. de diaeta acut. IV. prooem. p. 117. to. XI. Libr. VI. meth. med. c. 6. p. 150. to. X. et permultis aliis in locis; omnesque, qui judicium ſuum de hoc opere poſt hos viros tulerant, ſumme germanas origines huic libro adſerunt, in quo etiam brevis et nervoſa, non raro obſcura dictio et ionica dialectus atque theoria vix ulla nos movent, ut hunc librum pro vero atque authentico habeamus. Spurii tamen quid in ultima ejus parte adjectum eſſe, Galenus monet loco paulo ante memorato et in gloſſ. v. ἐκλόνσθω et σφάκερος, in quibus locis Galenus haec τὰ προσκείμενα τοῖς περὶ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τρωμάτων vocat.

CODICES. Libri hujus, omnium, quos chirurgia veterum tulit, celeberrimi, pauci codices exſtant. Eſt talis in Collect. Nicetae, in bibl. reg. Pariſ. no. 2254. [Et in bibl. Medicea Flor. plut. LXXIV. no. 7. cujus partem ANT. COCCHIUS. Flor. 1554. f. edidit. K.]

EDITIONES. HIPPOCR. de capit. vulner. gr. lat. ex interpr. et c. comment. FRC. VERTUNIANI et c. caſtigationib. SCALIGERI. Lutet. ex off. R. Stephani 1578. 8.* — Hippocr. Coi chirurgia, graec. et lat. edit. STEPH. MANIALDO. Par. 1619. 8. c. emend. in text. Hippocratis. — Tractatus JO. BPT. CORTESII de capitis vulneribus c. graeco Hippocratis textu, ſed vitioſo. Meſſan. 1632. 4.

VERSIONES. Praeter latinas exſtant *gallicae*: Les trois prémiers livres de chirurgie, traduits par FRC.

LE FEVRE, una cum Vidi Vidii commentario. Paris 1555. 8. — Le livre du grand et divin Hyppocrate des playes de teſte — traduit du Grec, corrigé et commenté p. M. FRANÇOIS DUSSAUDEAU. à Rouen 1658. 12.* *Belgica.* Hippocrates van de wonden in t'hoofd, door P. HAZARDUS. Antverp. 1595. 8. Amſt. 1634. 8. *Germanica.* Hippocrates von den Kopfwunden. Aus dem Griech. von CH. GFR. CA. BRAUNE. Leipz. 1785. 8.*

COMMENTARII. Quos Galenus, abſoluto de medendi methodo opere ſcribere promiſerat libro VI. de meth. med. c. 6. p. 150. to. X, quorumque a ſe ſcriptorum mentionem facit in comm. II. in III. Epidem. Hipp. p. 230. to. IX, ii ad nos haud pervenerunt. Recentiores autem in hunc librum exſtant plurimi commentarii, et quidem VIDI VIDII in collectione Pariſ. 1545. f. Codex hujus collect. ſervatur in bibl. r. Pariſ. n. 6861. — GABRIEL. FALLOPII poſthum. comment. a PT. ANGELO AGATHO editus. Venet. 1566. 4.* et in Fallopii Opuſc. trib. Ven. 1569. 4.* — NIC. VINCENTII ep. ad Steph. Naudinum ad dictata JO. MARTINI in libr. Hipp. de vulnerib. capit. Colon. 1578. 8.* — POENALIUM in Hippocr. de cap. vulner. Lugd. 1579. 8. nominat Cat. bibl. Koenigsdörfer. Lipſ. 1790. p. 13. [Sed videtur mihi idem cum ſequenti Porralio. K.] — CL. PORRALII comment. in Hippocr. de vuln. cap. ex lect. JUL. CAES. ARANTII. Lugd. 1579. 8.* Brevis comm. cum annotat. margin. CLAUD. PORRAL. Lugd. 1580. 8. — ANDR. DOERER diſſ. *ἀμφισβήτησις ἰατρικὴ περὶ τῶν ἐν κεφαλῇ τρωμάτων Ἱπποκράτους.* Baſ. 1589. 4. RIV. — HIPPOL. PARMAE praxis chirurg., in qua et Hippocr. libellus de vuln. capit. comment. illuſtratur. Venet. 1608. 8.* — PT. PAWII ſuccenturiatus anatomicus ſ. comm. in Hippocr. de vulner. capitis. L. B. 1616. 4.* — JUL. CAES. ARANTII in Hippocr. de vulner. capit. c. CLAUD. PORRALII annotationibus. L. B. 1639. 12.* — BERNARDINI FALCINELLI commentario al libro delle ferite del capo. Fiorenz. 1695. 8.

©BIUM

XXV.

LIBRI SPURII.

1.

Ἐπιδημιῶν β'. δ'. ε. ζ'. η'. | *Epidemiorum lib. II. IV. V. VI. VII.* [Sunt in edit LINDEN. to. I. p. 684. ſq. ed. FROBEN. gr. p. 311. ed. MERCUR. ſect. 1. p. 105. ed. FOËS. ſect. VII. p. 73. ed. CHART. to. IX. p. 118. Vers. CORNAR. p. 410. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 222. ſq. PIERER. bibl. iatr. to. III. p. 222. 244. ſq. K.]

Septem de morbis popularibus libros omnes memorat inter genuina Hippocratis opera EROTIANUS p. 23. Ipſi quoque Galeno ſeptem morborum popularium libri probe noti erant, ſed praeter primum atque tertium omnes pro minus germanis habuit, et alios quidem ex Hippocratis pugillaribus *πρὸς ὑπόμνημα* et *πρὸς μνήμην*, non *πρὸς ἔκδοσιν*, ſcriptos, ab aliis excerptos atque editos, alios vere manifeſte ſpurios. Quosdam Theſſalum pro omnium horum librorum auctore habuiſſe Galenus refert, ipſe vero quintum et ſeptimum epidemiorum librum Hippocratis et Theſſali adeo doctrina dignos non cenſet. (Vid. locum principem in II. de diff. reſpir. c. 8. p. 255. to. VII. et ejusdem operis III. c. 1. p. 268.) Sed per ſingulos transeamus.

In II. epid. libro obſcura, brevia, varia, diverſa, a ſe invicem ſejuncta reperiri, quae non ab uno Hippocrate, aut Theſſalo, filio ejus, profecta ſint, jam GALENUS (comm. II. in II. epid. p. 124. to. IX.) notavit, cui hic liber collectus eſſe videtur ex adverſariis Hippocratis, in quae divus ſenex, quae in eo occurunt, recordationis cauſa conjecerat. Collegiſſe haec ex adverſariis hiſce Theſſalum, Galenus in praef. ad comm. I. in VI. epid. p. 354. to. IX. putat; quosdam autem in ea verſatos fuiſſe opinione, ut crederent, Theſſalum quoque ex propriis quaedam addidiſſe, et alios quoque libro quaedam adjeciſſe, idem GALENUS l. c. refert.

©BIUM

Sextus epidem. liber, huic ſecundo valde ſimilis, eodemque modo, quo hic ſcriptus, eaque continens, quae Hippocrates in commentarios ſuos conjecerat, uti res viderat, aut per meditationem eruerat, ab alio deinde, quem Theſſalum fuiſſe Galenus ex antiquioribus refert (Vid. praef. Galeni ad comm. I. in VI. epid. p. 354. 355. to. IX.), ex his Hippocratis adverſariis editus, in quo, Galeno eodem teſtante, *τὸ τῆς ἑρμηνείας εἶδος* multum differt ab eo in I. et III., epidemior., Hippocratem auctorem certe non habet: omnia enim absque ordine dicta ſunt, disjectis ſententiis, ad ſemioticen, diaeteticen et phyſiologiam pertinentibus, iisque fragmentis morborum interſperſis, quos Hippocrates forſan ipſe obſervaverat. Eaque ſcribendi modo obſcuro, breviſſimo, fere peculiari conſcripta ſunt, ut recte Galenus monuit: *ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ μυρίας εἶναι γραφάς.* Vid. comm. II. in VI. epid. text. 49. p. 431. to. IX.

Eandem ſententiam de minus genuinis horum librorum originibus inter recentiores tuentur Foësius (praef. ad Epid. II. ſect. VII. p. 70.), Hallerus (bibl. med. pract. I. p. 74.), Grunerus (cenſur. libr. Hipp. p. 144. ſq.), et Grimmius (Hippokr. Werke II. p. 542.) — Pro genuinis autem habuit non ſecundum et ſextum, ſed omnes ſex epidemiorum libros Sponius (praef. ad aphor. nov.) — Secundi origines authenticas Trillerus in ep. ad Jo. Freind in opuſc. vol. II. p. 209. tuetur.

Quartus etiam epidemiorum liber non Hippocratis eſt, ſaltim ab eo non *πρὸς ἔκδοσιν* conſcriptus; ſed Foësio in praef. ad Epid. IV. ſect. VII. p. 207. putante, obſervationes continet, quas factas in peregrinationibus ſuis, auctor in adverſaria ſua conjecerat. Galenus eum nec ab Hippocrate, neque adeo a Theſſalo compoſitum, ſed recentiorem eſſe adfirmat libr. III. de diff. reſp. c. 1. p. 268. to. VII. Chart. ſubinde tamen in comm. ad VI. Epid. easdem hunc librum cum II. et VI. origines habere, et a Theſſalo ex adverſariis Hippocratis excerptum editumque contendit. Sed recentiorem eſſe Hippocratis

©BIUM

temporibus, et iis conſcriptum, quibus cynici philoſophi florebant, HALLERUS in bibl. med. pr. to. I. p. 77. ex loco ipſo hujus libri, quo auctor de aegrotante verba fecit, *πρὸς ὃν Κυνικὸς εἰσήγαγε* ipſum, p. 764. to. I. Lind. praeclare probat. Oratio libro fere eadem eſt, quae ſecundo et ſexto. Omnia absque ordine dicta ſunt: multa incerta, non ſatis elaborata et ex aliis libris Hippocratis repetita.

Quintum et ſeptimum librum manifeſte, et ex omnium paene opinione nothos eſſe, Galenus dicit in praef. ad comm. I. in VI. epidem. p. 354. to. IX. Quintum tamen CORN. CELSUS (de re med. VIII. c. 4. p. 432. ed. Targ.), QUINCTILIANUS inſtit. orat. III. p. 45. et PLUTARCHUS (de profect. in virt. p. 82.) pro genuino habent, Autonomi in Omilo hiſtoriam (to. I. p. 778. ed. Lind.) non ſine Hippocratis laude maxima, narrantes. GALENUS eum Hippocrati, magni Hippocratis nepoti, tribuit (libr. III. de diff. reſpir. c. 1. p. 268. to. VII. Chart.). HALLERUS eum ipſo Coo Hippocrate non indignum eſſe cenſet in bibl. med. pract. to. I. p. 74. Si vero hunc librum cum I. et tertio de morb. popul. conferimus, ex ordine turbato, aut neglecto, ex repetitis crebro, quae jam antea dicta fuerant, ipſoque vario dicendi genere facile perſpicitur, hunc librum ad genuinos, ſaltim ad elaboratiores Hippocratis non pertinere. Ultimam libri partem ex VII. epidem. conflatam libro huic additam eſſe, Galenus notat. Vid. GRIMM. (Hippokr. Werke II. p. 550.).

Septimus liber fere eodem modo, quo quintus, elaboratus, et unum forſan cum hoc auctorem habens, quem Galenus ſpurium eſſe expreſſe dixit loco ſupra cit. et II. d. diff. reſp. c. 7. libr. III. c. 1., ex GRIMMII mente l. c. p. 560. medicum e Cnidia ſchola auctorem habet, cum quintus e ſchola Coa proceſſerit.

CODICES. In bibl. reg. Par. no. 2140. 2141. 2142. 2144. 2146. 2253. 2254. 2545. in bibl. Div.

©BIUM

Marci Ven. Duo denique libri in bibl. reg. Pariſ. no. 2143.

EDITIONES, et quidem libri II. Graece et lat. cum comm. ANUT. FOËSII. Baſ. 1560. 8.* Textum emendatiorem et pulcherrime illuſtratum exhibuit, quem deinde ſecundis laboribus edidit cum reliquis Hippocratis operibus. — Sect. I. libri II. epidem. cum interpr. LUD. DURETI edidit PT. GIRARDET, una cum libro de humor. et de diaet. acutor. de qua editione vid. ſupr. p. CI. et infra, ubi de Hipp. libro de humor. expoſitum eſt.

Liber VI. epidem. jam recens latinitate donatus LEON. FUCHSIO interpr. Addita eſt luculenta ejus libri expoſitio. — Hagenoae 1532. 4.* Baſ. 1537. f.* quae editio eſt priore auctior. Textus eſt Aſulani; Verſio Fuchſii, cum commentario ſtudioſiſſime elaborato. — Graece prodiit liber. VI. c. aphor. Frft. 1545. 12. — *Latine* ex interpretat. LEON. FUCHSII, cum alia veteri translatione, ſtud. JO. AGRICOL. AMMONII c. aphor. 1537. 4. (HERM. CRUSERII verſio libri VI. epid. ſupra p. XLIII. commemorata eſt. K.)

COMMENTARII. Libros hos de morb. pop. omnes cum ipſis genuinis explicuiſſe videntur interpretes antiqui, quos ſupra in Epid. I. III. memoravi. Epidemiorum liber erat Narciſſi. Vid. cod. Britann. no. 502. In librum II. ſaltim Galenus Dioſcoridis et Heraclidis Tarentini et VI. eorundem enarrationes memorat, quas jam ſupra p. XXXIV. laudavi. Superſunt nobis adhuc Galeni commentarii in lib. II. et VI. ſed in utrumque non integri. Partem II. comm. in II. epidem. nuperrime cura J. SOZOMANI prodiiſſe, ex Albertino docet HALLER. to. I. bibl. med. pr. I. p. 76. — Exſtant adhuc GALENI commentarii ſex in libr. VI. Epid. ſed non in integrum: pars enim eorum periit. Graece ſcripti ſunt in bibl. D. Marc. Venet. — Quatuor priores commentarii et ſextus in libr. II. arabice verſi exſtant in bibl. Scorial. CASIRI no. 800. et 801. —

©BIUM

PALLADII commentariorum in VI. Epid. libr. codex ms. proſtat in bibl. reg. Pariſ. no. 2295. ſed nuperus. Vid. Montf. II. p. 739. Alius ſervatur in bibl. Medic. plut. 71. no. 21. 22. quorum prior fragmenta tantum continet, alter plenior, Montfaucono I. p. 389. dicitur. Bandini III. p. 174. Venet. in bibl. Laphilei haec ſcholia graece exſtitiſſe docet JAC. SANTALBINUS in praef. ad Palladii ſchol. in Hipp. de articul. Foës. ſect. VI. p. 196. — Palladii ſcholia Hippocr. ſextae epidemiae exſtant in bibl. Scorial. Montf. I. p. 622. Edita ſunt a PA. JUN. CRASSO. Baſ. 1581. 4.* latine. Particulam hujus comment. edidit graece et latine REN. CHARTER. in Hippocr. et Gal. oper. [Cod. ms. Palladii ſchol. in octo ſectt. libri VI. morbor. epidem. Hippocr. fuit quondam in bibl. Meermann. no. 215. K.].

PT. JAC. ESTEVE comm. in II. epid. Valentiae 1551. f. — HIER. CARDANI comm. in Oper. to. X. — HIER. MERCURIAL. prael. Bonon. in hunc librum. Foroliv. 1626. f. — CHR. GFR. STENZEL. Hippocrates ſuci non male accuſatus ad loc. in Epid. II. Witteb. 1745. 4. — SGM. SCHMIEDERI obſervatio de equo fictili, locum Hipp. libr. IV. epidem. corruptum priſtinae ſanitati reſtituens, in Miſc. Lipſ. IV. p. 107. — CA. GU. FR. STRUVII locus Hipp. epidem. V. *ἴσπνοον καὶ ἔκπνοον ὅλον τὸ σῶμα.* Nordhus. 1760. 8.* — [ABR. VATER de lienis prolapſione ad illuſtrandum vexatum Hippocrat. locum libr. V. Epid. ſect. II. aph. 30. Vit. 1746. recuſ. in BALDINGERI ſelect. opuſc. etc. p. 223. K.]

Jo. ALEXANDRINI comm. in VI. epidem. c. ipſo textu lat. Lugd. 1527. 4.* Corruptos vocat Leon. Fuchſius in comm. ad hunc librum. — Explication d'un paſſage des epidémies d'Hippocrate p. Ms. GOULIN. Par. 1783. 8. Locum explicat, quem quoque Trillerus tractavit de ſcortatione dyſenteriae remedio. Epidem. VII. — [Explication d'un paſſage des Epidémies d'Hippocrates, lequel donne occaſion d'en corriger un

d'Artemidore mal interpreté par Suidas; dans les notes on retablit un endroit alteré de Galien p. Ms. JEAN GAULIN. Paris. 1783. 8. Cf. Journ. encyclop. à Bouillon. 1783. to. VI. pa. II.].

Jo. Gu. ALBRECHT progr. de loco Hippocr. male explicato, epid. VI. ſect. 5. Gotting. 1735. 4.* [Rec. in ßALDINGERI ſel. opuſc. in quib. Hippocrates explicatur. Gott. 1782. 8.* K.]

[CHR. GFR. STENZEL defenſio Hippocratis (Morb. epid. libr. VI. ſect. 5. aph. 12.) ſuci non male accuſati. Vit. 1745. 4. Bibl. Platn. BECK.]

In omnes libros epidemion commentarios ſcripſit FR. VALLES. quos ſupra in epid. I. et III. enarravi, qui locus p. XLIII. conſuli poteſt.

2.

Κωακαὶ προγνώσεις Coaca praeſagia. [Sunt in ed. LINDEN. to. I. p. 522. in ed. FROBEN. gr. p. 424. in ed. MERCURIAL. ſect. III. p. 463. in ed. FOËS. ſect II. p. 96. in ed. CHART. to. VIII. p. 853. ed. MACK. to. I. p. 144. Verſion. CORNAR. p. 563. HALLER. art. m. princ. to. II. p. 142. PIERER. bibl. iatr. to. I. 367. K.]

Deſunt huic libro teſtimonia tam antiqua, quam recentiora. EROTIANUS ejus non meminit. GALENUS eum inter ſpurios repoſuit comm. II. in epid. II. text. 3. p. 126. et comm. III. text. 7. p. 158. 160. nec non comm. I. in III. epid. text. 4. p. 201. to. IX. Chart. omnesque qui de Hippocratis libris judicarunt, eum pro ſpurio habuerunt, ſolo DURETO excepto, qui hunc librum pro ſumme germano Hippocratis habuit, et ſaltim ab uno ex Hippocratis discipulis ſcriptum eſſe putavit in comm. in Coacar. prognos. no. 1. Et ſane ipſum hujus libri argumentum germanis ejus originibus repugnat. Propoſitiones continet de morborum ſignis et eventibus 649. Multa in eo leguntur incerta, non plane vera, minus probata, et quidem dicendi genere obſcuro, obſoleto, minus aut anxie cohaerente. Et in

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 134 sur 963

©BIUM

his omnibus hic liber aphorismis admodum dissimilis est. Ante Hippocratis tempora hunc librum jam exstitisse, cum prorrheticorum primo libro in Aesculapii templo adservatum, quem propriis libris Hippocrates emendaverit, GRIMMIUS (Hipp. Werke B. II. p. 568.) suspicatur.

CODICES *graeci* sunt in bibl. r. Paris. no. 2140. 2141. 2143. 2144. 2254. 2545. in bibl. D. Marci Ven. et in Medicea. Bandini III. p. 45.

EDITIONES et COMMENTARII. *Graeca* non exstat. Latine vertente M. Fabio Calvo. . . . 1527. 12. *Graeco-latinae.* Paris. ap. Morelium 1557. 12.* cum aliis, quos vide sub Prognostico p. XLIX. — Cura Jo. OPSOPOEI, cum aliis. Frft. 1587. 12.* — Cum versione FOËSII et notis Jo. JONSTONI. Amst. ap. Elzev. 1660. 12.* — In Hippocratis opusculis aphoristic. Bas. 1748. 8.* — Ex interpr. JAC. HOLLERII, nunc primum editi a DESIDER. JACOTIO, et hujus commentariorum libri XIII. Lugd. 1576. f.* Notae fusissimae in usum praesertim medicum sunt Jacotii, qui a Dureto, quem Montis pessulani 1570. audiverat, omnia habuit, quod Droëtus in peculiari epistola testatur.

Hippocratis magni Coacae praenotiones interprete et enarratore LUD. DURETO. Par. 1588. f.* 1616. f. 1621. f.* 1658. f.* Argent. 1633. 8. LIND. Genev. 1665. f.* Curante ADR. PELERYN CHROUET. L. B. 1737. f. Vid. *bibl.* MAPH. PINELLI to. I. p. 288. et Lugd. 1784. f.* Textus subinde e codd. mss. emendatus. Versio paraphrastica. Commentarii practici.

JULII MILLII naturae motus decernentis arcanum opus. Ven. 1654. 4. De crisibus, ad Coac. libr. I. et II.

Magni HIPPOCRATIS Coaca praesagia, brevi enarratione illustrata, decerpta a Galeno, Hollerio, Dureto, Foësio, Jacotio, et aliis non inferioris notae viris. In formam encheiridii ad usum faciliorem composita authore LUD. FERRANT. Lut. Par. 1657. 12.*

HONORATI BICAISSE promptuarium Hippocr. apho-

iiſmor., praedict. et Coac. ſecund. morbor. nomenclaturam ſub aphoriſmis p. XCIII. dixi.

Jo. Gfr. Brendel commentarioli practici in Coacas Hippocr. praenotiones penſum I-III. Gott. 1752. 4.* Et in Opuſc. part. I. p. 171.

3.

Περὶ χυμῶν. De humoribus. [Eſt in edit. Linden. to. I. p. 315. in ed. Froben. graec. p. 100. ſed ſimul adjicitur: *Πλήν ἐστιν ἑυρεῖν, τινὰ μὲν ἐς βραχυλογίαν ἐσχάτην ἐσφυγμένα, τινὰ δὲ ἐκτεταγμένα τοῦ συμμέτρου πλέον·* in edit. Mercur. Sect. I. p. 358. In edit. Foës. ſect. II. p. 14. in ed. Chart. to. VIII. p. 508. in ed. Mack. to. II. p. 165. Verſ. Cornar. p. 167. Haller. art. med. princ. to. IV. p. 230. Pierer. bibl. iatr. to. II. p. 14. K.]

Inter vere Hippocrateos hunc librum referunt Erotianus p. 22. et 378. ed. Franz., Palladius (Comm. in Hipp. de fract. ſect. VI. p. 147. Foëſ.) atque Galenus comm. III. in VI. epid. text. 44. p. 472. et comm. IV. p. 475. to. IX. Chart., qui etiam in hunc librum commentatus eſt; qui commentarius tantum latine olim proſtabat[d]), et quidem ex Hier. Mercurialis (Cenſ. Hipp. oper. p. 25. 26.) mente ſpurius, ut adeo pro magis genuino is habendus ſit, quem cum ipſo libro Jo. Vigoreus edidit, quemque mox nominabimus. Sed priscorum interpretum de hoc libro maxima fuit diſſenſio. Zeuxis et Heraclides eum a veris Hippocratis libris omnino rejiciendum putarunt. Glaucias et alii antiqui ad Hippocratem retulerunt, ſed non ad Coum. Alii Democritum auctorem fuiſſe putarunt. Vid. Menagius ad Diog. Laert. IX. 46. Quae in hoc libro leguntur, ad ſummam brevitatem redacta, Dioscorides et Artemidorus Capito Hippocrati Coo adſcripſerunt, quae magis explicita oratione dicta ſunt, ab alio eſſe interjecta putantur. Alii Theſſalo, Hip-

d) Vide de hoc Galeni commentario, qui e cod. Par. in mea Galeni operum editione prodibit, Hiſt. lit. Galen. p. CLXXVIII.

©BIUM

pocratis filio, alii POLYBO, genero ejusdem, hunc librum adscribunt. Esse hunc librum ex iis, quos quidem Hippocrates confecerit, quibus vero plurima ab aliis, et quidem antiquissimis temporibus adjecta fuerint, Galeni vera mens est, qui etiam plurimas has interpolationes in commentariis suis diligenter notavit. Habent quidem hunc librum pro genuino FOËSIUS atque HALLERUS, qui sane bonitatis notas non paucas habet, et utilissima continet; sed dicendi genere, quod coactam brevitatem redolet, obscureque prolata, ut facile conjicias, hunc librum ab alio quodam ad exemplum Hippocrateorum esse compositum, et quidem ex aliis libris genuinis Hippocratis, ex libris genuinis epidemiorum, prognostico, aphorismis atque de aëre, aqu. et loc. excerptum: plurima enim, quae in his libris leguntur, in hoc, et quidem absque ullo ordine repetuntur.

CODICES *graeci* exstant in bibl. reg. Par. no. 2140. 2141. 2143. 2144. 2253. 2254. 2545. in bibl. D. Marc. Venet. in bibl. S. Anton. Ven. in Medicea, Bandini III. p. 72. [in bibl. reg. Monac. no. 71. Vid. HARDT. catal. to. I. p. 441. K.]

EDITIONES. *Ἱπποκράτους περὶ χυμῶν.* Hippocratis Coi liber de humoribus. Galeni in eundem librum commentarius graecus nunc primum in lucem editus, idque cum latina N. VIGOREI, Melodunensis, med. doct. interpretatione. Lutet. 1555. 4.* Graecus Galeni commentarius brevissimus, qui hic legitur, non respondet commentario latino fusissimo in hunc librum, qui Galeno adscribitur. Et videtur hic quidem commentarius is esse, de quo Galenus saepius, inprimis in comm. II. in III. epidem. text. 1. p. 230. to. IX. Chart. quemque *διὰ ταχέων ἐν ἡμέραις ὀλίγαις* scripsisse dicit. [Vid. histor. liter. Galeni p. CLXXVIII. edit. Lipsi. K.] — Hippocratis de humoribus liber, de diaeta acutor. libr. III. cum comment. LUD. DURETI, emendavit et in ordinem distribuit PT. GIRARDETUS. Par. 1631. 8.* —

Iterum recenſuit, paraphraſin, notas, praefat. et indic. nov. adjecit JUST. GODOF. GUNZ. Lipſ. 1745. 8.* — [Recentiſſimam hujus libri edit. graeco-francogall., curavit de MERCY, cujus titulum vid. infra §. XXXIV. Denique continetur quoque hic liber in Opuſcul. aphoriſt. ZWINGERI p. 393—416. quorum integrum titulum vide paulo poſt ſ. *περὶ κρίσιων* K.)

VERSIONES. Praeter *latinas* Vigorei et Raſarii, quae paulo ante memoratae ſunt, et quarum poſterior cum commentar. Galeni etiam Caeſar. Auguſt. 1567. 4. prodiit, a FAB. CALVO quoque liber latine factus, ... 1527 12. in lucem emiſſus eſt. — *Arabicam* verſionem ſub titulo: ketab alakhlath le bocrath, laudat Herbelot. p. 478.

COMMENTARII. Praeter Galeni duplicem commentarium, de quo dictum eſt in hiſt. lit. Galen. p. CLXXVIII. ed. Lips., ALEX. PICCOLHOMINEI quoque Parisiis 1556. 4. excuſus eſt.

4.

Περὶ κρίσιων. De judicationibus. [Eſt in ed. LINDEN. to. I. p. 438. in ed. FROBEN. gr. p. 385. in ed. HIER. MERCURIAL. ſect. III. p. 425. in ed. FOËS. ſect. II. p. 20. in ed. CHARTER. to. VIII. p. 368. in ed. MACK. to. I. p. 90. Verſ. CORNAR p. 510. HALL. art. m. pr. to. II. p. 205. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 428. K.]

Hic liber, ad Hippocratei ſtyli imitationem conſcriptus, excerpta continet ex genuinis Hippocratis operibus ad ſemioticen ſpectantibus, ejusque cum inter genuina Hippocratis opera non meminerint EROTIANUS atque GALENUS, facile liquet, eum ex aliis Hippocratis operibus, et quidem absque omni ordinis ſtudio, eſſe conſarcinatum. Mutilum opus in plerisque locis videri, GRIMMII l. l. to. II. p. 578. ſententia eſt.

CODEX exſtat in bibl. reg. Paris. no. 2254.

EDITIO *graeco-latina* debetur Jo. RUD. ZWINGERO in editis ab eo Magni Hippocratis Opuſculis aphoriſt. ſemeiot. therap. VIII. una c. jurejurando, ex in-

©BIUM

terpr. An. Foëſii, aliorumque. Baſ. 1748. 8.* p. 417—436. [Adverſus Hieron. Fracaſtorium Hippocrates et Galenus defenduntur ab ANDR. THURINO de cauſis dierum criticorum. Bon. 1543. 4. FABR.]

5.

Περὶ κρισίμων. De diebus judicatoriis. [Eſt in edit. LINDEN. to. I. p. 432. in ed. FROBEN. gr. p. 388. in edit. MERCURIAL. ſect. I. p. 431. in ed. FOËSII ſect. II. p. 24. in ed. Chart. to. VIII. p. 573. in ed. MACK. to. I. p. 98. — Verſio CORNAR. p. 514. HALL. art. m. pr. to. II. p. 215. PIER. bibl. iatr. to. I. p. 438. K.]

CODICES exſtant in bibl. reg. Pariſ. no. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. in bibl. Medic. Bandini III. p. 44. [et inter. codd. graec. mss. Nanianos no. 248. p. 441.]

EDITIO *graeco-latina* eſt Jo. RUD. ZWINGERI in Hipp. opuſc. aphor. p. 437—448.

6.

Κατ' ἰητρεῖον. Officina medici. [Eſt in ed. LINDEN. to. I. p. 614. in ed. FROBEN. gr. p. 502. in ed. MERCURIAL. ſect. II. p. 535. in edit. FOËSII ſect. VI. p. 5. in ed. CHART. p. 1. to. XII. — Vers. CORNAR. p. 598. HALL. art. m. pr. to. I. p. 449. PIER. bibl. iatr. to. III. p. 3. K.]

Libros nunc chirurgicos reliquos Hippocrateos recenſebo, in quibus non pauci ſunt, qui poſt veterum tempora pro ſpuriis demum haberi coeperunt.

Ad hos pertinet hic *de officina medici* liber. Exſtiterunt ejus exemplaria vetuſtiſſima, et, quod innuere videtur GALENUS (in praef. ad comm. I. in hunc librum p. 2. to. XII.), omnia ſub Hippocratis nomine. Ipſe quoque GALENUS huncce librum inter genuinos habuiſſe videtur, etſi uno loco (Comm. I. in hunc libr. text. V. p. 14. to. XII.) non neget, dubitaſſe quosdam, num Hippocratis aut Theſſali ſit, alioque loco (Comm. I. in libr. de fract. 1. p. 153. to to. XII.) quosdam eum Hippocrati, Gnoſidici filio, tribuiſſe referat. Quid?

©BIUM

quod ipſe Galenus hunc librum neque ab Hippocrate, neque a filiis ejus πρὸς ἔκδοσιν ſcriptum (Comm. II. in hunc libr. text. 26. p. 64.), ſed poſt mortem demum Hippocratis editum (Comm. III. in h. l. text. 28. p. 96.) adſerit. Eaque cauſa eſt, quae GRIMMIUM (Hippokr. Werke III. p. 555.) movit, ut ad ſpurios hunc librum referret. Quidam, PALLADIO (Comm. in libr. Hippocr. de fractur. ſect. VI. p. 147. Foëſ.) auctore, eum cum libro de fracturis conjunctum prodiiſſe ſtatuerunt. Non autem movere haec reliquos de libris Hippocratis ſcriptores, ut Hippocratis ingenio, dicendi modo et dignitate indignum putarent. Solo enim fere Galeno excepto, omnes hunc librum ab ipſo Hippocrate, et quidem πρὸς ἔκδοσιν compoſitum eſſe ſtatuunt. Meminit hujus libri inter Hippocrateos EROTIANUS, et jam ante ejus tempora Diocles, Philotimus, Mantias, Heraclides Tarentinus atque Aſclepiades enarrationes in hunc librum ſcripſerant, de quibus vid. Galenus in comm. I. in hunc librum text. 5. p. 15. text. 22. p. 33. et comment II. text. 29. p. 68., ubi exemplum enarrationis ab Aſclepiade compoſitae quoque dedit.

CODICES *graeci* mss. exſtant in bibl. reg. Pariſ. no. 2140. 2141. 2143. 2287. 2545. et in bibl. Medic. plut. LXXIV. no 7. quem COCCHIUS in Graecor. chir. coll. Flor. 1754. p. 2. not. (1.) membraneum, literis colligatis rotundis concinnis ſeculo p. Ch. n. XI. ſcriptum refert. Vid. Bandini III. p. 44.

[EDITIO una tantum mihi innotuit: Hippocratis de officina medici et de fractis libri duo edente FR. MAR. BOSQUILLON. Paris. 1816. 8.* Sunt tamen exempla in forma quoque 4. Poſt mortem Bosquilloni demum prodiit. In animadverſione, titulo libri praemiſſa, praefatio enim deeſt, narratur, has plagulas eſſe initium editionis omnium Hippocratis librorum, quam molitus erat a longo inde tempore Bosquillonus. Quantum equidem e collatione libri cum editione Lindeniana perſpexi, textus immutatus; num ex ingenio, an auctori-

©BIUM

tate codd. mss., quos contulit, id declarabit editio DE MERCYI, ſi ipſi contigerit, ut Hippocratem ſuum ad finem perducere poſſit. Verſio latina quoque ſaepe recedit a vulgata. Denique Hippocratis libro de fractis notas ſubdidit Bosquillon, res propoſitas breviter illuſtrantes. Dolendum, hanc editionem, cui magnam vitae ſuae partem dicavit, non abſolutam fuiſſe. K.]

VERSIO, praeter *latinam* exſtat *Arabica:* Ketab algenak le Bokrath. Herbelot. p. 482. *Gallice* quoque prodiit titulo: Le medicin chirurgien d'Hippocrate le grand. Paris 1560. 16.

COMMENTARII. Galeni tres in hunc exſtant, qui a Jo. BERN. FELICIANO et VIDO VIDIO in Chirurgiae ſcriptorib. antiqu. Par. 1544. f.° latine publicati ſunt.

7.

Περὶ ἀγμῶν. De fractis. Eſt in ed. LINDEN. Vol. II. p. 708. in ed. FROBEN. gr. p. 456. in edit. MERCURIAL. ſect. I. p. 259. in edit. FOËSII ſect. VI. p. 15. in ed. CHART. p. 151. Vol. XII. — Verſio CORNAR. p. 602. HALL. art. m. pr. to. I. p. 282. PIERER. bibl. iatr. to. III. p. 13. K.]

Retulerunt et hunc librum veterum fere omnes inter genuinos. EROTIANUS inter vere Hippocrateos nominat. PALLADIUS, quod ad genuinas origines attinet, prognoſtico, aphoriſmis atque aliis ſumme genuinis Hippocratis libris non cedere contendit. (Comment. in hunc librum prooem. ſect. VI. p. 147. Foëſii.) Galenus generatim hunc librum Hippocratis eſſe non dubitat, imo maxime genuinum eſſe dicit in comment. II. in III. epid. p. 246. to. IX. eosque ſtupidos vocat, qui doctrinam abſolutiſſimam Hippocratis in eo non conſpiciant; lib. VI. de meth. med. c. 5. p. 144. to. X. attamen de originibus ejus varie ſentit. Non ſeparatum hunc librum priſcis temporibus ex quorundam ſententia a libro de articulis fuiſſe refert, ſed librum de articulis libro de fractis adhaeſiſſe, communemque habuiſſe titulum: *κατ' ἰητρεῖον*, librum autem, qui hoc titulo inter Hippocratis opera

©BIUM

proſtat, non eſſe Hippocratis Coi, ſed potius Hippocratis, Gnoſidici filii. Hinc etiam in libro de fractis, de luxationibus, et in libro de articulis de fractis ſermonem eſſe. (Comm. I. in hunc libr. text. 1. p. 153. 154. to. XII. conf. libr. IX. de Hipp. et Plat. decr. c. 5. p. 258. to. V.) Hippocratem, Gnoſidici filium, hujus libri auctorem a quibusdam habitum fuiſſe, GALENUS in comm. I. in l. de diaet. ac. text. 17. p. 15. to. XI. diſerte refert. Recentiores omnes hunc librum pro genuino habent, ſolo GRIMMIO excepto, qui eum mox poſt Hippocratis tempora, adeoque non ab avo Hippocratis, Gnoſidici filio, conſcriptum eſſe autumat. Bonus ceterum ordo, gravitas brevitasque in dicendo et ionica dialectus, qua hic et de officina medici libri conſcriptus eſt, hunc librum Hippocrate Coo ſaltim non indignum reddunt.

CODEX libri exſtat in collectione Nicet., ubi hic Hipp. liber ſecundum locum occupat, et in bibl. reg. Par. no. 2545.

EDITIONES. [De graeco - latina BOSQUILLONI paulo ante §. VI. actum eſt. K.]

VERSIONES. *Latina* omnium prima eſt M. FAB. CALVI, Rhavennatis, quae cum reliquis Hippocratis operibus prodiit Rom. 1525. f.

COMMENTARII. *Latine* quoque prodiit cum comment. ANDR. MAXIMINI. Rom. 1776. 4 maj. Antiquos hujus libri commentatores exſtitiſſe, e GALENO perſpicitur. Superſunt nobis in hunc librum GALENI commentarii copioſiſſimi tres, cujus codd. graeci exſtant in bibl. reg. Par. no. 1849. et 6866. nec non in bibl. Medic. v. Bandini III. p. 44. Vertit hos comment. in linguam latin. JO. BERN. FELICIANUS et VID. VIDIUS in Chirurg. e graec. in lat. verſa. Par. 1544. f.* — Exſtant quoque in hunc librum de fractis PALLADII, qui poſt Galeni tempora vixit, ſcholia. Ea graec. et lat. edidit c. notis ANUT. FOËSIUS (ſect. VI. p. 196.). Repetiit hanc editionem REN. CHARTER. to. XII. oper. Hipp. et Gal. Verſionem latinam confecit JAC. SANTALBINUS.

©BIUM

8.

Περὶ ἄρθρων. De articulis. [Eſt in edit. LINDEN. to. II. p. 756. in ed. FROBEN. graec. p. 472. in ed. MERCURIAL. Sect. I. p. 285. in ed. FOËSII ſect. VI. p. 47. in ed. CHART. to. XII. p. 287. — Verſ. CORNAR. p. 621. HALL. art. med. princ. to. I. p. 326. PIER. bibl. iatr. to. III. p. 49. K.]

In cod. Vatic. ms. occurrit poſt librum de nat. pueri ſub titulo *περὶ ἄρθρων ἐχβολῆς*. Eadem fere, quae de antecedente libro, veterum de hoc libro ſententia eſt. Memorant eum CELSUS libr. VIII. c. 8. EROTIANUS, GALENUS atque PALLADIUS, omnesque praeter GRUNERUM (Cenſur. p. 179.) et GRIMMIUM (l. l. to. III. p. 565.) ad Hippocratem Coum referunt. Sed Galenus, etſi ſaepius hunc librum, ceu vere Hippocrateum, citat v. c. ad aphor. VI. 46. p. 279. et ad aphor. VII. 29. p. 305. to. IX. comm. I. in libr. Hipp. de officina med. text. 1. p. 3. to. XII. cet. tamen non raro in aeſtimandis ejus originibus ambiguus haeret, quosdamque hunc librum, qui cum libro *περὶ ἀγμῶν* cohaeſerat, Hippocrati, Gnoſidici filio, tribuiſſe refert. Palladii adeo temporibus libri ſcripti exſtitiſſe videntur, quibus hi duo libri cohaerebant; is enim in ſcholiis in librum de fractis expreſſe dicit, eum a Galeno in VII. partes eſſe diviſum (ſect. VI. p. 198. ed. Foëſ.). Et ſane Galenus librum de fractis expreſſe in III., de articulis vero in IV. partes, tot in utrumque hunc librum commentarios ſcribens, diviſerat. Utrumque hunc librum unum habuiſſe auctorem, vix credibile eſt: unum idemque argumentum non raro in utroque tractatur, et quidem iisdem paene verbis. Conſcriptus eſſe videtur GRIMMIO (l. l. vol. III. p. 565.) non longe poſt Hippocratis tempora a viro, in chirurgia plurimum verſato.

CODICES libri de fractis et articulis ſunt in bibl. reg. Pariſ. no. 1444. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2254. 2545. Cum IV. Galeni comm. *graeci* ſunt in eadem bibl. 1849. et 2248. in bibl. Medicea. Sine comm.

©BIUM

in bibl. Card. Radulphi in reg. Pariſ. Montf. II. 767. in Medic. Bandini III. p. 42.

EDITIO. Prodiit Lugd. Bat. vertente ANUT. FOËSIO. 1628. 4.

9.

Μοχλικὸς. Vectiarius. [Eſt in edit. LIND. to. II. p. 851. in ed. FROBEN. gr. p. 506. in ed. FOËS. ſect. VI. p. 114. in ed. CHART. to. XII. p. 536. In Frob. et Chart. idem initium, ſed in Linden. efficit librum *περὶ ὀστέων φύσιος*, et poſt verba: *ἐκ μέσων ἐκπέφυκε καὶ πεφάνει* tandem incipit ſic: *Ῥὶς κατεαγεῖσα* et definit verbis: *ὁμοιότατα ἐκπίπτουσιν.* Editiones variae varie ſe habent, quare hae inter ſe conferendae a quovis harum rerum cupido videntur. Verſ. CORNAR. p. . . HALL. art. m. pr. to. I. p. 408. PIER. bibl. iatr. to. III. p. 115. K.]

Meminit inter Hippocrateos hujus libri EROTIANUS p. 22. 152. et GALEN. comm. I. in I. prorrhet. text. 4. p. 699. to. VIII., qui vero eum, quod mutilus ſit difficilisque et ex libro de articul. et de fractis excerptus (comm. I. in libr. de fract. text. 1. p. 154. to. XII.), adeoque non ab Hippocrate profectus, illuſtratione per commentarium indignum judicavit. Referunt eum etiam ad ſpurios libros H. MERCURIALIS, LUD. LEMOSIUS, HALLERUS, GRUNERUS, GRIMMIUS. Foëſius vero ſect. VI. p. 116. in hoc libro, quae Hippocrates fuſe in aliis dixerat, in anguſtiores fines ab ipſo Hippocrate contracta eſſe adſerit. Ordo ſane mutilus libri, ex aliis chirurgicis excerpti, cujus adeo prima pars ad librum de oſſium natura pertinere videtur, obſcura dictio atque ambigua vix permittunt, ut eum pro genuino habeamus. —

CODEX eſt in collect. chirurg. Graecor. a Niceta facta.

EDITIO. Seorſim edidit graece F. MORELLUS. Paris 1579. 4. MAITTAIRE.

10.

Περὶ ἑλκῶν. De ulceribus. [Eſt in edit. LINDEN. to. II. p. 664. in ed. FROBEN. gr. p. 512. in edit. H.

©BIUM

MERCUR. Sect. I. p. 365. in edit. FOËSII sect. VI. p. 145. in ed. CHARTER. to. XII. p. 150. — Verſ. CORNAR. p. 658. HALL. art. m. princ. to. IV. p. 104. PIERER. bibl. iatr. to. III. p. 136. K.]

Antiqua huic libro EROTIANI atque GALENI teſtimonia non deſunt, quem etiam H. MERCURIALIS (Cenſ. p. 18.), LEMOSIUS l. c. fol. 29. et FOËSIUS ſect. VI. p. 146. pro genuino habuerunt. Sed ordo valde turbatus medicamentaque plura abſurda, acria, varie inter ſe mixta atque compoſita, quae in eo occurunt, huncque librum ultimae parti libri de diaeta in acutis ſimilem reddunt, effecere, ut ab HALLERO (bibl. chirurg. to. I. p. 11.), GRUNERO (Cenſur. p. 177.) et GRIMMIO (l. l. to. III. p. 583.) pro ſpurio haberetur. GRUNERUS eum medico Cnidio cuidam adſcribit.

CODICES exſtant in bibl. reg. Pariſ. no. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. Nuperus eſt no. 2148. Alius reperitur ſub no. 2254. In Caj. Gonvill. bibl. Cantabr. no. 949. Graecus eſt in bibl. Vind. de Neſſel, no. 47. parte III. p. 53. et in Medic. Bandini III. p. 42.

EDITIO graeco-latina c. comment. in Hippocr. chirurgia a Steph. Manialdo edita. Par. 1619. 8.*

VERSIONES. *Latine* in Vidi Vidii chirurgia. Paris 1544. f.* *Arabice* titulo: Ketab albothar. Herbelot bibl. orient. p. 965. *Gallice* [c. comment. Vidi. Lyon 1555. 8. item vertente DUSSAUDEAU. Saumur 1612. 12. Muſ. Britann.] Les trois prémiers livres de chirurgie par Frc. le Fevre. Par. 1555. 8. hunc librum continent. *Italice.* Libro d'Ipocrate delle ulcere, con le note pratiche chirurgiche di Giuſ. Cignolozzi. In Firenze 1690. 8.

COMMENTARII. Galeni commentarii, quibus librum illuſtraverat, hodie deſiderantur.

11.

Περὶ συριγγων. De fiſtulis. [Eſt in ed. LINDEN. to. II. p. 680. in ed. FROBEN. gr. p. 517. in ed.

©BIUM

MERCURIAL. Sect. III. p. 361. in ed. FOËS. sect. VI. p. 159. in ed. CHARTER. to. XII. p. 141. — Vers. CORNAR. p. 665. HALL. art. med. pr. to. IV. p. 115. PIERER. bibl. iatr. to. III. p. 148. K.]

EROTIANUS p. 22. hunc librum ad therapeutica Hippocratis refert, et pertinere aut ad ipsum Hippocratem, aut ad virum, qui eum ex Hippocratis pugillaribus conflaverit, curatio fistulae ani per linum probat, quae in hoc libro proponitur, quamque, Foësio jam id notante, isagoges auctor et Paulus Aegineta Hippocrati acceptam referunt. Sed non ad Hippocratem pertinere, verum potius ad virum alium, Hippocratis doctrina imbutum, turbatum dicendi genus probat; probant quoque medicamenta, valde et mire composita, in eo laudata, inprimis vero theoria, ex libro de morbis repetita, de pituita et bile, morbis origines praebente. De fistulis ani inscripsisse hunc librum quosdam, Foësius notat. Continuari cum libello de haemorrhoidibus, manifeste spurio, adeoque ipsum esse spurium, GALENUS jam notabat in gloss. s. v. *πήρινα* et *στρυβλὴν*, et HALLERUS in bibl. chir. to. I. p. 11. Citatur enim in glossario liber *περὶ συρίγγων καὶ αἱμορροΐδων*.

CODICES exstant in bibl. reg. Paris. no. 2142. 2144. 2148. 2254. in Medicea. Vid. Bandini III. p. 45.

EDITIONES. Reperitur *latine* in Collect. VIDI VIDII, et graec. lat. in collect. MANIALDI Paris. 1619. 8.*

12.

Περὶ αἱμορροΐδων. De haemorrhoidibus. [Est in ed. LINDEN. to. II. p. 347. in ed. FROBEN. gr. p. 520. in edit. MERCUR. sect. III. p. 358. in ed. FOESIAN. sect. VI. p. 168. in edit. CHART. to. XII. p. 147. — Vers. CORNAR. p. 667. HALL. art. med. pr. to. IV. p. 122. PIERER bibl. iatr. to. IV. p. 154. K.]

Omnia in hoc libro cum jam dicto de fistulis conveniunt, ut adeo hic liber pars libri de haemorrhoidibus

©BIUM

fuiſſe utique videatur. EROTIANUS et GALENUS gloſſ. v. *πήρινα*, quos FOËSIUS ſequitur ſect. VI. p. 168. eum pro vere Hippocrateo habent. MERCURIALIS, GRUNER. p. 166. HALLERUS l. c. eum pro ſpurio habent. A Cnidio quodam medico compoſitum eſſe, Grunerus atque Grimmius l. l. III. p. 595. autumant.

CODICEM habet Bandini III. p. 45.

EDITIONES. Seorſim *graece* prodiit Baſ. 1540. 8. Graec. lat. c. commentar. in Collect. Manialdi. Pariſ. 1619. 8.*

COMMENTARII. Praeter adductos comment. Manialdi huc et ad libros Hippocratis chirurgicos in univerſum omnes pertinet MATTH. NARVATII ſylva ſententiarum ad chirurgiam pertinentium, ex libris Hippocr. deſumta. . . . 1632. 8.*

13.

Περὶ ἐγκατατομῆς ἐμβρύου. De exſectione foetus. [Eſt in edit. LINDEN. to. II. p. 662. in ed. FROBEN. gr. p. 53. in edit. H. MERCUR. ſect. IV. p. 45. in ed. FOËSII ſect. VI. p. 193. in ed. CHART. to. XII. p. 550. — Verſ. CORNAR. p. 72. HALL. art. m. pr. to. IV. p. 245. PIERER. bibl. iatr. to. III. p. 188. K.]

Nullam mentionem fecere hujus libri EROTIANUS atque GALENUS, falſoque putat FOËSIUS ſect. VI. p. 194. eum his viris eſſe ſubnotatum. Hinc, cum etiam dicendi genere a reliquis libris Hippocratis magnopere recedat, pro ſpurio habendus eſt.

CODICES. Exſtat graecus in bibl. Vindob. et quidem ex bibliotheca Med. Flor. (vid. Bandini III. p. 44. ubi duo codices memorantur) deſcriptus curante Jo. SAMBUCO. Cf. de Neſſel Catal. ms. bibl. Vind. pa. III. n. 14. p. 26. In bibl. reg. Pariſ. ſunt no. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2257. 2545.

14.

Περὶ ἀνατομῆς. De anatome, aut *de reſectione.* [Eſt in edit. LINDEN. to. I. p. 287. in ed. FROBEN.

©BIUM

gr. p. 54. in ed. MERCURIAL. ſect. IV. p. 47. in ed. FOËSII ſect. VI. p. 194. in ed. CHART. to. XII. p. 552. — Verſ. CORNAR. p. 75. HALL. art. m. pr. to. II. p. 1. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 123. K.]

EROTIANUS atque GALENUS de hoc libro ſilent, quem omnes reliqui, ne FOËSIO quidem excepto, pro ſpurio habent. Hippocratis eſſe, ſaltim non negat TRILLERUS (de nova Hippocratis editione adornanda p. 12. ſq.) Eodem modo ſcriptus eſt, uti IV. ſect. libri epidem. et cum ea aliquo modo nexus, ideoque et ob hanc cauſam ſpurius.

CODICES mſs. exſtant in bibl. reg. Pariſ. no. 2146. et 2254.

EDITIONES. Gr. et lat. edidit hunc libr. cum comment. uberrimo D. W. TRILLERUS in Commentatione de nova Hippocratis editione adornanda, qua ſpeciminis loco libellum de anatome recenſuit, emendavit et comment. med crit. perpetuo illuſtravit. L. B. 1728. 4.* et in Opuſc. vol. II. p. 238. ſq. —

VERSIONES. Praeter Calvi et Cornarii verſiones latinas prodiit quoque, Jo. REUCHLINO interprete, Tubing. 1512. 4. GUNZ. Cum libro de oſſibus, quocum commixtum eum reperit, et de glandulis titulo: *De anatome*, eum edidit Jo. CAIUS. *Gallice* forſan verſus eſt a JO. DE LA FARGUE. Lugd. 1580. 16. ſub titulo: Hippocrate de la compoſition du corps humain et deſcription de toutes ſes parties. Acceſſit et commentarius. DU VERDIER.

COMMENTARII. Praeter modo laudatum de la Fargue, huc quoque pertinet JUST. GODOFR. GUNZ progr. quo in libr. Hippocratis de anatome aliqua commentatur. Lipſ. 1738. 4.* Non pauca contra Trillerum monet, de quibus vide ipſum Trillerum Opuſc. vol. II. p. 270.

15.

Περὶ παθῶν. De affectionibus. [Eſt in ed. LIND. to. II. p. 161. in ed. FROBEN. gr. p. 179. ſed adji-

©BIUM

citur: *Τοῦτο δὲ ὁ Γαληνὸς τοῦ Πολύβου λέγει εἶναι.* in ed. MERCUR. sect. III. p. 35. in ed. FOËS. sect. V. p. 75. in ed. CHARTER. to. VII. p. 619. in ed. MACK. to. II. p. 300. — Vers. CORNAR. p. 245. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 366. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 146. K.]

Hujus libri, qui EROTIANO notus non est, meminit GALENUS; sed eum retulit ad eos, qui Hippocratis *δυνάμεως* non sint digni, eumque Polybo adscripsit in II. comm. in l. de diaeta acut. text. 38. p. 63. to. XI. Cf. gloss. s. v. *τελεῖν*. Omnesque, qui judicia de Hippocratis operibus tulerunt, eum secuti sunt, ita, ut etiam ALBIN. TORINUS sub Polybi nomine hunc librum in lucem daret. Sed dignus utique est Hippocrate, sive dictionem, sive argumenti gravitatem respicias, nisi ideo dubites, quod antiquam et scholae Hippocrateae propriam doctrinam de quatuor humoribus jam efformatam exhibeat. CAELIO AURELIANO non notum fuisse, HALLERI mens est, bibl. med. pract. to. I. p. 73.

CODICES *graeci* exstant in bibl. reg. Paris. no. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2145. 2148. 2254. (de Mercy usus inprimis est codd. 2140. 2142. et 2145. K.) in bibl. Vindob. Lambec. VI. p. 85. et de Nessel pa. III. no. 4. — *Latinus* cod. in bibl. r. Paris. no. 7023.

EDITIONES. Sub Polybi nomine editus est ab ALBINO TORINO. Bas. 1544. 4. [et c. franco-gall. versione ab Equite DE MERCY sub titulo: Traités d'Hippocrate du serment, de la loi de médecine, des maladies, des affections, traduits en français, et le texte en regard, revu et corrigé sur les manuscr. de la bibl. du Roy les comm. et une table analytique. Par. 1823. 16.* K.]

COMMENTARIOS in hunc librum scripsit Jo. VARANDAEUS. Lugd. 1658. f.

16.

Περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν. De internis affectionibus. [Est in ed. LINDEN. to. II. p. 196. in ed. FROBEN. gr. p. 189. in edit. MERCUR. sect. III. p. 35. in ed. FOËSII sect. V. p. 91. in ed. CHART. to. VII. p. 638. —

Verſ. CORNAR. p. 258. HALLER. art m. pr. to. II. p. 401. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 174. K.]

EROTIANO non memoratus hic liber a GALENO variis ſub titulis, et quidem ſub Hippocratis nomine, citatur. Modo enim τὸν μείζονα περὶ παθῶν (in libr. VI. aph. 27. p. 263. to. IX.), modo τὸν δεύτερον περὶ νούσων τὸν μείζονα, modo περὶ ἐμπύων vocat. Confeciſſe hunc librum medicum ex Cnidia ſchola, jam FOESII (ſect. V. p. 282.) mens fuit, quem dein ſequuti ſunt Jo. H. SCHULZE in hiſt. med. per. I. t. III. c. 4. §. 28., HALLERUS bibl. med. pr. to. I. p. 74, GRUNERUS l. l. p. 160. atque GRIMMIUS l. l. Vol. III. p. 607. Et a medico ex hac ſchola eſſe compoſitum, adeoque quoniam, quid ſenſerint Cnidii, per exempla docet, valde memorabilem, probant multiplicata vehementer morborum genera, atque curandi methodus per fortiora purgantia, lac et lactis ſerum, quae Cnidiorum fuit, ut Hippocrates de diaet. ac. §. 1. 2. jam notaverat. Methodus quoque, in morborum deſcriptione ab Hippocrate obſervari ſolita, in hoc libro obſervata non eſt. Euryphontem ejus auctorem fuiſſe, Foëſius, ſed parum firma conjectura, autumat.

CODICES *graeci* ſunt in bibl. reg. Pariſ. no. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2148. 2245. in bibl. Medicea. Bandini III. p. 43. Mutilus, a Busbeckio Conſtantinopoli comparatus reperitur in bibl. Vind. Conſ. de Neſſel catal. part. III. p. 19.

COMMENTARII. Praelect. in hunc librum edidit FRC. DE S. ANDRE. Cadom. 1687. 12. et Jo. MARTINI. Pariſ. 1637. 4.*

17.

Περὶ ὄψιος. De viſu. [Exſtat. in ed. LIND. to. II. p. 351. ed. FROB. gr. p. 521. ed. MERCUR. ſect. IV. p. 56. ed. Foës. ſect. V. p. 256. Edit. CHART. non habet, quamquam in contentorum to. . indice commemoratus eſt. Verſ. CORN. p. 669. HALLER. art. m. princ. to. III. p. 447. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 493. K.]

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 150 sur 963

©BIUM

SPONIO (in praef. ad aph. nov.) atque HALLERO (bibl. med. pract. tom. I. pag. 73.) principium libri περὶ παθῶν esse videtur, sed dicendi genus in utroque hoc libro non convenit. Liber hinc de oculorum affectionibus, quem auctor libri περὶ παθῶν se scripturum promiserat, hic de visu liber non est, quem quoque GALENUS non novit, neque EROTIANUS. Fragmentum alius libri esse videtur, et absque plurimo ordine scriptum.

CODICES *graeci* sunt in bibl. reg. Paris. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2254. 2545. In Medicea Bandini III. pag. 44.

HIPPOCRATIS de morbis et remediis oculi liber *arabice* exstat in libris Narcissi, Archiepiscopi Dublinensis. Cod. Brit. nr. 1212. Ketab alain men albeden le bokrath. Herbelot. p. 488.

[EDITIO *graeco-latina.* Ἱπποκράτους περὶ ὄψιος, Hipp. de visu libellus in memor. patris, Jo. Fr. JUGLERI separatim et emendatius edid. notisq. et alior. et suis illustr. Jo. H. JUGLER. Helmst. 1792. 8.* K.]

Oculorum scarificatio, quae in hoc libro primum proponitur, his libris ansam dedit: Jo. H. HAMPE diss. de scarificatione oculari Hippocratica. Duisburg. ad Rhen. 1721. 4.* — B. DAV. MAUCHARD ὀφθαλμόξυσις nov-antiqua, seu Woolhusiano — Hippocratica operatio, e textu graeco eruta. Tubing. 1726. 4.* — Jo. ZACH. PLATNER diss. de scarificatione oculorum. Lipsi. 1728. 4.* et in Opusc. tom. I. p. 39. — Ejusd. progr. de chirurgia ocularia. Lipsi. 1735. 4.* et in Opusc. tom. II. p. 49. — D. W. TRILLER exercit. de scarificatione et ustione oculorum, ab Hippocrate descripta. in Opusc. vol. I. p. 463.

18.

Περὶ νούσων. *De morbis.* Lib. I—IV. [Exst. in ed. LIND. to. II. p. 1. ed. FROBEN. gr. p. 129. cui adjicitur: πρῶτον Ἱπποκράτους γνήσιον ἢ. ed. MERCUR. sect. III. p. 96. ed. FOËS. sect. V. p. 3. ed. CHART. to. VII. p. 531. ed. MACK. to. II. p. 174. Vers. CORN. p. 180.

©BIUM

HALL. art. m. pr. to. III. p. 1. PIERER. bibl. iatr. to. II p. 26. K.] Exſtabant apud veteres libri *περὶ νούσων* ſub HIPPOCRATIS nomine, ſed non iidem, qui hodie ſub hoc nomine proſtant: quae enim veteres ex his libris citant, in iis non leguntur. GALENUS duos libros Hippocratis de morbis magnos duosque parvos habet, ipſique adeo FOËSIO ſect. V. p. 258. non conſtat, quinam de morbis minor primus Galeno dicatur. CAELIUS AURELIANUS etiam conſilia citat ex libro Hippocratis de morbis, quae ſaltem in his, quas nunc enarro, libris non leguntur. Galenus quoque, Foëſio monente, l. c. *τυφανίην* memorat ex libro de morbis, quae in his non reperitur. Hinc alios libros veteribus exſtitiſſe Hippocratis de morbis, aut hos, qui nobis ſuperſunt, valde eſſe mutilatos, certum eſt. Alterum de morbis librum GALENUS comm. I. in Hipp. epid. VI. text. 29. p. 387. 388. tom. IX. citat, et *τὸν περὶ νούσων Ἱπποκράτει γεγραμμένον* vocat, alios autem de morbis et de paſſionibus libros Hippocratis ſuis temporibus exſtitiſſe, inde patet quod libri de paſſionibus internis initium (in VI. aph. 27. p. 263. tom. IX.) atque loco modo citato et hujus libri prima verba adduxerit, atque locum *περὶ πελίης νούσου*, qui in hoc libro de morbis altero §. 66. p. 90. tom. II. Lind. occurrit, citaverit et magna ex parte in commentarios ſuos transſcripſerit. Alter itaque, qui in Hippocratis operibus proſtat, de morbis liber Galeno ſimpliciter *περὶ νούσων* dictus eſt. Hunc vero alterum noſtrum librum priſcis temporibus *primum de morbis* fuiſſe, ex Caelii Aureliani citatione alterius libri de morbis perſpicitur, qui loca quoque quaedam ex eo dedit, quae in tertio, qui de morbis in Hippocratis operibus eſt, libro, reperiuntur, quod, collatis locis Caelii, libr. III. chron. cap. 4. p. 191. cum libr. III. de morbis §. 11. p. 112. Lind. tom. II. et loc. libr. III. acutor. morbor. cap. 17. p. 240. cum libr. III. de morb. §. 15. p. 105. tom. II. Lind. manifeſte intelligitur. Et hic ſecundus et tertius

©BIUM

de morbis liber ſine dubio *περὶ νούσων ά* et *β'* eſt, quem EROTIANUS p. 22. ceu Hippocrateum citat. Sed primus liber et quartus de morbis quosnam titulos habuerint, difficulter penitus eruitur. Libri enim *περὶ παθῶν* et *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* cum titulis libri I. et IV. de morbis confuſi a veteribus ſunt. Liber *περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν* Galeno in VI. aph. 27. *ὁ μέγας περὶ παθῶν* dicitur. Duos vero de morbis magnos, et duos parvos aliquoties memoravit Galenus in exegeſi vocum Hippocratis, adeoque liber primus et quartus de morbis et liber de affectionibus tres ſunt, quos Galenus, et quidem *duos parvos de affectionibus* vocavit, unus vero ex majoribus de affectionibus fuit.

Antiquos jam de vero horum librorum auctore incertos fuiſſe, Dioſcoridemque librum de morbis ineditis libris II. Hippocrati, Theſſali filio, adſcripſiſſe, Galenus comm. I. in Hipp. epid. VI. text. 29. p. 387. tom. IX. memorat. Alios POLYBO libros *de morbis* tribuiſſe, ex Galeno liquet ad VI. aph. 1. p. 248. tom. IX. Galenum ſaltim *de morbis* libros, quos noverat, Hippocrate dignos non cenſuiſſe, ſed ſpurios, intelligitur ex II. comment. in libr. Hipp. de diaeta acutor. text. 38. p. 63. tom. XI. Et ſane, ſi etiam ordo, qui concinnus in iis utique eſt, non deſideratur, deſideratur tamen Hippocratis doctrina, ingenium, exacta morborum enarratio et medelae ſimplicitas. Multa Cnidiorum ingenium redolent, indeque non eſt, quod diſſentiamus a FOESIO, qui hos libros ei tribuit, qui librum *περὶ γυναικείων* ſcripſerit, et quidem medico ex ſchola Cnidia. Eandem ſententiam HALLERUS bibl. med pract. tom. I. p. 71. et GRUNERUS p. 155. habent. Alterius tamen libr. IV. ſcriptoris videri, Hallerus putat, qui poſt Ariſtotelem vixerit. vid. biblioth. botan. tom. II. p. 620. et Hier. Cardan. de ſanit. tuend. lib. III. [Hippocrati abjudicat Reines. epiſt. 49. ad Hofmannum p. 451.]

CODICES graeci *quatuor de morbis librorum* exſtant in biblioth. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143.

©BIUM

2144. 2148. 2254. 2545. In bibl. Medicea Bandini III. p. 42. — Libri III. priores exſtant in bibl. Vindobonenſ. Lambec. VI. p. 85. et de Neſſel. part. III. p. 20. nr. 4.

EDITIONES. Gr. et lat. prodierunt ex verſ. GEORG. PYLANDRI. Pariſ. 1540. 4. FALC. RAST. (Graec. lat. cum praelection. Jo. Martini, ed. a M. Renato Morello, Par. 1637. 4. Muſ. Brit.) [Gr. et gall. auctore de MERCY. Titulum invenies ſupra 15. p. CXXVII. K.]

COMMENTARII. PETRI SALII Diverſi comm. in quatuor Hipp. libr. de morbis. Francof. 1602. fol.* 1612. fol. LIND. 1646. fol.* — G. D. COSCHWITZ de ſpadone Hippocratico lib. I. de morbis. Hal. 1721. 4.* — G. E. STAHL de febre lethifera Hipp. ad libr. de morb. II. 4. Hal. 1711. 4. — ANDR. O. GOELICKE de morbo ructuoſo Hipp. de morb. libr. II. Francof. ad Viadr. 1734. 4. — J. GFR. BRENDEL pr. de morbo craſſo Hipp. Gott. 1747. in Opuſc. part. I. p. 166.

19.

Περὶ γυναικείων. ά. β'. De mulierum morbis. [Exſtat in ed. LIND. to. II. p. 415. ed. FROB. gr. p. 231. ſed alter videtur ordiri a verbis: *Ἦν ῥόος ἐν τῇσι μητρῇσιν.* nam a §. 108. p. 500. edition. Lind. deficit quaedam particula in CORNARII verſione, ſimiliterque Foës. haud ſatis reſpondet editioni Froben. et Lind. in ed. MERCUR. ſect. III. p. 217. in ed. FOES. ſect. V. p. 152. in ed. CHART. to. VII. p. 728. Secundus vero p. 794. a verbis incipit: *Ῥόος λευκὸς ἐν τῇσι γεραιτέρῃσι* etc. quae apud Lind. p. 529. §. 1. leguntur. Verſ. CORN. p. 309. HALL. art. m. pr. to. III. p. 161. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 272. K.] EROTIANO et GALENO probe notus hic liber, ab illo inter Hippocratis ſcripta relatus, ab hoc vero non plane dignus Hippocrate habitus comm. III. in II. epid. Hipp. t. 95. p. 179. tom. IX. et in permultis ſpuriis Hippocrateis libris citatus, v. g. *περὶ ἐλλεβορισμοῦ*, p. 612. tom. I. Lind. *περὶ γονῆς*, *περὶ ἀφόρων*

©BIUM

περὶ νούσων, ab omnibus pro ſpurio habitus eſt, Lemoſio, qui ejus ne quidem meminit, Mercuriali, Hallero, Grunero. Profectus eſſe videtur ab eo, qui librum IV. *de morbis*, librum *de genitura*, *de virginum morbis* et de *helleboriſmo* confecit, notante quoque FOËSIO ſect. V. p. 306. Ad libros, ex Cnidiorum mente ſcriptos, GRUNERUS p. 172. refert. Et ſane morborum deſcriptiones plurimas fugitivo calamo exaratas et medicamentorum farraginem inconditam, quam vix ab Hippocratis aetate exſpectaveris, continent. Notha ſeu adjecta, quae a p. 520. tom. II. Lind. leguntur, Foëſius ex membranis Vaticanis adpoſuit. vid. not. ad hunc libr. FOES. ſect. V. p. 331. Secundus liber continuatio prioris eſt, et, quod voces eaedem teſtantur, in utroque libro repetitae, ab eodem auctore compoſitus.

CODICES *graeci* exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. duo 2141. duo 2142. duo 2143. duo 2144. duo 2146. duo 2242. duo 2548. In bibl. Vaticana. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 45. In Vindobonenſi Lambec. V. p. 85. de Neſſel. part. III. p. 20. nr. IV. — *Arabice* Herbelot.

EDITIONES. Liber I. prodiit interprete MAUR. CORDAEO. Pariſ. 1585. fol. Baſil. 1586. 4. Et in Gynaeceorum tom. III. Et in Gynaeceis ISR. SPACH. Arg. 1597. fol.*

20.

Περὶ παρθενίων. De virginum morbis. [Exſtat in ed. LIND. to. II. p. 355. ed. FROB. gr. p. 213. in ed. MERCUR. ſect. III. p. 343. ed. FOËS. ſect. V. p. 124. ed. CHART. to. VII. p. 679. Verſ. CORNAR. p. 286. HALLER. art. med. pr. to. III. p. 409. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 451. K.] Veteribus ignotus liber, qui ejusdem auctoris eſſe videtur, qui libros *περὶ γυναικείων* ſcripſit. Prooemium librorum de muliebribus FOËSIO ſect. V. p. 291. eſſe videtur. GRUNERUS p. 170. auctori libri *περὶ ἱερῆς νούσου* eum tribuit, cum quo in cauſis pertractandis aliquo modo convenit.

©BIUM

CODICES *graeci* exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2545. In Medicea Bandini III. p. 45.

EDITIO. MAURITII CORDAEI edit. graec. et lat. cum adnotat. prodiit Pariſ. 1574. 8.*

COMMENTARII. JO. B. DONATI comm. Luccae. 1582. 4. FALC. Francof. 1591. 8. CLAUDII TARDY paraphraſis in libr. de virginum morbis. Pariſ. 1648. 8. BURM. — JO. STEPHANI comment. Venet. 1655. fol.

21.

Περὶ γυναικείης φύσιος. De mulierum natura. [Exſt. in ed. LIND. to. II. p. 358. ed. FROB. gr. p. 213. ed. MERCUR. ſect. III. p. 187. ed. FOËS. ſect. V. p. 126. ed. CHART. to. VII. p. 681. Verſ. CORN. p. 287. HALL. art. m. pr. to. III. p. 331. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 410. K.] Excerpta plurima continet ex libris *περὶ γυναικείων*, notantibus FOËSIO ſect. V. p. 292. et HALLERO bibl. med. pract. tom. I. p. 71. et inſuper morbos et medicamenta infinite multiplicata, multa quoque contra Hippocrateae ſcholae mentem dicta, medicamenta foetum corrumpentia, abortum concitantia. [Egit THEOD. GEORGIADIS in diſſ. de morbis uteri ſec. Hippocratis librum *περὶ γυναικείης φύσιος*. Jen. 1797. 4. K.]

CODICES. *Graeci* ſunt in bibl. reg. Pariſ. nr. 2141. 2142. 2144. 2254. 2545. In Medicea Bandini III. p. 45. (De feminea natura et de feminarum morbis, Fab. Calvo interpr. Par. 1526. 12. Muſ. Brit.)

22.

Περὶ ἀφόρων. De ſterilibus. [Exſt. in ed. LINDEN. to. II. p. 615. ed. FROB. gr. p. 290. cui ad calcem adjicitur: *νόθα, τῇ τελευτῇ τοῦ πρώτου περὶ γυναικείων βιβλίου προσκείμενα.* ed. MERCUR. ſect. III. p. 318. ed. FOËS. ſect. V. p. 242. ed. CHART. to. VII. p. 843. Verſ. CORNAR. p. 386. HALL. art. m. pr. to. III. p. 385. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 454. K.] Librorum *περὶ γυναικείων* veluti adpendix, quam EROTIANUS citat p. 22. et

©BIUM

GALENUS in gloſſar. et in comment. III. in II. epid. Hipp. text. 35. p. 179. tom. IX. verum non ceu talem, qui ab Hippocrate profectus ſit.

CODICES *graeci* exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2145. 2146. 2254. 2545. In Medicea III. p. 45.

23.

Περὶ ἐπικυήσιος. De ſuperfoetatione. [Exst. in ed. LIND. to. II. p. 645. ed. FROBEN. gr. p. 48. ed. MERCUR. ſect. III. p. 333. ed. FOËS. ſect. III. p. 41. ed. CHART. to. VII. p. 860. in ed. MACK. to. I. p. 264. Verſ. CORNAR. p. 66. HALLER. art. m. princ. to. II. p. 103. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 173. K.] Sive, ut Hier. Mercurialis ſcribit, *περὶ κυήσιος καὶ ἐπικυήσεος*, cenſ. p. 36. a veteribus non memoratus.

CODICES exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2254. 2545.

24.

Περὶ ἱερῆς νούσου. De morbo ſacro. [Eſt in ed. LIND. to. II. p. 324. ed. FROB. gr. p. 122. cui ſtatim ſubjicitur: *οὐ γνησίου Ἱπποκράτους, ἀξιολόγου δὲ ἀνδρὸς φησὶ ὁ Γαληνὸς, καὶ κατὰ τὴν ἑρμενείαν καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν. Ἱπποκράτους δὲ οὐδὲν ἐν αὐτῷ, οὔτε κατὰ τὸν τρόπον τῆς ἑρμηνείας, οὔτε κατὰ τὸ τῆς διανοίας ἀκριβές.* in ed. MERCUR. ſect. III. p. 344. ed. FOËS. ſect. III. p. 84. ed. CHART. to. X. p. 475. ed. MACK. I. p. 352. Verſ. CORN. p. 172. HALL. art. m. pr. to. III. p. 411. PIERER. bibl. iatr. to. II. 475. K.] Memorat hunc librum inter Hippocrateos EROTIANUS p. 22. et GALENUS, etſi alio loco, (comm. in VI. epid. VI. text. 7. p. 550. tom. IX.) auctorem non dicat; alio tamen loco (comm. I. in Hipp. prognoſt. text. 4. p. 588. tom. VIII.) Hippocratis eſſe differte aſſerit. CAELIUS quoque AURELIANUS I. diut. cap. 4. p. 219. cum ad

Hippocratem refert, nec non ex recentioribus FOËSIUS sect. III. p. 145. JUL. CAES. SCALIGER in comm. in Hipp. de insomniis atque TRILLERUS in epist. med. critic. super I. et III. epid. p. 196. 197. in Opusc. vol. II. DEMOCRITO hunc librum adscribere non dubitarunt ANDR. CAESALPINUS lib. V. art. med. cap. 1. et ANTONIUS PONCE DE SANCTA CRUCE in praelect. Vallisoletanis s. comm. ad hunc librum. Vid. MENAG. ad Laert. p. 414. PHILOTIMO cuidam tribui, TRILLERUS refert l. c. [De titulis atque argumento libri vid. PETRUM PETITUM ad Aretaeum p. 77.]

Memorabilis ceterum liber, qui supernaturales morborum causas plane rejicit atque elegans, totus dogmaticam scholam jam efformatam redolet, adeoque ipso Hippocrate recentior est Neque oratio Hippocrateae brevitati respondet. Indeque hunc librum pro spurio quoque habuere LEMOSIUS, qui eum ad Hippocratem, Draconis filium, refert cap. 7. p. 33. HIER. MERCURIALIS, p. 33. qui simul memorat, in codicibus graecis ante hunc librum censuram oppositam legi, in qua scriptor testatur, eum minime germanum esse Hippocratis, HALLERUS, bibl. med. pract. tom. I. pag. 69. atque GRUNERUS p. 162.

CODICES *graeci* sunt in bibl. reg. Paris. Nr. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. In Bibl. Vindobon. Lambec. VI. p. 85. et de Nessel. part. III. p. 19. nr. IV. In Bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 43.

COMMENTARII. PONTII DE SANCTA CRUCE praelectiones Vallisoletanae in hunc libr. Madrit. 1631. fol.* [quas valde laudat Casaubon. lib. de enthusiasmo, cap. 2. p. 21. et cap. 3. p. 67. HEUMANN.]

25.

Περὶ μανίης. De insania. [Exst. in ed. LINDEN. to. II. p. 345. ed. FROB. gr. p. 535. ed. MERCUR. sect. IV. p. 77. ed. FOËS. sect. VIII. p. 19. edit. CHART. to. I. p. 26.

©BIUM

Verſ. CORNAR. p. 685. HALLER. art. m. pr. III. p. 431; PIERER. bibl. iatr. librum hunc non habet. K.] Citat auctor libri, veteribus non memorati, de *morbo ſacro* librum etepidem. V. Ipſe vero hic liber citatur in Hippocratis ad Damagetum p. 916. tom. II. Lind. epiſtola.

CODEX *graecus* eſt nr. 2140. bibl. reg. Pariſ. imperfectus.

EDITIO. Seorſim prodiit cum nonnullis aliis Hippocrat. interprete JANO CORNARIO. Colon. 1542. 8. GUNZ. Baſil. 1582. 8. —

26.

Περὶ φαρμάκων. De purgantibus. [Exſtat in edit. LIND. to. I. p. 607. ed. MERC. ſect. IV. p. 93. ed. FOËS. Genev. 1657. ſect. VIII. ante indicem, nulla pagina numeris notata, occ. hicce liber. c. comm. Heurnii. Vers. lat. in HALLER. art. med. pr. to. IV. p. 238. in PIERER. bibl. iatr. t. II. p. 505. K.] Sive *περὶ καθαιρόντων φαρμάκων*, multa ex aphoriſmis habet, et a veteribus non memoratur. Liber *φαρμακίτιδος*, hodie deperditus, quem auctor libri *de morbis* aliquoties citat, non eſt, quum de alvi purgatione, ſecundum quatuor humores inſtituenda, tantum agat.

CODICES. An ſit liber de ſolutivis, cujus cod. exſtat in bibl. Mertonienſ. no. 729. Cod. Brit. dubium eſt. Exſtat et codex graecus, ni fallor, in Mſ. Js. Voſſii. Montfauc. in bibl. Anglican. nr. 2297. I. p. 677.

EDITIONES. Graece Jo. CAJUS, cum quibusdam ſcriptis Galeni edidit. Baſil. 1544. 4. — Graece ad calcem breviarii *Nicephori Conſtantinopolitani* ex Cujaciano codice deſcriptum edidit DIONYS. PETAVIUS. Pariſ. 1616. 8. gr. et lat. ex proprio cod. et cum notis edidit F. MORELLUS. Pariſ. 1617. 12. 1621. 12.

Gr. et lat. cum interpr. et comm. Jo. HEURNII, in libro: *Hippocratis Coi prolegomena et prognoſticorum*

©BIUM

libri III. Lugd. Bat. 1703. 4.* p. 108. et ſaepius vid. ſupr. ſub prognoſt.

Ad calcem poſtremae edit. FOËSII. Genev. 1657. fol. cum HEURNII interpretatione et notis. Latine cum *Rhaſis* opuſc. et aliis, titulo Hipp. de farmaciis. Venet. 1497. fol.* cum Guinterii anat. inſtitut. et Theophili de corporis humani fabrica libr. V. prodiit GUINTERIO interpr. Baſil. 1539. 4.* cum APICIO et aliis de medicamentorum uſu Pariſ. 1541. 8. Inter medicos antiquos graecos, ex verſ. Junii Pauli Craſſi. Baſil. 1541. 4. p. 147.

27.

Περὶ ἐλλεβορισμοῦ. De veratri uſu. [Exſt. in ed. LINDEN. to. I. p. 610. ed. FROB. gr. p. 27. ed. MERCUR. ſect. IV. p. 78. ed. CHART. to. I. p. 27. Verſ. CORNAR. p. 686. HALLER. art. m. princ. to. IV. p. 241. PIERER. bibl. iatr. non habet. K.] Initium libri *περὶ ἐλλεβορισμοῦ* eſſe librum *περὶ φαρμάκων* HEURNIUS p. 108. putat; ſed num hunc intellexerit, dubium eſt. Excerptus eſt hic liber ex aphoriſmis, praenotionibus, praedictionibus et libro de diaeta acutorum, quos libros omnes ſe ſcripſiſſe auctor adfirmat. Librum quoque *de morbis mulierum*, ceu ſuum, memorat.

28.

Περὶ ὑγρῶν χρήσιος. De humorum utilitate. [Exſt. in ed. LINDEN. to. I. p. 599. ed. FROB. gr. p. 112. MERCUR. ſect. III. p. 419. ed. Fo¨s. ſect. IV. p. 96. ed. CHART. to. VI. p. 443. Verſ. CORNAR. p. 164. HALLER. art. m. pr. to. IV. p. 230. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 497. K.] Conſarcinatus liber ex aphoriſmis aliisque FOËSIO monente ſect. IV. p. 33. membranis, neque ab EROTIANO et GALENO memoratus, adeoque ſpurius, etſi Jo. NARDIO ideo legitimus videatur, quod veteres ejus paſſim meminerint.

©BIUM

CODICES ſunt in bibl. reg. Pariſ. nr. 2253. 2254.

COMMENTARIUS in hunc libr. Jo. NARDII exſtat in nocte geniali prima. Bonon. 1656. 4.

29.

Περὶ φυσῶν. De flatibus. [Exſt. in ed. LINDEN. to. I. p. 299. ed. FROB. gr. p. 117. ed. MERCUR. ſect. II. p. 23. ed. FOËS. ſect. III. p. 78. ed. CHART. to. VI. p. 213. in ed. MACK. I. p. 339. Verſ. CORNAR. p. 117. HALLER. art. m. pr. to. III. p. 433. PIERER. bibl. iatr. to. II. p. 1. K.] Referunt hunc librum ad Hippocratem EROTIANUS p. 22. atque GALENUS, nec non GREGORIUS NAZIANZENUS, Jo. STOBAEUS, alii. MERCURIALIS ſecundae claſſi accenſet, et jure quidem: mere enim ad *θεωρίαν* ſpectat, neque conſcriptus eſſe poteſt, niſi poſt Hippocratis tempora, efformata penitus dogmaticorum ſecta. Ad Pneumaticorum tamen, quod CLERICUS quidem credidit, hiſt. de medic. part. I. lib. III. 4. p. 137., ſectam non pertinet, quod probavit Cl. OSTERHAUSEN in diſſ. exh. hiſtoriam pneumaticorum. Altorfii, 1791. 8.

CODICES *graeci* exſtant in Bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2143. 2144. 2253. 2545. In Bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 44. Graecus eſt forſan codex, qui exſtat in bibl. Jo. Mori, episc. Norvicenſ. nr. 9239. Montfauc. I. p. 687. *Graecum* hujus libri codicem in bibl. Vaticana nr. 216. memorat Foëſius, in not. in libr. de offium natura. *Latini* in biblioth. reg. Pariſ. nr. 7023. 7063.

EDITIONES. Prodiit gr. et lat. JANO CORNARIO interprete. Baſil. 1529. 4. GUNZ.

Vertente ADRIANO ALEMANNO cum commentar. Pariſ. 1557. 8.*

©BIUM

Jo. Morisoti commentarium graec. citat Spachius p. 86.

Interprete Franc. Philelpho, aut Constantino Lascari. Parisiis 1525. 12. Houss. —

Latine vertente Fabio Calvo. 1527. 12.

30.

Περὶ ἀδένων. De glandulis. [Exstat in ed. Lind. to. I. p. 414. ed. Froben. gr. p. 56. ed. Mercur. sect. IV. p. 51. ed. Foës. sect. III. p. 52. ed. Chart. to. IV. p. 271. ed. Mack. to. I. p. 288. Vers. Cornar. p. 78. Haller. art. m. pr. to. II. p. 40. Pierer. bibl. iatr. to. I. p. 147. K.] Scripturum se auctor libri *περὶ ἄρθρων* §. 12. p. 768. tom. II. Lind. librum *περὶ ἀδένων οὐλομελίης* promiserat, qui hic *περὶ ἀδένων* non est, notante jam Galeno in comm. I. in libr. Hippocr. de artic. text. 46. p. 314. tom. XII. sed a juniore medico scriptus, qui et dicendi genere et ingenio multum ab Hippocrate Coo superatur. Commemorari hunc librum a nullo veterum medicorum, nec ab iis, qui indices scripserunt, Galenus l. cit. refert. Nec Erotianus hunc librum memorat.

CODEX exstat in bibl. reg. Paris. nr. 2254. — [conf. Saxe diss. Observat. medicae. Utrecht. 1782. p. 3.]

31.

Περὶ ὀδοντοφυΐης. De dentitione. — [Exstat in ed. Lind. to. I. p. 590. ed. Frob. gr. p. 53. ed. Mercur. sect. IV. p. 55. ed. Foes. sect. III. p. 49. ed. Chart. to. VII. p. 871. ed. Mack. to. I. p. 281. Vers. Cornar. p. 74. Hall. art. m. pr. to. II. p. 123. Pierer. bibl. iatr. to. I. p. 453. K.] Non memoratus ab Erotiano atque Galeno, fere practici argumenti est, et ad imitationem dictionis Hippocrateae conscriptus.

CODICES *graeci* sunt in bibl. reg. Paris. nr. 2146. 2254.

©BIUM

32.

Περὶ διαίτης. ά. β'. γ'. De victus ratione I. II. III. [Exſt. in edit. LIND. to. I. 179. ed. FROBEN. gr. p. 81. edit. MERCUR. ſect. III. p. 179. ed. FOËS. ſect. IV. p. 6. CHART. to. VI. p. 447. edit. MACK. to. II. p. 7. Verſ. CORNAR. p. 124. HALLER. [art. med. pr. to. IV. p. 1. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 205. K.] Ab EROTIANO non memoratus hic liber, modo *περὶ διαίτης* a GALENO inſcribitur in I. libr. de alimentor. facult. cap. 6. p. 314. et cap. 28. p. 329. tom. VI. modo *περὶ διαίτης ὑγιεινῆς*, in comm. I. in Hippocr. de diaeta acutor. text. 17. p. 15. tom. XI., modo *ὑγιεινὸν διαιτητικόν. Περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ διαίτης* inſcribi librum, in tres partes diviſum, idem GALENUS I. de alim. facult. cap. 1. p. 306. tom. VI. refert. Totum vero hunc librum antiquiſſimum eſſe, Galenus teſtatur; verum non Hippocratis, et aut referri ad *Euryphontem* aut *Phaontem* aut *Philiſtionem Locrum* (de quo vid. quae viri docti ad Gellium XVII. 11. et ad Diog. Laert.) aut ad *Ariſtonem*, aut ad *Pherecydem* aut ad *Phileten* vel ad alium quendam veterum: multis enim hunc librum eſſe adſcriptum. Monet vero ſimul, hos viros omnes priscos eſſe, nonnullos quidem Hippocrate vetuſtiores, alios ei coaevos fuiſſe. Verba ejus haec ſunt: *εἰ γὰρ καὶ μὴ Ἱπποκράτους ἐστὶν ἐκεῖνο τὸ βιβλίον, ἀλλ' Εὐρυφῶντος, ἢ Φαῶντος, ἢ Φιλιστίωνος, ἢ Ἀρίστωνος, ἢ τινος ἄλλου τῶν παλαιῶν, εἰς πολλοὺς γὰρ ἀναφέρουσιν αὐτὸ, πάντες ἐκεῖνοι τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν εἰσιν, ἔνιοι μὲν Ἱπποκράτους πρεσβύτεροι, τινὲς δὲ συνηκμακότες αὐτῷ.* Comm. I. in libr. de diaet. in acut. text. 18. p. 14. 15. tom. XI. confer locum fere penitus eundem, niſi quod auctorem Hippocratem hujus libri a quibusdam haberi referat, in libr. I. de alim. facult. cap. I. p. 306.

Et haec quidem GALENI ſententia de toto hoc libro fuit, non de primo tantum, ut quidam haec Galeni loca intellexerunt. *τὸ πρῶτον ἀφέστηκε πάμπολλα*

©BIUM

τῆς Ἱπποκράτους γνώμης judicium GALENI de primo eſt l. c. de alim. facult. et maximam partem ex Heracliti philoſophia petita continet. [Vid. GRUNER. cenſ. p. 96.]

Alterum Hippocrate ſatis dignum GALENUS l. c. ex libr. I. de alim. cap. 1. cenſet; ejus vero duplex initium fuiſſe refert, quod ex libri principiis ipſis, quae exhibuit, intelligitur. Aliis ſcilicet in exemplaribus initium libri a §. 7. edit. Lind. tom. I. p. 214. fuit: σιτίων δὲ καὶ πομάτων δύναμιν ἑκάστων, κ. τ. λ. in aliis vero a §. 1. p. 210. χωρέων δὲ θέσιν, κ. τ. λ. Multa ex hoc libro Celſum mutuaſſe, FOËSIUS ſect. IV. p. 106, refert. Multa praeterea, praeſertim, quae ad anatomen pertinent, adjecta eſſe huic libro, Galenus ſuſpicatur libr. VI. de Hippocr. et Platonis decretis cap. 3. p. 186. 187. tom. V.

De tertio libro GALENUS judicium ſuum non tulit, niſi quod generatim dicat, omnes tres libros ad Hippocratem referri a quibusdam. Ad *Herodicum Selybrianum*, medicinae gymnaſticae auctorem, refertur hic liber a CLERICO hiſt. de med. part. I. lib. III. 13. p. 177. quoniam in eo gymnaſiorum exercitia ad bonam valetudinem vehementer commendantur. Diverſorum auctorum hos tres libros opus eſſe, ipſa eorum lectio probat.

CODICES *graeci* librorum III. ſunt in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2142. 2143. 2144. 2148. 2254. 2545. In Bibl. Vindob. de Neſſel. part. III. p. 20. nr. IV. In Bibl. D. Marci Venet.. In Medicea Baudini III. p. 42. In biblioth. Bodlejana codex latinus eſt nr. 3541. Liber I. ſolus exſtat in bibl. reg. Pariſ. nr. 7027.

EDITIO exſtat nulla.

COMMENTARII. DES MAIZEUX explication d'une paſſage d'Hippocrate dans le livre de la diète in hiſtoire de la republique des lettres tom. XI. p. 52. ſq. et ibid. p. 290.

Jo. MATTH. GESNER ψυχαὶ Ἱπποκράτους. Gott.

©BIUM

1737. 4.* vid. ſuppl. ad Nov. act. erud. tom. III. ſect. X. p. 449. et in Comm. ſoc. reg. Gott. tom. III. — Diſſertation ſur l'origine des êtres animés ſuivant le ſyſtème d'Hippocrate, par Mr. HEINIUS, in: Mémoir. de l'Acad. Royale des ſciences de Berlin. 1745. p. 101.

33.

Περὶ ἐνυπνίων. De inſomniis. [Exſtat in ed. LIND. to. I. p. 633. ed. FROBEN. gr. p. 106. ed. MERCUR, ſect. III. p. 496. ed. FOËS. ſect. IV. p. 44. ed. CHART. to. VI. p. 511. ed. MACK. to. II. p. 78. Verſ. CORNAR. p. 156. HALLER. art. med. pr. to. IV. p. 88. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 443. K.] Ob initium libri hujus: *περὶ δὲ τῶν τεκμηρίων τῶν ἐν τοῖσιν ὕπνοισιν* FOESIUS ſect. IV. p. 113. hunc librum pro continuatione lib. III. de diaeta habet, et HALLERUS ejusdem ſententiae eſt in bibl. med. pract. tom. I. p. 80. Similia enim praecepta de alimentis addendis, detrahendis, de medicina gymnaſtica in eo proponuntur.

CODICES *graeci* exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2145. 2144. 2254. 2545. In bibliotheca Vindobonenſi de Neſſel. cat. Ms. graec. bibl. Vindob. part. IV. nr. 192. p. 109. In Medicea Bandini III. p. 44. [inter codices gr. MSS. Nanianos p. 442.]

EDITIONES. *Graece* editus eſt apud Morellum. Pariſ. 1557. 12.* vid. ſub prognoſtico titulum.

Gr. et lat. cura JUSTI VELSII. Baſil. 1543. 4.

Gr. et lat. cum aliis apud Morellum. Pariſ. 1557. MAITTAIR.

Latine. Editionem anni 1479. citat SPACHIUS in elench. medic. p. 82.

ANDREA BRENTIO interprete. 4. ſ. loc. et anno.* 15. foliorum, ſine titulo, cuſtodibus, ſignatura et paginarum numeris. Praemiſſa eſt Andr. Brentii epiſt. ad Zachariam Barbarum, Venetorum oratorem, deinde Brentii epiſtola ad Sixtum (Xyſtum vocat) Pontificem,

©BIUM

posteaque fol. 5. liber *de insomniis* sequitur. Post hunc librum Brentii epistola ad Ni. Gupalatinum legitur. Descripsit hunc librum probavitque eum anno 1471. et quidem Romae typis esse excusum M. Denis in den Merkwürdigkeiten d. K. K. Garellischen Biblioth. nr. 114. p. 207. 208.

Apud *Symphorianum Campegium*, saec. XV. ut videtur, vergente. — In Rhazis et alior. opusc. collect. Veneta. et quidem ex A. Brentii versione, mox descripta, cum epist. Brentii ibi dictis omnibus 1497. fol. Et in Articella. Vertente Fabio Calvo cum aliis. 1527. 12.

Justo Velsio interprete. Antverp. 1541. 8.† Aug. Ferrerii liber de somniis, Hippocratis de insomniis, Galeni de insomniis, Synesii de somniis. Lugd. 1549. 12.* — cum Jul. Caes. Scaligeri versione et commentario atque Asistotelis libellis de somno, vigilia, insomniis et divinatione. Lugd. 1538. 4. Rast. [Lugd. 1549. 12. Mus. Brit.] Genev. 1561. fol. ad calcem ejusdem librorum VII. poëtices. Genev. 1561. fol. Catal. bibl. Bunav. I. p. 95. Giess. 1610. 8. Amst. 1658. 12. — Auctus et recognitus idem l. fol. s. loc. et ann. Gunz. — J. Colle de cognitu difficilibus in praxi ex libro Hippocr. de insomniis. Venet. 1628. 4.

34.

Περὶ φύσιος ἀνθρώπου. De hominis natura. [Exst. in edit. Lind. to. I. p. 263. ed. Frob. gr. p. 21. ed. Mercur. sect. I. p. 4. ed. Foës. sect. III. p. 3. ed. Chart. to. III. p. 91. ed. Mack. to. I. p. 195. Vers. Cornar. p. 30. Haller. art. med. pr. to. I. p. 33. Pierer. bibl. iatr. to. I. p. 65. K.] Si, quod quidem Galenus credidit in comm. I. in hunc librum text. 1. p. 94. 95. tom. III. et text. 42. p. 126. Plato hunc librum coram oculis habuit, quum animi naturam secundum Hippocratis methodum se investigaturum diceret in

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 166 sur 963

©BIUM

Phaedro p. 371. vol. X. edit. Bipont. hic liber ex Hippocratis omnibus is foret, cujus genuinae origines ab antiquiſſimo viro eſſent probatae. Sed Platonem ad hunc in hoc loco librum reſpexiſſe dubium eſt, et, licet hujus libri mentionem faciant EROTIANUS p. 22. GALENUS, PALLADIUS comm. in libr. Hippocr. de fract. ſect. VI. p. 247. FOËS. et MACROBIUS in VI. ſaturn. cap. 5. omnesque hi illum pro genuino habeant; tamen GALENI jam temporibus quidam fuere, qui eum pro ſpurio haberent; et quidem alii Galeno antiquiores, alii vero ipſi coaevi et ſtudio contradicendi Galeno, ut ipſe narrat, in comm. I. ad hunc libr. prooem. p. 94. 95. tom. III. permoti. Quosdam Polybo hunc librum tribuiſſe comm. I. in hunc libr. text. 42. p. 126. et text. 1. p. 95. et comm. II. p. 149., alios vero Theſſalo comm. II. in hunc libr. text. 1. p. 129. tom. III. ipſe Galenus refert.

Sed Galenus, qui ad hunc librum illuſtrandum non solum commentarios duos in eum ſcripſit, verum etiam peculiarem librum: *περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων*, qui in tomo III. edit. Chart. (to. I. p. 413—508. ed. Lips.) legitur, in defendendis genuinis originibus prioris partis hujus libri acerrimus eſt, quae ſuo tempore 240. *στίχους* continebat, humorumque naturam et conſtitutionem corporum ex calido, frigido, ſicco et humido docebat. Hanc partem eam eſſe, quae Hippocrateae doctrinae prima fundamenta contineat, et quam Plato jam legerit, adeoque ſumme germanam, non ſine acerbitate plurima in aliter ſentientes locis jam citatis inprimis in prooem. ad comm. I. in hunc librum notat. Eaque pars usque ad §. 17. partem plurimam edit. Lind. tom. I. p. 273. progreditur.

Quae in ultima parte §. 17. p. 273. edit. Lind. et in ſequentibus continentur, adjecticia putat, quae plurima, absque ullo ordine enarrata, ad pathologiam, therapeuticen atque diaetam pertinentia contineant. Haec Dioscorides in editione ſua aſterisco jam, cen

©BIUM

notha, notaverat, THESSALI, Hippocratis filii, esse suspicatus. vid. Galen. comm. II. in hunc librum text. 1. p. 129. tom. III. Alii POLYBO hanc partem adscripserant. (Gal. comm. II. in hunc libr. text. p. 149.). Et verius quidem: ARISTOTELES enim libr. III. de histor. animal. cap. 3. multa ex hoc libro ad verbum fere excerpsit, quae §. 20. p. 275. tom. I. Lind. leguntur, eaque Polybo expresse tribuit, ita, ut hic pro hujus saltim hujus libri partis vero auctore habendus sit, si, quod ego fere crediderim, non totius libri auctor existit. Ex multis aliis libris hanc partem esse compositam, et lectio illius probat, et ipsius Galeni testimonium, in prooem. ad comm. I. in hunc libr. p. 95. tom. III. Ejusdem cum GALENO sententiae et recentiores sunt, nisi quod vix certo dici posse, quae in hoc libro Hippocratis sint, statuant. conf. HALLER. bibl. anat. tom. I. p. 17. et art. med. princip. tom. I. p. 33. GRUNER. p. 99. sq. Antiquos hunc librum libris de diaeta adjunxisse, notat Foës. in not. ad hunc libr. sect. III. p. 95. [Vid. G. MANUELIS libri *περὶ φύσιος ἀνθρώπου*, qui inter Hippocraticos exstat, censura. Jen. 1797. 4. K.]

CODICES MSS. exstant graeci in bibl. reg. Paris. nr. 2140. 2141. 2142. 2144. 2146. 2253. 2254. 2545. et latinus nr. 6865. In bibl. Caj. Gonvill. Cantabrig. nr. 959. In bibl. S. Remigii Rhemens. nr. 548. Montfauc. II. pag. 1289.

Ketab al thabjut, de homine, opera HONAIN arabice versus, forsan hic liber est. vid. Herbelot. Exstat cum expositione Galeni arabice versus ab HONAINO, filio Isaac, Syro Jacobita in bibl. Palat. Medicea vid. ASSEMANNI codices orientales bibl. Palatinae Mediceae. Florent. 1742. fol. nr. 226. p. 354. Ejusdem HONAINI commentarius, sive potius paraphrasis in hunc Hippocr. lib. et Galeni comment. exstat in Bibl. Palatina Medicea nr. 226. ASSEMANN. ibid.

EDITIONES. Prodiit graece cura ALBANI TORINI, cum prognostico et jurejurando. Basil. 1536. 8.*

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 168 sur 963

©BIUM

[1543. 8. Muſ. Brit.] Pariſ. 1548. 4.* [Lugd. 1548. 1558. 12. Muſ. Brit.] Bremae 1584. 4. Lugd. Batav. 1627. 8. [Gr. lat. Lugd. 1570. 12. Muſ. Brit.] [Noviſſima ed. graeco-gallica prod. ſub titulo: Traités d'Hippocr. de la nature de l'homme, de l'ancienne médecine, des humeurs, de l'art médical, trad. en franç. etc. reliqua, uti paulo poſt §. XLVII. K.]

Latine. ANDR. BRENTIO vertente, in collect. Symphoriani Champerii in 8. ſine loco et anno edita.* Eadem verſio exſtat in operum quorundam Rhaſis coll. Venet. 1497. fol. In Articella. Andr. Brentio vertente. Lugd. 1506, 8. Paris 1516. 4. Cum Galeno de ſectis libro et Alexandro Aphrodiſeo, BRENTIO interprete. Pariſ. apud. H. Steph. 1518. 4. Cum Hippocr. de victus rat. in acutis liber de natura humana prodiit Brentio interprete. Pariſ. ex offic. Colinaei. 1524. 12.* — GUIL. COPO vertente. Lugd. 1525. 8. Ex recenſ. RABELAISII et quidem ANDR. BRENTIO interprete. Lugd. 1532. 12.* vid. titulum ſub prognoſtico. [Cum Pauli Sismi commentario Roterod. 1689. 12. laud. in Cat. Muſ. Brit.]

COMMENTARII. Jam ante Galenum plures in hunc librum erant commentati. Sabini in eum commentarium GALENUS citat in comm. II. in hunc libr. text. 22. p. 148. tom. III. Anonymi comment. lat. exſtat in bibl. reg. Pariſ. nr. 7026. Galeni in hunc libr. comment. exſtant lat. in bibl. Medicea plut. 59. Montfauc. I. p. 356. et in bibl. D. Marci Venet.

Galeni in hunc librum commentarii II. prodierunt latine, cum libro ipſo, HERMANNO CRUSERIO interprete. Pariſ. 1531. 4.* Iterum cum ipſo libro et Hippocr. de victus ratione ſalubri libro cum Galeni commentar. HERM. CRUSERIO interprete. Pariſ. 1534. 12.* Venet. 1538. 12. [Pariſ. 1539. 12. Cat. Muſ. Brit.]

ANDR. BRENTIO interprete. Lugd. 1549. 16.

JO. ROCHON. comm. in hunc libr. exſtant. in bibl.

reg. Parif. nr. 7025. Jo. Gostlini praelect. ms. in eundem in coll. Caj. Gonvill. Cantabrig. Cod. Brit. nr. 1127. Symphorianus Campegius hos commentar. in collectionem opusculorum recepit. — Praeter Jo. Guintherii et Jo. Stephani Bellunenfis enarrationes in hunc librum exftant Jac. Sylvii fcholia. Lugd. 1549. 16. Eustachii Quercetani cum fchol. in Galeni libr. III. de temperament. Bafil. 1549. 8.* Stephani Paparellae commentarii II. Venet. 1551. 4.* Jo. Bapt. Montani perioche. Venet. 1560. 8.

Blasii Hollerii cum textu graec. et lat. Galeni comment. latine factis. Bafil. 1536. 8.* 1562. 8.* et in Opp. Maceratae. 1582. fol.*

Lat. verfus cum textu graeco et paraphrafi explicatus ab Hier. Massario. Argent. 1558. Gunz. 1564. 4.* — lat. cum paraphrafi et explicat. Jacobi Scutellarii. Parm 1568. 8* et Jo. Fr. Schroeter. Jen. 1585. 8.*, qui Scutellarii paraphrafin fere repetiit. Jacobi Segeratae. Valent. 1596. Bodlej. — Jo. Heurnii. Lugd. Bat. 1609. 4.* et in Operib.* — Barth. Perdulcis in Jac. Sylvii anatomen. et in libr. Hipp. de natura humana commentarii. Parif. 1643. 4.*

Gallice vertit et commentarium addidit Jo. de Bourges. Parif. 1548. 16.

35.

Περὶ τροφῆς. De alimento. [Exft. in ed. Linden. to. I. p. 592. in ed. Froben. gr. p. 100. cui tamen ftatim adjicitur, hunc librum, auctore Galeno, non effe Hipporatis, fed aut Theffali, aut, ut alii mallent, Herophili; in ed. Mercurial. fect. I. p. 353. edit. Foës. fect. IV. p. 49. ed. Chart. to. VI. p. 238. ed. Mack. to. II. p. 89. Vers. Cornar. p. 161. Hall. art. m. princ. to. I. p. 102. Pierer. bibl. iatr. to. I. p. 154. K.] A Galeno, qui et IV. commentarios in hunc librum fcripfit, qui valde mutili ad nos pervene-

©BIUM

runt, et in libr. de optima conſtitut. cap. 3. p. 4. to.VI. pro genuino habitus, a nonnullis vero, HIERONYMO MERCURIALI p. 24. teſte, PHILISTIONI et PHERECYDI, vel THESSALO, vel HEROPHILO tributus, EROTIANO, p. 22. GELLIO III. noct. Attic. 16. PALALDIO, comment. in libr. Hippocr. de fracturis apud FOES. ſect. VI. p. 147. STEPHANO Athenienſi, in lib. I. Galeni ad Glaucon. p. 64. memoratus ab HIERON. MERCURIALI. p. 24. Jo. COSTAEO, Miscell. I. FOESIO, ſect. IV. p. 115. DAN. CLERICO hiſt. de med. part. I. lib. III. p. 207. atque TRILLERO, Opuſc. vol. II. p. 218. pro genuino habitus, tamen, ut videtur, Ariſtotele, qui arteriarum nomine ad venas ſalientes uſus non eſt, quod tamen hujus libri auctor fecit, recentior, et provectioris anatomici ſtudii ſoboles.

CODICES exſtant *Graeci* in bibl. Medicea Bandin. III. 42. in bibl. D. Marci in bibl. reg. Pariſ. no. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2253. 2545. In Coll. Caj. Gonvill. Cantabrig. lat. interprete Nicolao de Calabria, in bibl. reg. Pariſ. no. 6865. cum comm. Jo. le Conte, in bibl. reg. Pariſ. no. 7079.

Arabice: Ketab Algheda. Herbelot. p. 489.

COMMENTARII. *Sabini* in hunc librum commentarium laudat Gellius lib. III. noct. Attic. cap. 16.

GALENI commentarios jam commemoravi. Acceſſerunt quintae Juntarum editioni, a Jo. BAPT. RASARIO communicati Edidit eos ſeorſim Jo. Bapt. Raſarius lat. Caeſar. Auguſt. 1567. 4.

ANTONII FRACANTIANI commentarius prodiit Venet. 1566. 4.

EDITIONES. *Graece* prodiit Pariſ. 1569. 4. ASKEW.

HIPPOCRA. de alimento liber gr. et lat. cum comment. STEPHANI GOURMELINI. Pariſ. 1572. 8. — cum HIER. CARDANI comment. Venet. 1566. 4. Rom. 1574. 8. Baſil. 1582. 8. Et in operib. tom. VII. p. 356. — cum FRANC. VALESII comment. Colon.

1561. 8. Complut. 1589. fol. Colon. 1589. fol. Cunz. — cum Stephani Roderici Caſtrenſis comm. Florent. 1635. fol.* Sectionem IV. comm. filius Franciscus edidit. Flor. 1679. fol.*

[In Cat. Muſ. Brit. laudatur editio interpr. Lud. Dureto a Pet. Girardeto. Par. 1631. 8.]

63.

Περὶ διάιτης ὑγιεινῆς. De ſalubri victus ratione. [Exſt. in edit. Lind. to. I. p. 626. ed. Frob. gr. p. 25. adjectusque eſt *περὶ φύσιος ἀνθρώπου:* in ed. Mercur. ſect. III. p. 366. edit. Foës. ſect. IV. p. 3. ed. Chart. to. VI. p. 447. ed. Mack. to. II. p. 1. Verſ. Cornar. p. 37. Haller. art. m. pr. to. IV. p. 81. Pierer. bibl. iatr. to. I. p. 291. K.] Liber hic, quem Erotianus non memorat, et qui, Galeno notante, in antiquiſſimis codicibus medius inter librum *περὶ φύσιος ἀνθρώπου* et *περὶ διαίτης* fuit, a Galeno in prooem. comm. ad hunc libr. p. 220. tom. VI. Polybo penitus tribuitur, ita, ut vix unquam de Hippocrate ejus auctore, ſed fereſemper de Polybo verba faciat, librumque ipſum ſub Polybi nomine citet. vid. Galen. comm. II. in Hipp. de natura humana prooem. p. 128. to. III. et comm. I. in Hippocr. de diaet. acut. text. 17. p. 15. tom. XI. cet. Polybo reliqui quoque fere omnes hunc librum tribuunt, qui et libr. III. de diaeta confecit, cum quo in dicendi genere argumentoque ſimilitudinem habet plurimam.

CODEX *graecus* eſt in bibl. reg. Pariſ. no. 2144.

EDITIONES. Editus eſt, et utplurimum quidem ſub Polybi nomine, lat. Andr. Brentio interprete, in collect. Symphoriani Champerii, quae ſine loco et anno in 8. prodiit et Lugd. 1506. 8. Guil. Copo interprete Pariſ. 1528. fol. et 1529. 8. 1533. 8. Herm. Cruserio interpr. 1534. 12. [Pariſ. 1539. 12. Muſ. Brit.] Guinterio interprete cum Scribonio et

©BIUM

Benivenio. Baſil. 1529. fol. Baſil. cura ALBANI TORINI. 1544. 4.* Baſil. 1559. 8. Antwerp. cura JO. PLACOTOMI. 1561. 12. Pariſ. 1577. 12. Cum Jo. CURIONIS ſchol. Salernitana ſaepiſſime prodiit latine. Has editiones vide in regimine ſanitatis Salerni ex edit. ACKERMANNI. p. 118. ſq.

COMMENTARII. GALENI codex eſt graecus in bibl. reg. Pariſ. nr. 2276. In biblioth. Vindob. Lambec. VI. pag. 86. conf. de Neſſel. cat. Ms. graec. biblioth. Vindob. part. III. nr. 34. p. 45. Lat. in biblioth. Laurent. Medic. plut. 59. Montfauc. I. p. 356.

Editus eſt GALENI commentarius cum ipſo textu vertente JO. VASSAEO et JO. GUINTHERIO. Baſil. 1533. f. nec non HERM. CRUSERIO interpr. cum comm. Galeni in Hippocr. de natura humana. Pariſ. 1534. 12. — POLYBI de ſalubri victus ratione, cum comm. HIERON. THRIVERII BRACHELII. Lugd. 1548. 8.* POLYBI — ex interpr. et cum comm. GILB. PHILARETI. Antwerp. 1543. 8. — POLYBI lib. utiliſſimi di conſervare la ſanità overo modo di vivere ſani e delle malattie del corpo umano lib. III. vertente Petro Lauro. Venet. 1545. 4. Trew.

37.

Περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον. De locis in homine. [Exſt. in ed. LIND. to. I. p. 363. ed. FROBEN. gr. p. 63. CHART. to. VII. p. 357. Sed utriusque hujus editionis finis: *τὰ γυναικεῖα νοσεύματα καλούμενα αἱ ὑστέραι* conſtituit initium libri II. de morb. mul. in ed. LIND. In edit. MERCUR. ſect. II. p. 1. ed. FOËS. ſect. IV. p. 78. ed. MACK. to. II. p. 136. Verſ. CORNAR. p. 88. HALL. art. m. pr. to. I. p. 51. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 79. K.] Erotiano inter Hippocrateos libros dictus pag. 22. et a CAELIO AURELIANO V. chron. cap. 1. RUFO EPHESIO de corp. hum. part. appellat. lib. I. p. 111. coll. Henr. Stephani. Athenaeo in deipnoſ. — noſtra vero

©BIUM

aetate a DAN. CLERICO hiſt. de med. part. I. lib. III. 3. p. 120. HALLERO, art. medic. princip. tom. I. p. 51. et TRILLERO in opuſc. vol. II. p. 218. pro vere Hippocrateo habitus, a Galeno non, niſi fugiente quaſi calamo, (in gloſſar. Hippocr. ſ. v. *θηρίον*, *κρημνοὶ*) memoratur. Minus quoque probatur ab HIER. MERCURIALI p. 22. LUD. LEMOSIO cap. II. fol. 36. et DURETO. THOMAS REINESIUS eum poſt Ariſtotelis tempora demum eſſe ſcriptum exiſtimat in Var. lect. p. 75. Similem eſſe in dicendi genere et ratiocinii ſubtilitate libro de glandulis LEMOSIUS jam notavit.

CODICES exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2142. 2253. et 2254.

Prodiit graece, cura ALBANI TORINI. Baſil. 1536. 8.

Latine, vertente ANDR. BRENTIO. Pariſ. 1524. 12.* Ex edit. RABELAESII. Lugd. 1543. 8.* — Cum comm. H. CRUSERIO interprete. Pariſ. 1531. 4.* Cum explic. HIER. MASSARIAE. Arg. 1564. 8.* — Exſtant in hunc libr. commentarii Adr. Alemanni. Leonhardi Bauſchii. Madrit. 1594. fol. LIND.

Hippocratis liber de locis in homine commentariis illuſtratus a FRANC. PERLA Calvienſi. Rom. 1638. 8.*

38.

Περὶ ὀστέων φύσιος. De offium natura. [Exſt. in edit. LINDEN. to. I. p. 294. ed. FROBEN. gr. p. 58. In hac edit. initium libri finem ejusd. conſtituit apud Linden., et a verbis: *Τὸ δὲ σπέρμα οἷον κήριον* — novum librum *περὶ φλεβῶν* Lindenius conflandum cenſuit. Foëſius vero orditur a verbis: *ὀστέα χειρὸς εἰκοσιεπτὰ*, ejusque *Μοχλικὸς*, cujus initium a verbis: *Ὀστέων φύσις* ſit, et cum verbis *ἐκ μέσων ἐκπέφυκε καὶ πειραίνεται* deſinit, eſt apud Lindenium lib. *περὶ ὀστέων φύσιος*. Ed. MERCUR. ſect. II. p. 40. ed. FOËS. ſect. III. p. 56. ed. CHART. to. IV. p. 1. quae ſimili modo cum Froben. in-

©BIUM

cipit, et tandem poſt verba: *τὰ ὀστέα τῷ σώματι στάσιν* denuo pergit, a qua tamen part. libri *περὶ φλεβῶν* abrumpitur. ed. MACK. to. I. p. 296. Si cujus interſit, penitius haec intelligere, ipſum Charterium adeat. — Verſ. CORNAR. p. 81. qui etiam videtur Foëſium ſecutus eſſe. Hinc dici vix poteſt, quanta difficultatum multitudine hic liber laboret. HALLER. art. m. princ. to. II. p. 19. ubi videatur praefatio Halleri. PIERER. in bibl. iatr. to. I. p. 130. K.] Cum mochlico conjunctus hic liber in permultis membranis, a Jano Cornario ſub mochlici quoque titulo editus eſt, ſed hunc libr. per mochlicum Galenus non ſignificavit, optime quoque probante Foëſio, in not. ad mochlicum, Galeno tamen et Erotiano notus fuit, qui permultas voces in eo explicuerunt. Erotianus tamen librum ipſum non commemorat, GALENUS vero titulo *τῶν προσκειμένων τῷ μοχλικῷ*, in gloſſar. ſ. v. *κοτυλίδα*. Quae de venis in eodem libro leguntur, Galenus citavit ſub voce *παραστάτας* in eod. gloſſario. Ex iisque de venis peculiarem librum fecit, duce potiſſimum Hieronymo Mercuriali, Lindenius. vid. GRUNER. cenſ. p. 107. et 109. qui editionum diverſitates diligenter notavit. — Poſt Ariſtotelem et Herophilum demum ſcriptum eſſe, cum inventa anatomica contineat, Ariſtotelis temporibus ignota, Hallerus autumat in bibl. anat. tom. I. p. 21.

CODICES Mss. exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. In Vaticana nr. 216. In Medicea Bandini III. p. 44.

39.

Περὶ φλεβῶν. De venis. [Exſt. in edit. LIND. to. I. p. 297. In ed. FROBEN. gr. continetur in praegreſſa ſcriptione, ſimiliterque factum eſt in ed. FOËS. CHART. et MACK. et in verſ. CORNAR. Ed. MERCUR. ſect. II. p. 40. hunc librum habet. K.] Citatur a Galeno in lexic. Hippocrat., uti jam dixi, neque ſingularis liber eſt, ſed, quod et FOËSIUS optime ſcivit, pars libri

©BIUM

περὶ ὀστέων φύσιος, ex qua singularem librum fecerunt, ossium descriptioni, quae in mochlico legitur, titulum de ossium natura, descriptioni vero venarum, quae in libro de venis legitur, singularem de venis titulum dantes.

40.

Περὶ σαρκῶν. De carnibus. [Exst. in edit. LINDEN. to. I. p. 112. ed. FROBEN. gr. p. 39. ed. MERCUR. sect. III. p. 1. ed. FOËS. sect. III. p. 29. ed. CHART. to. V. p. 302. ed. MACK. to. I. p. 240. Vers. CORNAR. p. 55. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 3. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 110. K.] *Περὶ ἀρχῶν ἢ σαρκῶν* in multis libris scriptis editisque inscriptus, ab Erotiano non memoratus, a Galeno modo pro vero, modo pro suppositio habetur in comment. III. in II. Epid. text. 29. p. 175. et text. 33. p. 178. tom. IX. Democrito CONRINGIUS introd. in med. cap. 3. §. 9. tribuit, sed etsi Heracliti doctrinam de calido immortali exponat, simul dogmata continet, quae Erasistrati demum temporibus invaluerunt.

CODICES *graeci* exstant in biblioth. reg. Paris. nr. 2146. 2254.

Prodiit in opusculorum Rhasis coll. Venet. 1497. fol. — GALENI de elementis lib. II. interprete Vict. Trincavelio, acc. Hippocr. liber de elementis cum comment. Jac. Sylvii. Lugd. 1550. 12.* Solus SYLVII commentarius prodiit Venet. 1543. 8.* Paris. 1561. 8. — Cum comm. Jo. HEURNII. Lugd. Batav. 1603. 4. Et in operibus omn.

41.

Περὶ καρδίης. De corde. [Exst. in ed. LINDEN. to. I. p. 289. ed. FROBEN. gr. p. 54. ed. MERCUR. sect. IV. p. 48. ed. FOËS. sect. III. p. 50. ed. CHART. to. IV. p. 269. ed. MACK. to. I. p. 283. Vers. CORNAR. p. 75. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 35. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 141. K.] Pars Foëlio sect. III. p. 119. videtur

©BIUM

libri *περὶ σαρκῶν*, cum eaque plurimum anatomicae ſcientiae inter omnes libros Hippocratis continet. Erotianus atque Galenus eum non memoraverunt, nec alii Hippocrati eum tribuunt. Tribui Ariſtotelico philoſopho cuidam, CONRINGIUS monet cap. 13. de calido innato. Erafiſtrati placita continet, adeoque ante hujus viri tempora non ſcriptus eſt. Legitimas hujus libri origines defendit GEORG. SEGER in diſſ. de libri Hippocr. *περὶ καρδίης* ortu legitimo. Baſil. 1661. 4. et in Baldingeri ſelectis doctorum virorum opuſc. quibus Hippocrates explicatur. Gott. 1782. 8. p. 316. — *Codex* exſtat in bibl. reg. Pariſ. nr. 2254. — *Arabice*, Ketab alcalb el Bocrat. Herbelot. p. 490. — Cum comm. JAC. HORSTII. Francof. ad Viadr. 1563. 4. — Commentatus eſt in eundem JO. NARDIUS in noct. genial. X.

42.

Περὶ αἰῶνος. De aetate. [Exſt. in ed. LINDEN. to. I. p. 321. ed. FROBEN. gr. p. 43. ubi finem libri *περὶ σαρκῶν* conſtituit, id quod in ed. FOËS. ſect. III. p. 34. quoque locum habet. HALLER. art. med. pr. to. IV. p. 208. ubi quoque p. 210. fragmentum ſimilis argumenti occurrit. K.] Hunc libellum cum libro de carnibus jam conjunctum videmus in edit. Frobenii et in edit. Foëſii, qui in not. ad hunc libr. p. 109. ſect. III. in omnibus exemplaribus hanc particulam huic de carnibus libro adſcribi adſerit. Repetuntur in eo multa ex libro de natura pueri et aliis libris, qui frequenter citantur.

Locus ejusdem argumenti, a Philone, libro de mundi opificio, ex Hippocrate laudatus, quem Lindenius libello de aetate ſubjecit, et Charterius ad calcem tom. V. exhibuit, fortaſſe petitus eſt ex libris Hippocratis *περὶ ἑβδομάδων*, quos laudat CHALCIDIUS part. III. et FAVONIUS EULOGIUS ad ſomn. Scipionis p. 441. edit. Graevii.

©BIUM

Exſtant in hunc libr. gr. et lat. editum a Jo. LALAMANTIO, ejus comm. qui cum comm. in libr. de ſeptimeſtri et octimeſtri partu prodierunt Lugd. 1571. 8. 1588. 8. — Exſtant quoque Hippocr. de hominis aetate et extremo fine libri Jo. LALAMANTIO interpr. Genev. 1571. 8. vid. biblioth. Thomaſ. tom. II. p. 98.

43.

Περὶ γονῆς. De genitura. [Exſt. in edit. Linden. to. I. p. 124. ed. FROBEN. gr. p. 28. ed. MERCUR. ſect. III. p. 10. ed. FOËS. ſect. III. p. 11. ed. CHART. to. III. p. 180. ed. MACK. to. I. p. 210. Verſ. CORNAR. p. 39. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 50. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 161. K.] Ab Erotiano non memoratur, niſi eum ſub libro *περὶ φύσιος παιδίου*, cum quo ſimilitudinem plurimam habere Foëſius notavit, in not. ad hunc libr. p. 100. ſect. III., comprehenderit. A quibusdam (ut liber de natura pueri) ad Polybum refertur, notante eodem, l. c. Ad Hippocratem ſane non referendus, ob ratiocinii ſubtilitatem et contemplationis copiam. [Laudat hunc librum tanquam Hippocratis Stobaeus eclog. phyſ. to. I. p. 913. ed. Heeren. K.]

CODICES Mss. exſtant in bibl. Coisliniana nr. 335. Montfaucon. in biblioth. Coisliniana part. II. pag. 448. in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2254. In Patavina Canonicorum Lateranenſium bibliotheca. In bibl. Card. Radulphi in reg. Pariſ. nr. 14. Montfauc. II. p. 767. In Medicea Bandini III. p. 42. [Inter codd. gr. Mss. Nanianos p. 442.]

EDITIONES. JOD. WILLICHII obſerv. in libell. Lactantii Firmiani qui de opificio dei inſcribitur. it. Hippocratis libellus de genitura interpr. JOD. WILLICHIO. Argent. 1542. 8.* Francof. ad Viadr. 1542. 8. — Sub POLYBI nomine, vertente ALBANO TORINO. Baſil. 1544. 4. Gr. et lat. cum libro de natura pueri ex verſ. et cum notis Jo. GORRAEI. Pariſ. 1545. 4.* et

©BIUM

1622. fol. — DIDACI DE SYLVA (forte Sylvii) commentarius citatur. Basil. 1556. 4. — JO. SCHEGKIUS in hunc libr. Argent. 1580. 8.

Gallice, per Guillaume Chretien. Paris. 1556. 8. 1559. 8. MAITTAIR. — ITALICE sub Polybi nomine. Venet. 1545. 4.*

44.

Περὶ φύσιος παιδίου. [*De natura pueri.* [Exst. in edit. LIND. to. I. p. 133. edit. FROB. gr. p. 30. ed. MERCURIAL. sect. III. p. 17. ed. FOËS. sect. III. p. 3. ed. CHART. to. V. p. 310. ed. MACK. to. I. p. 217. Vers. CORNAR. p. 43. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 60. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 169. K.] Libri hujus ab Erotiano p. 22. inter Hippocrateos memorati, inscriptiones varias dedit Galenus, *περὶ παίδων φύσεως*, in exeges. voc. Hippocr. *περὶ φύσιος παιδίου τοῦ ἐν τόκῳ* in libro *περὶ γυναικείων* bis vocatur, et semel *γένεσις τοῦ παιδίου ἢ ἐν τόκῳ*. Galeni temporibus dubitatum est, num hic liber Hippocratis, vel Polybi sit, quod probat Galenus in cap. 1. de foetuum formatione p. 286. tom. V. qui tamen etiam crebro eum ceu Hippocrateum citat. Memoraverunt quoque eundem hunc librum PALLADIUS c. in libr. de fract. FOËS. sect. VI. p. 147. CENSORINUS et MACROBIUS in somn. Scipion I, 6. Pars esse videtur libri, Foëfio p. 101. sect. III. jam monente, de genitura, quod libri hujus extremum probare videtur et exemplaria scripta, in quibus hic liber cum libro de *genitura* continuatur. Spurium quoque esse putavit Jo. PINCIERIUS p. 234. otii Marburgensis. Partus quoque tempora, notante MEIBOMIO in comm. in jusjurand. Hippocrat. p. 144. in hoc libro secundum solares menses computari videntur, cum in libro de septimestri secundum lunares enarrari videantur. Rejiciunt quoque H. MERCURIALIS, CLERICUS, GRUNERUS p. 91. HALLERUS biblioth. anatom. tom. I. p. 23. hunc librum, qui eum Herophileis temporibus prodiisse putat.

©BIUM

CODICES Mss. exſt. in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2147. 2254. 2545. Scholia in hunc librum ab ore Joannis excepta exſtant lat. in biblioth. Laurent. Medic. plut. 79. Montfauc. I. p. 356. vid. Bandini III. p. 42.

Abulabbas Achmet ben Mohammed al Sarakſi circa ann. hegirae 380. *arabice* hunc libr. vertit, titulo Ketab alagennat. vid. HERBELOT. biblioth. oriental. p. 478.

EDITIONES. Prodiit graece cura ALBANI TORINI Baſil. 1538. 8. — Cum JO. GORRAEI interpret. ejusque ſchol. cum libr. de genitura. Pariſ. 1545. 4.* 1564. 4. 1622. fol. BODLEI — A JOD. WILLICH converſus, cum not. Baſil. 1542. 8. — *Latine* in Articella. — *Gallice* vertit GUILLAUME CHRETIEN, titulo: hiſtoire de la nature de l'enfant à Rheims. 1553. 8. DU VERDIER. 1554. 8. RAST. — DINI DE GARBO recollectiones in Hippocratem de natura foetus. Venet. 1502. fol. 1518. fol.

45.

Περὶ ἑπταμήνου. De partu ſeptimeſtri. [Exſt. in edit. LIND. to. I. p. 167. ed. FROB. gr. p. 44. ed. MERCURIAL. ſect. II. p. 32. ed. FOËSII ſect. III. p. 36. ed. CHART. to. V. p. 342. ed. MACK. to. I. p. 252. Verſ. CORNAR. p. 61. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 90. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 192. K.] Liber hic poſt ea tempora, quibus jus Romanum coli coepit, pro genuino habitus, ab Erotiano non memoratur. Galenus ſe commentarium in eum ſcripturum quidem promiſit, comm. VII. ad VI. epid. Hippocr. text. 27. ſed a promiſſo non ſtetit, niſi ipſum GALENI librum *περὶ ἑπταμήνου*, qui in Operum editione Charterii tom. V. legitur, talem commentarium dixeris. Galenus libri hujus genuinas origines in dubium vocare non videtur; vid. libr. ejus de ſeptimeſtri partu tom. V. Oper. p. 348. ſq. ubi eum ſaepiſſime citat, primamque partem in eo dictorum

©BIUM

optime illuſtrat. HIER. MERCURIALIS ad alteram claſſem hunc librum refert, cenſ. pag. 22. FOËSIUS vero pro ſumme genuino habet et vere Hippocrateo ſect. III. p. 110. Antiquiſſimum eſſe hunc librum cum ſequenti de octimeſtri partu, non negandum eſt. Eique libro, in quo quaedam illuſtravit SAMUEL BATTIERIUS, in ſpecim. philolog. continente varias emendationes et obſervationes in Diogenem Laertium, Euripidem, Hippocratem, Philoſtratum, Baſil. 1696. 4. jungendus eſt.

46.

Περὶ ὀκταμήνου. De octimeſtri partu. [Exſt. in ed. LINDEN. to. I. p. 175. ed. FROB. gr. p. 46. ed. MERCURIAL. ſect. II. p. 32. ed FOËS. ſect. III. p. 39. ed. CHART. to. V. p. 351. ed. MACK. to. I. p. 260. Verſ. CORNAR. p. 64. HALLER. art. m. pr. to. II. p. 99. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 199. K.] Libellus prioris de ſeptimeſtri continuatio eſt. Spurius quoque exſtat de ſeptimeſtri partu libellus, quem Lindenius edidit, ex antiquiore et Galeni laciniis conflatus.

CODICES. Uterque liber in *Codd.* Mss. utplurimum jungitur. Sic exſtat in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2146. 2546. 2254. In Medicea Bandini III. p. 45.

EDITIONES. Jo. CAJUS ſeorſim edidit *περὶ ἑπταμήνων* 1562. 8. 1569. 8. — Prodierunt cum commentariis HIER. CARDANI. Baſil. 1568. fol. et in Oper. tom. IX. p. 1. — Cum comment. Jo. LALLAMANT adjuncto libro de aetate, gr. lat. Genev. 1571. 8.* 1588. 8.

Textus primum graecus legitur; deinde ſequitur verſio Lallamantii, Fabii Calvi, Jani Cornarii. Tandem ſcholia leguntur Lallamantii doctiſſima, in quibus textus pluribus in locis ad fidem codicis graeci corrigitur.

47.

Ὅρκος. Jusjurandum. [Exſt. in ed. LIND. to. I. p. 42. ed. FROBEN. gr. p. 1. ed. MERCURIAL. ſect. IV.

p. 1. ed. Foës. sect. I. p. 1. ed. Chart. to. II. p. 1. ed. Mack. to. I. p. 1. Vers. Cornar. p. 3. Haller. art. m. pr. to. IV. p. 197. Pierer. bibl. iatr. to. I. p. 5. K.] De hoc libello doctorum virorum sententiae diversissimae sunt. Memoraverunt eum et Hippocrati Coo adscripserunt Scribonius Largus, in epist. ad Cajum Julium Callistum, p. 2. 3. edit. Jo. Rhod. Erotianus, p. 22. auctor vitae Hippocratis secundum Soranum §. 2. p. 953. tom. II. Lind. S. Hieronymus ad Nepotian. de vita clericor. ep. II. et epist. ad Heliodorum III. Gregorius Nazianzenus in orat. funebr. in Caesarium fratrem XII. p. 166. edit. Colon. 1690. Theodorus Priscianus lib. IV. gynaec. cap. 6. Suidas in lexic. sub voce Ἱπποκράτης, tom. II. p. 145. et Avenzoar. II. libr. theisir. tr. I. cap. 5. Aristophanem adeo in Thesmophoriazusis ad hunc librum respexisse quidam adserunt, inprimis Trillerus in libello de Hippocrate atheismi falso accusato. p. 106. conf. Boerner. noct. Guelph. p. 141. Auctor quoque commentarii in librum aphorismorum, qui Oribasio adscribitur, hunc librum ad Hippocrateos retulit, exstatque adeo in eum commentarius, Galeno adscriptus, quem Johannitius sive Honain arabice vertisse dicitur.

Ex recentioribus genuinas origines defendunt Foësius sect. I. p. 31. Opsopoeus in praef. ad Hippocr. opusc. Jo. Henr. Meibomius in comm. in hunc libr. p. 13. Jo. Sponius in praef. ad aph. nov. Conringius in Antiq. academ. p. 263. et 107. Heidenus in apolog. p. 55. Trillerus in opusc. vol. II. p. 165. Frid. Boerner. in noct. Guelph. p. 135. sq. ut permultos alios omittam. Opiniones doctorum virorum de hujus libri originibus tradidit Turnebus libr. XIX. adverss. cap. 21. [Adde Stollium in histor. medic. p. 810.]

Sed quoque non pauca testimonia prostant, contrarium probantia. Galenus hujus libri non meminit, quod sine dubio fecisset, si ad Hippocratem eum retulisset. Putat quidem Jo. Henr. Meibomius, Galenum

©BIUM

jusjurandum Hippocratis coram oculis habuiſſe libr. X. de ſimpl. medic. facult. ſummum ſcelus eſſe putantem, medicamenta ἀγώγιμα, παθοποιὰ et θανάσιμα exhibere, ſeu docere; ſed haec nimis conjecturalia ſunt. Pro ſpurio quoque habent JACOBUS SEGARRA comm. in libr. II. de natur. facult. cap. 3. JO. BAPT. SILVATICUS, controverſ. med. 82. GARCIAS CARRERUS comm in Gal. de loc. affect. diſp. 76. HIER. MERCURIALIS in Praelect. Patavin. et Cenſ. p. 37. GUNDLINGIUS in otior. part. II. cap. 3. et JO. HENR. SCHULZIUS in hiſtor. med. part. I. ſect. III. 4. §. 85. p. 287. HALLERUS quoque biblioth. med. pract. tom. I. p. 65. non pro plane genuino habet, quoniam auctor calculi ſectionem iis jubet relinquere, qui peculiariter ei adminiſtrationi ſe dederint; ſed hoc argumentum vix multum valet, quoniam Hippocrates hoc medicis, qui ſcholam ſuam reliquerant, adeoque parum exercitatis tantum praeceperat, ut adeo, num genuinus ſit hic liber, numve ſpurius, ſub judice lis ſit.

CODICES multi exſtant. In biblioth. reg. Pariſ. nr. 2047. 2140. 2142. 2143. 2244. 2146. 2148. 2254. 2545. In bibl. Vindobonenſi de Neſſel part. IV. nr. 219. p. 118. In biblioth. D. Marci. In Medicea plut. 74. nr. XIII. c. aphoriſm. Montfauc. I. p. 385. Bandini III. p. 42. 102.

Latine, interpr. NIC. PEROTTO in bibl. Laurent. Medic. plut. 73. nr. 38. Montfauc. I. p. 354.

Arabice, Ketab alaiman cum commentario Galeni, quem Johannitius ſ. Honain e graeco transtuliſſe dicitur. Vid. Herbelot. p. 480. 488. Ejus fragmentum dedit Jo. Elichmannus, in reſponſ. de vitae termino, ad orientalium doctorum mentem.

EDITIONES. *Graece* prodiit cum Aeſopi fabulis et aliis gr. Baſil. 1518. 4.* et Baſil. 1533. 8. Cura ALBANI TORINI cum prognoſt. et libr. de natura humana Baſil. 1536. 8.* iterum cum libro de natura hominis graece. Pariſ. apud Wechel. 1548. 4.* Gr. et lat. c.

©BIUM

Galeni de temperam. et de inaequali temperie, interpr. TH. LINACRO. Baſil. 1538. 8. RIV. cum libr. de arte, de antiqua medicina, de medico, interprete Jo. GORRAEO, adjectis unicuique libello brevibus ſcholiis. Pariſ. apud Ch. Wechelum 1544. 4. — Cum aliis, quos vid. ſub prognoſt. apud Morellum. Pariſ. 1557. 12. 1622. *bibl.* BODL. — Cura Jo. OPSOPOEI cum aliis. Francof. 1587. 12.* — Gr. et lat. interpr. NIC. PEROTTO, cum Aeſopi fabul. Venet. 1709. 8. p. 259. Cat. bibl. Bunav. tom. I. p. 92.

Latine ex ANDR. BRENTII verſ. in collect. Symph. Champerii in 8. ſ. loc. et ann.* et Lugd. 1506. 8. — Ex antiqua verſione cum aliis. Venet. 1507. 8. — NIC. PEROTTO interprete. Pariſ. 1514. 4. Baſil. 1538. MAITTAIR. — Cum ALEXANDRI BENEDICTI anatomice. Argent. 1528. 8.* Ex recenſione RABELAESII. Lugd. 1543. 8. — Ex JANI CORNARII verſ. in ejusd. libr. Hippocrat. ad artem medicam praeparatoriis. Baſil. 1543. 4.* — Curante PETR. BLONDELLO Calexio cum ecphraſi. Pariſ. 1575. 4. MAITTAIR. et in theſ. antiq. et hiſtoriar. Italiae Burm. tom. IX. 4. — Rudolphopolii prodiit jusjurandum lat. c. aph. 1672. 64.* — In PH. JAC. SCHENFELDER ſynopſ. ſuper pharmacop. Auguſt. Ingolſt. 1677. 8.*

Gallice a Jo. CANAPAEO, cum diverſis opuſc. chirurgicis. Lugd. 1552. 8. Verſibus gallicis redditus a MICH. LE LONG. Pariſ. 1637. 8. Dacierii verſionem infra dicam.

Anglice. The proteſtation which Hippocrates cauſed his ſchollers to make, by Peter Low. Lond. 1597. 8.* Cum prognoſt. Anglice, ſub quibus vide titulum. Eſt paraphraſis magis, quam verſio.

Cum commentariis BLASII HOLLERII. Baſil. 1558. 8. RETRI MEMMII. Roſtoch. 1577. 8. BURM. — Jo. HEURNII. Lugd. Bat. 1597. 4. 1603. 4.* et in oper. Lugd. Batav. 1609. 4.* — JACOBI FABRICII. Roſtoch.

©BIUM

1614. 4.† — FRANCISCI DE FRANCISCIS. Genev. 1618. 8.

Gr. et *lat.* cum Franc. Ranchini commentario et Is. Caſaubóni notis. Monſp. 1618. 8. [*Graece* et *gallice:* Traités d'Hippocrate, du ſerment, de la loi de médecine, des maladies, des affections, trad. en franç. et le texte en regard, revu et corr. ſur les manuſcr. de la bibl. du Roi; av. les varr. les comm. et une table analyt. Par M. le Chev. de MERCY. à Par. 1823. 12.* K.]

HIPPOCRATIS MAGNI ὅρκος, ſive jusjurandum, recenſitum et libero commentario illuſtratum a JO. HENR. MEIBOMIO. Lugd. Bat. 1643. 4.* Doctiſſimum opus et pleniſſimum eruditionis, plurima ad Hippocratis hiſtoriam continens.

[HIPPOCRATIS *jusjurandum*, latino carmine redditum a SCAEV. SAMMARTHANO, exſtat inter ejus Poëmata et quidem inter Silvas. p. 140. 141. 142.]

JAC. FABRICII diſſ. juramentum Hippocratis, ſeu medici practicam aggredientis inſtitutio. Roſtoch. 1614. 4.* — FR. BOERNER ſuper locum Hippocratis in jurejurando maxime vexatum meditationes. Lipſ. 1751. 4.* Et in noct. Guelphic. Lipſ. 1755. 8. p. 135. — HENR. MOVANTHOLII, medici Pariſini, commentarius circa ann. 1606. ſcriptus, quem G. Patinus edendum receperat, nunquam prodiit.

48.

Νόμος. Lex. [Exſt. in edit. LINDEN. to. I. p. 40. ed. FROBEN. gr. p. 21. ed. MERCUR. ſect. IV. p. 3. ed. FOËS. ſect. I. p. 2. ed. CHART. to. II. p. 145. ed. MACK. to. I. p. 3. Verſ. CORNAR. I. p. 4. HALLER. art. m. pr. to. IV. 195. PIERER bibl. iatr. to. I. p. 9. K.] Dictus hic liber ab EROTIANO p. 22. a MERCURIALI, GRUNERO, HALLERO rejectus, praeſcribenda iis continet, qui medicinam facere inſtituunt, ne ignari atque imperiti ſub

©BIUM

medicorum perſona irrepentes nomen artis turpiter proſtituant.

CODICES exſtant in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 42. — *Latinus* in bibl. reg. Pariſ. nr. 6865.

EDITIONES. Saepiſſime cum aphoriſmis prodiit, v. c. *latine* ex verſ. ANDR. BRENTII. in collect. Symph. Champerii in 8. ſine loc. et ann. et Lugd. 1506. 8. — In Hippocratis libellis ad artem medicam praeparatoriis, per JAN. CORNARIUM Baſil. 1543. 4.*

Gr. et lat. cum ſcholiis in MATTH. GARBICII orat. de vita Hippocratis. Tubing. 1564. 8.* Exſtat etiam gr. et lat. cum Hippocr. aphoriſm. ex recenſ. A. VORSTII. Lugd. Bat. 1628. 12.* p. 222. ſq. — Cum comm. STEPH. RODER. A FONSECA. Rom. 1586. 4.— JO. HEURNII. Lugd. Bat. 1597. 4. 1605. 4. et in Oper. Lugd. Bat. 1609. 4. — JO. STEPHANI Bellunenſis. Venet. 1653. fol. [Lex, Determinationes, Diſſectio, Epiſtola ad Theſſalum, gr. lat. a Paulo Magnolo. Venet. 1542. 8. Cat. Muſ. Brit.] (Graece c. verſ. francogall. edid. CORAY in ed. ſecunda Hipp. de aër. aqu. et loc. Par. 1816. 8. et de MERCY. vid. paulo ante XLVII. p. CLXVII. K.)

49.

Περὶ ἰητροῦ. De medico. [Exſtat in ed. LIND. to. I. p. 44. ed. FROBEN. gr. p. 12. ed. MERCUR. ſect. IV. p. 53. ed. FOËS. ſect. I. p. 20. ed. CHART. to. II. p. 348. ed. MACK. Verſ. CORNAR. p. 20. HALLER. art. in. pr. to. IV. p. 149. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 42. K.] De chirurgi praeſertim officiis tractat adeoque ad inſtitutionem junioris chirurgi pertinet hic libellus, quem EROTIANUS non memoravit. Alio, quam Hippocratis, tempore, HALLERO optime monente, biblioth. chirurg. tom. I. p. 12. ſcriptus eſt, ſcilicet quo rara in Graecia bella erant.

©BIUM

EDITIONES. Exſtat gr. et lat. interprete GORRAEO. Pariſ. 1544. vid. ſub jurejurando. Editus eſt lat. interpr. JAN. CORNAR. in Hippocr. libell. ad art. medic. praeparator. Baſil. 1543. 4.* Exſtat cum comm. HEURNII, in editt. quos ſub *νόμῳ* citavi. Cum comm. FRANCISCI FABRI.

Eſt inter libellos chirurgicos Hippocr. a STEPHANO MANIALDO editos. Pariſ. 1619. 8.*

Graece c. verſ. gallica: Traités d'Hippocrate, des préceptes, de la décence, du médecin. Trad. en Français et le texte en regard, revu et corrigé ſur les manuſcrits de la bibl. du Roi, av. l'analyſe de ces traités p. Ms. le Cheval. DE MERCY. Par. 1824. 12.*

50.

Περὶ εὐσχημοσύνης. De decenti habitu. [Exſt. in ed. LIND. to. I. p. 52. ed. FROBEN. gr. p. 14. ed. MERCUR. ſect. IV. p. 40. ed. FOËS. ſect. I. p. 24. ed. CHART. to. II. p. 352. ed. MACK. to. I. p. 42. Verſ. CORNAR. p. 23. HALLER. art. m. pr. to. IV. p. 178. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 19. K.] A nullo veterum memoratus et ab Hippocratis mente valde alienus. FOËSIUS ſect. I. p. 40. pro genuino habet. Reliqui omnes rejiciunt. [BERNARD. in Epiſt. ad REISKIUM, (vid. ejus vitam, ab illius conjuge editam p. 263. ſq.) multis argumentis probatum it, hujus libri auctorem eſſe philoſophum Stoicum, aut medicum, Stoicorum dogmatibus probe imbutum. coll. ejusdem Bern. epiſtola, ibid. p. 267. HARL.]

CODICES ſunt in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2146. 2254. 2545. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 42.

EDITIONES. Eſt in libell. Hippocr. praeparatoriis JANI CORNARII. Baſil. 1543. 4.

Exſtat cum comm. JO. HEURNII in edit. cit.

Tractatus de philoſophia medici, ſive *Ἱπποκράτους Κώου περὶ εὐσχημοσύνης*, Hippocratis Coi liber de ho-

©BIUM

neſtate, quem recenſuit, interpretatione latina notisque perpetuis et commentario illuſtravit, itemque prolegomena de ſtatu antiquae philoſophiae et medicinae Graecanicae praemiſit et ex communicatione HENRICI CHR. CRÜGERI adhuc inedita ſcholia graeca et gnomas MS. biblioth. reg. Pariſ. hujusque et edit. Aldin. Venet. 1526. varietatem lectionis atque ipſius laudati viri animadverſiones in eundem librum adjunxit GEORG. MATTHIAE. Gott. 1740. 4.* Laboris plurimi quidem opus; at taedium ob prolixitatem movens legenti.

Edidit noviſſime Eques de MERCY. vid. paulo anteced. num.

COMMENTARII. Idem GEORG. MATTHIAE ann. 1739. edidit epiſt. ad G. Ph. Gesnerum de habitu medicinae ad religionem ſec. Hippocr. *περὶ εὐσχημοσύνης*, Gott. in 4. Excurſiones in hunc libr. dedit ANDR. MONGAGLIA in libr. de aquae uſu in febribus. Florent. 1700. 4.

51.

Παραγγελίαι. Praeceptiones. [Exſt. in ed. LIND. to. I. p. 60. ed. FROBEN. gr. p. 17. ed. MERCUR. ſect. IV. p. 2. ed. FOËS. ſect. I. p. 27. ed. CHART. to. II. p. 165. ed. MACK. to. I. p. 49. Verſ. CORNAR. p. 27. HALLER. art. m. princ. to. IV. p. 186. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 56. K.] Veteres eas non memorant. Empiricae ſectae medicum auctorem habuerunt, adeoque recentiorem Hippocrate. FOËSIUS ſect. I. p. 43. et SCHELLHAMMERUS in libr. de natura pro genuinis habent; dubitat vero ipſe adeo TRILLERUS vol. II. opuſc. p. 149.

CODICES exſtant graeci in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545.

EDITIONES. *Latine* edidit JANUS CORNAR. in libr. praeparatoriis, quos nominavi. Gr. et lat. Jo. HEURNIUS in libris, quos modo dixi.

Cum franco-gall. verſione edid. Equ. de MERCY. Pariſ. 1824. Vid. no. 49.

©BIUM

52.

Περὶ ἀρχαίης ἰητρικῆς. De prisca medicina. [Exst. in ed. LIND. to. I. p. 14. ed. FROBEN. gr. p. 4. ed. MERCUR. sect. IV. p. 18. ed. FOËS. sect. I. p. 9. ed. CHART. to. II. p. 153. ed. MACK. to. I. p. 16. Vers. CORNAR. p. 10. HALL. art. m. pr. to. IV. p. 129. PIERER. bibl. iatr. to. IV. p. 22. K.] Liber ab EROTIANO in gloss. s. v. *ἀρσαὰ, ἀτρεκέως, φύσαν*, memoratus, a GALENO silentio praetermissus, et ab omnibus, Jo. HENR. SCHULZIO forsan excepto, (comp. hist. med. p. 123.) pro spurio habitus, qui hoc tempore scriptus est, quo jam multi de medicina scripserant. Post Aristotelem scriptum esse HALLERUS biblioth. med. pract. tom. I. p. 66. probat. CONRINGIUS empirico tribuit. conf. GRUNERI cens. p. 79.

CODICES graeci sunt in bibl. reg. Paris. nr. 2140. 2141. 2143. 2144. 2545. In bibl. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 42.

EDITIONES. *Gr.* et *lat.* prodiit cum jurejurando, quod vide, Paris. interpr. Jo. GORRAEO. 1544. 4.* 1622. 4. 1642. 4. — *Latine*, per JAN. CORNAR. in libr. praeparator. Basil. 1543. 4.* — Gr. et lat. cum comm. Jo. HEURNII, in editt. supra sub *νόμῳ* citatis. — *Gallice*, per MASSARD. in libr. de panaceis. Amst. 1676. 12. [Editionis graeco-gallicae, a de Mercy paratae, titulum vid. supra XXXIV. p. CXLVIII. K.]

COMMENTARII. LUC. ANT. PORTII in hunc libr. paraphrasis. Rom. 1681. 12. Rom. 1691. 12.* Ultraj. 1703. 8. Et in operib. Neap. 1736. 4. tom. I. p. 343.

Jo. ANTONII SICCI de optimo medico cap. 1. libri de medicina antiqua. Venet. 1551. 4.

FLORENT. SCHUYL pro veteri medicina l. Leid. 1670. 12.* — WILHELMI TEN RHYNE meditationes in textum 24. lib. de veteri medicina. Lugd. Bat. 1672. 12.* Ad sectam Sylvianam tuendam.

Epitomen hujus libri dedit ANGELUS BLONDUS. Rom 1681. 12.

Pertinent huc EUSEB. SCHENK diff. de iis, quae Hippocr. tradit in prooem. de veteri medicina. Jen. 1619. 4. Jo. HENR. SCHULZE de medico vehementer laudari digno, ad Hippocr. de veteri medic. Hal. 1735. 4.

53.

Περὶ τέχνης. De arte. [Exſt. in ed. LIND. to. I. p. 1. ed. FROBEN. gr. p. 1. ed. MERCUR. ſect. IV. p. 10. ed. FOËS. ſect. I. p. 2. ed. CHART. to. II. p. 146. ed. MACK. to. I. p. 5. Verſ. CORNAR. p. 5. HALLER. art. m. pr. to. IV. p. 155. PIERER. bibl. iatr. to. I. p. 11. K.] Meminit hujus libri EROTIANUS. p. 22. Suidas Hippocrati, Gnoſidici filio, tribuit. Omnes fere reliqui eum rejiciunt.

CODICES *graeci* ſunt in bibl. reg. Pariſ. nr. 2140. 2141. 2142. 2144. 2148. 2253. 2254. 2545. In biblioth. D. Marci. In Medicea Bandini III. p. 42.—

EDITIONES. Prodiit gr. et lat. cum jurejurando, quod vide, et aliis interprete Jo. GORRAEO. Pariſ. 1542. 4.* 1622. 4. *Latine* vertente ANDR. BRENTIO Lugd. 1506. — Cum aliis in Hippocr. opuſc. ad artem praeparator. ed. JAN. CORNAR. Baſil. 1543. 4.* — Cum comm. Jo. HEURNII gr. et lat. Lugd. Bat. 1597. 4. Cum comm. JAC. FONTANI. Avenione 1601. 8. (Noviſſime prodiit in collectione Hippocr. opuſcul. a de Mercy facta, cujus titulum vid. XXXIV. p. CXLVIII. K.)

COMMENTARII. LANGGUTH progr. de paradoxo Hippocr. in libr. de arte V. 20. Witteb. 1754. 4.*

54.

Ἐπιστολαί. Epiſtolae. [Ne quid h. l. deeſſet, quod ad ſcriptorum Hippocratis hiſtoriam literariam pertineret, e libri II. c. 10. §. XVIII. p. 638. to. I.

©BIUM

Bibl. graec. Fabric. huc transferam, quae ibi de hisce epistolis exposita leguntur. K.]

Quarum epistolarum 1. Artaxerxis ad Paetum, 2. Paeti ad Artaxerxem, 3. Artaxerxis ad Hystanem, 4. Hystanis ad Hippocratem, 5—12. Hippocratis ad eundem Hystanem, ad Abderitas, ad Philopoemenem, ad Dionysium, ad Damagetum, iterum ad Philopoemenem, ad Craterum et ad Damagetum, 13. Democriti ad Hippocratem, 14. Hippocratis ad Democritum scripta esse fingitur. Latinam earum versionem Cornarius dedit, aliam Anut. Foësius. Ceterum in Foës. edit. sect. ult. in ed. Chart. in Linden. et plerisque aliis praeter enumeratas quatuordecim epistolas, (quas solus Eilhardus Lubinus graece et lat. c. nova vers. sua recudendas dedit ap. Commel. 1601. 8.* gallice postea Claud. Tardyus, qui totum Hippocratem vertit et Colberto inscripsit Par. 1667. 4. Voll. II.) aliae sex occurrunt: 15. Hippocratis ad Demetrium regem, 16. Hystanis ad Artaxerxem, 17. Artaxerxis ad Coos, 18. Coorum responsio, 19. Abderitarum ad Hippocratem et 20. Hippocratis ad Thessalum filium. Has viginti epistolas recudendas dedit Chr. Thomasius in historia sapientiae et stultitiae to. II. p. 8. ff. observationibusque moralibus illustravit sub titulo: DEMOCRITUS u. HIPPOCRATES, *philosophi morales*. Hal. Sax. 1693. 8. [sed quae sunt exigui momenti multumque adfectationis habent. HEUM.] [Alius recens scriptor easdem epistolas separatim edidit. Paris. 1730. 12. v. Journ. des Sav. 1730. Oct. p. 192. Sunt quoque Hippocratis epp. de Democrito et ad illum latinae factae in Stanleii Histor. philos. Pa. X. c. 6. p. 21. sq. to. III. Venet. 1731. 4. Neque Thomasius, neque Stanleius de earum genuitate dubitarunt. HARL.] Exstant etiam latine ap. Jo. Pt. Lotichium comment. ad Petron. lib. I. c. 19. Atque ex versione REINUTII Florentini[f]) eaedem

f) Sive Castilionensis potius [ex mente quidem GADDI to. II. p. 170. Sed vide Apost. Zeni Diss. Voss. II. p. 211.] ab

©BIUM

XX epiſtolae leguntur in farragine epiſtol. Laconicar. Gilb. Cognati. Baſ. 1554. 12. Duas Democriti ad Hippocratem c. Hippocratis epiſt. ad Democritum et alias ad Damagetum graece in ſua poëſi philoſophica p. 181. ſq. recudit H. Stephanus. Epiſtolas has memorat Suidas, itemque Soranus [aut is, qui Sorani nomen mentitus eſt,] in Hippocratis vita. Ceterum ſuſpectae ſunt viris [g]) eruditis viſae, e quibus Joſ. Scaliger ep. CCCVI. ad Everh. Vorſtium: *De epiſtolis Hippocratis quod ex me quaeris, antiquas eſſe ſcio, ut Democriti, Solonis, Pittaci Mityleni, quae ap. Laërtium leguntur. Sed quia omnes illas, quae illis philoſophis a Laërtio attribuuntur, multis argumentis confictas a Graecis — probare poſſum, ideo, cur et de his Hippocrateis dubitem, juſtiſſima cauſſa eſt. Et certe, ſi animi nervos intendere velim, facile, non eſſe Hippocratis, vincam. Unicuique judicium ſuum relinquimus: tutius tamen eſt de eo dubitare, quod facilius eſt confutare, quam aſſerere.* Hier. Mercurialis judicium legitur in nova bibliotheca Halenſi, germanice edita XXIX. p. 816. ſq. to. III. [Has epiſtolas ſuppoſititias eſſe ſuboluit Conringio lib. I.

Alemanno Rinuccino Florent. diverſi, licet confundatur a Jul. Negri p. 9. Hiſt. ſcript. Florent. [Item a Mattairio A. T. IV. pa. 2. p. 490. et a Burio, ea propter reprehenſo ab Audiffredo in Catal. roman. editt. ſec. XV. p. 404. not.] Nomen vero varie ſcribitur: vid. Giorn. d'Ital. to. XXI. p. 392. Fabr.

g) Ita jam olim Demetrius Magnes libro de ſcriptoribus homonymis ap. Laërtium lib. I. ſect. 112. confictam arguit epiſtolam ſub Epimenidis nomine ad Solonem. Idem de epiſtola Pherecydis ad Thaletem judicat Salmas. p. 842. ſq. ad Solinum ed. Paris. De epiſtolis Thaletis Menagius ad Laërt. lib. I. ſect. 42. [Olearius ad Stanlei. p. 26.] Petavius in Paralipomen. librorum de doctrina tempor. p. 858, Huetius demonſtr. evang. p. 77. Ita Telanois epiſtola ad Philolaum memorata Laërtio VIII. 53. et 74. tanquam ſuppoſita parumque exploratae fidei rejicitur apud eundem VIII. 55.

©BIUM

de medic. Hermet. c. 9. p. 87. et nemo negabit, qui guſtum habet. Adeo declamatorie et ſcholaſtice ſcriptae ſunt! adeo adfectata in iis ineſt et jejuna philoſophia! Graeculus rhetor fuit illarum architectus. Copioſius id oſtendi in Act. erud. Lipſ. menſ. Octob. 1713. p. 458. Epiſtolarum Hippocr. de inſania Democriti verſio gallica Pariſ. 1733. prodiit, ſed minus docta. Recenſetur in Journ. des Sçav. to. 92. p. 192. ſq. HEUM.] Longe minus pro genuinis habendae ſunt epiſtolae duae, quae Hippocratis nomine ad Antiochum et Maecenatem leguntur latine ante libr. Marcelli Empir. de medicamentis et inter opera Hippocratis to. I. ed. Lind. p. 646. ſq. Et altera quidem ad Maecen. rectius in editionibus quibusdam, ut Norimb. 1588. tribuitur Anton. Muſae. Conf. LABB. bibl. nov. mſta p. 215.

CODICES. In cod. Vindob. (155. no. 7. inter theologg. in LAMBEC. Catal. lib. IV. p. . . . .) Hippocratis epiſt. ſuppoſititia ad Ptolemaeum regem Aegypti de conſtitutione et nat. hom. [Inter codd. Meermann. no. 269. epiſtolae Hippocratis ad Ptolem. reg. de ſtructura corp. hum., ſeculo XVI. in 4to exaratus, fuit. De qua epiſt. cf. LABBE bibl. nov. mſt. p. 124. K.] — In IRIARTI cat. codd. gr. Madrit. p. 75. f. Denique ep. ad Hyſtan. graece reperitur inter codd. Auguſt. quart. No. 18, 1. de qua re me certiorem reddidit Erudit. EBERTUS, qui hucuſque meis precibus nunquam defuit, ſed quamvis multis negotiis ob muneris ſui rationem diſtrictus votis meis promptiſſime ſatisfecit. K.

EDITIO. Epiſt. in qua referre dicitur Hippocrates, quomodo ab Abderitanis publice arceſſitus ad Democritum venerit, ab inſania eum curaturus, etc. addita eſt Epicteto, cura Hadr. Relandi. Traj. a. Rh. 1711. 4.

COMMENTARII. Locus emendatus a cenſore in Act. erudit m. Aug. 1711. p. 374. — [THEOD. CA. SCHMIDT epiſtolarum, quae Hippocrati tribuuntur, cenſura. Jen. 1813. 8. K.]

©BIUM

XXVI.

OPERA MANIFESTE SPURIA.

Ἱππιατρικά. Quaedam in hippiatricis Graecis ſub Hippocratis nomine occurrentia, Hippocrate manifeſto recentiora, a veterum nullo memorata et ad Neo-Graecum quendam referenda. Vide, quae infra, libro VI. ubi veterinariae medicinae ſcriptores recenſebo, dicta ſunt.

Ἐπιβώμιος, Sermo brevis ad Theſſalos dictus ante aram Minervae, poſt vaſtatam patriam ſuam ab Athenienſibus, quos poenas hujus rei daturos ominatur, manifeſte ſpurius et glorioſum hominem redolens.

Ὑγιεινὸν πρὸς Δημήτριον βασιλέα. A Lindenio ad diaeteticos libros refertur. Foëſius rectius ad epiſtolas retulit, de quibus jam dictum.

De ſanitate tuenda ad Antiochum Regem et *de ſanitate tuenda ad Maecenatem* ex verſione, ut in Marcelli Empirici de medicamentis libro. pag. 245. (coll. Henr. Stephan.) docetur, Scribonii Largi. Sed mentiuntur nomen Hippocratis et Scribonii, quod docuit Jo. Rhodius ad Scribonium p. 11. Codex latinus eſt in bibl. reg. Pariſ. nr. 6837. 7027. 6862. in bibl. Taurin. II. p. 102. Hippocratis ſive Alexandri de diaeta epiſtola, in bibl. reg. Pariſ. nr. 2240. Prodiit cum Mizaldi hortenſibus, apud Morellum. Pariſ. 1572. 8.

Hippocratis *de ſtructura hominis ad Perdiccam Macedonum Regem libellus* exſtat in bibl. Coisliniana nr. 325. Montfauc. in bibl.. Coislinianae part. II. p. 448. latine, titulo: de hominis fabrica in biblioth. Ambroſ. Mediol. Montfauc. I. p. 516. et in tom. I. p. 284. edit. Lind. et tom. IV. edit. Charter. Summe alienus ab Hippocrate eſt, quod et jam olim ex nominibus Romanis menſium, niſi illi ſint ab interprete, collegit Georg. Hier. Welschius, quem vid. in curat. medicinal. p. 269. 270. Exſtat in eum Jo. Stephani commentarius. Venet. 1653. fol. Hippocr. *de praepa-*

©BIUM

ratione hominis ad regem Ptolemaeum a Jo. Reuchlino lat. verſus. Tubing. 1512. 4.* Codex eſt in biblioth. Pariſ. reg. nr. 2047. et recentior nr. 2301.

Liber *de ſignificatione vitae et mortis* in editis Hippocr. nonniſi latine exſtat, in biblioth. Vindobonenſi tamen graece. Eſt opus abſurdum, aſtrologicum et a Neo-Graeco profectum. Exſtant ejus codices forſan, verum ſub aliis titulis, in biblioth. Bodlej. nr. 2063. alio ſub titulo apud Montfaucon, alio in Mertonienſi bibliotheca, nr. 729. — Prodiit *latine* titulo: Hippocrat. libellus de ſignificatione mortis et vitae ſecundum curſum lunae et aſpectus planetarum, Gulideolo interprete in lucem eductus a Blondo medico. — apud Blondum. 1548. 8.*

Hippocratis liber *de medicorum aſtrologia*, interprete Petro de Albano. Venet. impr. Erhardo Ratdolt. de Auguſta. 1485. 4.* Lipſ. 1505. 4. Riv. Petri de Albano ſecreta quaedam aſtrologiae extracta ex Hippocrate exſtant MS. in bibliotheca Trewiana. Directorium de coeli figura et aſtronomia Hippocratis prodiit in Jo. Ganiveti amico medicorum. Francof. 1614. 12.*.

Hippocratis *epiſtola ad Ptolemaeum de ſanitate tuenda* eſt gr. in bibl. Coisliniana nr. 321. Montfauc. in biblioth. Coislin. part. II. p. 444. item gr. in biblioth. Vindob. Lambec. VI. pagg. 94. 124. 125. et in bibl. Bodlej. nr. 150. et in bibl. reg. Pariſ. nr. 1884. 2229. in Taurinenſi cum altera ad eundem epiſtola *de differentia alimentorum*. Latine verſa a Jo. Reuchlin. Tubing. 1512. 4. Hippocratis vel *Alexandri medici* epiſt. de diaeta exſtat in bibl. reg. Pariſ. nr. 2699. Montfauc. II. p. 735.

Hippocratis ſecreta lat. exſtant ſcripta in biblioth. fratr. min. Cefenae. Montfauc. I. p. 435. Hippocr. liber ſecretorum editus eſt in *Rhaſis* opuſc. et aliorum collect. Venet. 1497. fol.*

©BIUM

Hippocratis liber de puſtulis ex Arabico converſus a GOLIO, quem Bartholinus exhibet. vid. Triller. de nov. Hippocr. edit. p. 5.

HIPPOCR. liber ex capſula eburnea. Eſt arabiſtae opus, et *latine* tantum exſtat in opuſculor. Rhaſis coll. Venet. 1497. fol.* Et in Articella. Ad Cod. fidem in Wittwer Archiv für die Geſch. der Heilkunde Part. I. cura ACKERMANNI. Codex is exſtat in biblioth. Ebneriana. Norimberg. Alius exſtat in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. p. 382.

Parva Hippocratis tabula, per PETRUM BURCKHARD quibusdam ſcholiis aucta et illuſtrata. Vitebergae, 1529. 4.* Encheiridion fuiſſe dicitur Burckhardo, quod Hippocrates, cum aegros viſitaret, ſecum tulerit. Alius HIPPOCRATIS liber, qui in ſepulchro ejus repertus dicitur, exſtat titulo: *liber myſteriorum de praeſignificatione vitae et mortis humanae* graece in bibl. Vindob. de Neſſel part. III. p. 22. nr. 8. — Antidota HIPPOCRATIS ex Actuario et Nicolao Alexandrino edidit van der Linden in Oper. Hippocrat. tom. I. p. 512. et 514.

Fragmentum HIPPOCRATIS de aetate ex Philone edidit van der Linden in Oper. Hippocr. tom. I. p. 314.

LIBRI SPURII NON EDITI.

Τοῦ Ἱπποκράτους εἰς τὰ ἀναλυτικὰ βιβλία δεκατέσσαρα, καὶ ἐξηγεῖται αὐτὰ ὁ Γαληνός. Exſtant hoc titulo in biblioth. Caeſar. Vindobonenſi et Arabice verſa, teſte Herbelot. vid. Lambecii libr. I. Comm. de bibl. Caeſar. p. 273. edit. Kollar.

Τὴν φαρμακίτιδα a ſe ſcriptam memorat auctor libri *περὶ παθῶν* p. 77. ſect. V. Foëſ. et paſſim alibi.

Περὶ τραυμάτων καὶ βελῶν inter Hippocratis opera genuina citat EROTIANUS p. 22. edit. Franz.

Παρακαταθήκην Hippocratis memorat POLLUX IX., 6. [ſect. 57. ſed ibi recte nunc repoſitum eſt nomen *Σωσικράτους* Comici. BECK.]

©BIUM

Περὶ τῶν ὀλεθρίων τραυμάτων, qui forte idem fuit cum eo, quem Erotianus memoraverat, citat GALENUS, et quidem ceu ſuſpectum ad libr. VI. aph. 18. p. 258. tom. IX.

Περὶ καιρῶν πρόγνωσις. in biblioth. Vindob. de Neſſel. part. IV. nr. 179. p. 104.

Τὸ περὶ ἑβδομάδων Ἱπποκράτους citat GALENUS in comm. I. ad I. epid. text. 10. pag. 7. tom. IX. conf. CHALCIDIUS p. 111. et FAVONIUS EULOGIUS ad ſomn. Scipion. p. 441. edit. Graev. Exſtat ejus codex latinus in bibl. reg. Pariſ. 7027.

Περὶ ἐμπύων Galenus quoque dixit.

HIPPOCR. liber *διαθήκης* Arabibus notus erat. vid. Gregor. Bar-Hebraei Chron. Arab. part. V. in ASSEMANNI Codd. MS. orient. bibl. Flor. nr. 226. p. 355.

Hippocratis de regimine medicorum in bibl. Laur. Medicea plut. 73. Montfauc. I. p. 383. quis ſit neſcio.

Hippocr. librum regularem, quem diaeteticum vocavit, citat CAELIUS AURELIANUS II. acut. cap. 29. p. 142. [ad q. l. vid. not. Conſ. et GRUNERI cenſ. libr. Hipp. p. 67. not. *t*), et ſupr. §. XXII. *περὶ διαίτ. ὀξέων*. K.]

Hippocrat. de febribus in bibl. reg. Pariſ. nr. 1885. et 1667. 12.

Hippocr. liber de ſignis infirmitatum exſtat in biblioth. Ambroſ. Mediol. Montfauc. I. p. 299.

[HIPPOCR. tractat. *de infirmitatib. ignotis.* Bibl. Guelf. lat. codd. Helmſt. no. 444. K.]

Hippocr. de judiciis aegrotorum exſtat lat. in bibl. Ambroſ. Mediol. Montfauc. I. p. 516.

Hippocr. de phlebotomia. bibl. reg. Pariſ. no. 6837. lat. [Idem opuſculum reperitur in bibl. r. Dreſd. no. 76ª. K.]

Hippocrates de diverſis herbarum generibus exſt.

in biblioth. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. I. p. 381.

Hippocrates therapeuticus in biblioth. Vindob. Lambec. VI. p. 145.

Hippocr. antidotarium in bibl. Laurent. Medicea plut. 73. Montfauc. p. 382.

Methodus curandi Hippocratica erat in bibl. Narciffi, archiep. Dublin. nr. 1709.

Hippocr. liber chirurgiae gr. in bibl. reg. Pariſ. nr. 305.

Περὶ φλεβοτομίας Ἱπποκράτους exſtat gr. in bibl. Vindob. de Neſſel cat. MS. bibl. Vindob. part. III. p. 26. nr. 16.

Hippocrat. de venaeſectione et *ventoſis* liber Arabice exſtat. HERBELOT. biblioth. p. 489. Et in coll. Ashmoliana *Hippocr. de phlebotomia* nr. 7803.

Hippocrat. de medicamentis ſecundum temperamenta. Herbelot. p. 975.

Librum *Hippocr. de oculis* Arabes citant.

Hippocratis liber de temperamentis. Arabice.

Hippocr. de morborum cauſis et aegrorum decubitu, diagnoſi, prognoſi et curat. Gallice, vertente J. B. DAMASCENO. Lib. I. Pariſ. 1660. 4. BURM.

Hippocr. epiſt. ad Galenum diſcipulum de corpore humano in bibl. Taurin. I. p. 385. [Inter codd. mss. Meermann. no. 300. cod. ſec. XVI. in forma minore continebat inter alia Hippocratem de ſtructura mundi et hominis. K.]

Hippocr de virtutibus herbar. gallice in biblioth. Taurin. tom. II.

Hippocr. de urinis ab Arabiſtis citatur. Exſtat gallice in biblioth. Britann. Taylori. Inter Jyſoni Codd. nr. 4155. In urinalia Hippocratis exſtabat Magni EUMESINI medici explicatio ſcripta in bibl. Mich. Cantacuzeni c. fig. Spach. elench. p. 92.

©BIUM

Hippocratis remedia ad varios morbos exſtabant ſcripta in biblioth. Gunziana p. 470.

Excerpta aliqua ex Hippocrate et *Galeno* et *Moſe Maimonide* in CASIRI biblioth. Scorial. nr. 863. Alia in bibblioth. Laurent. Medicea plut. 74. nr. 12. Montfauc. I. p. 385.

Διαθήκη, τῶν τριῶν ἰατρῶν, Γαλήνου, Ἱπποκράτους καὶ Μελετίου τοῦ σοφοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς exſtat in biblioth. Vindobonenſi, de Neſſel. part. III. nr. 53. p. 56.

Eclogae ex Hippocrate et aliis medicis graece, in 220. capita diviſae: exſtant in biblioth. Vindobonenſi. De Neſſel. nr. 53. p. 56. part. III.

Excerpta *ex Hippocr. de morbis variarum* partium et earum curatione, in biblioth. reg. Pariſ. graece nr. 2178. In Vindobonenſi. Lambec. VI. pag. 101.

Excerpta *de morbis ex Hippocrate, Galeno* et *Meletio* exſtant gr. in biblioth. Coislin. Montfauc. in bibl. Coislin. part. II. p. 448.

Eclogae ex Hippocrate et *Galeno* gr. Lambec. VI. part. II. p. 100. vid. de Neſſel. part. III. nr. VIII. p. 25.

Aliae *eclogae* exſtant gr. in biblioth. Vindob. de Neſſel. part. III. nr. 15. p. 26.

Excerpta *ex Hippocrate* et aliis gr. in biblioth. Vindobon. de Neſſel. part. III. p. 48. nr. 41.

Alia *excerpta ex Hippocrate* lat. in biblioth. reg. Pariſ. nr. 7101. et graece nr. 2269.

Fragmenta *ex libr. chirurgicis Hippocrat.* gr. ſunt in bibl. reg. Pariſ. nr. 2247.

Translationes ex Hippocrate in biblioth. Narciſſi Dublin. Cod. Brit. nr. 1215.

NATHAN f. Joel f. Palken ſententiae ex HIPPOCR. et GALENO excerptae de morbis et medicamentis, in biblioth. Taurin. I. p. 19.

Sub ficto HIPPOCRATIS nomine hi recentiores libri prodierunt:

©BIUM

Tractatulus hypocratis medicorum optimi de aſpectibus planetarum verſus lunam. In fine: *Hyppocratis libellus de medicorum aſtrologia finit a* PETRO DE ABBANO in latinum traductus. ſine loc. et ann. in 4.* Praefationem dedit Anthonius Friburgenſis anno 1505.

Hippocratis aſtrologia prodiit cum JO. GANIVETI amico medicorum. Lugd. 1550. 12. Francof. 1614. 12.

Hippocrates de natura lactis et de ejus in curationibus morborum uſu. Arauſion. 1567. 8. Lugd. 1571. 8.

Hippocrates de inuſtionibus ſive fonticulis opus, hiſtoriis medicis refertum et in praxi utiliſſimum. Autore R. R. (*eſtaurant*). Lugd. 1681. 8.* De inuſtionibus Hippocratis et omnis aevi obſervata enarrat.

Hippocrate de la circulation du ſang et des humeurs. Par M. Pierre Barra. à Paris. 1683. 12.* Loca continet Hippocr., quae ad circulationem referri patiuntur.

Pertinent quoque ad *Hippocratem*

MICH. ANGELI BLONDI ex libr. Hippocr. de nova et priſca arte medendi epithomae. Rom. 1545. 8.*

Ex Hippocrate et Galeno, omnium medicorum *χορυφαίοις excerpta quaedam*, univerſis ferme hominibus omnique paene tempore ad ſanitatem tuendam utilia per JO. KAZSCHIUM ſ. loc. 1549. 4.*

THEOD. ANGELUTII ars medica ex Hippocratis Galenique theſauris. Venet. 1588. 4.*

TH. MOUFFETI noſomantica Hippocratea, ſeu Hippocratis prognoſtica cuncta ex omnibus ipſius ſcriptis methodice digeſta. Francof. 1588. 8.*

JO. ANTONID. VAN DER LINDEN meletemata medicinae Hippocr. Lugd. Bat. 1660. 4.* Compendium eſt medicinae Hippocr.

TH. BURNET Hippocrates contractus, in quo Hippocr. opera omnia in brevem epitomen redacta habentur. Edinb. 1685. 12. Vienn. 1737. 8.* Lond. 1743. 12. Arg. 1765. 8.

Aphoriſmi novi ex Hippocratis operibus nunc primum collecti, in ſuas claſſes digeſti, notisque illu-

©BIUM

ſtrati ſtudio JAC. SPONII. Lugd. 1684. 12.* 1689. 12. Praefatio cenſuram librorum Hippocr. doctiſſimam exhibet, quam ſupra memoravi. Aphoriſmi ex omnibus libris collecti et commentario medico illuſtrati ſunt.

(SLEVOGT JO. HADR. de inſtrumentis Hippocratis, hodie ignoratis. Jen. 1709. 4. Laudat HALLER (bibl. pr. to. IV. p. 89.) ejusd. diſſertationem *Σπάδιον* Hippocratis. Jen. 1712. in qua interpretationes hujus vocis, quae extant, refutantur. K.)

Speculum Hippocraticum Zwingeri cum ejusd. Hippocr. operib. ſemiot. prodiit Baſil. 1748. 8.

[JO. HENR. FISCHERI, diſp. moderante JO. CH. BRIEGLEBIO, Prof. Coburg. de Hippocrate, ejus ſcriptis, eorumque editionibus. Coburgi, 1777. 4.* HARL.]

[M. JO. CHR. RABE diſſ. Hippocratem barbaris operam negantem, Lipſiae, 1722. a crimine, eum fuiſſe *ἄθεον*, defendit quidem Hippocratem, ſed accuſat eum, barbaris opem denegantem, inurbanitatis, vanitatis, injuſtitiae etc. HARL.]

[JO. GEO. SIEGESBECK progr. med. bot. de Tetragono Hippocratis. Petrop. 1737. 4.*

GUST. BÜLAU d. d. angina Hippocratis. Hal. 1822. 8.*

JO. H. DIERBACH, die Arzneimittel des Hippocrates, od. Verſuch ein. ſyſtem. Aufzählung d. in allen hippokrat. Schriften vorkomm. Medikamente. Heidelb. 1824. 8.* K.]

XXVII.

OPERA HIPPOCRATIS OMNIA.

Operum Hippocratis Galeni temporibus editiones non paucae exſtabant. Exemplaria tamen operum, qualia ante Ptolemaeorum et Attalicorum regum tempora fuerant, Galeni temporibus non amplius exſtitiſſe videntur, ſaltim non librorum omnium, quod ipſe GALENUS innuit comm. in III. epid. II. p. 239. tom. IX. et comm. I. in Hippocr. libr. de nat. hum. text. 42.

©BIUM

p. 127. tom. III. Exemplar, quod Galenus memorat, et de quo ſupra locuti ſumus ſub libr. I. et III. epid. quod Mnemon Sidites Alexandriam attulerat *τὸ ἐκ πλοίων κατὰ διορθωτὴν Μνήμονα Σιδίτην* Galenus non vidit, qui potius ſuo tempore exemplaria tribus ſaeculis antiquiora non exſtitiſſe expreſſe dicit in comm. III. ad libr. definit., et de exemplaribus tribus ſaeculis antiquioribus non ſine dubitatione quadam differit in prooem. comm. in Hippocr. libr. de officina med. p. 2. tom. XII. Memorat Galenus atque laudat exemplar ſcriptorum Hippocratis Alexandrinum.

Adriani temporibus novam recenſionem ſcriptorum Hippocratis dederunt ARTEMIDORUS CAPITO atque DIOSCORIDES. ARTEMIDORI labores Adrianum adeo probaſſe Galenus refert, eosque ſuo adhuc tempore ſummo ſtudio eſſe quaeſitos. conf. GAL. comm. I. in libr. Hippocr. de natura humana text. 1. p. 97. to. III. DIOSCORIDIS editio, iisdem temporibus elaborata at minus aeſtimata, quam Capitonis; attamen laude ſua a Galeno non defraudata, textum fere eundem exhibuit, quem Capitonis editio, quod ex concordantibus utrorumque editorum lectionibus, quas Galenus saepiſſime adducit in commentariis ſuis, perſpicitur. Utrosque antiquam lectionem temere immutaſſe, novis sine cauſa excogitatis, magis tamen in hoc temerarium fuiſſe Artemidorum, Dioscoride, Galenus l. c. et in locis aliis compluribus, v. g. in comm. I. ad VI. epid. prooem. p. 354. tom. IX. et retulit, et per exempla probavit, quae in omnibus fere commentariis ſuis in Hippocratis libros leguntur, et textui ipſi corrigendo multum inſerviunt. Aliam operum Hippocratis, ſaltim plurimorum, antiquam editionem Suidas memorat in lexic. tom. II. p. 145. edit. Kueſter. his verbis: *τετάρτην τάξιν* (primam habebat apud Suidam jusjurandum, alteram praenotiones, tertiam aphoriſmi) *ἐχέτω πολυθρύλλητος καὶ πολυθάυμαστος Ἑξηκοντάβιβλος, ἡ πᾶσαν ἰατρικὴν ἐπιστήμην τε καὶ σοφίαν ἐμπεριέχουσα.*

©BIUM

Interpretum quoque numerus inter antiquos non parvus eſt, quorum nomina Erotianus atque Galenus dederunt, qui ſane major evaſiſſet, ſi hi viri omnes nominaſſent: Galenus enim ſaepiſſime de interpretibus Hippocratis, et de his, qui πίνακας ſcripſerunt Hippocratis, v. g. in comm. I. in libr. Hippocr. de articulis text. 48. p. 314. tom. XII. loquitur, nullo nominato. Enarrabo nunc interpretes Hippocratis quos Erotianus atque Galenus citant, et quidem literarum ordine.

ANTIGONUS, Alexandrinus, grammaticus. Erot. p. 13.

APOLLONIUS CITTIEUS XVIII. libros ad III. Heraclidis Tarentini libros ad Bacchium ſcripſit. Erot. p. 10. APOLLONIUS EMPIRICUS, Galeno ὁ βιβλᾶς dictus, contra Zenonem de characteribus in epid. ſcripſit, et Zenone contradicente reſcripſit. Gal. comm. II. in III. epid. text. 5. p. 244. tom. IX.

APOLLONIUS OPHEUS Bacchii λέξεις in epitomen redegit. Erot. p. 9.

ARISTARCHUS grammaticus. Erot. p. 12.

ARISTOCLES et ARISTOPEAS, grammatici Rhodii. Erot. p. 13.

ASCLEPIADES obſcuriores libros Hippocratis explicuit. Gal. in prooem. comm. in Hippocr. de officin. medic. p. 2. tom. XII. Locum ex commentario Aſclepiadis in Hippocr. de officina medici dat Galenus in comm. in hunc libr. II. text. 29. p. 68. tom. XII.

ATTALIO citatur ab Oribaſio in aphoriſm. Hippocr.

BACCHIUS TANAGRAEUS, Herophileus medicus, ſcripſit συντάξεις τρεῖς λέξεων Ἱπποκράτους et commentarios in libros epidem. Hippocratis. Primum librum Erotianus, alterum Galenus ſaepiſſime citant. Obſcuriores Hippocr. libros tantum explicuit. Gal. in prooem. comm. in Hippocr. de officina med. p. 2.

tom. XII. Ejusd. comm. in aphorismum laudat Gal. ad VII. aph. 70.

CALLIMACHUS, ὁ ἀπὸ τῆς Ἡροφίλου οἰκίας. Erot. p. 8. et saepius.

DIDYMUS ALEXANDRINUS, grammaticus. Erot. p. 13.

DIOCLES, Gal. in comm. in Hippocr. de officin. med. I. text. 5. p. 14. tom. XII.

DIONYSIUS in aphorismos scripsit. Gal. ad IV. aph. 69.

DIOSCORIDES ALEXANDRINUS, junior, multis libris scriptis ne quartam quidem partem omnium verborum exposuit. Gal. in prooem. exegeseos gloss. Hippocr. p. 402. edit. Franz. ὀνομασίας τῶν φαρμάκων scripsit p. 484. γλωττογράφος Galeno dicitur p. 486. Est idem ille, qui Hippocratem edidit, de quo vid. loca Galeni supra citata.

DIOSCORIDES PHACAS, Herophileus, qui tempore Antonii et Cleopatrae vixit, contradixit expositioni vocum Hippocr. Philini empirici, Epicleusti Cretensis et Apollonii. vid. Erot. p. 8. 382.

DOMNUS citatur ab ORIBASIO in aphorism. Hippocr.

EPHICIENUS. Gal. de ordine legendor. libror.

EPICLES BACCHII dictiones in epitomen redegit et literarum ordine de vocibus Hippocr. scripsit, ob brevitatem Erotiano vehementer taxatus. p. 16.

EPICLEUSTUS Cretensis Bacchii dictiones secundum ordinem disposuit. Erot. p. 8.

ERASISTRATUS in libro de febribus contra librum Hippocr. de diaeta in acutis scripsit. Gal. in comm. I. in Hippocr. de diaet. acut. text. 24. p. 22. tom. XI.

EUPHORION omnes voces Hippocratis sex libris explicare studuit. Erot. p. 12.

GLAUCIAS, Empiricus, magno libro, secundum

©BIUM

literarum ordinem voces Hippocratis explicuit. Erot. p. 10. 16. Ex primis fuiſſe Glauciam, qui commentarios in Hippocratis libros ſcripſerint. Gal. in comm. in Hippocr. de humoribus text. 24. p. 535. tom. VIII.

Heraclides Erythraeus literarum characteres in III. epid. explicuit. vid. Gal. comm. II. in III. epid. text. 4. p. 240. tom. IX.

Heraclides Tarentinus cum Xenocrito Coo primus coepit voces Hippocratis exponere. Erot. p. 7. Commentar. Heraclidis in libros VI. epid. citat Galenus in comment. ad VI. epid. In omnes Hippocratis libros commentatum eſſe Gal. in prooem. comm. in libr. Hippocr. de offic. medic. p. 2. tom. XII. et in prooem. comm. in Hippocr. de humoribus p. 508. tom. VIII. adſerit. — Comment. in aph. citat Gal. ad VII. aph. Hippocr. 70.

Herophilus ſolas gloſſas explicuit. Gal. explanat. vocum Hippocr. p. 404. Ad primos refertur interpretes aphoriſm. Hippocr. a Galen. ad aph. VII. 70.

Julianus Alexandrinus contra aph. ſcripſit, quem Gal. peculiari libro refutavit.

Lycus, Neapolitanus, comm. in Hippocr. aph. ſcripſit, de quo vide ſupr. et de locis in homine. Ex hoc locum adducit Erot. p. 214. In libr. epid. Gal. comm. II. in VI. epid. text. 31. p. 414. tom. IX. vid. quoque ſupra ſub epidem. Sed Macedonem hunc Lycum expreſſe vocat Galenus in comm. I. in III. epid. text. 4. p. 201. tom. IX.

Lysimachus Cous libros vocum Hippocr. III. ad Cydiam Herophileum, tres ad Demetrium, et praeter hos unum adhuc confecit. Erot. p. 11. 12.

Mantias Gal. in comm. I. in Hippocr de officin. med. text. 5. p. 14. tom. VIII.

Marinus in aph. ſcripſit. Gal. ad VII. aph. 24. et ad VII. aph. 54.

©BIUM

METRODORUS, Sabini discipulus, in epid. Hippocr. commentatus eſt. Vid. ſupra ſub. epidem.

MNEMON, SIDITES. De ejus in libr. epid. laboribus vid. Gal. in comm. I. in III. epid. text. 4. p. 238. 239. tom. IX. et nos ſupra ſub epidem. libris.

NUMESIANUS aphoriſmos explicuit. vid. ſupr. ſub aphoriſm. et Gal. in comm. in Hippocr. de humorib. text. 24. p. 535. tom. VIII.

PAMPHILUS voces Hippocr. expoſuit. Vid. Gal. in explanat. voc. Hippocr. p. 402.

PELOPS ſcr. comm. Hippocraticarum introductionum. Secundum citat Gal. libr. VI. de Hippocr. et Platon. decret. cap. 5. p. 191. tom. V.

PHICIANUS. Ejus comm. in epid. ſupra enarravi ſub epidem.

PHILINUS EMPIRICUS, Bacchio coaevus, ſex libros contra Bacchium ſcripſit. Erot. p. 9.

PHILOTIMUS. Gal. in comm. I. in Hippocr. de officin. med. text. 5. 14. tom. VIII.

QUINTUS comm. in epid. ſcripſit, de quibus vide ſupra ſub epidem.

RUFUS EPHESIUS. Ejus in epid. libros enarrationes laudat Galenus in comm. II. in VI. epid. text. 31. p. 414. tom. IX.

SABINUS ſcripſit comm. in epidem. textu Hippocratis ſaepe mutato. Gal. comm. II. in VI. epid. text. 31. p. 414. tom. IX.

SATYRUS. Comm. in epid. ſcripſit et in prorrhet. de quibus vid. ſub epid.

THESSALUS contra libr. Hippocr. de diaeta in acut. ſcripſit. Gal. comm. I. in libr. Hippocr. de diaet. acut. text. 24. p. 22. tom. XI. Et contra aphoriſmos. Gal. adverſ. Julian. cap. 1. p. 377. tom. IX.

XENOCRITUS, Cous, grammaticus, primus voces Hippocratis interpretatus eſt. Erot. p. 6.

©BIUM

ZENO *Herophileus* interpretatus eſt libros epid. Librum de characteribus literarum in epidem. III. ſcripſit et alium ejusdem argumenti contra Apollonium Empiricum. Vid. ſupra ſub epidem.

ZEUXIS ſcr. commentarios in omnes Hippocr. libros, teſte Galeno in prooem. comm. in Hippocr. libr. de offic. medici p. 2. tom. XII. et in prooem. comm. in Hippocr. de humorib. p. 508. tom. VIII. Ad primos atque antiquiſſimos commentatores eum refert Galen. in comm. in Hippocr. de humorib. text. 24. p. 535. tom. VIII. et ad VII. aph. 70. Locum ex ejus comment. in libr. de natur. hominis citat Erot. p. 214.

CODICES operum omnium Hippocratis, aut ſaltim plerorumque, manuſcripti exſtant in bibliotheca Ducis Mutinenſis, Montfauc. I. p. 531. in Vaticana, Bavarica, nr. 133. Montfauc. I. p. 589. in Medicea, quos jam Cordaeus atque Foëſius laudaverant, ex uno adeo lectionum varietas apud Foëſium legitur. Codice Mediceo, qui in Laurentiana bibliotheca Florentiae adſervatur, Stephanus Mackius uſus eſt. Exſtat in plut. 74. Montfauc. I. p. 384. in Ambroſiana Mediolanenſi et quidem voluminibus XVI. cum ſcholiis. Montfauc. I. p. 498. et alius ſaec. XIII. Montfauc. I. p. 529. in Greshamienſi Lond. nr. 3444. in biblioth. reg. Pariſ. nr. 1861. XIV. ſaeculi, Montfauc. palaeol. graec. libr. I. p. 75. et biblioth. Ms. II. p. 726. nr. 2132. 2133. Montfauc. II. p. 729. 2140. 2141. 2142. 2143. 2144. 2254. 2545. 2670. 2671. 2672. 2673. Montfauc. II. p. 735. nec non nr. 3138. 3139. Montfauc. II. p. 739. Hippocrates et interpretes ejus in biblioth. reg. Pariſ. nr. 5407. Montfauc. II. p. 756. in bibl. D. Marci Veneta. Montfauc. I. p. 472. in biblioth. Ambroſiana Mediolanenſi Montfauc. p. 498. Codices Vindobonenſes enarrat Lambecius et Stephan. Mackius in praefat. ad ſuam oper. Hippocr. edit. Vienn. 1743. fol.

Hippocratis opera omnia cum expoſitione Galeni tomis IV. exſtabant in biblioth. Voſſiana Montfauc. I. p. 675. Operum Hippocr. codex erat apud Antonium Cantacuzenum. Hippocr. plurima opera exſtant in bibl. Alexandr. Petavii in Vaticana graece nr. 396. 397. 1058. 1061. Montfauc. I. p. 96. Hippocratis opuscula exſtant gr. in bibl. Pr. de Mesme. Montfauc. II. p. 1327. Hippocratis tractatus, in eadem biblioth. Montfauc. II. p. 1328. Hippocratis opuscula in biblioth. Scorial. Montf. I. p. 620.

[Reperitur quoque in bibl. reg. Hafn. No. 224. codex papyraceus, quem omnia Hippocratis ſcripta continere, ERICHSENUS in catal. bibl. teſtatur ordine ab editis non nihil diverſo. Praefixus contentorum index ſexaginta enumerat libros Hippocratis, quorum duo primi jusjurandum, et lex, duo poſtremi decretum Athenienſium et oratio Theſſali filii ſunt. Sub indice leguntur haec: *Ἰστέον ὅτι οἱ προεξηγησάμενοι τὰ τοῦ Ἱπποκράτους βιβλία πρὸ τοῦ Γαληνοῦ εἰσὶν οὗτοι· Ζεῦξις τε καὶ Ἡρακλείδης· οὐκ εἰς ἅπαντα δυβάχχιος* (recte emend. BLOCH. *δὲ Βάκχιος*) *· Ἀσκληπιάδης δ᾽ εἰς ὀλίγιστα.* Cujus codicis notitiam Viro Celeberrimo, OTT. DIET. BLOCHIO, bibliothecario acad. Hafn., cujus inſignem erga me benivolentiam, et ſummam mea deſideria literaria explendi promptitudinem animo gratiſſimo colere, et laudibus meritis extollere nunquam deſinam. K.]

Hippocratis opera ſaepe apud Guil. Peliſſier. Montfaucon. II. p. 1199. Exſtant in biblioth. Vindobonenſi *anonymi cujusdam antiqui auctoris Graeci variae lectiones, emendationes et notae in Hippocratis opera, et in vitam ejusdem, a Sorano conſcriptam.* de Neſſel. Cat. Ms. graec. Vindob. part. III. nr. 43. p. 49. Et in eadem biblioth. Vindobonenſi Hippocr. opera ex edit. Aldina adſervantur, quibus Jo. Sambucus varietatem lectionis ex codice Tarentino et ex alio quodam codice Ms. Fontemblenſi adſcripſerat. Lambec. lib. VI. p. 154.

©BIUM

JANUS quoque CORNARIUS editioni ſuae graecae operum Hippocratis plurimas lectiones variantes ex Codd. MSS. adſcripſit, idque exemplar aſſervatur in biblioth. Vindobonenſi. Vid. de Neſſel. l. mox citat. et Mackii praefat. ad Hippocr. [De iis vid. praefat. meam. K.] Caſtigationes in Hippocratem exſtant graece in biblioth. Lugd. Batav. p. 398. *Codex* operum Hippocratis latinus exſtat in monaſter. S. S. Trinit. Tironienſi nr. 38. Montfauc. II. p. 1249. Quaedam Hippocratis exſtant lat. in biblioth. San-Germanenſi nr. 596. Montfauc. II. p. 1133. Conſtantini Africani libri quidam Hippocratis et Galeni in latinam linguam traducti exſtant in biblioth. Divio-Benigniana. Montfauc. II. p. 1285.

Magnum volumen Arabicum, praeter alia etiam converſa ex Hippocrate continens, exſtat in bibl. Lugd. Bat. ex legato Scaligeriano. vid. Catal. bibl. Lugd. Bat. p. 276.

De codicibus MSS. operum Hippocratis quaedam habet TRILLERUS in epiſt. ad Hahnium de variolis et anthracibus veterum p. 4. 5. opuſc. vol. II. et in epiſt. med. crit. ad Jo. Freind in opuſc. vol. II. p. 183. et in libello de nova Hippocr. editione adornanda paſſim. Codices MSS. qui in biblioth. reg. Pariſ. adſervantur, recenſuit Bosquillon in praefat. ad novam aphoriſmorum et prognoſtici edit. ſupra citatam.

XXVIII.

EDITIONES GRAECAE.

Ἅπαντα τὰ τοῦ Ἱπποκράτους. Omnia opera Hippocratis. Venet. apud Aldum, 1526. fol.* Haec princeps eſt editio et ex Codd. MSS. impreſſa; ſed non bonis et non valde, ut videtur, vetuſtis, quae, juſte monente TRILLERO in epiſt. ad Jo. Freind p. 180. in opuſc. vol. II. praeter antiquitatis honorem chartaeque nitorem, nil habet, quod ipſam commendet.

Ἱπποκράτους Κώου ἰατροῦ παλαιοτάτου, πάντων ἄλλων κορυφαίου, βιβλία ἅπαντα. Hippocratis Coi medici vetuſtiſſimi et omnium aliorum principis libri omnes ad vetuſtos codices ſummo ſtudio collati et reſtaurati. Baſil. apud Froben. 1538. fol.*

Janus Cornarius editor eſt, qui tribus Codd. MSS. vetuſtis uſus eſt, quorum alterum ab Adolpho Occo, alterum ex Jo. Dalburgii bibliotheca, poſtremum ab Hier. Gemuſaeo acceperat. Galeno ad corrigendum Hippocr. textum etiam uſus eſt, pluribus quater mille, quod ipſe Cornarius in epiſtola dedicatoria narrat, locis redintegratis, qui in Aldina editione aut defuerunt ex toto, aut vitiati habebantur. Atque hoc ea religione factum, ut nihil temere ſit mutatum, ita ut in ambiguis lectionibus eas potiſſimum ſecutus ſit, quas Galenum recepiſſe deprehendit. Praefert hanc Aldinae Trillerus in opuſc. vol. II. p. 181. multa tamen in ea omiſſa eſſe ait. Typi acutiores ſunt et accuratiores. Vid. quoque de his Aldi et Jani Cornarii editionibus judicium Justi Josephi Scaligeri in Scaligerian. p. 162. et Jo. Freind. in praef. ad epidemion. I. et III. ſupra memorata.

XXIX.

EDITIONES LATINAE.

Verſio latina antiqua Hippocratis et Galeni, quam commendat Caſſiodorus cap. 31. divinar. lect. intercidit; ceterum exſtant Hippocratis editiones latinae poſt ſcripta nonnulla ejusdem ſparſim edita et ex Arabico fere translata Venet. 1493. et 1497. Vid. Beughemii incunabula typogr. p. 74. In Articella quoque multi Hippocr. libri leguntur iique ſaltim non omnes ex Arabico verſi.

Prima *latina* operum Hippocratis haec eſt:

Hippocratis Coi, medicorum omnium longe principis, *octoginta volumina*, quibus maxima ex par-

©BIUM

te, annorum circiter duo millia, Latina caruit lingua, Graeci vero, Arabes et priſci noſtri medici, pluribus tamen utilibus praetermiſſis, ſcripta ſua illuſtrarunt, nunc tandem per M. FABIUM CALVUM *Rhavennatem* — latinitate donata, Clementi VII. Pont. M. dicata ac nunc primum in lucem edita. In fine legitur: M. FABIUS CALVUS *Rhavennas* cum ceteris Hippocratis octoginta voluminibus Romae vertebat XIX. Cal. Septembr. 1515. Cum gratia et privilegio Sanctiſſimi Clementis VII. Pont. M. ac ſereniſſimi Franciſci, Regis Francorum ad decem annos. Romae, ex aedibus Franciſci Minitii Calvi Novocomenſis anno a partu virginis 1525. fol.*

Juſſu Clementis VII. haec verſio facta eſt, cujus primam hanc, quam coram habeo, editionem ignorarunt plurimi. Codicibus MSS. Vaticanis ad hanc verſionem uſus eſt CALVUS. Repetita eſt haec Calvi verſio Romae, 1549. fol. 1619. fol. 1610. fol.

[Antea tamen lucem viderat: *Hippocratis de natura hominis, de victu, de tuenda valetudine, Medicinae lex, Hippocratis jusjurandum, Hipp. demonſtratio, quot artes ſunt, Hipp. invectura* (ſic) *in obtrectatores medicinae. Quae quidem opera ut latine et emendare* (ſic) *legerent, curavit Andreas Brentius Patavinus.* f. a. 4. Romae, charactere eleganti Steph. Planck. vid. AUDIFFREDI catal. edit. rom. ſaec. XV. p. 379. HARL.]

HIPPOCRATIS COI *opera* — nunc tandem per M. FABIUM CALVUM Rhavennatem, GUIL. COPUM Baſileenſem, NICOLAUM LEONICENUM et ANDREAM BRENTIUM — latinitate donata. Baſil. in offic. Andr. Cratandri. 1526. fol.*

HIPPOCRATIS COI *opera* ex JANI CORNARII verſione. Venet. 1545. 8.* Pariſ. 1546. 8. Baſil. 1546. fol.* 1553. fol. edente Jo. CULMANNO Geppingenſi. 1558. fol.* Lugd. 1554. 8. II. voll. 1562. 8. 1564. fol. 1564. 8. 1582. 8. [Hippocr. lat. c. comment. Mari-

©BIUM

nelli et argumentis in singulos libros publicav. J. Culmann. Vincent. 1610. f. Ejus notitiam Blochio debeo. K.]

Calvi versioni nimiam fidem tribuisse et codices MSS. non adhibuisse, G. H. Welschius, dec. IV. cur V. p. p. 184. notat. Multis codd. MSS. usum esse et Aldina Hippocratis editione et Galeno, Hallerus biblioth. medic. pract. tom. I. p. 93. monet. Sed minus bonam, imo pessimam hanc versionem esse, recte monuerunt Trillerus in epist. med. crit. p. 151. in Opusc. vol. II. et saepius, atque Grunerus in censur. libr. Hippocr. p. 38. Argumenta studiose elaborata Jo. Culmannus singulis libris praemisit.

Eadem Jani Cornarii versio saepissime excusa est et quidem cum argumentis Jo. Culmanni et commentariis Jo. Marinelli, Venet. 1575. fol.* 1619. fol. et edente Joanne Baptista Paitono tomis tribus, quorum primus Venet. 1737. in fol. editus, Hippocr. opera ex Jani Cornarii versione, alter Venet. 1739. fol. editus, Jo. Marinelli commentarios, tertius eodem anno emissus, Pt. Matthaei Pini indicem continet.* Utilis est haec editio, inprimis ob indicem. Titulus est: *Hippocratis Coi opera omnia* ex Jani Cornarii versione una cum Jo. Marinelli commentariis et Petri Matth. Pini indice. — Eandem Cornarii versionem in suam editionem graeco-latinam recepit Lindenius, de qua mox dicam.

Eandem recusam dedit Hallerus, non sine Trilleri et Gruneri indignatione plurima, in principibus artis medicae tom. I—IV. Lausann. 1769—1771. 8.* nova tamen simul operum Hippocratis censura data et dispositione facta.

Anutii Foësii versio cum editt. graeco-latinis Foësii prodiit. Seorsim excusa est Francof. 1596 8.* Optima est et omnibus reliquis praeferenda.

[Hippocratis opera, quae exstant, in sectiones VII. divisa. Ex interpr. A. Foësii recudi curavit, prole-

©BIUM

gomena de conditione artis medicae ante Hippocr. Hippocratis vita, ſcriptis et meritis, nec non cuique libro praefatiunculam praemiſit, verborumque difficilium minusque cognitor. indicem explicantem adjecit Jo. Fr. Pierer. Altenb. 1806. 8.* Voll. 3. Cum editor collectionem antiquorum omnium et inter recentiores praecipuorum medicorum exhibere apud animum conſtituiſſet, priori titulo jungebat alium: Bibliotheca iatrica uſui medicorum omnis aevi dicata etc. etc. K.]

Multa Hippocratis, ſed non omnia, prodierunt in collect. aliquot ſcriptorum Hippocratis et Galeni. Venet. 1487. 12. Multa quoque, ut jam dixi, in Articella leguntur, ſaepius impreſſa. Hippocratis opera parva, ſcilicet de natura hominis, de tuenda valetudine, medicinae lex, jusjurandum, demonſtratio quot artes ſint, invectiva in obtrectatores medicinae lat. prodierunt ex verſione et emendatione Andr. Brentii cum Symphoriani Campegii opuſculo de claris medicinae ſcriptoribus et aliis. Lugd. 1508. 8.* vid. quoque catal. Biblioth. Bunav. tom. I. p. 92. Alii libri prodierunt 1506. 8. Rabelaeſii collectionem jam indicavi.

Exſtat quoque Hippocr. *de praedictionibus* lib. II. *de Coacis*, *de ſomniis*, *de flatibus*, *de carnibus*, interprete Fabio Calvo. 1527. 12.

Hippocr. opera aliqua, vertente Rasario. Saragoſſ. 1567. 4.

XXX.

EDITIONES GRAECO-LATINAE.

Hippocratis Coi *opera*, quae exſtant graece et latine veterum codicum collatione reſtituta, novo ordine in quatuor claſſes digeſta, interpretationis latinae emendatione et ſcholiis illuſtrata ab Hieron. Mercuriali, Forolivienſi. Venet. induſtria et ſumptibus Juntarum, 1588. fol.* Addita eſt quartae claſſi Hippocratis vocum

explanatio graeco-latina Erotiani, Galeni et Herodoti. Praemiſſa eſt operibus Mercurialis cenſura operum Hippocr. de qua jam dixi. Nimiam fidem tribuiſſe Mercurialem codicibus MSS. praeſertim Vaticanis, et vel ipſa vitia exſcripſiſſe, Trillerus notat in epiſt. med. crit. p. 180. in Opuſc. Vol. II. Varietatem lectionis, ſed non omnem, ex vetere codice, quem non deſcripſit, in margine dedit, notasque ſingulis libris addidit doctiſſimas.

Τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους πάντων τῶν ἰατρῶν κορυφαίου τὰ εὑρισκομένα. Magni HIPPOCRATIS *opera omnia*, quae exſtant in VIII. ſectiones ex Erotiani mente diſtributa, nunc recens latina interpretatione et annotationibus illuſtrata ANUTIO FOËSIO Mediomatrico medico authore. Francof. apud Wechelii haered. 1595. fol.* 1621. fol.* 1624. fol.* 1645. fol. et Genev. 1657. fol. Ultimae huic editioni acceſſerunt liber *περὶ φαρμάκων* cum comm. Jo. HEURNII, liber de ſtructura hominis latine, Erotiani, Galeni atque Herodoti gloſſaria, nec non eorum, qui Hippocratem commentariis illuſtrarunt, enumeratio. [HIPP. opera omnia, Gr. et Lat. c. not. Foëſii et al. Erotiani et Galeni gloſſar. et Palladii ſchol. in lib. de fract. c. ind. dupl. Genev. 1657. f.* K.]

Ordinem et in ſectiones diſtributionem ab Erotiano repetiit vir de Hippocrate omnium longe meritiſſimus. Uſus eſt ad ſuam editionem Codd. MSS. ex bibliotheca Vaticana, quibus M. Fabius Calvus uſus fuerat, tribusque aliis ex bibliotheca regis Franciae Fontanobellaea. Uſus eſt quoque duobus exemplaribus operum Hippocratis Aldino et Frobeniano, cui vir quidam doctus plurimam partem lectionum variantium ex Codd. Pariſinis adſcripſerat, nec non codice M. Cordaei. Novam dedit, eamque optimam omnium, textus recenſionem. Verſionem ipſe elaboravit, eamque accuratiſſimam, luculentiſſimam, cujus ope TRILLERUS corruptum Hippocratis textum ſaepiſſime emendare potuerit. vid. ejusd. epiſt. med. critic. p. 181. in Opuſc.

©BIUM

vol. II. Singulis libris addidit enarrationes doctiſſimas, ad easque Joannis Martini et Aemilii Porti obſervationibus uſus eſt. Additae ſunt cuique ſectioni variae lectiones ex Codd. regiis, quos diximus, et ex codice Mediceo. Sextae ſectioni acceſſerunt PALLADII ſcholia in Hippocratis librum *περὶ ἀγμῶν*, ultimae editioni praefatio addita eſt, in qua praecipui Hippocratis interpretes enumerantur. Vid. de hac editione operum Hippocratis omnium optima, TRILLERI judicium in epiſt. med. crit. in opuſc. vol. II. p. 181.

Magni Hippocratis Coi opera omnia gr. et lat. edita et ad omnes editiones accommodata induſtria et diligentia Jo. Antonidae van der Linden. Lugd. Bat. 1665. 8. II. Voll. Neapol. 1754. 4. II. Voll. Venet. 1757. 4. II. Voll. — [Inveni et edit. L. B. 1765. 8. niſi mendum fuerit typographi.]

Adhibuiſſe Lindenium vetuſtiſſima exemplaria MS. et textum aliquot millenis locis reſtituiſſe, ejus filius Henricus Antonides van der Linden memoriae prodidit, qui hanc editionem, a patre typis commiſſam, ſed non ad finem perductam, ſua demum, patre mortuo, cura edidit. Textum in capita diviſit, eaque in tmemata, textumque ſuum editionibus Frobenii, Jani Cornarii, Zwingeri et Foëſii textui ſtudioſiſſime adcommodavit, ita ut, quae ſecundum has editiones citantur, in ea non difficulter quaerantur atque inveniantur. Ceterum etiam ex GUIDONIS PATINI tom. III. epiſt. p. 177. ſq. judicio, et TRILLERI epiſt. med. crit. in Opuſc. vol. II. p. 181. haec editio vix magni aeſtimanda eſt. Textum ipſe Lindenius, pro more ſuo, fecit et temere mutavit. Verſione Cornarii editionem ſuam turpiter foedavit, [quippe quae ſaepiſſime alia prorſus habet, quam quae textus a Lindenio mutatus offert. K.] Notas et emendationes non adjecit. [Aeque ſiniſtrum judicium de hac Hippocratis editione tulit Schurzfleiſchius epiſt. CCXCIX. p. 447. K.] Editio tamen ob commodam formam commendabilis et ad uſum aptiſſima eſt.

Hippocratis Coi et Claudii Galeni Pergameni ἀρχιατρῶν opera. Renatus Charterius Vindocinenſis plurima interpretatus univerſa emendavit, inſtauravit, notavit, auxit, ſecundum diſtinctas medicinae partes in XIII. tomos digeſſit et conjunctim graece et latine primus edidit. Lutetiae Pariſiorum apud Jacobum Villery. 1679. fol. XIII. voll.*

Edere incepit Charterius Hippocratem jam anno 1639. editione demum poſt mortem ejus abſoluta. Editiones primae partis duae hinc exiſtunt, altera ann. 1639. altera ann. 1679. quae aliquo modo inter ſe differunt. 50,000 imperiales Charterium Hippocrati impendiſſe refert Goulin in mémoires, et ſeorſim in lettre de Mr. Villiers ſur l'édition grecque et latine des oeuvres d'Hippocrate et de Galene. Pariſ. 1776. 4. maj.

Plurimis Cdod. MSS. praeſertim his, qui in Galliis adſervantur, Charterius uſus eſt, textumque in locis permultis ad eorum ductum mutavit, ſed critices virgam hanc non adhibuit, ut bonis tantum codicibus uteretur, et bonas lectiones in textum reciperet. Multorum quoque aliorum doctorum virorum auxilio uſus eſt. Sed vaſtum eſt opus et ad uſum minus aptum, ob Hippocratis libros communiter cum Galeni libris in claſſes diſpoſitos. Vitiis quoque typographicis quam maxime laborat. Varietas lectionis ex codicibus ſingulis claſſibus addita eſt, quae vero utilis non eſt, quoniam codices non deſcribuntur. Eſt opus, recte monente TRILLERO in epiſt. med. crit. p. 182. in Opuſc. vol. II. ſomnolenter compoſitum et clauſis paene oculis correctum, adeo, ut praeter ſplendorem, quem bibliothecis afferre poteſt, parum habeat laudis, ſed multum pretii.

Τὰ τοῦ Ἱπποκράτους ἅπαντα. Hippocratis opera omnia cum variis lectionibus non modo hucusque vulgatis, verum ineditis potiſſimum, partim depromtis ex Cornarii et Sambuci Codd. in Caeſarea Vindobon. bibliotheca hactenus adſervatis et ineditis, partim ex aliis

©BIUM

ejusdem bibliothecae MS. libris ac denique ex Mediceis Laurentianis MS. libris collectis. — Acceſſit index Pini cum tractatu de menſuris et ponderibus ſtudio et opera Stephani Mackii. Tom. I. Vienn. Auſtr. 1743. fol. tom. II. ibid. 1749. fol.*

Nitidiſſima omnium haec editio eſt, ſed non ad finem perducta: libros enim tantum continet Hippocratis, qui in I. II. III. IV. et V. ſectione Foësii, quem in claſſibus editor ſecutus eſt, leguntur et reliqui tomi deſiderantur. Uſus eſt editor Codd. MSS. Vindobonenſibus, quorum ſupra mentionem feci et Mediceo. Mercurialem, Foësium adeo, ſaepiſſime correxit, hunc non raro parum feliciter. Lectionis varietatem ex Codd. ſuis textui ipſi ſubdidit. Internam dignitatem et praeſtantiam hujus editionis externo nitori non reſpondere, Trillerus in epiſt. med. crit. p. 182. recte monet. Programma, quo hanc editionem indicavit Mackius, exſtat in Nov. act. eruditor. 1741. menſ. Maj. p. 286.* Loca plura in hac edit. e tomo II. notata atque [ab eruditiſſ. Reiſke] emendata leguntur in Act. eruditor. 1749. menſ. Jul. p. 399. ſq.* [Cenſura to. I. legitur in Act. erudit. 1745. Menſis Jan. init. K.]

Editiones gr. lat. non omnium librorum Hippocratis.

Hippocratis Coi, Aſclepiadeae gentis ſacrae coryphaei, viginti duo commentarii tabulis illuſtrati. Graecus contextus ex doctiſſ. v. v. codicibus emendatus. Latina verſio Jani Cornarii innumeris locis correcta. Sententiae inſignes per locos communes methodice digeſtae Theod. Zwingeri Baſil. ſtudio et conatu. Baſil. 1579. fol.*

Textum dedit Zwingerus admodum correctum et verſionem Cornarii longe emendatiorem, a Conr. Gesnero, ſummo viro, ad hunc laborem incitatus. Obſervationes in Hippocratem, quae in commentariis continentur, ſubtiliſſimae, doctiſſimae atque elegantiſſima ſunt, judicante Trillero de nov. Hipp. ed. adornand

§. 7. p. 9. Analyſis per tabellas legenti plurimum difficultatis parit. Continentur ceterum in hoc opere libri Hippocr. de arte, de veteri medicina, lex, jusjurandum, de medico, de elegantia, praeceptiones, de carnibus, de genitura, de natura pueri, de ſeptimeſtri, de octimeſtri, de aetate, de natura humana, de aëre, aquis et locis, de flatibus, de alimento, de locis in homine, de glandulis, de diaeta, de inſomniis, de humidorum uſu.

Editiones graeco-latinas libellorum Hippocr. Jo. Opsopoei, Morelli et Jo. Rudolphi Zwingeri jam indicavi. Jo. Heurnius duas collectiones edidit, utramque cum commentariis paraphraſticis. *Prima* titulum habet: *Hippocratis prolegomena et prognoſticum gr. c. paraphraſtica verſione et brevibus comment. Jo. Heurnii.* Lugd. Batav. 1597. 4. et in Operibus. Prolegomena continent jusjurandum, de medico, legem, de arte, de veteri medecina, de elegantia, praeceptiones, de carnibus, de purgantibus. *Altera* eſt: *Hippocr. aphoriſmi una cum prognoſticis, prorrheticis, Coacis et aliis decem ejusdem opuſculis, aphoriſtica brevitate conſcriptis.* Gr. lat. in Operib. et Lugd. Bat. 1627. 12.

[Hoc loco liceat commemorare plagulam in forma patente, quae hanc inſcriptionem habet: Hippocratis *Coi operum omnium tabula variis ex editoribus* (ſic!) *optimis deſumta. Haec d. v. c. Aeſtimab. D^ori.* C. C. Pierquin, Bruxellenſi Dr. P. C. Marchant, Biſuntinus. Inſerta Nouv. Annal. clin. 1822. to. III. p. 385. Continet haec plagula omnia ſcripta Hippocratis alphabetico ordine enumerata, et cujuslibet lateri addita eſt pagina, qua inveniatur liber in ed. Frob. 1558. 2) Corn. verſione edit. c. Baſ. tum Par. 3) Zwinger. 1579. 4) Marinelli Comm. Ven. 1575. 5) Mercurial. 6) Foëſii cum 1595. tum 1620. 7) Linden. 8) Chart. 9) Haller. 10) Gardeilii verſ. gall. Toloſae 1801. 8. Vol. IV. 11) Pierer. 12) Gruneri cenſura. Debeo notitiam hanc Exp. Julius Hamburgenſi. K.]

©BIUM

XXXI.

EDITIONES PROMISSAE.

De GEORGII SEGERI editione Hippocratis graeco-latina, cujus ſpecimen tantum lucem vidit, conſules Jo. MOLLERI hypomnemata ad Alb. Bartholinum de ſcriptis Danorum p. 225. [Debebat haec editio uno volumine in forma quarta comprehendenda, in capita et ſectiones diſtributa, et indice copioſiſſimo aliisque ornamentis ſplendide inſtructa eſſe, quemadmodum ample promittebatur. Sed operi illi vel immortuus fuit praematura Segerus, vel prudens ab illo, cui recte perficiendo imparem ſe ſentiebat, abſtinuit. Vide, quae de hac re apud Th. Bartholinum Epiſt. med. LXII. et LXVII. Centur. III. leguntur. TRILLER. Poſteriori loco laudata epiſtola Segeri eſt ad Bartholinum, ex qua patet, editionem eo, quo ſcribebatur, anno, ad finem, ſi indicem exceperis, fuiſſe perductam, ſed defuiſſe typographum, qui editionis ſumtus ferre auderet. Paratum quidem ad illos faciendos invenerat Genevenſem bibliopolam, cui tamen, cum laborem, editioni parandae impenſum, remunerari nollet, faciles aures haud praebuit Segerus. K.] Editionem etiam Hippocratis G. H. WELSCHIUS promiſit. — Jam anno 1728. parata erat DANIELIS WILHELMI TRILLERI editio, cujus ſpecimen dedit hoc libello: *de nova Hippocratis editione adornanda commentatio, qua animum aperit atque ſimul ad ſymbolas conferendas eruditos invitat Dan. Wilh. Trillerus, qui et ſpeciminis loco libellum de anatome recenſuit, emendavit, et commentario medico-critico perpetuo illuſtravit.* Lugd. Bat. 1728. 4. maj.* Laborem poſtea fere continuum Hippocrati impendit, ſed ipſa editio non prodiit. Ejus *annotationes in Hippocratem manuſcriptae, quibus adjunctae Samuelis Battierii*, in catalogo librorum viri optimi anno 1783. auctione publica diſtractorum proſtabant, et adhuc venum proſtant apud heredes

ejus. [Nunc totum, quem collegerat Trillerus, apparatum criticum insigni Viri Illustris, Ca. Chr. Leber. Weigel, Magno Duci Vinarienſi a consiliis aulae, benivolentia, quam iterum iterumque debitis laudibus celebrabo, cum multis aliis novae editionis subsidiis et ornamentis ad me perveniſſe, magnopere laetor. In praefatione accuratius hunc apparatum descripsi. K.]

Non prodiit quoque Francisci Cliftoni editio, qui Hippocratica opera nova et ordinata methodo edere volebat, teste historia literar. Angliae. vol. III. nr. XV. et commercio literar. Norimberg. 1732. hebd. 50. ubi simul exempla quaedam textus Foësiani ab eo emendati leguntur.

Krameri judicium conjecturale de hac edit. vid. in comm. lit. Norimb. 1733. hebd. 23. p. 177. Neque prodiit novum omnium Hippocratis operum compendium quod Radulphus Schomberg in lucem emittere volebat, cujusque specimen edidit hoc titulo: *Τοῦ μεγάλου Ἱπποκράτους σύνοψις* sive *novi omnium Hippocratis operum compendii specimen, studio et cura Radulphi Schomberg*, M. D. Lugd. Bat. 1746. 4.° Non prodiit tandem versio latina ista pura, quam, quoniam Lindenii versionem impuram esse et Foësium graeca verba omisisse deprehendit, edere voluit Thomas Okes, et cujus specimen etiam edidit in libro: Two dissertations I. the Knowdledge of Anatomy is not principally necessary to the practice of physik. II. the deformity of the foetus do not avise from the imagination of the mother. Cambridge, 1771. 8.

XXXII.

HIPPOCRATIS OPERA IN ALIAS LINGUAS TRANSLATA.

Gallicam collectionem operum quorundam Hippocratis memorat Hallerus: *Les anciens auteurs de la*

©BIUM

médecine et chirurgie, Hippocrate, Galien, Oribaſe, le tout traduit du Grec. Lion 1555. 8.

Les oeuvres d'Hippocrate par Claude Tardy, ou toutes les cauſes de la vie, de la naiſſance, de la conſervation de la ſanté, les ſignes et les ſymptomes de toutes les maladies ſont expliquées, à Paris. 1667. 4. II. voll.

Paraphraſin eſſe peſſimam, in qua auctor omnia corruperit, quae ignorabat, et ex qua Hippocrates ne cognoſci quidem poſſit, notat ANDR. DACIER in fine praefat. ad opus jam memorandum.

Les oeuvres d' Hippocrate traduites en François, avec des remarques et conferées ſur les manuſcripts de la bibliothèque du Roi, à Paris. 1697. 8. II. Voll.

Praemiſit ANDR. DACERIUS, qui verus auctor hujus verſionis eſt, brevem medicinae hiſtoriam ad Hippocratis usque tempora, a Daniele Clerico in hoc labore, ut quidam ferunt, adjutus. Textum cum bonae notae Codd. MSS. in bibliotheca regia Pariſina contulit, partem varietatis lectionis in notis enarravit, Zwingeri ceterum textu non ſine utilitate uſus eſt. Verſio ſtudioſiſſime elaborata eſt, et plane ſecundum mentem et ingenium Hippocratis. Notae copioſae atque melioris notae ſunt. Vita Hippocratis addita eſt, ex antiquis biographis, quos enarravimus; ſed errorum non expers. Ad finem legitur THEOPHRASTI RENAUDOTI epiſtola de exiguae operae pretio, quod ex verſionibus Syriacis et Arabicis ferri poteſt ad emendandum et illuſtrandum Hippocratem, aliosque ſcriptores graecos, praeſertim medicos. Continentur ceterum in primo volumine liber de arte, de veteri medicina, lex, jusjurandum, de medico, de decenti ornatu, praecepta, de natura humana, de principiis ſive carnibus, de flatibus, de humidorum uſu; in altero vero de diaeta libri III. nec non libri de diaeta ſalubri et de aëre, aquis et locis.

[Praeter Equitis de Mercy verſionem gallicam variorum Hippocratis librorum, quorum in antecedentibus mentio facta eſt, prodiit Toloſae 1801. omnium Hippocratis operum traductio gallica, a GARDEILIO facta, voll. IV. 8. K.]

Germanice epitomen operum quorundam Hippocratis dedit GRUNERUS in libro: *Bibliothek der alten Aerzte*, in Ueberſetzungen und Auszügen. Volumen I. opera genuina continet contracta ex parte. Leipzig 1780. — Vol. II. 1782. 8.*

Exſtat tandem etiam verſio in Germanorum linguam *operum Hippocratis*, eaque notae optimae, ſed, proh dolor! nondum (ſcilicet 1791.) ad finem perducta GRIMMII, quam ſaepiſſime citavimus, titulo: *Hippokrates Werke. Aus dem Griechiſchen uberſetzt und mit Erläuterungen von Dr. Johann Friedrich Karl Grimm.* Vol. I. Altenburgi, 1784. quod opera genuina continet. Vol. II. Altenburgi, 1784. et Vol. III. ibid. 1785. 8.* [Vol. IV. 1792. K.] Et ſpes eſt, fore, ut ultimae quoque partes hujus elaboratiſſimi operis lucem videant. Mackii textum, ubi fieri poterat, ſecutus eſt et Foëſii, collata tamen ſimul editione graeca Jani Cornarii, Lindenii et R. Charterii. Vitam Hippocratis praemiſit purgatam a fabularum ſordibus. Judicium de ſingulis libris Hippocratis tulit accuratiſſimum, eosque novo ordine, quem fere penitus ſecutus ſum, diſpoſuit. In notis multa loca difficilia explicuit, medicamenta inprimis antiqua diligentiſſime illuſtravit, et fere omnibus nomina, noſtris temporibus uſitata, addidit.

Commentariorum omnium, quos Galenus in Hippocratem ſcripſit, epitomen dedit ANDREAS LACUNA. Lugd. 1554. 8.* *Γαλήνου τὰ χαρακτηρίζοντα τὰ τοῦ Ἱπποκράτους* graece prodierunt cum Galeni libro de ſeptimeſtri partu, de ptiſſana, de oſſibus, per Jo. Cajum, Baſil. 1557. 8.*

In omnes Hippocratis libros exſtat anonymi com-

©BIUM

mentarius in bibl. reg. Pariſ. nr. 6942. latine. Stephani Athenienſis in Hippocratem in biblioth. Ambroſ. Mediolan. Montfauc. I. p. 504. Abdolrahham ben Abisadec comm. in Hippocr. exſtat arab. in biblioth. reg. Pariſ. nr. 947. 948. Montfauc. p. 719.

Magnus Hippocrates Cous Proſperi Martiani notationibus explicatus. Rom. 1619. fol. — 1626. fol. — Venet. 1652. fol.* [Patav. 1719. auct. BLUMENBACH. Introd. in hiſt. med. p. 34.]

Non omnes libros, ſed potius loca quaedam fuſe explicuit, errores etiam, qui in Hippocrateis libris leguntur, ad Hippocratem referens et excuſans.

MARINELLI commentarium in Hippocratem jam commemoravi.

XXXIII.

LEXICA HIPPOCRATICA.

Lexicon Hippocr. exſtat gr. in bibl. reg. Pariſ. nr. 3176. Montfauc. II. p. 740. Erat tale lat. in bibl. Guil. Pelliſerii Montfauc. II. p. 1199. — [Fuit quondam Lexicon Hippocrat. ordine alphabetico diſpoſitum, in fine mutilum, in bibliotheca Meermann. no. 215. K.] EROTIANI *τῶν παρ᾽ Ἱπποκράτους λέξεων συναγωγὴ* ſuo loco indicabitur. Enarrabuntur quoque ſuo loco GALENI libri de Hippocratis et Platonis decretis, de elementis ſecundum Hippocratem, in quibus plurima loca Hippocratis explicuit, nec non *ἡ τῶν τοῦ Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις* atque eidem Galeno adſcriptae definitiones medicae. Indicabitur quoque ſuo loco Herodoti Lycii dictionarium vocum Hippocratis.

Voces, quae in Hippocrate occurrunt HENR. STEPHANUS explicuit, editis ſimul Erotiani et Galeni libris huc ſpectantibus. Pariſ. 1564. 8.

Huc porro pertinent Jo. GORRAEI definitionum

©BIUM

medicarum libri XXIV. Pariſ. 1564. fol. Francof. 1578. fol.* Pariſ. 1622. fol.*

Oeconomia Hippocratis alphabeti ſerie diſtincta, in qua dictionum apud Hippocratem omnium, praeſertim obſcuriorum, uſus explicatur — ita ut lexicon Hippocrateum merito dici poſſit. Anutio Foëſio, Mediomatrico medico authore. Francof. 1588. fol. min.* et Genev. 1662. fol. maj.* Lexicon Hippocrateum eſt ſummo ſtudio elaboratum, et ſummae ad Hippocratem recte intelligendum utilitatis.

Guil. Ballonii definitionum medicarum liber, in quo Hippocr. et Galeni obſcura loca explicantur. Partſ. 1640. 4.* Et in Operib. Venet. 1734. 4.*

Jatreum Hippocraticum juxta ductum aphorismorum concinnatum a Joh. Conrado Dieterichio. Gieſſae Haſſorum, 1655. 4.* Prodiit etiam hoc titulo: Jatreum Hippocraticum, continens narthecium medicinae veteris et novae. — Ulmae Suevor. 1661. 4.* Spiſſum opus, 1554. paginarum, quod non ſolum ad aphoriſmos pertinet.

INDEX.

Indicem in Hippocratem ſcripſit Petrus Matthias Pinus, ſub titulo: Compendium inſtar indicis in Hippocratis Coi opera omnia. Venet. 1597. * Prodiit quoque cum edit. lat. Venetiis, 1737. fol. a Jo. B. Paitono, III. voll. edita, quae editio inprimis ob hunc indicem commendatur. Locos, quos citat, non ſatis definiviſſe Pinum, ſunt, qui querantur.

Indices operum Hippocratis atque editionum ſingulorum librorum, nec non veterum et recentiorum ſcriptorum in Hippocratem dederunt Casp. Wolphius in catalogo veterum et recentiorum ſcriptorum in Hippocratis opera. Sangalli, 1584. 8.* Foëſii editioni Genevenſi 1675. catalogus commentatorum in opera

©BIUM

Hippocratis additus eſt. Praeclaros, uti ſolebat, Hippocrati labores impendit HALLERUS in tom. I. bibl. medic. pract. p. 29. nec non in bibliotheca anatomica tom. I. p. 15. chirurgica tom. I. p. 7. botanica tom. I. p. 16. [med. pract. to. I. p. 29—122. K.]

Emendationes et varia notata in Hippocratem reperire licet in HIER. MERCURIALIS, MARSIL. CAGNATI, SCALIGERI, CASAUBONI, REINESII, CASP. HOFFMANNI, JO. TALENTONII, BOCHARTI, MERCERII, MEURSII, BOSII, LEONARDI, CANTERI, WESSELINGII, VALCKENAERII, PIERSONII, LINDENII, VONCKII, PALMERII operibus, quibus antiquos auctores illuſtrarunt. Multas in Hippocr. emendationes habet ADR. HERINGA in obſervatt. criticar. libro ſingulari. Leovard. 1749. 8. Multa eaque egregia in Hippocratem leguntur in D. W. TRILLERI, viri de Hippocrate longe meritiſſimi, opusculis medicis et philologicis, quorum volumina III. in 4. Francof. 1766—1772. prodierunt. Plurima quoque bona ad medendi methodum Hippocraticam illuſtrandam reperiuntur in *J. Ern. Hebenſtreit palaeologia therapiae ſtudio Gruneri,* Halae in 8. edita. Hippocratem aliquot locis illuſtravit KRAUSE, ſenex venerandus, in notis ad Corn. Celſum. *Selecta doctorum virorum opuſcula, in quibus Hippocrates explicatur; edidit Ern. Godofr. Baldinger.* Gott. 1782. 8. qui etiam aliquot libellis academicis editis Hippocratis ſtudium medicis magnopere commendavit. vid. GRUNER. delect. diſſ. Jenenſ. vol. I. p. 36. 78. et BALDINGERI opusc. medica. Gott. 1787. 8. p. 65. 114. 138.

Reliquorum librorum, qui ad Hippocratem aliquo modo ſpectant, ſed huc non pertinent, titulos dedit Hallerus in bibl. med. pract. tom. I. p. 94. ſqq.

XXXIV.

Polybus, gener ac discipulus Hippocratis, et teſte GALENO in libr. Hippocr. de natura humana comm. I. prooem. p. 94. tom. III. Chart. *διαδεξάμενος τὴν τῶν νέων διδασκαλίαν, ὃς οὐδὲν ὅλως φαίνεται μετακινήσας τῶν Ἱπποκράτους δογμάτων*, citatur jam ab Ariſtotele III. 3. hiſtoriae animalium, qui librum Hippocratis de natura humana, ut jam ſupra monuimus, nr. 34. §. 25. illi expreſſe tribuit. Multi etiam alii libri eidem Polybo adſcribuntur, quos ſuo loco notavimus.

XXXV.

Etiam ad HIPPOCRATEM GNOSIDICI, et ad HIPPOCRATEM, THESSALI filium, ſcripta nonnulla relata ſunt, quae inter libros Hippocratis noſtri, Heraclidae filii, leguntur, ut jam ſuo loco obſervatum eſt. Verum de his aliisque medicis, Hippocratis vel filiis, ut Theſſalo et Dracone, vel discipulis, ut Prodico, Dexippo, Apollonio, tum Cteſia et Theomedonte, vel aequalibus, aut etiam antiquioribus, ut Phaeone ſive Phaone, Philiſtione, Eudoxi Cnidii praeceptore, Ariſtone, Pherecyde, Pythocle, Phileta, Acumeno, Pittalo, Archidamo, Metone, Eryximacho, tum de Acrone, auctore ſectae empiricae, de Apollonide, Antigene, Aegimio, Euryphonte Cnidio, et de philoſophis, medicinae peritis, Thalete, Pherecyde, Epimenide, Toxari, Pythagora, Zamolxi, Empedocle, Pauſania, Alcmaeone, Epicharmo, Eudoxo, Timaeo, Heraclito, Democrito et Diagora, denique de Machaone, Podalirio, Melampo, Chirone et aliis antiquioribus Aesculapioque et ſchola Asclepiadarum conſulenda DANIELIS CLERICI hiſtoria medica, parte prima, cujus libro tertio diligenter inprimis ad examen revocat ſcripta Hippocratis ipſius et de inventis ejus atque obſervatis diſputat, et quo usque ille ſalutarem ſcientiam provexerit, oſtendit. [Ex

©BIUM

Clerici libro in compendium fere redactae ſunt vitae veterum medicorum a Wohlfahrt in libello: *Biographien Griechiſcher Aerzte, zuſammengetragen aus der Geſchichte der Medicin des le Clerc, von L. A. Wohlfahrt.* Halae, 1770. maj. 8.] Multa quoque de eodem argumento praeclare expoſuit Jo. Henr. Schulzius in hiſt. medicinae period. I. ſect. II. cap. I—V. nec non cap. VII. et VIII. Tertia ſectio primae periodi Hippocratem et coaevos illi medicos pertractat. Hiſtoriam et vitas medicorum veterum ſcripſerunt Thomas Reineſius, Aegidius Menagius, Jo. Henr. Meibomius, ſed non editas. —

©BIUM

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΟΡΚΟΣ.

Ed. Chart. to.II. [p.1.2.] Ed. Foës. I. p.1. Ed. Lind. to.I. (p.42.43.)

Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρὸν καὶ Ἀσκληπιὸν, καὶ Ὑγείαν καὶ Πανάκειαν, καὶ θεοὺς πάντας καὶ πάσας ἵστορας ποιεύμενος, ἐπιτελέα ποιήσειν κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμὴν ὅρκον τόνδε καὶ ξυγγραφὴν τήνδε, ἡγήσασθαι μὲν τὸν διδάξαντά με τὴν τέχνην ταύτην ἴσα γενέτῃσιν ἐμοῖσιν καὶ βίου κοινώσασθαι, καὶ χρεῶν χρηίζοντι μετάδοσιν ποιήσασθαι, καὶ γένος τὸ ἐξ ἐωυτέου ἀδελφοῖς ἴσον ἐπικρίνειν ἄῤῥεσι, καὶ διδάξειν τὴν τέχνην (43) ταύτην, ἢν χρηίζωσι μανθάνειν, ἄνευ μισθοῦ καὶ ξυγγραφῆς, παραγγελίης τε καὶ ἀκροήσιος καὶ τῆς λοιπῆς ἁπάσης μαθήσιος μετάδοσιν [2] ποιήσασθαι υἱοῖσί τε

HIPPOCRATIS IVSIVRANDVM.

Per Apollinem medicum et Aeſculapium, Hygiamque et Panaceam jurejurando affirmo et deos deasque omnes teſtor, me quantum viribus et judicio valuero, quod nunc juro et ex ſcripto ſpondeo plane obſervaturum: praeceptorem quidem, qui me hanc artem edocuit, parentum loco habiturum eique cum ad victum tum etiam ad uſum neceſſaria grato animo communicaturum et ſuppeditaturum, ejusque poſteros apud me eodem loco quo germanos fratres fore, eosque ſi hanc artem addiſcere volent, absque mercede et ſyngrapha edocturum, praeceptionum quoque et auditionum totiusque reliquae diſciplinae cum meos et

©BIUM

Ed. Chart. II. [2.] Foës. I. 1. Ed. Lind. I. (43.)

ἐμοῖσι καὶ τοῖσι τοῦ ἐμὲ διδάξαντος καὶ μαθηταῖσι συγγεγραμμένοις τε καὶ ὡρκισμένοις νόμῳ ἰητρικῷ, ἄλλῳ δὲ οὐδενί. διαιτήμασί τε χρήσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων κατὰ δύναμιν καὶ κρίσιν ἐμήν. ἐπὶ δηλήσει δὲ καὶ ἀδικίῃ εἴρξειν. οὐ δώσω δὲ οὐδὲ φάρμακον οὐδενὶ αἰτηθεὶς θανάσιμόν, οὐδὲ ὑφηγήσομαι ξυμβουλίην τοιήνδε. ὁμοίως δὲ οὐδὲ γυναικὶ πεσσὸν φθόριον δώσω. ἁγνῶς δὲ καὶ ὁσίως διατηρήσω βίον τὸν ἐμὸν καὶ τέχνην τὴν ἐμήν. οὐ τεμέω δὲ οὐδὲ μὴν λιθιῶντας, ἐκχωρήσω δὲ ἐργάτῃσιν ἀνδράσι πρήξιος τῆσδε. εἰς οἰκίας δὲ ὁκόσας ἂν ἐσίω, ἐσελεύσομαι ἐπ' ὠφελείῃ καμνόντων, ἐκτὸς ἐὼν πάσης ἀδικίης ἑκουσίης καὶ φθορίης τῆς τε ἄλλης καὶ ἀφροδισίων ἔργων, ἐπί τε γυναικείων σωμάτων καὶ ἀνδρώων ἐλευθέρων τε καὶ δούλων. ἃ δ' ἂν ἐν θεραπείῃ ἢ ἴδω ἢ ἀκούσω, ἢ καὶ ἄνευ θεραπείης κατὰ βίον ἀνθρώπων, ἃ μὴ χρή ποτε ἐκκαλέεσθαι ἔξω, σιγήσομαι, ἄῤῥητα ἡγεύμενος εἶναι τὰ τοιαῦτα. Ὅρκον μὲν οὖν μοι τόνδε ἐπιτελέα ποιέοντι

ejus qui me edocuit liberos, tum discipulos qui medico jurejurando nomen fidemque dederint, participes facturum, aliorum praeterea neminem. Victus quoque rationem, quantum facultate et judicio consequi potero, aegris utilem me praescripturum, eosque ab omni noxa et injuria vindicaturum. Neque cujusquam precibus adductus alicui medicamentum lethale propinabo, neque hujus rei auctor ero. Neque simili ratione mulieri pessum subditicium ad foetum corrumpendum exhibebo, sed castam et ab omni scelere puram tum vitam tum aetatem meam perpetuo praestabo. Neque vero calculo laborantes secabo, sed magistris ejus artis peritis id muneris concedam. In quamcunque autem domum ingressus fuero, ad aegrotantium salutem ingrediar, omnem injuriae inferendae et corruptelae suspicionem procul fugiens, tum vel maxime rerum venerearum cupiditatem erga mulieres juxta ac viros tum ingenuos tum servos. Quae vero inter curandum, aut etiam medicinam minime faciens in communi hominum vita vel videro vel audiero, quae minime in vulgus efferri oporteat, ea arcana esse ratus silebo. Hoc igitur jusjurandum si religiose ob-

©BIUM

Ed. Chart. II. [2. 145.] Foës. J. 1. 2. Ed. Lind. I. (40. 41.)
καὶ μὴ ξυγχέοντι εἴη ἐπαύρασθαι καὶ βίου καὶ τέχνης, δοξαζομένῳ παρὰ πᾶσι ἀνθρώποις εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, παραβαίνοντι δὲ καὶ ἐπιορκοῦντι τἀναντία τουτέων.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΝΟΜΟΣ.

[145.] (40.) Ἰητρικὴ τεχνέων μὲν πασέων ἐστὶν ἐπιφανεστάτη, διὰ δὲ ἀμαθίην τῶν τε χρεωμένων αὐτῇ || καὶ τῶν εἰκῇ τοὺς τοιούσδε κρινόντων πολύ τι πασέων ἤδη τῶν τεχνέων ἀπολείπεται. ἡ δὲ τῶνδε ἁμαρτὰς τὰ μάλιστά μοι δοκέει ἔχειν αἰτίην τοιήνδε. πρόστιμον γὰρ ἰητρικῆς μούνης ἐν τῇσι πόλεσιν οὐδὲν ὥρισται πλὴν ἀδοξίης. αὕτη δὲ οὐ τιτρώσκει τοὺς ἐξ αὐτέης συγκειμένους. ὁμοιότατοι γάρ εἰσιν οἱ τοιοίδε τοῖσι παρεισαγομένοισι προσώ(41)ποισιν ἐν τῇσι τραγῳδίῃσιν. ὡς γὰρ ἐκεῖνοι σχῆμα μὲν καὶ στολὴν καὶ πρόσωπον ὑποκριτοῦ ἔχουσιν, οὐκ εἰσὶ δὲ ὑποκριταί, οὕτω καὶ οἱ ἰητροὶ φήμῃ μὲν πολλοί, ἔργῳ δὲ πάγχυ βαιοί. χρὴ γὰρ

ſervaro ac minime irritum fecero, mihi liceat cum ſumma apud omnes exiſtimatione perpetuo vitam felicem degere et artis uberrimum fructum percipere. Quod ſi illud violavero et pejeravero, contraria mihi contingant.

HIPPOCRATIS LEX.

Omnium profecto artium medicina nobiliſſima Verum propter eorum qui eam exercent ignorantiam, eorumque qui temere de his judicant, omnibus artibus jam longe inferior habetur. Cujus quidem erroris iſta mihi potiſſimum eſſe cauſa videtur, quod ſoli arti medicae nulla in urbibus praeterquam ignominiae praefinita poena eſt, quae eos qui ex ea conſtant minime attingit. Qui quidem perſonarum quae in tragoediis producuntur maxime ſimiles eſſe videntur. Quemadmodum enim illi quidem formam, habitum et perſonam hiſtrionis referunt, neque tamen hiſtriones ſunt, ſic et medici nomine quidem multi, re ipſa perpauci. Qui enim medicinae ſcientiam ſibi vere et apte

©BIUM

Ed. Chart. II. [145.] Foës. I. 2. Ed. Lind. I. (41. 42.)
ὅστις μέλλει ἰητρικῆς ξύνεσιν ἀτρεκέως ἁρμόζεσθαι, τῶνδέ μιν ἐπήβολον γενέσθαι· φύσιος, διδασκαλίης, τρόπου εὐφυέος, παιδομαθίης, φιλοπονίης, χρόνου. πρῶτον μὲν οὖν πάντων δεῖ φύσιος· φύσιος γὰρ ἀντιπραττούσης κενεὰ πάντα, φύσιος δὲ εἰς τὸ ἄριστον ὁδηγεούσης διδασκαλίη τέχνης γίνεται. ἣν μετὰ φρονήσιος δεῖ περιποιήσασθαι, παιδομαθέα γενόμενον ἐν τρόπῳ ὁκοῖος εὐφυὴς πρὸς μάθησιν ἔσται. ἔτι δὲ φιλοπονίην προσενέγκασθαι ἐς χρόνον πουλὺν, ὅκως ἡ μάθησις ἐμφυσιωθεῖσα δεξιῶς τε καὶ εὐαλδέως τοὺς καρποὺς ἐξενέγκηται. ὁκοίη γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων θεωρίη, τοιήδε καὶ τῆς ἰατρικῆς ἡ μάθησις. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων ὁκοῖον ἡ χώρη· τὰ δὲ δόγματα τῶν διδασκόντων ὁκοῖον τὰ σπέρματα· ἡ δὲ παιδομαθίη τὸ καθ' ὥρην αὐτὰ πεσεῖν εἰς τὴν ἄρουραν· ὁ δὲ τρόπος ἐν ᾧ ἡ μάθησις ὁκοῖον ἐκ τοῦ περιέχοντος ἠέρος τροφὴ γενομένη τοῖσι φυομένοισιν· ἡ δὲ φιλοπονίη ἐργασίη· ὁ δὲ χρόνος ταῦτα ἐνισχύσει πάντα, ὡς τραφῆναι τελέως. ταῦτα ὧν χρὴ ἐς τὴν (42) ἰητρικὴν τέχνην ἐνεγκαμέ-

comparare volet, is horum omnium compos esse debet, ut naturam nactus sit, doctrinam, locum studiis aptum, institutionem a puero, industriam et tempus. Imprimis igitur natura opus est, qua repugnante irrita sunt omnia, eadem vero ad optimum quodque viam commonstrante, artis doctrina paratur, quam ex institutione a puero, in loco ad disciplinam probe a natura accommodato, cum prudentia sibi comparare oportet. Ad haec longi temporis industriam accedere necesse est, quo disciplina veluti gravidata feliciter et bene crescendo maturos fructus efferat. Quomodo enim quae terra producuntur, eadem omnino ratione medicae artis cognitio se habere videtur. Natura namque nostra agri, doctorum praecepta seminum rationem habent. Institutio a puero tempestivae sationi respondet. Locus vero disciplinae accommodatus, aëri ambienti, ex quo iis quae e terra nascuntur alimentum suppetit. Diligens studium agricultura est. Tempus autem omnia haec ad plenam nutritionem confirmat. Quibus certe omnibus ad artem medicam collatis ejusque vera cognitione percepta, hoc modo

©BIUM

Ed. Chart. II. [145. 146.] Foës. I. 2. Ed. Lind. I. (42. 1.)

νους καὶ ἀτρεκέως αὐτέης γνῶσιν λαβόντας, οὕτως ἀνὰ τὰς πόλιας φοιτεῦντας μὴ λόγῳ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. ἡ δὲ ἀπειρίη κακὸς θησαυρὸς καὶ κακὸν κειμήλιον τοῖσιν ἔχουσιν αὐτέην καὶ ὕναρ καὶ ὕπαρ, [146] εὐθυμίης τε καὶ εὐφροσύνης ἄμοιρος, δειλίης τε καὶ θρασύτητος τιθήνη. δειλίη μὲν γὰρ ἀδυναμίην σημαίνει, θρασύτης δὲ ἀτεχνίην. δύο γὰρ ἐπιστήμη τε καὶ δόξα, ὧν τὸ μὲν ἐπίστασθαι ποιέει, τὸ δὲ ἀγνοεῖν. ἡ μὲν οὖν ἐπιστήμη ποιέει τὸ ἐπίστασθαι, ἡ δὲ δόξα τὸ ἀγνοεῖν. τὰ δὲ ἱερὰ ἐόντα πρήγματα ἱεροῖσιν ἀνθρώποισι δείκνυται, βεβήλοισι δὲ οὐ θέμις πρὶν ἢ τελεσθῶσιν ὀργίοισιν ἐπιστήμης.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΤΕΧΝΗΣ.

(1) Εἰσί τινες οἳ τέχνην πεποίηνται τὸ τὰς τέχνας αἰσχροποιεῖν· ὡς μὲν οἴονται, οὐ τοῦτο διαπρησσόμενοι ὃ ἐγὼ λέγω, ἀλλ' ἱστορίης οἰκείης ἐπίδειξιν ποιεύμενοι. ἐμοὶ δὲ τὸ μέν τι τῶν μὴ εὑρημένων ἐξευρίσκειν, ὅ τι καὶ εὑρεθὲν κρέσσον ἢ ἀνεξεύρετον, ξυνέσιος δοκέει ἐπιθύμημά τε καὶ

urbes obeundo non ſolum verbo, ſed etiam opere medici exiſtimationem tueri oportet. At vero imperitia malus eſt theſaurus malaeque opes reconditae iis qui eam tum opinione ipſa tum revera poſſident, ſecuritatis animi et laetitiae expers, timiditatis et audaciae nutrix. Ac timiditas quidem impotentiam, audacia vero artis ignorationem arguit. Duo ſunt enim ſcientia et opinio, quorum illa ſcientiam, haec ignorationem parit. Haec vero cum ſacra ſint, ſacris hominibus demonſtrantur, profanis vero neſas prius quam ſcientiae ſacris initiati fuerint.

HIPPOCRATIS DE ARTE LIBER.

Nonnulli turpiter inſectandis artibus artificium ſuum collocant, neque id quod facere ſe credunt, meo quidem judicio obtinent, ſed ſuae ſcientiae oſtentationem faciunt. At eorum aliquid quae nondum inventa ſunt invenire, quodque inveniſſe quam non inveniſſe praeſtiterit, ſimiliterque imperfecta ad finem deducere, id mihi videtur illius

©BIUM

Ed. Chart. II [146.] Foël. I. 2. 3. Ed. Lind. I. (1. 2.)

ἔργον εἶναι· καὶ τὸ τὰ ἡμίεργα ἐς τέλος ἐξεργάζεσθαι ὡσαύτως. τὸ δὲ λόγων οὐ καλῶν τέχνῃ τὰ τοῖς ἄλλοις εὑρημένα αἰσχύνειν προθυμέεσθαι, ἐπανορθοῦντα μὲν μηδὲν, διαβάλλοντα δὲ τὰ τῶν εἰδότων πρὸς τοὺς μὴ εἰδότας ἐξευρήματα, οὐκέτι δοκέει ξυνέσιος ἐπιθύμημά τε καὶ ἔργον εἶναι, ἀλλὰ καταγγελίη μᾶλλον φύσιος ἢ ἀτεχνίη. μούνοισι γὰρ τοῖσιν ἀτέχνοισιν ἡ ἐργασίη αὕτη ἁρμόζει, φιλοτιμουμένων μὲν, οὐδαμᾶ δὲ δυναμένων κακίης ὑπουργέειν εἰς τὸ τὰ τοῦ πέλας ἔργα ἢ ὀρθὰ ἐόντα διαβάλ||λειν ἢ οὐκ ὀρθὰ μωμέεσθαι. τοὺς μὲν οὖν εἰς τὰς ἄλλας τέχνας τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐμπίπτοντας οἷσι μέλει τε καὶ ἐν οἷς μέλει οἱ δυνάμενοι (2) κωλυόντων· ὁ δὲ παρεὼν λόγος τοῖς ἐς ἰητρικὴν οὕτως ἐμπορευομένοις ἐναντιώσεται, θρασυνόμενος μὲν διὰ τουτέους οὓς ψέγει, εὐπορέων δὲ διὰ τὴν τέχνην ἣ βοηθεῖ, δυνάμενος δὲ διὰ σοφίην ἣν πεπαίδευται. δοκέει δή μοι τὸ μὲν σύμπαν τέχνη εἶναι οὐδεμία οὐκ ἐοῦσα. καὶ γὰρ ἄλογον τῶν ἐόντων τι ἡγεῖσθαι μὴ ἐόν· ἐπεὶ τῶν γε μὴ ἐόντων τίνα ἄν τις οὐσίην θεασάμενος ἀπαγγεί-

esse munus qui intelligens existimari expetit. Qui vero ea quae ab aliis sunt inventa inhonestorum verborum artificio contaminare contendit, neque quicquam corrigit, sed a peritis inventa apud imperitos traducit, is sane prudentiae existimationem tueri velle non videtur, sed potius naturam suam aut ignorationem malitiose prodere. Solis enim artium ignaris hoc opus competit, qui ambitiosius quidem contendunt, neque tamen improbitate sua ullo modo praestare possunt ut aliorum opera vel recta calumnientur vel non recta reprehendant. Eos igitur qui in alias artes hoc modo invadunt coërceant, si possint, quibus haec cura est quorumque id interest. Haec autem nostra oratio adversus eos instituitur qui hoc pacto artem medicam quaestus gratia infectantur, animos quidem attollens propter eos quos reprehendit, abundans vero propter artem cui opem fert, potens quoque ob sapientiam qua est exculta. Ac sane omnino nulla mihi esse ars videtur quae non existat. Absurdum enim est quod non sit esse putare; quandoquidem eorum quae non existunt quamnam quis essentiam intueri

©BIUM

Ed. Chart. II. [146. 147.] Foës. I. 3. Ed. Lind. I. (2. 3.)

λειεν ὡς ἔστιν; εἰ γὰρ δή ἔστι γ' ἰδεῖν τὰ μὴ ἐόντα ὥσπερ τὰ ἐόντα, οὐκ οἶδ' ὅπως ἄν τις αὐτὰ νοήσειε μὴ ἐόντα ὥσπερ τὰ ἐόντα, ἃ γε εἴη καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν καὶ γνώμῃ νοῆσαι ὡς ἐστιν. ἀλλ' ὅπως μὴ οὐκ εἴη τοῦτο τοιοῦτον, ἀλλὰ τὰ μὲν ἐόντα αἰεὶ ὁρᾶται καὶ γινώσκεται, τὰ δὲ [147] μὴ ἐόντα οὔτε ὁρᾶται οὔτε γινώσκεται. γινώσκεται τοίνυν δεδειγμένων ἤδη τῶν τεχνέων, καὶ οὐδεμία ἐστὶν ἥ γε ἔκ τινος εἴδεος οὐχ ὁρᾶται. οἶμαι δ' ἔγωγε καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῆς διὰ τὰ εἴδεα λαβεῖν. ἄλογον γὰρ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων τὰ εἴδεα ἡγεῖσθαι βλαστάνειν καὶ ἀδύνατον. τὰ μὲν γὰρ ὀνόματα φύσιος νομοθετήματά ἐστι, τὰ δὲ εἴδεα οὐ νομοθετήματα, ἀλλὰ βλαστήματα. περὶ μὲν οὖν τούτων, εἴ γέ τις μὴ ἱκανῶς ἐκ τῶν εἰρημένων ξυνίησιν, ἐν ἄλλοις ἂν λόγοις σαφέστερον διδαχθείη· περὶ δὲ ἰητρικῆς, ἐς ταὐ(3)τὴν γὰρ ὁ λόγος, ταύτης οὖν τὴν ἀπόδειξιν ποιήσομαι. καὶ πρῶτόν γε δὴ ὁριεῦμαι ὃ νομίζω ἰητρικὴν εἶναι· τὸ δὴ πάμπαν ἀπαλλάσσειν τῶν νοσεόντων τοὺς καμάτους, καὶ τῶν νοσημάτων τὰς σφοδρότητας ἀμβλύνειν, καὶ τὸ μὴ ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νο-

queat et enunciare quod ſint? Si enim quae minime exiſtunt velut ea quae exiſtunt videre licet, haud ſcio quanam quis ratione ea quae non ſunt animo complecti queat non ſecus ac ea quae ſunt, quae quidem quod ſint et oculis intueri et mente comprehendere licet. Neque iſtud aliter contingere poteſt, ſed ea quae ſunt perpetuo cernuntur et cognoſcuntur; quae vero non ſunt neque cernuntur neque cognoſcuntur. Demonſtratarum igitur artium formae cognoſcuntur, neque ulla eſt quae non ex forma quadam cernatur. Et ſane arbitror eas per formas nomina accepiſſe. Praeter enim rationem eſt exiſtimare ex nominibus formas productas eſſe, neque id fieri poteſt. Nomina namque lege quadam naturae ſunt ſancita, formae vero non ſancita, ſed veluti quaedam naturae ſunt progermina. Ac iſta quidem, ſi quis ex iis quae ante dicta ſunt non ſatis intelligit, in aliis commentationibus apertius docebuntur. Medicinae igitur, circa quam praeſens verſatur oratio, demonſtrationem inſtituam, ac primum mea quidem opinione definiam, me-

©BIUM

Ed. Chart. II. [147.] Foës. I. 3. Ed. Lind. I. (3.)

σημάτων, εἰδότας ὅτι ταῦτα οὐ δύναται ἰητρική. ὡς οὖν ποιέει τε ταῦτα καὶ οἵη τέ ἐστι διὰ παντὸς ποιέειν, περὶ τούτου μοι δὴ ὁ λοιπὸς ἔσται λόγος. ἐν δὲ τῇ τῆς τέχνης ἀποδείξει ἅμα καὶ τοὺς λόγους τῶν αἰσχύνειν αὐτὴν οἰομένων ἀναιρήσω, ἢ ἄν ἕκαστος αὐτῶν πρήσσειν τι οἰόμενος τυγχάνῃ. ἔστιν οὖν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου ἣ καὶ ὁμολογηθήσεται παρὰ πᾶσιν. ὅτι μὲν ἔνιοι ἐξυγιαίνονται τῶν θεραπευομένων ὑπὸ ἰητρικῆς ὁμολογέεται· ὅτι δὲ οὐ πάντες, ἐν τούτῳ ἤδη ψέγεται ἡ τέχνη. καὶ φασὶν οἱ τὰ χείρω λέγοντες, διὰ τοὺς ἁλισκομένους ὑπὸ τῶν νοσημάτων καὶ τοὺς ἀποφεύγοντας αὐτά, τύχῃ ἀποφεύγειν καὶ οὐ διὰ τὴν τέχνην. ἐγὼ δὲ οὔκ ἀποστερέω μὲν οὐδ' αὐτὸς τὴν τύχην ἔργου οὐδενός· ἡγεῦμαι δὲ τοῖσι μὲν κακῶς θεραπευομένοισι νουσήμασι τὰ πολλὰ τὴν ἀτυχίην ἕπεσθαι, τοῖσι δὲ εὖ τὴν εὐτυχίην. ἔπειτα δὲ καὶ πῶς οἷόν τέ ἐστι τοῖς ὑγιανθεῖσιν ἄλλό τι αἰτιάσασθαι ἢ τὴν τέχνην, εἴπερ χρώμενοι αὐτῇ καὶ ὑπουργέοντες ὑγιάνθησαν; τὸ μὲν γὰρ τῆς τύ-

dicinam esse, quae sane in totum a morbis aegros vindicet, morborumque vehementiam obtundat, neque iis qui a morbo victi sunt manum admoveat, cum id medicinam praestare non posse probe constet. Quod igitur tum haec praestet tum etiam semper praestare possit, sequenti oratione persequar. Simulque dum artem esse demonstro, eorum rationes qui eam se turpiter insequi existimant diluam, prout eorum quisque aliquid efficere se posse arbitratur. Hinc igitur orationis exordium faciam, in quo etiam omnes assentientur. Nempe plerosque arte medica curatos sanitati esse restitutos in confesso est; quod vero non omnes, ob hoc jam ars ipsa in reprehensionem incurrit. Eique objiciunt qui eam criminantur, morbis detentos quique eos evaserunt fortunae, non artis beneficio evasisse. Ego vero ut fortunae quidem quavis in re nonnihil tribuo, ita certe censeo male a morbis curatis ut plurimum adversam fortunam, bene vero curatis prosperam fortunam contingere. Deinde vero qui sanati sunt cuinam alteri quam arti hoc beneficium acceptum referant, siquidem huic se committentes et subservientes sanitatem sunt consecuti? In quo enim arti

©BIUM

Ed. Chart. II. [147. 148.] Foës. I. 3. 4. Ed. Lind. (3. 4.)

χης εἶδος ψιλὸν οὐκ ἠβουλήθησαν θεήσασθαι, ἐν ᾧ τῇ τέχνῃ ἐπέτρεψαν σφᾶς αὐτούς· ὥστε τῆς μὲν ἐς τὴν τύχην ἀναφορῆς ἀπηλλαγμένοι εἰσὶ, τῆς μέντοι (4) ἐς τὴν τέχνην οὐκ ἀπηλλαγμένοι. ἐν ᾧ γὰρ ἐπέτρεψαν καὶ ἐπίστευσαν αὐτῇ σφᾶς αὐτοὺς, ἐν τούτῳ αὐτῆς καὶ τὸ εἶδος ἐσκέψαντο καὶ τὴν δύναμιν περανθέντος τοῦ ἔργου ἔγνωσαν. ἐρεῖ δὴ ἐνταῦθα ὅ τἀναντία λέγων ὅτι πολλοὶ ἤδη καὶ οὐ χρησάμενοι ἰητρῷ νοσέοντες ὑγιάνθησαν. καὶ ἐγὼ τῷ λόγῳ οὐκ ἀπιστέω. δοκέει δέ μοι οἷόν τε εἶναι καὶ ἰητρῷ μὴ χρωμένους ἰητρικῇ περιτυχεῖν, οὐ μὴν ὥστε εἰδέναι ὅ τι ὀρθὸν ἐν αὐτῇ ἐνείη καὶ ὅ τι μὴ ὀρθὸν, || ἀλλ' ὥστ' ἂν ἐπιτύχοιεν τοιαῦτα θεραπεύσαντες ἑωυτοὺς ὁποῖά περ ἂν ἐθεραπεύθησαν, εἰ καὶ ἰητροῖσιν ἐχρῶντο. καὶ τοῦτό γε τέως τεκμήριον μέγα τῇ οὐσίῃ τῆς τέχνης, ὅτι ἐοῦσά τέ ἐστι καὶ μεγάλη, [148] ὅπου γε φαίνονται καὶ οἱ μὴ νομίζοντες αὐτὴν εἶναι σωζόμενοι δι' αὐτήν. πολλὴ γὰρ ἀνάγκη καὶ τοὺς μὴ χρωμένους ἰητροῖσιν, νοσήσαντας δὲ καὶ ὑγιασθέντας εἰδέναι ὅτι ἢ δρῶντές τι ἢ μὴ δρῶντες ὑγιάνθησαν. ἢ γὰρ ἀσιτίῃ, ἢ πολυφαγίῃ, ἢ ποτῷ πλείονι, ἢ δίψῃ,

ſeſe commiſerunt, inanem fortunae formam neglexerunt, adeo ut a referenda fortunae gratia liberi ſint, ab ea autem quae arti debetur liberare ſe non non poſſint. Cui cum ſeſe commiſerunt ac crediderunt, in ejus formam intuentes, ipſius etiam facultatem re confecta cognoverunt. Atque hoc ſane loco objicit nobis adverſarius, multos jam aegros etiam citra medici opem ſanitati reſtitutos, quod equidem non diffiteor. Ac fieri mihi poſſe videtur ut qui medicum non adhibent, iis ex arte medica feliciter ſuccedat, neque tamen intelligant rectumne quid in ea, an pravum inſit, ſed quod per ſe curatis eadem quae, ſi medicis adhibitis curati fuiſſent, contigerunt. Quod ipſum ſane magnum eſt artis exiſtentis argumentum et quod inter praeclaras habenda ſit, quando qui ne eam quidem eſſe exiſtimant ejus ope ſervati conſpiciuntur. Qui enim etiam non adhibitis medicis ex morbis convaluerunt, ut intelligant omnino neceſſe eſt, ſe quod aliquid vel fecerint, vel non fecerint, iccirco ſanitatem eſſe conſecutos. Aut enim ine-

©BIUM

Ed. Chart. II. [148.] Foës. I. 4. Ed. Lind. I. (4. 5.)

ἢ λουτροῖσιν, ἢ ἀλουσίῃ, ἢ πόνοισιν, ἢ ἡσυχίῃ, ἢ ὕπνοισιν, ἢ ἀργυπνίῃ, ἢ τῇ ἁπάντων τούτων παροχῇ χρώμενοι ὑγιάνθησαν. καὶ τῷ ὠφελεῖσθαι πολλὴ ἀνάγκη αὐτούς ἐστιν ἐγνωκέναι ὅ τι ἦν τὸ ὠφελῆσαν, καὶ εἴ τι τ᾽ ἐβλάβησαν, καὶ τὸ βλαβῆναι, καὶ ὅ τι ἦν τὸ βλάψαν. τὰ γὰρ τῷ ὠφελεῖσθαι καὶ τὰ τῷ βεβλάφθαι ὡρισμένα οὐ πᾶς ἱκανὸς γνῶναι. εἰ τοίνυν ἐπιστήσεται ἢ ἐπαινέειν, ἢ ψε(5)γειν ὁ νοσήσας τῶν διαιτημάτων τί οἵοισιν ὑγιάνθη, πάντα ταῦτα τῆς ἰητρικῆς ὄντα εὑρήσει. καὶ ἔστιν οὐδὲν ἧσσον τὰ ἁμαρτηθέντα τῶν ὠφελησάντων μαρτύρια τῇ τέχνῃ εἰς τὸ εἶναι. τὰ μὲν γὰρ ὠφελήσαντα τῷ ὀρθῶς προσενεχθῆναι ὠφέλησαν, τὰ δὲ βλάψαντα τῷ μηκέτι ὀρθῶς προσενεχθῆναι ἔβλαψαν. καίτοι ὅπου τὸ ὀρθὸν καὶ τὸ μὴ ὀρθὸν ὅρον ἔχει ἑκάτερον, πῶς τοῦτο οὐκ ἂν τέχνη εἴη; τοῦτο γὰρ ἔγωγέ φημι ἀτεχνίην εἶναι, ὅπου μήτε ὀρθὸν εἴη μηδὲν μήτε οὐκ ὀρθόν. ὅπου δὲ τούτων ἔνεστιν ἑκάτερον, πῶς τοῦτο οὐκ ἂν τέχνης ἔργον, ἀλλ᾽ ἀτεχνίης εἴη; ἔτι τοίνυν εἰ μὲν ὑπὸ φαρμάκων τῶν τε

diam, aut copiosiorem cibum et potum, aut sitim, aut balnea, aut eorum abstinentiam, aut labores, aut quietem, aut somnum, aut vigiliam, aut eorum omnium promiscuum usum adhibentes sanitatem consecuti sunt. Quos ex eo ipso quod utilitatem senserunt, quodnam sit quod juvet agnoscere omnino necesse est, et si qua in re laesi sunt, tum eos laesos esse, tum quidnam sit quod laesit. Neque enim quae utilitate et noxa distincta sunt est cujusvis cognoscere. Qui igitur aegrotavit, si eam victus rationem per quam sanitatem adeptus est laudare vel vituperare noverit, ea omnia ad sanitatem pertinere comperiet. Neque vero minus quae offenderunt quam quae profuerunt artem esse comprobant. Siquidem haec quod recte adhibita fuerint, profuerunt, illa vero ob incommodum eorum usum nocuerunt. Quanquam ubi rectum et pravum suis finibus circumscribitur, quis hoc artem esse non existimet? Neque enim artis nomine istud donandum existimo, in quo neque rectum neque pravum inest. At ubi utrunque adfuerit, quis non hoc ex arte potius quam sine arte effici fateatur? Ad haec

©BIUM

Ed. Chart. II. [148.] Foël. I. 4. Ed. Lind. I. (5. 6.)

καθαιρόντων καὶ τῶν ἱστάντων ἡ ἴησις τῇ τε ἰητρικῇ καὶ τοῖς ἰητροῖσι μοῦνον ἐγένετο, ἀσθενὴς ἦν ὁ ἐμὸς λόγος. νῦν δὲ δὴ φαίνονται τῶν ἰητρῶν οἳ μάλιστα ἐπαινεόμενοι καὶ διαιτήμασιν ἰώμενοι καὶ ἄλλοισί τε εἴδεσιν ἃ οὐκ ἄν τις φαίη μὴ ὅτι ἰητρὸς, ἀλλ' οὐδὲ ἰδιώτης ἀνεπιστήμων ἀκούσας, μὴ οὐ τῆς τέχνης εἶναι. ὅπου οὖν οὐδὲν οὔτε ἐν τοῖς ἀγαθοῖσι τῶν ἰητρῶν οὔτε ἐν τῇ ἰητρικῇ αὐτῇ ἀχρεῖόν ἐστιν, ἀλλ' ἐν τοῖς πλείστοισι τῶν τε φυομένων καὶ τῶν ποιευμένων ἔνεστι τὰ εἴδεα τῶν θεραπειῶν καὶ τῶν φαρμάκων, οὐκ ἔστιν ἔτι οὐδενὶ τῶν ἄνευ ἰητροῦ ὑγιαζομένων τὸ αὐτόματον αἰτιάσασθαι ὀρθῷ λόγῳ. τὸ μὲν γὰρ αὐτόματον οὐδὲν φαίνεται ἐὸν ἐλεγχόμενον. πᾶν γὰρ τὸ (6) γινόμενον διά τι ἀνευρίσκοιτ' ἂν γινόμενον καὶ ἐν τῷ διά τί. τὸ δὲ αὐτόματον οὐ φαίνεται οὐσίην ἔχον οὐδεμίην ἀλλ' ἢ οὔνομα μοῦνον. ἡ δὲ ἰητρικὴ καὶ ἐν τοῖς διά τι προνοουμένοισι φαίνεταί τε καὶ φανεῖται ἔτι οὐσίην ἔχουσα. τοῖσι μὲν οὖν τῇ τύχῃ τὴν ὑγιείην προστιθεῖσι, τῆς δὲ τέχνης ἀφαιρέουσι, τοιαῦτ' ἄν τις λέγοι. τοὺς δ' ἐν

certe ſi in re medica, aut apud medicos, curatio ex purgantibus aut ſiſtentibus medicamentis tantum conſtaret, parum efficax noſtra eſſet oratio. Nunc vero qui inter medicos maxime celebrantur et victus ratione et aliis etiam modis curationes faciunt, quae non medicus modo, ſed ne plebejus quidem omnino rudis ex arte profecta eſſe negare audeat. Quando igitur nihil neque in bonis medicis neque in arte medica eſt inutile, ſed in iis quae naſcuntur aut parantur quam plurimis inſunt quaedam curationum et medicamentorum ſpecies, non eſt certe quod quis eorum qui citra medici operam curati ſunt ad id quod temere fit hujus cauſam re vera referre debeat. Quod enim temere fit, nihil prorſus eſſe conſtat. Siquidem quicquid fit, propter quid fieri deprehenditur et ad aliquid refertur. At quod temere fit, nullo modo ſubſiſtere videtur, ſed nomen tantum inane eſſe. Ars autem medica ex his eſſe cernitur quae ob aliquam cauſam providentia quadam ſunt inſtituta, praetereaque etiam ſubſiſtere conſpicietur. Atque ad eos qui fortunae ſanitatem acceptam ferunt, arti vero eam de-

©BIUM

Ed. Chart. II. [148. 149.] Foës. I. 4. 5. Ed. Lind. I. (6. 7.)

τῇσι τῶν ἀποθνησκόντων συμφορῇσι τὴν τέχνην ἀφανίζοντας θαυμάζω ὅτῳ ἐπαιρεόμενοι ἀξιοχρέῳ λόγῳ τὴν μὲν τῶν ἀποθνησκόντων ἀκρησίην οὐκ αἰτίην καθιστᾶσι, τὴν δὲ τῶν ἰητρικὴν μελετησάντων σύνεσιν αἰτίην, ὡς τοῖσι μὲν ἰητροῖσιν ἔνεστι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάξαι, [149] τοῖσι δὲ νοσέουσιν οὐκ ἔστι τὰ προσταχθέντα παραβῆναι, καὶ μὴν πολύ γε εὐλογώτερον τοῖσι κάμνουσιν ἀδυνατέειν τὰ προστασσόμενα ὑπουργέειν ἢ τοῖσιν ἰητροῖσι τὰ μὴ δέοντα ἐπιτάσσειν. οἱ μὲν γὰρ ὑγιαινούσῃ γνώμῃ μεθ' ὑγιαίνοντος σώματος ἐγχειρέουσι, λογισάμενοι τά τε παρεόντα τῶν τε παροιχομένων τὰ ὁμοίως διατιθέντα τοῖσι παρεοῦσιν, ὥστε ποτὲ θεραπευθέντα εἰπεῖν ὅτι ἀπήλλαξαν. || οἱ δὲ οὔτε ἃ κάμνουσιν οὔτε δι' ἃ κάμνουσιν, οὔθ' ὅ τι ἐκ τῶν παρεόντων ἔσται οὔθ' ὅ τι οὖν ἐκ τῶν τούτοισιν ὁμοίων γίνεται εἰδότες ἐπιτάσσονται, ἀλγέοντες μὲν τῷ παρεόντι, φοβεύμενοι δὲ τὸ μέλλον, καὶ πλήρεις μὲν τῆς νόσου, κενοὶ δὲ σι(7)τίων, ἐθέλοντες τὰ πρὸς τὴν νοῦσον

negant, hujusmodi oratione quis uti possit. At vero qui ex morientium calamitatibus artem funditus delere conantur, miror quanam satis justa oratione elati in morientium intemperantiam causam non rejiciunt, sed eorum qui medicinam exercent prudentiam accusant, quasi medicorum sit quae non conveniant praescribere, in aegrorum autem facultate non sit aliquid contra imperata admittere. Atqui longe magis est rationi consentaneum, aegros non posse imperatis obsequi quam medicos ea quae minime conveniunt imperare. Hi enim sana mente et corpore tum praesentia tum ex praeteritis quae cum praesentibus similiter se habent in considerationem adhibentes ad curationem aggrediuntur, adeo ut qui curatus est aliquando fateatur se illorum ope a morbo liberatum. Illi vero neque quo morbo, neque quam ob causam laborent, neque quid ex praesentibus eventurum sit, neque quid ex his, quae sunt ejusmodi, fiat, intelligentes, imperata facere jubentur, praesenti quidem morbo afflicti, eventum vero rerum metuentes et morbo quidem gravati, cibis

©BIUM

Ed. Chart. II. [149.] Foës. I. 5. Ed. Lind. I. (7.)

ἡδέα μᾶλλον ἢ τὰ πρὸς ὑγιείην προσδέχεσθαι, οὐκ ἀποθανεῖν ἐρῶντες, ἀλλὰ καρτερεῖν ἀδυνατέοντες. οὕτω δὲ διακειμένους, πότερον εἰκὸς τούτους τὰ ὑπὸ τῶν ἰητρῶν ἐπιτασσόμενα ποιέειν, ἢ ἄλλα ποιέειν, ἃ οὐκ ἐπετάχθησαν; ἢ τοὺς ἰητροὺς τοὺς ἐκείνως διακειμένους, ὡς ὁ πρόσθεν λόγος ἡρμήνευσεν, ἐπιτάσσειν τὰ μὴ δέοντα; ἆρ' οὐ πολὺ μᾶλλον, τοὺς μὲν δεόντως ἐπιτάσσειν, τοὺς δὲ εἰκότως ἀδυνατέειν πείθεσθαι, μὴ πειθομένους δὲ περιπίπτειν τοῖσι θανάτοισιν; ὧν οἱ μὴ ὀρθῶς λογιζόμενοι τὰς αἰτίας τοῖς οὐδὲν αἰτίοις ἀνατιθέασι, τοὺς αἰτίους ἐλευθεροῦντες. εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ τοὺς μὴ ἐθέλοντας ἐγχειρέειν τοῖσι κεκρατημένοισιν ὑπὸ τῶν νοσημάτων μέμφονται τὴν ἰητρικήν, λέγοντες ὡς ταῦτα μὲν καὶ αὐτὰ ὑφ' αὑτῶν ἂν ἐξυγιάζοιτο, ἃ ἐγχειρέουσιν ἰᾶσθαι· ἃ δ' ἐπικουρίης δεῖται, οὐχ ἅπτονται, δεῖν δὲ, εἴπερ ἦν ἡ τέχνη, πάνθ' ὁμοίως ἰᾶσθαι. οἱ μὲν οὖν ταῦτα λέγοντες εἰ ἐμέμφοντο τοῖς ἰητροῖς, ὅτι αὐτέων τοιαῦτα λεγόντων οὐκ

vero vacui, ea quae morbo grata ſunt potius eligunt quam quae ad ſanitatem conferunt, non quod mori deſiderent, ſed quod toleranter ferre morbum nequeant. Hos vero ſic affectos an eſt veroſimilius quae a medicis imperantur quam alia quae non imperantur facere? an medicos ejusmodi quales antea expoſuimus, ea quae minime conveniunt imperare? Nonne longe aequius eſt, eos quidem recte imperare, illos vero, ut par eſt, parere non poſſe, eamque ob cauſam mortem incurrere? Quorum quidem cauſam qui non recta ratione reputant, in eos qui culpa vacant rejiciunt, illis abſolutis, qui maxime culpae ſunt obnoxii. Non deſunt autem qui artem medicam reprehendunt eo quod nullus iis qui a morbis ſunt ſuperati manus admovere velit, dicentes eos quidem morbos quos curatione aggrediuntur poſſe per ſeſe ſanari, eos vero qui auxilio indigent, non attingere, oportere autem, ſiquidem ars ſit, omnibus ex aequo curationem admovere. Qui ergo hujusmodi verbis utuntur, ſi medicos accuſant, quod talia dicentium tanquam delirorum curam non ſuſcipiunt, multo

©BIUM

Ed. Chart. II. [149.] Foës. I. 5. Ed. Lind. I. (7. 8.)

ἐπιμελοῦνται ὡς παραφρονεύντων, εἰκότως ἂν ἐμέμφοντο μᾶλλον ἢ ἐκεῖνα μεμφόμενοι. εἰ γάρ τις τέχνην ἐς ἃ μὴ τέχνη, ἢ φύσιν ἐς ἃ μὴ πέφυκεν ἀξιώσειε δύνασθαι, ἀγνοεῖ μανίην ἁρμόζουσαν ἀγνοίῃ μᾶλλον ἢ ἀμαθίῃ. ὧν γὰρ ἔστιν ἡμῖν τοῖσί τε τῶν φύσεων τοῖσί τε τῶν τεχνέων ὀργάνοις ἐπικρατέειν, τούτων ἔστιν ἡμῖν δημιουργοῖς εἶναι, ἄλλων δὲ οὐκ ἔστιν. ὅταν οὖν τι πάθῃ ἄνθρωπος κακόν, ὃ κρέσσον ἐστὶ τῶν ἐν τῇ ἰητρικῇ ὀργάνων, οὐδὲ προσδοκᾶσθαι δεῖ ὑπὸ ἰητρικῆς κρατηθῆναι ἄν. αὐτίκα γὰρ τῶν ἐν ἰητρικῇ καιόντων πῦρ ἐσχάτως καίει. τούτου δὲ ἧσσον καὶ ἄλλα πολλά· τῶν μὲν οὖν ἡσσόνων τὰ κρέσσω οὔπω δῆλον ὅτι κ' ἀνίητα· τῶν δὲ κρατίστων τὰ κρέσσω πῶς οὐ δηλονότι ἀνίητα; ἃ γὰρ πῦρ οὐ δημιουργέει, πῶς οὐ τὰ τούτῳ μὴ ἁλισκόμενα δηλοῖ ὅτι ἄλλης δεῖται τέχνης, καὶ οὐ ταύτης, ἧς ἕνι τὸ πῦρ ὄργανον; οὗτός δέ μοι λόγος καὶ ὑπὲρ τῶν ἄλλων ὅσα τῇ ἰητρικῇ ξυνεργεῖ, ὧν ἁπάντων φημὶ δεῖν ἑκάστου μὴ κατατυχόντα τὸν ἰητρὸν τὴν

certe juſtius ob ea quam ob illa incuſant. Si quis enim artis facultatem ad ea quae artis non ſunt, aut naturae ad ea ad quae minime apta eſt, requirat, is iſtud non intelligit magis ad inſaniam cum ignorantia conjunctam quam ad imperitiam accedere. Quorum enim facultatem tum per naturae tum per artium inſtrumenta conſequimur, eorum nos opifices profiteri poſſumus, aliorum non item. Si quid igitur homini contigerit, quod medicinae inſtrumenta ſuperet, id ne ſperandum quidem eſt ab arte medica evinci poſſe. Atque ut exemplo rem ipſam doceamus, ignis eorum omnium, quae in medicina urendi facultatem habent, ſumme urit, eo vero minus alia pleraque. Atqui certe ex levioribus quae ſunt praeſtantiora, an curari poſſint nondum plane conſtat. Ex potentiſſimis autem quis dubitet ea, quae praeſtantiora ſunt curari non poſſe? In his enim quae ignis non efficit, an non ea, quae ab ipſo ſuperari nequeunt, ſatis arguunt alia opus eſſe arte quam ea quae igne utitur inſtrumento? Eadem vero mihi dicenda ſunt de his quae medicinae ſubſerviunt, in quibus ſingulis

©BIUM

Ed. Chart. II. [149. 150.] Foës. I. 5. 6. Ed. Lind. I. (8. 9.)
δύναμιν αἰτιᾶσθαι τοῦ πάθεος, μὴ τὴν τέχνην. εἰ μὲν οὖν μεμφόμενοι τοῖσι τοῖς κεκρατημένοισι μὴ ἐγχειρέουσι, παρακελεύονται καὶ ᾧ μὴ προσήκει ἅπτεσθαι οὐδὲν ἧσσον ἢ ὧν προσήκει. [150] παρακελευόμενοι δὲ ταῦτα ὑπὸ μὲν τῶν τῷ ὀνόματι ἰητρῶν θαυμάζονται, ὑπὸ δὲ τῶν καὶ τέχνῃ καταγελῶνται. οὐ μὴν οὕτως ἀφρόνων οἱ ταύτης τῆς δημιουργίας ἔμπειροι οὔτε μωμητῶν οὔτ' αἰνετῶν δέονται, ἀλλὰ λελογισμένων πρός ὅ τι ἂν αἱ ἐργασίαι τῶν δημιουργῶν τελευτόμεναι πλήρεις εἰσὶ καὶ ὁτεῦ ὑπολειπόμεναι ἐνδεεῖς. ἔτι δὲ τῶν ἐνδειῶν ἅς τε τοῖς δημιουργέουσιν ἀναθετέον, ἅς τε τοῖσι δημιουρ(9)γεομένοισι. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὰς ἄλλας τέχνας ἄλλος χρόνος μετ' ἄλλου λόγου δείξει, τὰ δὲ κατὰ τὴν ἰητρικὴν οἷά τέ ἐστιν, ὡς τέ κριτέα, τὰ μὲν ὁ παρῳχημένος, τὰ δὲ ὁ παρὼν διδάξει λόγος. || ἔστι γὰρ τοῖσι ταύτην τὴν τέχνην ἱκανῶς εἰδόσι τὰ μὲν τῶν νοσημάτων οὐκ ἐν δυσόπτῳ κείμενα καὶ οὐ πολλὰ, τὰ δ' οὐκ ἐν εὐδήλῳ καὶ

si res medico non succedit pro animi sententia, meo quidem judicio, in morbi vehementiam; non in artem ipsam culpa rejicienda est. Qui igitur eos reprehendunt qui victis a morbo manus non admovent, non minus adhortantur ad ea suscipienda quae attingere fas non est quam quae fas est. In eoque apud eos qui nomine tenus medici sunt admirationem sibi conciliant, ab artis vero peritis ridentur. Neque vero hujus artificii periti tam imprudentes aut reprehensores, aut laudatores morantur, sed eos qui recta ratione judicant, quemnam ad finem deductae artificum actiones perfectae sint et quanam in re deficientes imperfectae. Ac praeterea earum imperfectarum actionum quaenam ad artifices, quaenam etiam ad ipsa effecta sint referendae. Quae igitur alias artes spectant, aliud tempus aliamque orationem postulant: quae vero ad medicinam pertinent, quaenam sint et quomodo dijudicanda, partim quidem superiore, partim vero praesenti oratione dicentur. Sunt enim apud eos qui artem istam probe callent morbi partim quidem non obscuri iique pauci,

©BIUM

Ed. Chart. II. [150.] Foës. I. 6. Ed. Lind. I. (9. 10.)

πολλά ἐστι. τὰ μὲν γὰρ πρὸς τὰ ἐντὸς τετραμμένα ἐν δυσόπτῳ, τὰ δ' ἐξανθεῦντα εἰς τὴν χροιὴν, ἢ οἰδαίνοντα, ἐν εὐδήλῳ. παρέχει γὰρ ἑωυτῶν τῇ τε ὄψει τῷ τε ψαῦσαι τῆς στερεότητος καὶ τῆς ὑγρότητος αἰσθάνεσθαι. καὶ ἅ τε αὐτῶν θερμὰ, ἅ τε ψυχρὰ, ὧν τε ἑκάστου ἢ παρουσίη ἢ ἀπουσίη τοιαύτη ἐστί. τῶν μὲν δὴ τοιούτων πάντων ἐν ἅπασι τὰς ἀκεσίας ἀναμαρτήτους δεῖ εἶναι, οὐχ ὡς ῥηϊδίας, ἀλλ' ὅτι ἐξεύρηνται. ἐξεύρηνταί γε μὴν οὐ τοῖσι βουληθεῖσιν, ἀλλὰ τούτων τοῖσι δυνηθεῖσι· δύνανται δὲ οἷσι τά τε τῆς παιδείης μὴ ἐκποδὼν τά τε τῆς φύσιος μὴ ταλαίπωρα. πρὸς μὲν οὖν τὰ φανερα τῶν νοσημάτων οὕτω δεῖ εὐπορέειν τέχνην· δεῖ γε μὴν αὐτὴν μηδὲ πρὸς τὰ ἧσσον φανερὰ ἀπορέειν. ἔστι δὲ ταῦτα ἃ πρός τε τὰ ὀστέα τέτραπται καὶ τὴν νηδύν. ἔχει δὲ τὸ σῶμα οὐ μίαν, ἀλλὰ πλείους. δύο μὲν γὰρ αἱ τὸν σῖτον δεχόμεναί τε καὶ ἀφιεῖσαι, ἄλλαι δὲ τουτέων πλείους, ἃς ἴσασιν οἷσι του(10)τέων ἐμέλησεν. ὅσα γὰρ τῶν μελέων ἔχει σάρκα περιφερέα, ἣν μῦν καλέουσι, πάντα νηδὺν ἔχει. πᾶν

partim vero non manifesti iique multi. Qui enim ad internas corporis partes vertunt, obscuri, qui vero ad corporis superficiem erumpunt, aut tumorem faciunt, manifesti. Sui enim copiam faciunt tum visu tum tactu, ut eorum durities et mollitudo sentiatur, et quinam calidi, quinam frigidi et quorum in singulis praesentia aut absentia tales existunt. Atque in eorum quidem omnium remediis non peccatur, non quod sint facilia, sed quod inventione constent. Et sane non sunt a quibusvis inventa, sed ab his qui recta inveniendi facultate valent. Valent autem tum qui in bonis disciplinis liberaliter sunt educati tum qui a natura non infeliciter sunt comparati. Hoc igitur modo ad manifestos morbos curandos artem facultate abundare oportet. Neque sane eam in minus manifestis deficere convenit. Sunt autem hi qui ad ossa et cavitatem internam vergunt. Neque vero unam corpus habet, sed plures. Duae namque sunt quae cibum recipiunt et demittunt, aliaeque praeter has plures, quas ii norunt quibus ista curae sunt. Quaecunque enim membra carnem in orbem circumdatam ha-

Ed. Chart. II. [150. 151.] Foës. I. 6. Ed. Lind. I. (10.)

γὰρ τὸ ἀσύμφυτον, ἤν τε δέρματι ἤν τε σαρκὶ καλύπτηται, κοῖλόν ἐστι, πληροῦταί τε ὑγιαῖνον μὲν πνεύματος, ἀσθενῆσαν δὲ ἰχῶρος. ἔχουσι μὲν τοίνυν οἱ βραχίονες σάρκα τοιαύτην, ἔχουσι δ' οἱ μηροὶ, ἔχουσι δ' αἱ κνῆμαι. ἔτι δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀσάρκοισι τοιαύτη ἔνεστιν οἵη καὶ ἐν τοῖσιν εὐσάρκοισι εἶναι δέδεικται. ὅ τε γὰρ Θώρηξ καλεόμενος, ἐν ᾧ τὸ ἧπαρ στεγάζεται, ὅ τε τῆς κεφαλῆς κύκλος, ἐν ᾧ ὁ ἐγκέφαλος, τό τε νῶτον, πρὸς ὃ ὁ πνεύμων, τούτων οὐδὲν ὅ τι οὐ καὶ αὐτὸ κενόν ἐστι, πολλῶν διαφύσιων μεστόν. οἷσιν οὐδὲν ἀπέχει πολλὸν ἀγγεῖα εἶναι, τῶν μέντοι βλαπτόντων τὸν κεκτημένον, τῶν καὶ ὠφελούντων. ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι καὶ φλέβες πολλαὶ καὶ νεῦρα οὐκ ἐν τῇ σαρκὶ μετέωρα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς ὀστέοισι προστεταμένα σύνδεσμός ἐστι τῶν ἄρθρων. καὶ αὐτὰ τὰ ἄρθρα, ἐν οἷσιν αἱ συμβολαὶ τῶν κινεομένων ὀστέων ἐγκυκλέονται. καὶ τούτων οὐδὲν ὅ τι οὐχ ὕπαφρόν ἐστι καὶ ἔχον περὶ αὐτὸ θαλάμας, ἃς καταγγέλλει ἰχὼρ, ὃς ἐκ διοιγομένων αὐτέων πολύς τε καὶ πολλοὺς λυπήσας ἐξέρχεται. [151] οὐ γὰρ

bent, quam muſculum nominant, ea omnia cavitatem habent. Quicquid enim minime coaluit, ſive pellicula, ſive carne tegatur, cavum eſt, quod dum homo valet, ſpiritu quidem, dum vero aegrotat, ſanie plenum eſt. Habent itaque brachia hujusmodi carnem, habent et femora, habent et tibiae. Quin et in partibus carnis expertibus hujusmodi caro ineſt, qualem in bene carnoſis ineſſe diximus. Nam et thorax dictus, quo jecur concluditur, et capitis orbis, in quo cerebrum comprehenditur, ipſumque dorſum, cui annexi ſunt pulmones, haec omnia prorſus ſunt vacua, multis intervallis referta, quae fere vaſorum naturam obtinent, cum res eas continent quae partim quidem eum qui eas poſſidet juvant, partim etiam laedunt. Ad haec etiam venae ſunt multae et nervi, non ii quidem in carne extantes, ſed ad oſſa protenſi articulos colligant. Quinetiam ipſi articuli, in quibus oſſium quae moventur connexiones volvuntur. Quorum nihil eſt quod non aliquantulum ſpumoſum ſit et circa ſe latibula habeat, quae ſanies ipſa arguit, quae iis apertis copioſa et multis moleſta effluit. Neque

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 244 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. II. [151.] Foës. f. 6. 7. Ed. Lind. I. (10. 11.)

δὴ ὀφθαλμοῖσί γε ἰδόντι τούτων τῶν εἰρημένων οὐδενὶ οὐδέν ἐστιν εἰδέναι. διὸ καὶ ἄδηλα ἐμοί τε ὠνόμασται καὶ τῇ τέχνῃ κέκριται εἶναι, οὐ μὴν ὅτι ἄδηλα κεκρά(11)τηκεν, ἀλλ' εἰ δυνατὸν κεκράτηται. δυνατὸν δὲ ὅσων αἵ τε τῶν νοσεόντων φύσιες ἐς τὸ σκεφθῆναι παρέχουσιν, αἵ τε τῶν ἐρευνησόντων ἐς τὴν ἔρευναν πεφύκασι. μετὰ πλείονος μὲν γὰρ πόνου καὶ οὐ μετ' ἐλάσσονος χρόνου τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ὁρᾶταί τε καὶ γινώσκεται. ὅσα γὰρ τὴν τῶν ὀμμάτων ὄψιν ἐκφεύγει, ταῦτα τῇ τῆς γνώμης ὄψει κεκράτηται. ὅσα δὲ ἐν τῷ μὴ ταχὺ ὀφθῆναι οἱ νοσέοντες πάσχουσιν, οὐχ οἱ θεραπεύοντες αὐτοὺς αἴτιοι, ἀλλ' ἡ φύσις ἥ τε τοῦ νοσέοντος ἥ τε τοῦ νοσήματος. ὁ μὲν γὰρ, ἐπεὶ οὐκ ἦν αὐτῷ ὄψει ἰδεῖν τὸ μοχθέον, οὐδ' ἀκοῇ πυθέσθαι, λογισμῷ μετήει. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἃ πειρῶνται οἱ τὰ ἀφανέα νοσέοντες ἀπαγγέλλειν περὶ τῶν νοσημάτων τοῖσι θεραπεύουσιν, δοξάζοντες μᾶλλον ἢ εἰδότες ἀπαγγέλλουσιν. || εἰ γὰρ ἠπίσταντο, οὐκ ἂν περιέπιπτον αὐτοῖς. τῆς γὰρ αὐτῆς ξυνέσιός ἐστιν, ἥσπερ τὸ εἰδέναι τῶν νούσων τὰ αἴτια,

enim ſane eorum quae dicta ſunt quicquam oculis intuenti conſpicere licet. Ideoque non manifeſti morbi a me appellati ſunt et ab arte eſſe cenſentur, non tamen quia non manifeſti naturam noſtram evincunt, ſed ſi modo fieri poteſt, ab ea ſuperantur. Poteſt autem fieri, cum et aegrorum naturae ſe ad inveſtigationem exhibent et qui perveſtigaturi ſunt ad induſtriam recte ſunt a natura comparati. Neque enim ſine multo labore et longo tempore oculis cernuntur et cognoſcuntur. Quae namque oculorum aſpectum effugiunt, ea mentis acie comprehenduntur. Quae vero ex eo aegris contingunt, quod non protinus ſtatim affectus cernatur, eorum culpa non in medicos, ſed tum in aegrotantis tum in morbi naturam rejicienda eſt. Ille enim cum neque doloris cauſam oculis cernere neque auditione cognoſcere queat, ratiocinatione conſequitur. Qui namque obſcuro morbo laborant, ſi quid de morbo medicis indicare conantur, id ex opinione potius quam ex certa cognitione denunciant. Neque enim, ſi certo ſcirent, ipſis ſe committerent, cum ejusdem ſit prudentiae tum morborum cauſas

Ed. Chart. II. [151.] Foës. I. 7. Ed. Lind. I. (11. 12.)

καὶ τὸ θεραπεύειν αὐτὰς ἐπίστασθαι πάσῃσι τῇσι θεραπείῃσιν, αἳ κωλύουσι τὰ νουσήματα μεγαλύνεσθαι. ὅτε οὖν οὐδὲ ἐκ τῶν ἐπαγγελλομένων ἔστι τὴν ἀναμάρτητον σαφηνίην ἀκοῦσαι, προσοπτέον τι καὶ ἄλλο τῷ θεραπεύοντι. ταύτης οὖν τῆς βραδυτῆτος οὐχ ἡ τέχνη, ἀλλ' ἡ φύσις αἰτίη ἡ τῶν σωμάτων. ἡ μὲν γὰρ αἰσθανομένη ἀξιοῖ θεραπεύειν, σκοποῦσα ὅπως μὴ τόλμῃ μᾶλλον ἢ γνώμῃ καὶ ῥαστώνῃ μᾶλλον ἢ βίῃ θεραπεύῃ. ὅδ' ἢν μὲν ἀρκέσῃ πρὸς τὸ (12) ὀφθῆναι, ἐξαρκέσει καὶ πρὸς τὸ ἰαθῆναι· ἢν δ' ἐν ᾧ τοῦτο ὁρᾶται κρατηθῇ, διὰ τὸ βραδέως αὐτὸν ἐπὶ τὸν θεραπεύσοντα ἐλθεῖν, ἢ διὰ τὸ τοῦ νοσήματος τύχος οἰχήσεται. ἐξ ἴσου μὲν γὰρ ὁρμώμενον τῇ θεραπείῃ, οὐκ ἔστι θᾶσσον, προλαβὸν δὲ θᾶσσον. προλαμβάνει δὲ διά τε τὴν τῶν σωμάτων στενότητα, ἐν ᾗ οὐκ ἐν εὐόπτῳ οἰκέουσιν αἱ νοῦσοι, διά τε τὴν τῶν καμνόντων ὀλιγωρίην. ἐπιτίθενται γὰρ, λαμβανόμενοι δὲ ὑπὸ τῶν νοσημάτων ἐθέλουσι θεραπεύεσθαι, ἐπεὶ τῆς γε τέχνης τὴν δύναμιν, ὁκόταν τινὰ

cognoſcere tum omnibus praeſidiis quae morbos augeri prohibeant eos curare noſſe. Cum igitur ex his quae denunciata ſunt non liceat ad aliquam certam cognitionem pervenire, alio ſane qui curationem inſtituit reſpicere debet. Hujus igitur morae cauſa ad corporum naturam, non ad artem ipſam referenda eſt. Haec enim ubi morbum percepit, curationem inſtituendam cenſet, id unum ſpectans, ne temeritate magis quam conſilio et ut facilitate potius quam vicurationem adhibere videatur. Illa vero ſi tam diu morbum ferre poſſit, ut a medico recte perspici possit, curationem etiam bene feret. Sin vero interim dum morbus cognoſcitur, a morbo evicta fuerit, vel quod ſerius ad medicum acceſſerit, vel ob morbi celeritatem aeger peribit. Neque enim qui ex aequo ad curationem procedit morbus celer exiſtimandus eſt, ſed qui praevertit. Praevertit autem tum ob corporum denſitatem, in qua non conſpicui morbi deliteſcunt, tum etiam propter aegrotantium negligentiam, qua curationem differunt, ſed tum demum morbis correpti curationem expetunt. Quare artis facultatem admirari longe certe aequius eſt, ſi quem

©BIUM

Ed. Chart. II. [151. 152.] Foës. I. 7. Ed. Lind. I. (12. 13.)
τῶν τὰ ἄδηλα νοσεύντων ἀναστήσῃ, θαυμάζειν ἀξιώτερον, ἢ ὁκόταν ἐγχειρίσῃ τοῖς ἀδυνάτοις. οὔκουν ἐν ἄλλῃ δημιουργίῃ τῶν ἤδη εὑρημένων οὐδεμίῃ ἔνεστιν οὐδὲν τοιοῦτον, ἀλλ' αὐτέων ὅσαι πυρὶ δημιουργεῦνται, τούτου μὴ παρεόντος ἄεργοί εἰσι, μετὰ δὲ τοῦ τούτου ἁφθῆναι ἐνεργοί. καὶ ὅσαι καὶ τοῖσιν εὐεπανορθώτοισι τοῖσι σώμασι δημιουργεῦνται, αἱ μὲν μετὰ ξύλων, αἱ δὲ μετὰ σκυτέων, αἱ [152] δὲ γραφῇ, χαλκῷ τε καὶ σιδήρῳ, καὶ τοῖσι τούτων ὁμοίοισιν αἱ πλεῖσται. τὰ δ' ἐκ τούτων καὶ μετὰ τούτων δημιουργεύμενα καὶ εὐεπανόρθωτα, ὅμως οὐ τῷ τάχει μᾶλλον ἢ τῷ ὡς δεῖ δημιουργεῖται, οὐδ' ὑπερβατῶς· ἀλλ' ἢν ἀπῇ τι τῶν ὀργάνων, ἐλινύει. καίτοι κἀκείναις τὸ βραδὺ πρὸς τὸ λυσιτελέστερον ἀσύμφορον, ἀλλ' ὅμως προτιμᾶται. ἰητρικὴ δὲ τοῦτο (13) μὲν τῶν ἐμπύων, τοῦτο δὲ τὸ ἦπαρ ἢ τοὺς νεφροὺς, τοῦτο δὲ τῶν ξυμπάντων ἐν τῇ νηδύϊ νοσεύντων ἀποστερουμένη τῇ δεινοψίῃ, τὰ πάντα πάντες ἱκανωτάτως ὁρῶσιν, ὅμως ἄλλας εὐπορίας συνεργοὺς

ex obſcuro morbo laborantem reſtituerit quam ſi quae fieri non poſſunt aggreſſa fuerit. Neque vero in ulla quapiam arte jam inventa tale quippiam ineſſe conſpicitur, verum ex his quaecunque igne opus ſuum perficiunt, ſi eis deſit, ab omni opere feriantur, ubi vero eum contrectarunt, in opere continentur. Et quaecunque in facile emendabili materia opus ſuum exercent, ut in lignis quaedam, aliae in coriis, quaedam etiam ſtylo, aere, ferro atque id genus aliis quamplurimae. Quae tamen opera ex his et per has perficiuntur, quanquam facile emendari poſſunt, non tamen celeritatem magis ad opificium requirunt, quam ut rite minimeque perfunctorie tractentur: ſed ſi quod inſtrumentum defuerit, ab opere quieſcunt: et quamvis illis mora ſit ad emolumentum incommoda, ea tamen pluris aeſtimatur. At vero medicina, his quidem ex pure in thorace collecto, aliis vero ex hepate et renibus, aliis etiam ex omnibus, quae ventre continentur laborantibus, cum ea intenſa oculorum acie contueri nequeat, quod certe omnes apertiſſime vident, aliarum tamen facultatum ſubſidia adhi-

Ed. Chart. II. [152.] Foës. I. 7. 8. Ed. Lind. I (13.)

ἐφεῦρε. φωνῆς τε γὰρ λαμπρότητα καὶ βραδυτῆτα καὶ ῥεύματα, ἃ διαῤῥεῖν εἴωθεν ἑκάστοισι, δι' ὧν ἔξοδοι δέδονται. ὧν τὰ μὲν ὀδμῇσι, τὰ δὲ χροίῃσι, τὰ δὲ λεπτότητι καὶ παχύτητι διασταθμωμένη τεκμαίρεται, ὧν τε σημεῖα ταῦτα, ἅ τε πεπονθότων, ἅ τε παθεῖν δυναμένων. ὅταν δὲ ταῦτα μηνύωνται, μηδ' αὐτὴ ἡ φύσις ἑκοῦσα ἀφίῃ, ἀνάγκας εὕρηκεν, ἧσιν ἡ φύσις ἀζήμιος βιασθεῖσα μεθίησιν. ἀνεθεῖσα δὲ δηλοῖ τοῖσι τὰ τῆς τέχνης ἰδόσιν ἃ ποιητέα. βιάζεται δὲ τοῦτο μὲν πῦρ τὸ σύντροφον φλέγμα διαχεῖν, σιτίων ὀριμύτητι καὶ πομάτων, ὅπως τεκμαρῆταί τι ὀφθὲν περὶ ἐκείνων ὧν αὐτὴ ἐμηχάνωτο ὀφθῆναι. τοῦτο δ' αὖ πνεῦμα ὂν κατήγορον ὀδοῖσί τε προσάντεσι καὶ δρόμοις ἐκβιᾶται κατηγορέειν, ἱδρῶτάς τε τούτοισι τοῖσι προειρημένοισιν ἄγουσα ὑδάτων θερμῶν ἀποπνοίῃσι τεκμαίρεται. ἔστι δὲ ἃ καὶ διὰ τῆς κύστιος διελθόντα ἱκανώτερα τὴν νοῦσον δηλῶσαί ἐστιν ἢ διὰ τῆς σαρκὸς ἐξιόντα. ἐξεύρηκεν οὖν καὶ τοιαῦτα πόματα || καὶ βρώματα, ἃ τῶν θερμαινόντων θερ-

buit. Ex vocis namque claritate et tarditate et deſtillationibus, quae ſingulis, qua exitus datur, defluere conſueverunt, earumque partim quidem odoribus, partim coloribus, modo etiam tenuitate ac craſſitudine diligenti trutina ponderatis, tum jam affectarum partium tum vero ad affectum opportunarum ſigna colligit. Ubi vero iſta de ſe ſignificationem praebuerint, neque ea ſponte natura dimittit, neceſſarias vias quasdam invenit, per quas vi impulſa citra noxiam ea emittat, remiſſa vero et languida artis peritis quae porro facienda ſunt plane indicat. Ac partim quidem ignem in nobis connatum cibi potusque acrimonia ut pituitam diffundat cogit, partim vero ſpiritum ipſum, tanquam morbi delatorem, itinere et curſu per acclivia facto, morbum prodere cogit, quo conjectura colligatur, quid ſibi in his viſum fuerit, quae ut conſpicerentur fabricata eſt. Quin etiam ſudores prius commemoratis ciendos eſſe ex aquarum calidarum exhalationibus colligit. Quaedam praeterea per veſicam prodeuntia evidentius morbum oſtendunt quam quae per carnes exeunt. Hujusmodi igitur cibos et potus adinve-

©BIUM

Ed. Chart. II. [152. 153.] Foël. I. 8. Ed. Lind. (13. 14.)

μότερα γιγνόμενα τήκει τε ἐκεῖνα καὶ διαῤῥεῖν ποιέει. ἃ (14) οὐκ ἂν διεῤῥύη, μὴ τοῦτο παθόντα. ἕτερα μὲν οὖν πρὸς ἑτέρων καὶ ἄλλα δι' ἄλλων ἐστὶ τά τε διόντα τά τ' ἐξαγγέλλοντα. ὥστ' οὐ θαυμάσιον αὐτῶν τὰς τε πίστιας χρονιωτέρας γίνεσθαι τάς τ' ἐγχειρίσιας βραχυτέρας, οὕτω δι' ἀλλοτρίων ἑρμηνειῶν πρὸς τὴν θεραπεύουσαν σύνεσιν ἑρμηνευομένων. ὅτι μὲν οὖν καὶ λόγους ἐν ἑωυτῇ εὐπόρους εἰς τὰς ἐπικουρίας ἔχει ἡ ἰητρικὴ, καὶ οὐκ εὐδιορθώτοισι δικαίως οὐκ ἂν ἐγχειρέοι τῇσι νούσοισιν, ἢ ἐγχευρειμένας ἀναμαρτήτους ἂν παρέχοι, οἵ τε νῦν λεγόμενοι λόγοι δηλοῦσιν αἵ τε τῶν εἰδότων τὴν τέχνην ἐπιδείξιες, ἃς ἐκ τῶν ἔργων ἥδιον ἢ ἐκ τῶν λόγων ἐπιδεικνύουσιν, οὐ τὸ λέγειν καταμελετήσαντες, ἀλλὰ τὴν πίστιν τῷ πλήθει ἐξ ὧν ἂν ἴδωσιν οἰκειοτέρην ἡγεύμενοι ἢ ἐξ ὧν ἀκούσωσι..

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΡΧΑΙΗΣ ΙΗΤΡΙΚΗΣ.

[153] Ὁκόσοι ἐπεχείρησαν περὶ ἰητρικῆς λέγειν ἢ γράφειν,

nit qui cum calidis ſuccis ſint calidiores, eos et eliquant et fluxiles reddunt, qui nunquam effluerent, niſi hoc illis contingeret. Itaque alia ex aliis et alia per alia tum corpus pervadunt tum morbum denunciant, ut proinde nemini mirum videri debeat, ſi ad eorum cognitionem longius tempus requiratur, eosque pauci aggrediantur, cum per aliorum expoſitionem ad medici curantis cognitionem narratione devenerint. Quod igitur ars medica adhibendi remedii abundantem per ſe habeat rationum facultatem, quodque merito morbis qui corrigi nequeunt manus non admoveat, aut in iis aggrediendis inculpatam ſe exhibeat, tum praeſens oratio manifeſte indicat tum viri hujus artis periti re ipſa lubentius quam verbis demonſtrant, qui non tam orationis dictioni ſtudent quam quod vulgi fidem ex his quae vidit firmiorem quam ex his quae audierit ſibi comparaturos exiſtimant.

HIPPOCRATIS DE PRISCA MEDICINA LIBER.

Qui de medicina dicere aut ſcribere conantur et ſuae

Ed. Chart. II- [153.] Foës. I. 8. Ed. Lind. I. (14. 15.)
ὑπόθεσιν σφίσιν αὐτέοισιν ὑποθέμενοι τῷ λόγῳ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ἄλλ' ὅ τι ἂν ἐθέλωσιν ἐς βραχὺ ἄγοντες, (15) τὴν ἀρχὴν τῆς αἰτίης τοῖσιν ἀνθρώποισι τῶν νούσων τε καὶ τοῦ θανάτου, καὶ πᾶσι τὴν αὐτὴν, ἓν ἢ δύο προθέμενοι, ἐν πολλοῖσι μὲν καὶ οἷσι λέγουσι καταφανέες εἰσὶν ἁμαρτάνοντες. μᾶλλον δὲ ἄξιον μέμψασθαι ἀμφὶ τέχνης ἐούσης, ἧ χρῶνταί τε πάντες ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι καὶ τιμῶσι μάλιστα τοὺς ἀγαθοὺς χειροτέχνας. εἰσὶ δὲ δημιουργοὶ οἱ μὲν φλαῦροι, οἱ δὲ πολὺ διαφέροντες. ὅπερ, εἰ μὴ ἦν ἰητρικὴ ὅλως, μηδ' ἐν αὐτῇ ἔσκεπτο, μηδ' εὕροιτο μηδὲν, οὐκ ἂν ἦν, ἀλλὰ πάντες ἂν ὁμοίως αὐτῆς ἄπειροί τε καὶ ἀνεπιστήμονες ἦσαν, καὶ τύχῃ πάντα τὰ τῶν καμνόντων διοικεῖτο. νῦν δ' οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλ' ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνέων πασέων οἱ δημιουργοὶ πολλὸν ἀλλήλων διαφέρουσι κατὰ χεῖρα καὶ κατὰ γνώμην, οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ ἰητρικῆς διὸ οὐκ ἠξίουν ἔγωγε κενῆς αὐτέην ὑποθέσιος δεῖσθαι ὥσπερ τὰ ἀφανέα τε καὶ ἀπορεόμενα· περὶ ὧν ἀνάγκη, ἤν τις ἐπιχειροίη λέγειν, ὑποθέσει

quaeſtionis genus calidum, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum, aut aliud quidvis propoſuerunt, ii, dum rem brevi contrahunt et idem morborum et mortis in univerſum cauſae principium unum vel duo conſtituunt, in multis quidem quae dicunt plane erraſſe arguuntur. At vero juſtius artis nomine reprehendendi ſunt quae re vera exiſtit, quamque omnes in rebus maximis adhibent, cujusque peritos artifices ſummis honoribus dignantur. Sunt autem opifices alii quidem mali, alii vero multum praeſtantes. Quod ſane minime contingeret, ſi prorſus non exiſteret ars medica, nihilque in ea vel obſervatione vel inventione conſtaret, omnesque illius ex aequo inexperti et ignari eſſent, aegrotantiumque rebus fortuna praeeſſet. Verum aliter ſe res habet, ſed non ſecus ac in reliquis omnibus artibus opifices longe inter ſe tum manu tum mente praeſtant, ſic etiam in arte medica. Quamobrem equidem ipſam non cenſeo in inani quaeſtione verſari oportere, ſicuti quae ſunt obſcura et dubia, de quibus ſi quis dicere velit, eum rei de qua agi-

©BIUM

Ed. Chart. II. [153.] Foës. I. 8. Ed. Lind. I. (15. 16.)

χρῆσθαι. ὃ περὶ τῶν μετεώρων ἢ τῶν ὑπὸ γῆν εἰ λέγοι τις καὶ γινώσκοι ὡς ἔχει, οὔτ' ἂν αὐτῷ λέγοντι οὔτε τοῖς ἀκούουσι δῆλα ἂν εἴη, εἴτε ἀληθέα ἐστὶν εἴτε μή. οὐ γὰρ ἔστι πρὸς ὅ τι χρὴ ἐπανενέγκαντα εἰδέναι τὸ σαφές. ἰητρικῇ δὲ πάντα πάλαι ὑπάρχει, καὶ ἀρχὴ καὶ ὁδὸς εὑρημένη, καθ' ἣν καὶ τὰ εὑρημένα πολλά τε καὶ καλῶς ἔχοντα εὑρηται ἐν πολλῷ χρόνῳ, καὶ τὰ λοιπὰ εὑρεθήσεται, ἢν τις ἱκανός τε ὢν καὶ τὰ εὑρημένα εἰδὼς ἐκ τούτων ὁρμώμενος ζητέῃ. ὅστις δὲ ταῦτα ἀποβαλὼν καὶ (16) ἀποδοκιμάσας πάντα, ἑτέρῃ ὁδῷ καὶ ἑτέρῳ σχήματι ἐπιχειρέειν ζητέει καὶ φύσει τι εὑρηκέναι, ἐξηπάτηται καὶ ἐξαπατᾶται. ἀδύνατον γὰρ, δι' ἃς δὲ ἀνάγκας ἀδύνατον ἐγὼ πειράσομαι ἐπιδεῖξαι, λέγων καὶ δεικνὺς τὴν τεχνην ὅ τι ἐστίν. ἐκ δὲ τούτου καταφανὲς ἔσται ἀδύνατα ἐόντα ἄλλως πως εὑρίσκεσθαι. μάλιστα δέ μοι δοκέει περὶ ταύτης δεῖν λέγοντα τῆς τέχνης γνωστὰ λέγειν τοῖσιν δημότησιν. οὐ γὰρ περὶ ἄλλου τινὸς οὔτε ζητέειν προσήκει οὔτε

tur accommodatam quaeſtionem proponere neceſſe eſt. Velut ſi quis de rebus ſublimibus aut ſub terra poſitis differat, aut earum naturam ſe noſſe profiteatur, ea vera ſint necne, neque iis qui differunt, neque iis qui audiunt ſatis fuerit manifeſtum. Neque enim datur ad quod quis veri cognitionem referat. At vero in medicina jam pridem omnia ſubſiſtunt, in eaque principium et via inventa eſt per quam praeclara multa longo temporis ſpatio ſunt inventa et reliqua deinceps invenientur, ſi quis probe comparatus fuerit, ut ex inventorum cognitione ad ipſorum inveſtigationem feratur. Qui vero his omnibus rejectis ac repudiatis aliam inventionis viam aut modum aggreditur et aliquid ſe inveniſſe jactitat, is cum fallitur tum alios fallit. Neque enim iſtud ullo pacto fieri poteſt. Quas autem ob cauſas iſtud fieri nequeat poſtea oſtendam, ubi artem eſſe dixero ac docuero. Ex quo etiam manifeſtum fiet nihil omnino alia ratione inveniri poſſe. Ac mihi quidem maxime videtur qui de hac arte differere inſtituit quae plebeiis nota ſunt dicere debere, cum de nullo alio vel quaerere vel dicere conveniat

©BIUM

Ed. Chart. II. [153. 154.] Foës. I. 8. 9. Ed. Lind. I. (16. 17.)
λέγειν ἢ περὶ τῶν παθημάτων ὧν αὐτοὶ οὗτοι νοσέουσιν. [154] || αὐτοὺς μὲν οὖν τὰ σφέων αὐτῶν παθήματα καταμαθεῖν, ὡς τε γίνεται καὶ παύεται καὶ δι' οἵας προφάσιας αὔξεταί τε καὶ φθίνει, ἰδιώτας ἐόντας, οὐ ῥαΐδιον· ὑπ' ἄλλου δ' εὑρημένα καὶ λεγόμενα, εὐπετές. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἀναμιμνήσκεται ἕκαστος ἀκούων τῶν ἑαυτῷ ξυμβαινόντων. εἰ δέ τις τῆς τῶν ἰδιωτέων γνώμης ἀποτεύξεται, καὶ μὴ διαθήσει τοὺς ἀκούοντας, οὗτος τοῦ ἐόντος ἀποτεύξεται. καὶ διὰ ταῦτα οὖν οὐδὲν δεῖται ὑποθέσιος. τὴν γὰρ ἀρχὴν οὔτ' ἂν εὑρέθη τέχνη ἡ ἰητρικὴ οὔτ' ἂν ἐζητήθη. οὐδὲν γὰρ αὐτῆς ἔδει τοῖσι κάμνουσι τῶν ἀνθρώπων, τὰ αὐτὰ διαιτωμένοισί τε καὶ προσφερομένοισιν, ἅπερ ὑγιαίνοντες ἐσθίουσι καὶ πίνουσι καὶ κατ' ἄλλα διαιτωμένοις ξυνέφερε, εἰ μὴ ἦν ἕτερα βελτίω. νῦν δ' αὐτὴ ἡ ἀνάγκη ἰητρικὴν ἐποίησε ζητεῖσθαί τε καὶ εὑρεθῆναι ἀνθρώποισιν· ὅτι τοῖσι (17) κάμνουσιν ταὐτὰ προσφερομένοισιν ἅπερ οἱ ὑγιαίνοντες οὐ ξυνέφερεν, ὡς οὐδὲ νῦν ξυμφέρει. ἔτι δ' ἄνωθεν ἔγωγε ἀξιῶ οὐδ' ἂν τὴν τῶν ὑγιαινόντων δίαιτάν τε καὶ τροφὴν ἣ νῦν χρέονται εὑρεθῆναι, εἰ ἐξήρ-

quam de morbis quibus ii ipſi tentantur. Cum igitur rudes ſint, neque morbos quibus aegrotant noſſe, neque quomodo oriantur, aut deſinant, neque ob cauſas increſcant, aut minuantur, iis eſt facile; ab alio vero inventos et expoſitos, proclive, cum nil aliud quisque recordetur quam quae ſibi contigiſſe audit. Quod ſi quis popularium ſententiam non aſſequitur, nec ſe audientibus conciliat, is quod vere exiſtit non aſſequetur et neque propterea ulla propoſita materia indiget. Principio ſane neque inventa fuiſſet, neque inveſtigata ars medica, neque enim ea aegrotis opus eſſet, ſi eadem victus ratio iis offeretur, qua qui valent utuntur, quin etiam alia victus ratio contuliſſet, niſi eſſent iſtis alia meliora. At nunc neceſſitate homines coacti artem medicam invenerunt et inveſtigarunt, quod aegrotis oblata bene valentium victus ratio nihil contulerit, ut ne nunc quidem confert. Ad haec ſuperioribus equidem ſaeculis neminem iſtam bene valentium victus rationem et alimoniam, qua nunc utuntur, inventurum fuiſſe exiſtimo, ſi idem cibus et

©BIUM

Ed. Chart. II. [154.] Foës. I. 9. Ed. Lind. I. (17.)

κει τῷ ἀνθρώπῳ ταυτὰ ἐσθίοντι καὶ πίνοντι βοΐ τε καὶ ἵππῳ καὶ πᾶσιν ἐκτὸς ἀνθρώπου, οἷον τὰ ἐκ τῆς γῆς φυόμενα, καρπούς τε καὶ ὕλην καὶ χόρτον. οἱ ἀπὸ τουτέων τε καὶ τρέφονται καὶ αὔξονται καὶ ἄπονοι διάγουσιν, οὐδὲν προσδεόμενοι ἄλλης διαίτης. καί τοι τὴν ἀρχὴν ἔγωγε ἀξιῶ καὶ τὸν ἄνθρωπον τοιαύτῃ τροφῇ κεχρῆσθαι. τὰ δέ γε νῦν διαιτήματα εὑρημένα τετεχνημένα ἐν πολλῷ χρόνῳ γεγενῆσθαί μοι δοκέει. ὡς γὰρ ἔπασχον πολλά τε καὶ δεινὰ ἀπὸ ἰσχυρῆς τε καὶ θηριώδεος διαίτης σώματα, καὶ ἄκρητα, καὶ μεγάλας δυνάμεις ἔχοντα ἐσφερόμενοι, οἷά περ ἂν καὶ νῦν ὑπ' αὐτέων πάσχοιεν, πόνοισί τε ἰσχυροῖσι καὶ νούσοισι περιπίπτοντες, καὶ διὰ ταχέος θανάτοισιν. ἧσσον μὲν οὖν ταῦτα τότε εἰκὸς ἦν πάσχειν διὰ τὴν συνήθειαν. ἰσχυρῶς δὲ καὶ τότε, καὶ τοὺς μὲν πλείστους τε καὶ ἀσθενεστέρην φύσιν ἔχοντας ἀπόλλυσθαι εἰκὸς, τοὺς δὲ τουτέων ὑπερέχοντας πλείω χρόνον ἀντέχειν. ὥσπερ καὶ νῦν ἐκ τῶν ἰσχυρῶν βρωμάτων, οἱ μὲν γὰρ ῥηϊδίως ἀπαλλάσσονται, οἱ δὲ μετὰ πολλῶν πόνων τε καὶ κακῶν. διὰ δὴ ταύτην τὴν χρείην καὶ οὗτοί μοι δοκέουσι

potus homini, bovi et equo et caeteris praeter hominem animantibus satis fuisset, ea nempe quae ex terra oriuntur, fructus, herbae et foenum, quibus nutriuntur et augentur, et sana degunt, nullo alio victu indigentia. Quanquam equidem per initia hominum eodem alimento usum esse existimo. At cibaria, quibus nunc utuntur, non nisi arte inventa et excogitata longoque temporis intervallo in usum deducta mihi videntur, cum nimirum ex robusto et firmo victu, intemperatis et nimium valentibus ingestis cibariis, in multos et graves morbos homines inciderent, in quos etiam hoc tempore, si iisdem uterentur, incurrerent, ex quibus gravibus doloribus et morbis correpti brevi vitam cum morte commutarent. Etsi vero est simile his malis minus conflictatos fuisse propter consuetudinem, quamvis tunc quidem graviter laborarint et plurimos quidem imbecilliore natura praeditos interiisse, eos vero qui viribus praestarent diutius exstitisse, non secus ac hoc tempore quidam ex valentibus cibariis facile, alii non nisi cum multis dolo-

©BIUM

Ed. Chart. II. [154. 155.] Foës. I. 9. Ed. Lind. I. (17. 18.)
ζητῆσαι τροφὴν ἁρμόζουσαν τῇ φύσει, καὶ εὑρεῖν ταύτην, ἣ νῦν χρώμεθα. ἐκ μὲν οὖν τῶν πυρῶν βρέξαντες καὶ πτίσαντες πάντα καὶ (18) καταλέσαντες καὶ διασήσαντες καὶ φορύξαντες καὶ ὀπτήσαντες ἀποτέλεσαν ἄρτον· ἐκ δέ γε τῶν κριθέων μᾶζαν, ἄλλα τε συχνὰ περὶ ταύτην πρηγματευσάμενοι, ἥψησάν τε καὶ ὤπτησαν καὶ ἔμιξαν, καὶ ἐκέρασαν ἰσχυρά τε καὶ ἄκρητα τοῖσιν ἀσθενεστέροις, πλάσσοντες πάντα πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν τε καὶ δύναμιν, ἡγεύμενοι, ὅσα μὲν ἰσχυρότερα ἢ οὐ δυνήσεται κρατέειν ἡ φύσις, ἣν ἐσβάληται, ἀπὸ τούτων δ' αὐτῶν πόνους τε καὶ νόσους καὶ θανάτους ἔσεσθαι. ὅσων δ' ἂν δύνηται ἐπικρατέειν, ἀπὸ τουτέων τροφήν τε καὶ αὔξησιν καὶ ὑγιείην. τῷ δ' εὑρήματι τί ἂν οὖν ὄνομα δικαιότερον ἄν τις προσῆκον μᾶλλον θεῖτο ἢ ἰητρικήν; ὅτι εὕρηται ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνθρώπου ὑγιείῃ τε καὶ τροφῇ καὶ [155] σωτηρίῃ, ἄλλαγμα κείνης τῆς διαίτης, ἐξ ἧς οἱ πόνοι καὶ τοῦσοι γίνονται. εἰ δὲ μὴ τέχνη αὐτὴ νομίζεται εἶναι, οὐκ ἀπεικός. ἧς γὰρ μηδεὶς ἐστιν ἰδιώτης, ἀλλὰ πάντες ἐπι-

ribus et moleſtiis vindicantur. Eaque ſane neceſſitate mihi adducti illi videntur conſentaneum naturae alimentum inveſtigaſſe et id quo nunc utimur inveniſſe. Triticum igitur macerantes et omnino pinſentes, molis frangentes, ſubigentes et aſſantes panem confecerunt. Ex hordeo vero mazam et plurima alia magna circa eam adhibita opera coxerunt, aſſarunt, miſcuerunt, valentiaque et intemperata cum imbecillibus temperantes, omnia pro hominis natura et viribus compoſuere, rati cibos valentiores ingeſtos, quod a natura ſuperari non poſſent, dolores, morbos et mortem afferre, eos vero qui a natura ſuperarentur alimentum, incrementum et ſanitatem praeſtare. Huic autem invento quodnam juſtius aut convenientius quam medicinae nomen imponi queat? quandoquidem ad hominis ſanitatem, nutritionem et ſalutem inventum eſt, quod in illius victus rationis vicem ſuccederet, ex qua dolores et morbi naſcuntur. Quod ſi quis hanc ipſam artem eſſe non exiſtimet, non abſurde prorſus ſentiat. Cujus enim artis propter uſum et neceſſitatem nemo rudis eſt, ſed omnes periti, illius artificem

©BIUM

Ed. Chart. II. [155.] Foës. I. 9. 10. Ed. Lind. I. (18. 19.)

στήμονες διὰ τὴν χρῆσίν τε καὶ ἀνάγκην, οὐ προσήκει ταύτης οὐδένα τεχνίτην καλέεσθαι, ἐπεὶ τόγε εὕρημα καὶ μέγα καὶ πολλῆς || τέχνης τε καὶ σκέψιος. ἔτι γοῦν καὶ νῦν οἱ τῶν γυμνασίων τε καὶ ἀνακτήσιων ἐπιμελούμενοι ἀεί τι προσεξευρίσκουσι, κατὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ζητέοντες ὅ τι ἔδων τε καὶ πίνων ἐπικρατήσει τε αὐτέων μάλιστα καὶ ἰσχυρότερος ἑωυτοῦ ἔσται. σκεψώμεθα γοῦν καὶ τὴν ὁμολογουμένως ἰητρικὴν, τὴν ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας εὑρημένην, εἰ καὶ οὔνομα καὶ τεχνίτας ἔχει, καὶ κρατεῖν καὶ αὐτὴ τῶν αὐτέων ἐθέλοι, καὶ (19) ὁπόθεν ποτε ἤρκται. ἐμοὶ μὲν γὰρ ὅπερ ἐν ἀρχῇ εἶπον, οὐδ' ἂν ζητῆσαι δοκέει ἰητρικὴν οὐδεὶς, εἰ ταὐτὰ διαιτήματα τοῖσί τε κάμνουσιν καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσιν ἤρμοζεν. ἔτι γοῦν καὶ νῦν ὅσοι ἰητρικῇ μὴ χρέονται, οἵ τε βάρβαροι καὶ τῶν Ἑλλήνων ὅμοροι, τὸν αὐτὸν τρόπον ὅν περ ὑγιαίνοντες διαιτέονται, πρὸς ἡδονὴν, καὶ οὔτ' ἂν ἀπόσχοιντο οὐδενὸς ὧν ἐπιθυμέουσιν, οὐδὲ στείλαιντο. οἱ δὲ ζητήσαντές τε καὶ εὑρόντες ἰητρικὴν τὴν αὐτέην κείνοισι διάνοιαν ἔχοντες περὶ ὧν μοι ὁ πρότερος λόγος εἴρηται, πρῶτον μὲν, οἶμαι, ὑφεῖλον τοῦ πλήθεος

aliquem vocari fas non eſt. Quanquam inventum hoc longe praeſtans eſt et multa arte ac obſervatione conſtat. Quin etiam in hodiernum usque diem qui rei gymnaſticae et viribus reficiendis praeſunt eadem via inveſtigando ſemper aliquid inveniunt, quo quis pro cibo et potu uſus reliquis in certamine longe ſuperior et ſeipſo robuſtior evadat. Medicinam igitur, quam omnes aegrorum cauſa inventam eſſe fatentur, in conſiderationem adhibeamus, num et nomen et artifices habeat, ipſisque ſuperior eſſe velit et undenam originem traxerit. Ac mea quidem opinione, quam ſupra dixi, nemo ad medicinam inveſtigandam animum applicaturus fuiſſet, ſi eadem victus ratio et aegris et ſanis accommodata eſſet. Quare etiam in hunc usque diem barbari et Graecis finitimi, apud quos nullus eſt medicinae locus, eadem victus ratione qua ſani ad voluptatem utuntur; neque eo quod expetunt abſtinent, neque ſibi temperant. At vero qui medicinam perſcrutando invenere, eandem quam qui a me ſuperiore oratione dicti ſunt ſententiam ſecuti, primum quidem, ut

Ed. Ckart. II. [155.] Foës. I. 10. Ed. Lind. I. (19. 20.)
τῶν σιτίων αὐτέων τουτέων, καὶ ἀντὶ πλεόνων ὀλίγα ἐποίησαν. ἐπεὶ δ' αὐτέοισι τοῦτό ἐστι μὲν ὅτε πρός τινας τῶν καμόντων ἤρκεσε καὶ φανερὸν ἐγένετο ὠφελῆσαν, οὐ μέντοι πᾶσί γε, ἀλλ' ἦσάν τινες οὕτως ἔχοντες, ὡς μηδ' ὀλίγων σιτίων δύνασθαι ἐπικρατέειν, ἀσθενεστέρου δή τινος ἐδόκεον οἱ τοιοῦτοι δεῖσθαι, εὗρον ῥοφήματα μίξαντες ὀλίγα τῶν ἰσχυρῶν πολλῷ τῷ ὕδατι, καὶ ἀφαιρεόμενοι τὸ ἰσχυρὸν τῇ κράσει τε καὶ ἑψήσει. ὁκόσοι δὲ μηδὲ τῶν ῥοφημάτων ἐδύναντο ὑποκρατέειν, ἀφεῖλον καὶ ταῦτα, καὶ ἀφίκοντο ἐς πόματα, καὶ ταῦτα τῇσί τε χρήσεσι καὶ τῷ πλήθει διαφυλάσσοντες ὡς μετρίως ἔχῃ, μήτε πλείω τῶν δεόντων μήτε ἀκρητέστερα προσφερόμενοι, μηδ' ἐνδεέστερα. εὖ δὲ χρὴ εἰδέναι τοῦτο οἷσι τὰ ῥοφήματα ἐν τῇσι νούσοισιν οὐ ξυμφέρει, ἀλλ' ἄντικρυς ὅταν τοῦτο ποιήσωσι παροξύνονται σφίσιν οἵ τε πυρετοὶ καὶ τὰ ἀλγήματα· καὶ δῆλον τὸ προσενε(20)χθὲν τῇ μὲν νούσῳ τροφή τε καὶ αὔξησις γενόμενον, τῷ δὲ σώματι φθίσις τε καὶ ῥῳστίη. ὁκόσοι δ' ἂν τῶν ἀνθρώπων ἐν ταύτῃ τῇ διαθέσει ἐόντες προσενέγκωνται ξηρὸν σιτίον, ἢ μᾶζαν, ἢ ἄρτον, καὶ

sentio, de ſuis cibis copiam detraxerunt, deinde pro multis paucos ſumpſerunt. Quod cum aegrotantibus quibusdam ſatis eſſet, palamque prodeſſe, non tamen omnibus conſtaret, verum erant quidam ita affecti ut ne paucos quidem cibos conficere poſſent, quibus ſane imbecilliore quodam cibo opus eſſet, ſorbitiones invenerunt, valentes cibos paucos multa aqua diluentes eorumque vim temperatione et coctione detrahentes. Quod ſi qui neque ſorbitiones ſuperare poſſent, iis etiam detractis potiones ſubſtituerunt, obſervantes ut et uſu et copia moderatae eſſent, neque juſto copioſiores, neque meraciores, neque pauciores exhiberentur. Inprimis autem animadvertere oportet, quibus in morbis ſorbitiones minime conveniunt, ſed continuo ubi aſſumptae ſunt, febres ac dolores exacerbari, ex quo efficitur, ut quod aſſumptum eſt morbum quidem foveat et augeat, corpus vero imminuat et imbecillius reddat. At vero qui ita affecti cibum ſiccum, aut mazam, aut panem quantumvis modicum aſſumunt, ii decuplo magis atque manifeſtius

©BIUM

Ed. Chart. II. [155. 156.] Foës. I. 10. Ed. Lind. I. (20.)

ἢν πάνυ σμικρὸν, δεκαπλασίως ἂν μᾶλλον καὶ ἐπιφανέστερον κακωθεῖεν ἢ ῥοφέοντες, δι' οὐδὲν ἄλλο ἢ διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ βρώματος πρὸς τὴν διάθεσιν, καὶ ᾧ γε ῥοφεῖν συμφέρει, ἐσθίειν δ' οὔ. εἰ γὰρ πλείω φάγοι, πολὺ ἂν ἔτι κακωθείη· καὶ εἰ ὀλίγα, πονήσειεν ἄν. πάντα δὴ τὰ αἴτια τοῦ πόνου εἰς τὸ αὐτὸ ἄγεται, τὰ ἰσχυρότατα μάλιστά γε καὶ ἐπιφανέστατα, λυμαίνεσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ὑγιέα ἐόντα καὶ τὸν νοσέοντα. τί οὖν φαίνεται [156] ἕτερον διανοηθεὶς ὁ καλεύμενος ἰητρὸς καὶ ὁμολογημένως χειροτέχνης, ὃς ἐξεῦρε τὴν ἀμφὶ τοὺς κάμνοντας δίαιτάν τε καὶ τροφὴν, ἢ κεῖνος ὁ ἀπ' ἀρχῆς τοῖσι πᾶσιν ἀνθρώποισι τροφὴν ἣ νῦν χρεόμεθα ἐξ ἐκείνης τῆς ἀγρίης καὶ θηριώδεος εὑρών τε καὶ παρασκευάσας διαίτης; ἐμοὶ μὲν γὰρ φαίνεται αὐτὸς τρόπος καὶ ἓν τι καὶ ὅμοιον τὸ εὕρημα. ὁ μὲν ὅσων μὴ ἠδύνατο ἡ φύσις ἡ ἀνθρωπίνη ἐπικρατέειν ὑγιαίνουσα, ἐμπιπτόντων διὰ τὴν ἀγριότητά τε καὶ ἀκρησίην, ὁ δὲ ὅσων ἡ διάθεσις ἐν οἵῃ ἂν ἑκάστοτε ἕκαστος τύχῃ διακείμενος μὴ ἦν δυνατὸς ἐπικρατέειν, ταῦτα ἐζήτησεν ἀφελεῖν. τί δὴ τούτου ἐκεῖνο διαφέρει ἀλλ' ἢ πλέον

laeduntur quam ſi ſorbitione utantur, neque aliam ob cauſam quam quod cibus viribus ſit valentior quam affectus requirat, tum quod cui ſorbere, ei edere minime conveniat. Quo namque plura comederit, eo pejus afficietur; ſi vero pauca, etiam dolebit. Atque ad id ſane referuntur omnes doloris cauſae, quod valentiſſima edulia maxime et evidentiſſime homini tam ſano quam aegro ſunt noxia. Quamnam igitur aliam habuiſſe mentem videtur is qui medicus et omnium confeſſione artifex vocatur, cum victus rationem qua aegri utuntur invenit, aut qui ab initio omnibus mortalibus victum illum quo nunc utimur loco illius agreſtis ac ferinae victus rationis adinvenit et apparavit? Mihi equidem eadem eſſe ratio et uno eodemque modo excogitata videtur. Hic enim ea quae occurrerent et a natura humana bene valente propter feritatem et incommoderationem ſuperari non poterant, ille vero quae quivis quomodolibet affectus minime ſuperare poterat, detrahere ſtuduit. At quid inter hoc et illud eſt diſcriminis, niſi quod hoc multi-

Ed. Chart. II. [156.] Foës. I. 10. 11. Ed. Lind. I. (20. 21.)
τό τε εἶδος καὶ ὅτι ποικιλώτερον καὶ πλείονος πραγματείης, ἀρχὴ δὲ κείνη ἡ πρότερον γενομένη; (21) εἰ δέ τις σκέπτοιτο τίς ἡ τῶν καμνόντων δίαιτα πρὸς τὴν τῶν ὑγιαινόντων, εὕροι ἂν βλαβερωτέρην ἢπερ τὴν ἥ τις τῶν καμνόντων θηρίων τε καὶ τῶν ἄλλων ζώων. || ἀνὴρ γὰρ κάμνων νοσήματι μήτε τῶν χαλεπῶν τε καὶ ἀφόρων μήτ' αὖ παντάπασιν εὐηθέων, ἀλλ' οὔτε αὐτέῳ ἁμαρτάνοντι μέλλει ἐπίδηλον ἔσεσθαι, εἰ ἐθέλει καταφαγεῖν ἄρτον, κρέα, ἢ ἄλλό τι ὧν ὑγιαίνοντες ἐσθίοντες ὠφελέονται, μὴ πολὺ, ἀλλὰ πολλῷ ἂν ἐλάσσω ἢ ὑγιαίνων ἠδύνατο. ἄλλος τε τῶν ὑγιαινόντων φύσιν ἔχων μήτε παντάπασιν ἀσθενέα μήτ' αὖ ἰσχυρὴν, φαγών τι ὧν βοῦς ἢ ἵππος φαγὼν ὠφελοῖτό τε καὶ ἐσθίει ὀρόβους, ἢ κριθὰς, ἢ ἄλλό τι τῶν τοιουτέων μὴ πολὺ, ἀλλὰ πολλῷ μεῖον ἢ δύναιτο. κἂν ἧσσον ὑγιαίνων τοῦτο ποιήσας πονήσειέ τε καὶ κινδυνεύσειε κείνου τοῦ νοσέοντος, ὃς τὸν ἄρτον ἢ τὴν μᾶζαν ἀκαίρως προσηνέγκατο. ταῦτα δὴ πάντα τεκμήρια, ὅτι ταύτη ἥ

plici et vario magis genere conſtat et plus habet negocii, originem autem praebuit quam prius fuit inſtitutum? Quod ſi quis in conſiderationem adhibeat atque inter ſe conferat tum aegrotantium tum bene valentium victus rationem, is eam quae ferarum eſt et caeterarum animantium illa quae aegrorum eſt magis noxiam inveniet. Si quis enim morbo tentetur neque omnino difficili et intolerabili, neque prorſus levi, ſed quem neque qui peccat ſit cogniturus, ſi panem, aut carnem, aut aliud quiddam eorum quod ſanos juvet, comedat, non multum quidem, ſed longe parcius quam ſanus poterat: contra vero aliquis ſanus natura non omnino imbecilla, neque rurſus robuſta, aliquid eorum quae bovi aut equo proſunt comedat, nempe ervum, aut hordeum, aut aliud quippiam ejusmodi, non multum quidem, ſed multo minus quam ferre poſſit: quamvis id ſanus fecerit, non minus utique gravabitur aut periclitabitur quam qui aegrotus panem aut mazam intempeſtive aſſumpſit. Ex quibus omnibus colligitur, artem medicam via quadam inveſtigatam et inventam eſſe. Quod ſi re vera, quemad-

©BIUM

Ed. Chart. II. [156.] Foës. I. 11. Ed. Lind. I. (21. 22.)

τέχνη ἡ ἰητρικὴ τῇ ὁδῷ ζητεομένη εὑρίσκοιτο ἄν. καὶ εἰ μὲν ἦν ἁπλῶς ὥσπερ ὑφηγεῖται, ὅσα μὲν ἦν ἰσχυρότερα ἔβλαπτεν, ὅστα δ' ἦν ἀσθενέστερα ὠφέλει τε καὶ ἔτρεφε τὸν κάμνοντα καὶ τὸν ὑγιαίνοντα, εὐπετὲς ἂν ἦν τὸ χρῆμα. πολλὸν γὰρ τοῦ ἀσφαλέος, ἂν ἔδει περιλαμβάνοντας ἄγειν ἐπὶ τὸ ἀσθενέστατον. νῦν δὲ οὐκ ἔλασσον ἁμάρτημα, οὐδὲ ἧσσον λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον, ἢν ἐλάσσονα καὶ ἐνδεέστερα τῶν ἱκανῶν προσφέρηται. τὸ γὰρ τοῦ λιμοῦ μέρος δύναται ἰσχυρῶς ἐν τῇ φύσει τοῦ ἀνθρώπου καὶ ὑγιῶσαι καὶ ἀσθενέα ποιῆσαι καὶ ἀποκτεῖναι. (22) πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα κακὰ ἑτεροῖα μὲν τῶν ἀπὸ πληρώσιος, οὐχ ἧσσον δὲ ἅμα δεινὰ κενώσιος. δι' ὧν πολλὸν ποικιλωτέρη τε καὶ διὰ πλέονος ἀκριβίης ἐστί. δεῖ γὰρ μέτρου τινὸς στοχάσασθαι. μέτρον δὲ οὐδὲ σταθμόν, οὐδὲ ἀριθμὸν οὐδένα ἄλλον πρὸς ὃ ἀναφέρων εἴσῃ τὸ ἀκριβὲς, οὐκ ἂν εὑροίης ἄλλο ἢ τοῦ σώματος τὴν αἴσθησιν. διὸ ἔργον οὕτω καταμαθεῖν ἀκριβῶς, ὥστε μικρὰ ἁμαρτάνειν ἔνθα ἢ ἔνθα. κἂν ἐγὼ τοῦτον τὸν ἰητρὸν ἰσχυρῶς ἐπαινέοιμι τὸν σμικρὰ ἁμαρτάνοντα. τὸ δ' ἀκριβὲς ὀλιγάκις ἔστι κατιδεῖν.

modum exiſtimant, quae quidem ſunt valentiora laederent, quae vero imbecilliora, tum aegros tum ſanos juvarent et nutrirent, res facili negocio conficeretur. Longe enim tutius ageretur, ſi res ad imbecillimum deducatur. At nunc non levius peccatur, neque minus laeditur, ſi quis pauciora et infra modum aſſumat. Fames enim plurimum poteſt in hominum natura tum ad ſanitatem et imbecillitatem tum ad mortem inferendam. Multa vero alia mala et varia quidem ex plenitudine oriuntur, neque vero minus gravia ex inanitione, ut proinde in his maxima inſit varietas et magna diligentia requiratur. Modum enim quadam conjectura colligere oportet. Modum autem neque pondus, neque ullum alium numerum, ad quem iſta referas, ut exacte cognoſcas, non ullum alium invenias quam corporis ſenſum. Quocirca iſtud adeo exacte cognoſcere, ut leviter in utramque partem pecces, operoſa res eſt. Quanquam equidem vehementer hunc medicum laudarim, qui parum peccet. At exacta certitudo raro cernitur. Quare medicorum pleri-

Ed. Chart. II. [156. 157.] Foël. I. 11. Ed. Lind. I. (22. 23.)
ἐπεὶ οἱ πολλοί γε τῶν ἰητρῶν ταυτά μοι δοκέουσι τοῖσι κακοῖσι κυβερνήταις πάσχειν. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν ἐν γαλήνῃ κυβερνῶντες ἁμαρτάνωσιν, [157] οὐ καταφανέες εἰσίν· ὅταν δὲ αὐτοὺς κατάσχῃ ἄνεμός τε μέγας καὶ χειμών, φανερῶς ἤδη πᾶσιν ἀνθρώποισι δι' ἀγνωσίην καὶ ἁμαρτίην δῆλοί εἰσιν ἀπολέσαντες τὴν ναῦν. οὕτω δὴ καὶ οἱ κακοί τε καὶ πλεῖστοι ἰητροί, ὅταν μὲν θεραπεύσωσιν ἀνθρώπους μηδὲν δεινὸν ἔχοντας, ἐς οὓς ἄν τις καὶ τὰ μέγιστα ἁμαρτάνων οὐδὲν δεινὸν ἐργάσαιτο, πολλὰ δὲ τὰ τοιαῦτα νοσήματα καὶ πολὺ πλέον τῶν δεινῶν ἀνθρώποισι συμβαίνει, ἐν μὲν δὴ τοῖσι τοιούτοισιν ἁμαρτάνοντες οὐ καταφανέες εἰσὶ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν· ὁκόταν δὲ τύχωσι μεγάλῳ τε καὶ ἰσχυρῷ καὶ ἐπισφαλεῖ νοσήματι, τότε σφέων τὰ ἁμαρτήματα καὶ ἡ τέχνη πᾶσι καταφανής ἐστιν. οὐ γὰρ ἐς μακρὸν αὐτέων ἑκάστου αἱ τιμωρίαι, ἀλλὰ διὰ ταχέος πάρεισιν. (23) ὅτι δὲ οὐδὲν ἐλάσσους ἀπὸ κενώσιος ἀκαίρου κακοπάθειαι γίνονται τῷ ἀνθρώπῳ ἢ καὶ ἀπὸ πληρώσιος, καταμανθάνειν καλῶς ἔχει ἐπαναφέροντας ἐπὶ τοὺς ὑγιαίνοντας. ἔστι γὰρ οἷσιν αὐτέων ξυμφέρει μονοσιτέειν, καὶ τοῦτο διὰ τὸ ξυμφέρον τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐτάξαντο, ἄλλοισί

que malorum navium gubernatorum mihi ſimillimi videntur, qui ſi tranquillo mari navem regunt, nemo eos peccare deprehendat. Quod ſi eos vehemens ventus aut tempeſtas oppreſſerit, jam omnibus manifeſte conſtat eorum imperitia et culpa navem fuiſſe perditam. Ad hunc sane modum improbi plerique medici, dum leviter affectos curant, in quibus vel graviſſimi errores commiſſi nihil periculi admittunt, cum multi hujusmodi morbi ac longe frequentius quam graviores hominibus contingant, in iis quidem ſi delinquant, plebejos latent: ubi vero in magnum et vehementem ac periculoſum morbum inciderint, tum ipſorum ars et errores omnibus ſunt conſpicui. Horum enim cujusque vindices poenae praeſto ſunt, neque in longum differuntur. Quod autem non minores affectus ex intempeſtiva vacuatione quam repletione homini contingant, ex bene valentibus probe cognoſcas. Quibusdam enim ſemel tantum cibum ſumere confert, idque quod conferat ſibi conſtitue-

©BIUM

Ed. Chart. II. [157.] Foës. I. 11. 12. Ed. Lind. I. (23.)

τε ἀριστᾶν, διὰ τὴν αὐτὴν ἀνάγκην. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ξυμφέρει, καὶ μὴ τούτοισιν οἳ δι' ἡδονὴν ἢ δι' ἄλλην τινὰ συγκυρίην ἐπετήδευσαν ὁπότερον αὐτέων. τοῖοι μὲν γὰρ πλείστοισι τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν διαφέρει πότερον ἂν ἐπιτηδεύσωσιν, εἴτε μονοσιτέειν, εἴτε ἀριστᾶν, τουτέῳ τῷ ἔθει χρῆσθαι. εἰσὶ δέ τινες οἳ οὐκ ἂν δύναιντο ἔξω τοῦ συμφέροντος ποιέοντας ῥηϊδίως ἀπαλλάσσειν, ἀλλὰ ξυμβαίνει αὐτέων ἑκατέροισι παρ' ἡμέρην μίην, καὶ ταύτην οὐ σχολῇ μεταβάλλουσιν, ὑπερφυὴς κακοπαθείη. || οἱ μὲν γὰρ ἢν ἀριστήσωσι μὴ ξυμφέροντος αὐτέοισιν, εὐθὺς βαρέες καὶ νωθροὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν γνώμην, χάσμης τε καὶ νυσταγμοῦ καὶ δίψης πλήρεις· ἢν δὲ ἐπιδειπνήσωσι, καὶ φύσα καὶ στρόφος καὶ ἡ κοιλίη καταῤῥήγνυται. καὶ πολλοῖσιν ἀρχὴ νούσου αὕτη μεγάλης ἐγένετο, ἢν τὰ αὐτὰ σιτία, ἃ μεμαθήκει ἅπαξ ἀναλίσκειν, δὶς προσενέγκηται καὶ μηδὲν ἔτι πλέον. τοῦτο δὲ εἰ ἀριστᾶν μεμαθηκώς τις καὶ οὕτως αὐτέῳ ξυμφέρον μὴ ἀριστήσῃ, ὅταν τάχιστα παρέλθῃ ἡ ὥρη, εὐθὺς ἀδυναμίη δεινὴ, τρόμος, ἀψυχίη· ἐπεὶ τούτοισιν ὀφθαλμοὶ χλωρότεροι, οὖρον παχὺ καὶ θερμὸν, στόμα πικρὸν,

runt. Quidam etiam prandere ob eandem cauſam, quod iis conferat, coguntur. Quod non iis contingit qui propter voluptatem aut alium quemvis caſum horum alterutrum facere ſtudent. Plerisque enim nihil refert utrumlibet ſecuti, vel ſemel tantum cibum capere, vel prandere etiam aſſueſcant. Quidam vero ſi quid incommode fecerint, non facile degunt, verum eorum utrisque die altero vix nec temere exacto, ſupra modum gravis oritur affectio. Si enim pranſi fuerint quibus prandere non conducit, ii continuo graves totoque corpore et mente ſegnes evadunt, cum oſcitatione, ſomnolentia multaque ſiti. Quod ſi inſuper etiam coenaverint, et flatus et tormina excitantur et venter erumpit. Ac multis magni morbi origo fuit, ſi cibos quos ſemel abſumere conſueverant bis aſſumpſiſſent, nec quicquam amplius. Ad haec ſi quis prandere conſuetus atque cui prandere conducat, non prandeat, protinus ubi tempus praeteriit, ſtatim gravis impotentia exoritur, tremor et animi defectio, ad haec oculi pallidiores fiunt, urina craſſa et ca-

©BIUM

Ed. Chart. II. [157. 158.] Foës. I. 12. Ed. Lind. (24.)

καὶ (24) τὰ σπλάγχνα οἱ δοκέει κρεμᾶσθαι, σκοτοδίνη, δυσοργίη, δυσθυμίη. ταῦτα δὲ πάντα, ὅταν δειπνεῖν ἐπιχειρήσῃ, ἀναλίσκειν δὲ οὐ δυνατὸς ὁ ἀριστιζόμενος ἃ πρότερον ἐδείπνει. ταῦτα δὲ αὐτὰ μετὰ στρόφου τε καὶ ψόφου καταβαίνοντα συγκλείει τὴν κοιλίην, δυσκοιτέουσί τε καὶ ἐνυπνιάζονται τεταραγμένα καὶ θορυβώδεα. πολλοῖσι δὲ καὶ τουτέων αὕτη ἀρχὴ νούσου ἐγένετο. σκέψασθαι δὲ χρὴ διὰ τίνας προφάσιας αὐτέοισι ταῦτα ξυνέβη. τῷ μὲν οἶμαι μεμαθηκότι μονοσιτέειν, ὅτι οὐκ ἀνέμεινε τὸν χρόνον τὸν ἱκανὸν μέχρις αὐτέου ἡ κοιλίη τῶν τῇ προτεραίῃ προσενηνεγμένων σιτίων ἀπολαύσῃ τελέως, καὶ ἐπικρατήσῃ, καὶ λαπαχθῇ τε καὶ ἡσυχάσῃ, ἀλλ' ἐπιζέουσάν τε καὶ ἐζυμωμένην καινὰ ἐπεισηνέγκατο. αἱ δὲ τοιαῦται κοιλίαι πολλῷ τε βραδύτερον πέσσουσι καὶ πλέονος δέονται ἀναπάσιός τε καὶ ἡσυχίης. ὁ δὲ μεμαθηκὼς ἀριστίζεσθαι ὅτι οὐκ ἐπειδὴ τάχιστα ἐδεήθη τροφῆς τὸ σῶμα, καὶ τὰ πρότερα κατανάλωτο, καὶ οὐκ εἶχεν οὐδεμίαν ἀπόλαυσιν, εὐθέως αὐτέῳ παρεγένετο καινὴ τροφὴ, [158] φθίνει δὲ καὶ συντήκε-

lida redditur, os amarulentum evadit, viſcera ei pendere videntur, tenebricoſa vertigine corripitur, vehementer iraſcitur et moeret. Iſta vero omnia coenare volenti contingunt, neque cibos quos priore coena aſſumpſit qui prandere conſuevit conficere poteſt, ſed cum torminibus et ſtrepitu deſcendunt et alvum coneludunt, ipſi vero noctem inquietam agunt et infomniis perturbatis ac tumultuoſis vexantur, quod plerisque etiam morbi initium extitit. Quae quas ob cauſas his accidunt, conſideranda ſunt. Nempe quod is, opinor, qui ſemel tantum cibum aſſumere conſuevit, non expectaverit idoneum tempus, dum venter heſternos cibos plane confecerit, ſuperaverit, emollitus fuerit, ac conquieverit, ſed in ipſum ferventem et fermentatum recentes ingeſſerit. At hujusmodi ventres multo tardius concoquunt majoreque otio et quiete opus habent. Qui vero prandere conſuevit quoniam, ubi quamprimum alimento corpus indiguit, prioribus cibis conſumptis nec habuit amplius quo frueretur, non ſtatim ipſi novum alimentum adfuit, ideoque fame imminuitur et contabeſcit. Quaecunque enim ejusmodi

©BIUM

Ed. Chart. II. [158.] Foës. I. 12. Ed. Lind. I. (24. 25.)

ται ὑπὸ λιμοῦ. πάντα γὰρ ἃ λέγω πάσχειν τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, λιμῷ ἀνατίθημι. φημὶ δὲ καὶ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἅπαντας, οἵ τινες ἂν ἄσιτοι δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας γένωνται, ταῦτα πείσεσθαι, οἷα περὶ τῶν ἀναρίστων γενομένων εἴρηκα. τὰς δὲ τοιαύτας φύσιας ἔγωγέ φημι ταχέως τε καὶ ἰσχυρῶς τῶν ἁμαρτημάτων ἀπολαυούσας ἀσθενε(25)στέρας εἶναι τῶν ἑτέρων. ἐγγύτατα δὲ τοῦ ἀσθενέοντός ἐστιν ὁ ἀσθενής. ἔστι δὲ ἀσθενέστερος ὁ ἀσθενῶν, καὶ μᾶλλον αὐτῷ προσήκει ὅ τι ἂν τοῦ καιροῦ ἀποτυγχάνῃ πονέειν. χαλεπὸν δὲ τοιαύτης ἀκριβίης ἐούσης περὶ τὴν τέχνην τυγχάνειν αἰεὶ τοῦ ἀτρεκεστάτου. πολλὰ δὲ εἴδεα κατ᾽ ἰητρικὴν ἐς τοσαύτην ἀκριβίην ἥκει, περὶ ὧν εἰρήσεται. οὐ φημὶ δὴ διὰ τοῦτο δεῖν τὴν τέχνην ὡς οὐκ ἐοῦσαν, οὐδὲ καλῶς ζητεομένην τὴν ἀρχαίην ἀποβαλέσθαι, εἰ μὴ ἔχει περὶ πάντα ἀκριβίην, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον διὰ τὸ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ἀτρεκεστάτου ὁμοῦ δύνασθαι ἥκειν λογισμῷ, ἐκ πολλῆς ἀγνωσίης, θαυμάζειν τὰ ἐξευρημένα, ὡς καλῶς καὶ ὀρθῶς ἐξεύρηται, καὶ οὐκ ἀπὸ τύχης. ἐπὶ δὲ τῶν τὸν καινὸν

hominibus accidunt, ad famem referenda cenſeo. Quin etiam iis omnibus qui duos aut tres dies ſine cibo transierint, eadem contingere dico quae de his qui minime prandent diximus. Ac ejusmodi naturas quae celeriter ac vehementer ſuorum delictorum incommoda percipiunt equidem reliquis imbecilliores eſſe cenſeo. Qui vero imbecillus eſt, proxime ad eum qui aegrotat accedit, eſtque imbecillior qui aegrotat, multoque gravius afficitur, ſi quid intempeſtive fecerit. Cum autem ejusmodi exacta diligentia in arte medica adhibenda ſit, quod eſt certiſſimum ſemper aſſequi difficile eſt. Multa tamen in re medica tam exactam diligentiam obtinent, de quibus dicetur. Neque ſane priſcam artem medicam ideo quod omnium exactam diligentiam non habeat, quaſi ars nulla ſit, aut non recte inveſtigata, rejiciendam cenſeo: verum cum prope ad veritatem accedere liceat, ſimulque eo ratiocinando pervenire, multo magis admiranda veniunt quae ſunt ex magna ignoratione eruta, velut probe et recte, non autem fortuito inventa. At vero nunc ad eos qui nova quadam ratione artem ex propoſita

Ed. Chart. II. [158.] Foës. I. 12. 13. Ed. Lind. I. (25. 26.)

τρόπον τὴν τέχνην ἐξ ὑποθέσιος ζητεόντων λόγον ἐπανελθεῖν βούλομαι. εἰ γάρ ἐστι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν τὸ λυμαινόμενον τὸν ἄνθρωπον, καὶ δεῖ τὸν ὀρθῶς ἰητρεύοντα βοηθεῖν τῷ μὲν θερμῷ ἐπὶ τὸ ψυχρὸν, τῷ δὲ ψυχρῷ ἐπὶ τὸ θερμὸν, τῷ δὲ ξηρῷ ἐπὶ τὸ ὑγρὸν, τῷ δ' ὑγρῷ ἐπὶ τὸ ξηρόν. ἔστω μοι ἄνθρωπος μὴ τῶν ἰσχυρῶν φύσει, ἀλλὰ τῶν ἀσθενεστέρων. οὗτος δὲ πυροὺς ἐσθιέτω οὓς ἂν ἀπὸ τῆς ἄλω ἀνέλῃ, ὠμοὺς καὶ ἀργούς, καὶ κρέα ὠμά, καὶ πινέτω ὕδωρ. ταύτῃ χρώμενος τῇ διαίτῃ εὖ οἶδ' ὅτι πείσεται πολλὰ καὶ δεινά. καὶ γὰρ πόνους πονήσει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ἔσται, καὶ ἡ κοιλίη φθαρήσεται, καὶ ζῆν πολὺν χρόνον οὐ δυνήσεται. τί δεῖ τοιγαρ(26)οῦν βοήθημα παρασκευάσασθαι ὧδ' ἔχοντι; || θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν; ἁπλοῦν γὰρ ὅτι τούτων τί. εἰ γὰρ τὸ λυμαινόμενον αὐτῶν ἐστι τούτων τὸ ἕτερον, τῷ ὑπεναντίῳ προσήκει λῦσαι, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος ἔχει. τὸ μὲν γὰρ βεβαιότατόν τε καὶ προφανέστατον φάρμακον ἀφελόντα τὰ διαιτήματα οἷσιν ἐχρῶτο· ἀντὶ μὲν τῶν πυρῶν ἄρτον διδόναι, ἀντὶ δὲ τῶν ὠμῶν κρεῶν

materia inveſtigant noſtra revertatur oratio. Si quidem eſt calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum quod hominem laedit, et eum qui recte mederi volet oportet calido per frigidum, frigido per calidum, ſicco per humidum et humido per ſiccum opitulari. Exhibeatur mihi aliquis natura non admodum robuſta, ſed imbecilliore, qui triticum crudum et inelaboratum edat, quale ex area ſuſtulit, et carnes crudas, et aquam bibat. Ex qua victus ratione non dubium eſt quin multa et gravia ſit perpeſſurus. Nam et doloribus conflictabitur et imbecillo erit corpore et ventriculus corrumpetur, neque diu vitam tolerare poterit. Quodnam igitur ita affecto praeſidium comparandum? calidumne, an frigidum, an ſiccum, an humidum? ſi quidem horum quodque ſimplex eſt. Namque ſi quod laedit ab his ipſis eſt diverſum, contrario diſſolvere convenit, velut ipſi fatentur. Eſt enim certiſſima et evidentiſſima medela, ſublatis quibus utebatur cibis, pro tritico panem exhibere et pro crudis carnibus coctas et inſuper vinum propinare. Neque fieri pot-

©BIUM

Ed. Chart. II. [158. 159.] Foës. I. 13. Ed. Lind. I. (26. 27.)

ἐφθὰ, πιεῖν τε ἐπὶ τούτοισιν οἶνον. ταῦτα μεταβάλλοντα οὐχ οἷόν τε μὴ ὑγιέα γενέσθαι, ἢν γε μὴ παντάπασιν ᾖ διεφθαρμένος ὑπὸ χρόνου τε καὶ τῆς διαίτης. τί δὴ φήσομεν; πότερον αὐτέῳ ὑπὸ ψυχροῦ κακοπαθέοντι θερμὰ ταῦτα προσενέγκαντες ὠφέλησαν, ἢ τἀναντία; οἶμαι γὰρ ἔγωγε πολλὴν ἀπορίην ἐρωτηθέντι παρασχεῖν. ὁ γὰρ τὸν ἄρτον σκευάζων τῶν πυρῶν τὸ θερμὸν, ἢ τὸ ψυχρὸν, ἢ τὸ ξηρὸν, ἢ τὸ ὑγρὸν ἀφείλετο. ὃ γὰρ καὶ πυρὶ καὶ ὕδατι δίδοται καὶ πολλοῖσιν εἴργασται, ὧν ἕκαστον ἰδίην δύναμιν καὶ φύσιν ἔχει, καὶ τὰ μὲν τῶν ὑπαρχόντων ἀποβέβληκεν, ἄλλοισι δὲ κέκρηται καὶ μέμικται. οἶδα μὲν γὰρ καὶ τάδε δήπου, ὅτι διαφέρει εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου καθαρὸς ἄρτος ἢ συγκομιστὸς, ἢ ἀπτίστων πυρῶν ἢ ἐπτισμένων, ἢ πολλῷ ὕδατι πεφυρημένος ἢ ἀφύρητος, ἢ ἔξοπτος ἢ ἔνωμος, ἄλλά τε πρὸς τουτέοισι μυρία. ὡς δ' αὕτως καὶ περὶ μάζης. καὶ αἱ δυνάμιες δὲ μεγάλαι τε ἑκάστου, καὶ οὐδὲν ἡ ἑτέρη τῇ ἑτέρῃ ἐοικυῖα. ὅστις δὲ ταῦτα μὴ σκεπτόμενος, οὐκ οἶδε, πῶς ἄν τι οὗτος (27) δύναιτο τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον παθημάτων εἰδέναι; [159] ὑπὸ γὰρ ἑνὸς ἑκάστου

est quin his commutatis convaleſcat, niſi diuturniore iſta victus ratione prorſus fuerit corruptus. Quid ergo dicemus? Num ei a frigido male affecto calida haec exhibita profuerunt, an contraria? Equidem quid ad interrogata reſpondere debeat, multum dubitaturum exiſtimo. Qui enim panem ex tritico apparat, calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum tollit. Quod namque in ignem et aquam mittatur, multisque aliis modis confectus ſit, quorum ſingula propriam facultatem et naturam obtinent, eorum quidem quae natura exiſtunt quaedam rejiciuntur, aliis vero temperantur et commiſcentur. Nam et hoc ſane novi plurimum referre, utaturne quis pane duro, aut ex tritico cortice non repurgato, an purgato, an copioſa aqua ſubacto, aut nullo modo ſubacto, an excocto, aut crudiore, aliisque praeterea innumeris. Similiter quoque de maza. Quorum cujusque magnae ſunt facultates ac nihil inter ſe ſimiles. At qui haec ſubducta ſecum ratione non reputat, quonam modo is affectum ullum quo quis detinetur cognoſcere poterit? Cum

Ed. Chart. II. [159.] Foël. I. 13. Ed. Lind. I. (27.)

τουτέων πάσχει τε καὶ ἑτεροιοῦται ἄνθρωπος ἢ τοῖον ἢ τοῖον. καὶ διὰ τουτέων πᾶς ὁ βίος καὶ ὑγιαίνοντι καὶ ἐκ νόσου ἀνατρεφομένῳ καὶ κάμνοντι. οὐκ ἂν οὖν ἕτερα τουτέων χρησιμώτερα, οὐδ' ἀναγκαιότερα ἔη εἰδέναι δήπου. ὥστε καλῶς καὶ λογισμῷ προσήκοντι ζητήσαντες πρὸς τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν εὗρον αὐτὰ οἱ πρῶτοι εὑρόντες, καὶ ᾠήθησαν ἀξίην τὴν τέχνην θεῷ προσθεῖναι, ὡς καὶ νομίζεται. οὐ γὰρ τὸ ξηρὸν, οὐδὲ τὸ ὑγρὸν, οὐδὲ τὸ θερμὸν, οὐδὲ τὸ ψυχρὸν, οὐδ' ἄλλο τουτέων οὐδὲν ἡγησάμενοι οὔτε λυμαίνεσθαι οὔτε προσδεῖσθαι οὐδενὸς τουτέων τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ὅ τι ἰσχυρὸν ἑκάστου καὶ τὸ κρέσσον τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης, οὗ μὴ ἠδύνατο κρατέειν, τοῦτο βλάπτειν ἡγήσαντο, καὶ τοῦτο ἐζήτησαν ἀφελέειν. ἰσχυρότατον δέ ἐστι τοῦ μὲν γλυκέος τὸ γλυκύτατον, τοῦ δὲ πικροῦ τὸ πικρότατον, τοῦ δὲ ὀξέος τὸ ὀξύτατον, ἑκάστου δὲ πάντων τῶν ἐόντων ἡ ἀκμή. ταῦτα γὰρ ἑώρων καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνεόντα καὶ λυμαινόμενα τὸν ἄνθρωπον. ἔνι γὰρ ἀνθρώπῳ καὶ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν καὶ γλυκὺ καὶ ὀξὺ καὶ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν καὶ ἄλλα μυ-

ab eorum quoque hoc vel illo modo afficiatur et immutetur, atque ex his et bene valentium omnium et ex morbo convaleſcentium et aegrotorum vita conſtet, ex quo ſane efficitur ut nihil neque ad cognitionem utilius neque magis neceſſarium exiſtat. Ut recte convenienterque ratiocinando inveſtigaſſe mihi videantur et ad hominum naturam accommodate primi iſta inveniſſe, artemque dignam judicaſſe quae ad deum auctorem ex majorum inſtitutis referretur. Nam neque ſicco, neque humido, neque calido, neque frigido, neque horum quoquam hominem laedi exiſtimaverunt, neque horum aliquo ei opus eſſe. Sed quod in unoquoque potentius eſſet et ſupra naturam humanam adeo ut ab ea ſuperari non poſſet, id laedere cenſuerunt et tollere conati ſunt. Eſt autem valentiſſimum inter dulcia dulciſſimum, inter amara amariſſimum, inter acida acidiſſimum, et quod in re quaque ſummum eſt. Haec enim in homine ineſſe eique nocere videbant. In homine namque ineſt et amarum et ſalſum et dulce et acidum et acerbum et inſipi-

©BIUM

Ed. Chart. II. [159.] Foës. I. 13. 14. Ed. Lind. I. (27. 28.)
ρία παντοίας δυνάμιας ἔχοντα, πλῆθός τε καὶ ἰσχύν. ταῦτα μὲν μεμιγμένα καὶ κεκρημένα ἀλλήλοισιν οὔτε φανερά ἐστιν οὔτε λυπέει τὸν ἄνθρωπον. ὅταν δέ τι τουτέων ἀποκριθῇ καὶ αὐτὸ ἐφ' ἑωυτοῦ γένηται, τότε καὶ φανερόν ἐστι καὶ λυπέει τὸν (28) ἄνθρώπων. τοῦτο δὲ τῶν βρωμάτων ὅσα ἡμῖν ἀνεπιτήδεά ἐστι καὶ λυμαίνεται τὸν ἄνθρωπον ἐμπεσόντα, τουτέων ἕκαστον ἢ πικρόν τι καὶ ἄκρητόν ἐστιν, ἢ ἁλμυρόν, ἢ ὀξύ, ἢ ἄλλό τι ἄκρητόν τε καὶ ἰσχυρόν, καὶ διὰ τοῦτο ταρασσόμεθα ὑπ' αὐτέων, ὥσπερ καὶ ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ σώματος ἀποκρινομένων. πάντα δὲ ὅσα ἄνθρωπος ἐσθίει ἢ πίνει, τὰ τοιαῦτα βρώματα ἥκιστα τουτέου χυμοῦ ἀκρήτου τε καὶ διαφέροντος δῆλα ἔσται μετέχοντα, οἷον ἄρτος τε καὶ μᾶζα καὶ τὰ ἑπόμενα τουτέοισιν οἷσιν εἴθισται ὥνθρωπος πλείστοισί τε καὶ αἰεὶ χρέεσθαι, ἔξω τῶν πρὸς ἡδονήν τε καὶ κόρον ἠρτυμένων τε καὶ ἐσκευασμένων. || καὶ ἀπὸ τουτέων πλείστων ἐσιόντων ἐς τὸν ἄνθρωπον ταραχή τε καὶ ἀπόκρισις τῶν ἀμφὶ τὸ σῶμα δυνάμιων ἥκιστα γίνεται, ἰσχύς τε καὶ αὔξησις καὶ τροφὴ μάλι-

dum, aliaque ſexcenta quae pro copia et viribus varias habent facultates. Et haec quidem mixtione et mutua inter ſe contemperatione neque cernuntur neque quenquam moleſtia afficiunt. At ubi horum quidpiam ſecretum fuerit et per ſe extiterit, tunc et conſpicuum fit et hominem moleſtia afficit. Quin etiam ex cibariis quae minime nobis conveniunt, quaeque in corpus ingeſta homini ſunt noxia, eorum quodque aut amarum eſt et minime temperatum, aut ſalſum, aut acidum, aut alio quodam modo intemperatum et vehemens, ideoque perturbationem in corpore efficiunt, non ſecus ac ea quae ex corpore excernuntur. At edulia quae homo nunc edit aut bibit, ea hujus intemperati et praeſtantis ſucci minimam partem habere conſtat, panem dico et mazam atque his finitima, quibus homines copioſe et ſemper uti conſuevere, praeter ea, quae ad voluptatem et ſatietatem condiuntur et apparantur. Ex quibus quamvis magna copia ingerantur, turbatio et facultatum corporis ſecretio minime contingit, ſed robur, incrementum et alimentum, idque nullam aliam ob cauſam, quam quod pro-

Ed. Chart. II. [159. 160.] Foëſ. I. 14. Ed. Lind. I. (28. 29.)

στα δ' οὐδὲν ἕτερον γίνεται ἢ ὅτι εὖ τε συγκέκρηται καὶ οὐδὲν ἔχει ἄκρητον, οὐδὲ ἰσχυρὸν, ἀλλ' ὅλον ἕν τε γέγονε καὶ ἁπλόον καὶ ἰσχυρόν. ἀπορέω δ' ἔγωγε οἱ τὸν λόγον ἐκεῖνον λέγοντες καὶ ἀπάγοντες ἐκ ταύτης τῆς ὁδοῦ ἐπὶ ὑπόθεσιν τὴν τέχνην τίνα ποτὲ τρόπον θεραπεύσουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὥσπερ ὑποτίθενται. οὐ γάρ ἐστιν αὐτέοισι, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ἐξευρημένον αὐτό τι ἐφ' ἑωυτοῦ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, μηδενὶ ἄλλῳ εἴδεϊ κοινωνέον. ἀλλ' οἶμαι ἔγωγε ταῦτα πόματα καὶ βρώματα αὐτέοισιν ὑπάρχειν οἷσι πάντες χρώμεθα. προστιθέασι δὲ τῷ μὲν εἶναι θερμῷ, τῷ δὲ ψυχρῷ, τῷ δὲ ξηρῷ, τῷ δὲ ὑγρῷ, ἐπεὶ ἐκεῖνό γε ἄπορον (29) προστάξαι τῷ κάμνοντι, θερμόν τι προσενέγκασθαι. εὐθὺς γὰρ ἐρωτήσει τί ἐστιν, ὥστε ληρεῖν ἀνάγκη, ἢ ἐς τουτέων τι τῶν γενομένων καταφυγεῖν. εἰ δὲ δὴ τυγχάνει τὸ μὲν θερμὸν ἐὸν στριφνὸν, ἄλλο δὲ θερμὸν πλαδαρὸν, ἄλλο δὲ θερμὸν ἄραδον ἔχον, [160] ἔστι γὰρ καὶ ἄλλά τε θερμὰ καὶ ἄλλας δυνάμιας ὑπεναντίας ἑωυτοῖσιν ἔχοντα, δεήσει δὲ τί αὐτέων προσενεγκεῖν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ στριφνὸν, ἢ τὸ θερμὸν καὶ πλα-

be contemperata nihil habent intemperati neque vehementis, ſed omnia unum fiunt et ſimplex et validum. Neque vero mihi ſatis compertum eſt, qui hac oratione utuntur et artem medicam ab iſta via ad materiam propoſitam abducunt, quonam tandem modo homines ex materia propoſita curaturi ſint. Neque enim, opinor, ipſis eſt inventum quidnam ſit per ſe calidum, aut frigidum, aut ſiccum, aut humidum, ac nullius alterius particeps. Verum ut ſentio, iidem apud illos potus et cibi exiſtunt et ii quibus omnes utimur, ſed huic calidi, illi frigidi, huic ſicci, illi humidi nomen apponunt. Quandoquidem illud dubitationem habet, ſi medicus ut aliquid calidum aegro offeratur imperet, cum ſi protinus quaeratur quodnam illud ſit, vel nugari cogatur, vel ad horum aliquid confugere. Quod ſi ſit calidum quoddam acerbum, aliud vero calidum inſipidum, aliud quoque calidum turbulentam in corpore motionem excitans, ſunt enim et alia calida quae contrarias inter ſe facultates habent, quodnam eorum offerri debeat, anne ca-

©BIUM

Ed. Chart. II. [160.] Foës. I. 14. Ed. Lind. I. (29. 30.)

δαρὸν, ἢ ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ στριφνὸν, ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο, καὶ τὸ ψυχρόν τε καὶ πλαδαρόν; ὡς μὲν γὰρ ἔγωγε οἶδα, πᾶν τοὐναντίον ἐφ' ἑκατέρου αὐτέων ἀποβαίνει, καὶ οὐ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν σκύτει καὶ ἐν ξύλῳ καὶ ἐν ἄλλοισι πολλοῖσι ἃ ἐστιν ἀνθρώπου ἀναισθητότερα. οὐ γὰρ τὸ θερμόν ἐστι τὸ τὴν μεγάλην δύναμιν ἔχον, ἀλλὰ τὸ στρυφνὸν καὶ πλαδαρὸν, καὶ τἆλλα ὅσά μοι εἴρηται, καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ καὶ ἔξω τοῦ ἀνθρώπου, καὶ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, καὶ ἔξωθεν ἐπιχριόμενά τε καί πως πλασσόμενα. ψυχρότητα δ' ἔγωγε καὶ θερμότητα πασέων ἥκιστα τῶν δυνάμιων νομίζω δυναστεύειν ἐν τῷ σώματι διὰ τάσδε τὰς προφάσιας. ὃν μὲν ἂν δήπου χρόνον μεμιγμένα αὐτὰ αὐτέοισιν ἅμα τὸ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ᾖ, οὐ λυπέει. κρῆσις γὰρ καὶ μετριότης τῷ μὲν ψυχρῷ γίνεται ἀπὸ τοῦ θερμοῦ, τῷ δὲ θερμῷ ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ὅταν δὲ ἀποκριθείη χωρὶς ἑκάτερον, τότε λυπέει. ἐν δὲ δὴ τουτέῳ τῷ καιρῷ, ὅταν τὸ ψυχρὸν ἐγγένηται καὶ λυπήσῃ τὸν ἄνθρωπον (30) διὰ ταχέος, πρῶτον δι' αὐτὸ τοῦτο πάρεστι τὸ θερμὸν αὐτόθεν ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, οὐδεμιῆς βοη-

lidum et acerbum, vel calidum et inſipidum, an frigidum ſimul et acerbum, tale namque quoddam eſt, an frigidum et inſipidum? Namque equidem novi plane contrarium in eorum quoque evenire, neque in homine ſolum, verum etiam in corio et ligno ceterisque plerisque homine longe hebetiorem ſenſum habentibus. Neque enim calidum eſt quod magnam vim habet, verum acerbum et inſipidum, caeteraque de quibus dixi, tum in homine, tum extra hominem, in iis quae eduntur aut bibuntur, vel foris illinuntur, vel quacunque forma corpori admoventur. Frigidum quidem et calidum inter omnes facultates minimum in corpore poſſe has ob cauſas exiſtimo. Quamdiu enim calidum et frigidum inter ſe permixta fuerint, moleſtia neutiquam afficiunt. Contemperationem enim et commoderationem habet frigidum a calido et calidum a frigido. At ubi alterum ab altero ſejunctum fuerit, tunc offendit. Quo itaque tempore frigus innaſcitur et hominem affligit, primum ex eo ipſo calidum indidem ex homine praeſto eſt, ſine ullo

Ed. Chart. II. [160.] Foës. I. 14. 15. Ed. Lind. I. (30.)

θείης οὐδὲ παρασκευῆς δεόμενον. καὶ ταῦτα καὶ ἐν ὑγιαίνουσι τοῖσιν ἀνθρώποισιν ἀπεργάζεται καὶ ἐν κάμνουσιν. τοῦτο μὲν εἴ τις θέλει ὑγιαῖνον χειμῶνος διαψῦξαι τὸ σῶμα, ἢ λουσάμενος ψυχρῷ, ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ, ὅσῳ ἂν αὐτὸ ἐπιπλέον ποιήσῃ. καὶ ἦν γε μὴ παντάπασι παγῇ τὸ σῶμα, ὅταν εἵματα λάβῃ καὶ ἔλθῃ ἐς τὴν σκέπην, μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέον θερμαίνεται τὸ σῶμα· τοῦτο δὲ εἰ θέλοι ἐκθερμανθῆναι στερεῶς ἢ λουτρῷ θερμῷ, ἢ πολλῷ πυρί, ἐκ δὲ τουτέου τὸ αὐτὸ εἶμα ἔχων ἐν τῷ αὐτέῳ χωρίῳ τὴν διατριβὴν ποιέεσθαι· ὥσπερ ὁ διεψυγμένος πολὺ φανεῖται καὶ ψυχρότερος καὶ ἄλλως φρικαλεώτερος, ἢ ῥιπιζόμενός τις ὑπὸ πνίγεος καὶ παρασκευάζων αὐτὸς ἑωυτῷ ψύχος ἐκ τουτέου τοῦ τρόπου διαπάσαι. τῷ τοῦτο ποιέοντι δεκαπλάσιον πάρεστι τὸ καῦμα καὶ τὸ πνῖγος ἢ τῷ μηδὲν τουτέων ποιέοντι. τὰ δὲ δὴ καὶ πουλὺ μείζω, ὅσοι ἂν διὰ χιόνος || ἢ ἄλλης ψύξιος βαδίσαντες ῥιγώσωσι διαφερόντως πόδας, ἢ χεῖρας, ἢ κεφαλήν, οἷα πάσχουσιν ἐς τὴν νύκτα, ὅταν περισταλέωσί τε καὶ ἐν ἀλέῃ γένωνται ὑπὸ καύματος καὶ κνησμοῦ, καὶ ἔστιν οἷσι φλυκταῖναι ἀνίστανται ὡς

praesidio atque apparatu, idque tum in sanis, tum in aegrotantibus efficit. Quod si quis sanus hieme sive lotione frigida, sive quovis alio modo corpus refrigerare volet, quo plus id fecerit, si plane corpus non congelarit, is ubi vestimenta sumpserit et sub tectum se receperit, eo magis et vehementius corpore incalescet. At vero si multum calefieri, vel balneo calido, vel copioso igne cupiat, moxque cum eadem veste, eodem loco quo quis perfrigeratus fuerat, commorari, is multo frigidior, atque alias magis inhorrescere conspicietur. Aut qui in magno aestu ventulo per flabellum excitato, hoc modo sibi frigus conciliare parat, is decuplo majorem ardorem et aestum sentiet quam qui horum nihil fecerit. Atque istis sane sunt multo majora, quae qui per nives, aut alia frigora itinere facto, supra modum pedibus, vel manibus, vel capite perfrigerati, noctu patiuntur, cum vestibus contecti et loco calido se continentes, pruritu et ardore divexantur, quibusdam etiam pustulae velut igne

©BIUM

Ed. Chart. II. [160. 161.] Foës. I. 15. Ed. Lind. I. (30. 31.)
ἀπὸ πυρὸς κατακεκαυμένοισι. καὶ οὐ πρότερον τοῦτο πάσχουσιν πρὶν ἢ θερμανθῶσιν. οὕτως ἑτοίμως ἑκάτερον αὐτέων ἐπὶ θάτερα παραγίνεται. μυρία δ' ἄν καὶ ἕτερα ἔχοιμι (31) εἰπεῖν. τὰ δὲ κατὰ τοὺς νοσέοντας, οὐχ οἷσιν ἂν ῥῖγος γένηται, τουτέοισιν ὀξύτατος ὁ πυρετὸς ἐκλάμπει, καὶ οὐχ οὕτως ἰσχυρῶς, ἀλλὰ καὶ παυόμενος δι' ὀλίγου, καὶ ἄλλως τὰ πολλὰ ἀσινής, καὶ οἷον ἂν χρόνον παρῇ διάθερμος, καὶ διεξιὼν διὰ παντὸς τελευτάων ἐς τοὺς πόδας μάλιστα, οὗπερ τὸ ῥῖγος καὶ ἡ ψύξις νενικωτάτη καὶ ἐπὶ πλέον ἐχρόνισε. πάλιν δὲ ὅταν ἱδρώσῃ καὶ ἀπαλλαγῇ ὁ πυρετὸς, πολὺ μᾶλλον ἔψυξεν ἢ εἰ μὴ ἔλαβε τὴν ἀρχήν. ᾧ οὖν διαταχέος [161] οὕτω παραγίνεται τὸ ἐναντιώτατόν τε καὶ ἀφελόμενον τὴν δύναμιν ἀπὸ ταυτομάτου, τί ἂν ἀπὸ τουτέου μέγα ἢ δεινὸν γένοιτο; ἢ τίνος δεῖ πολλῆς ἐπὶ τουτέῳ βοηθείας; εἴποιεν ἄν τις, ἀλλ' οἳ πυρεταίνοντες τοῖσι καύσοισί τε καὶ περιπλευμονίῃσι καὶ ἄλλοισιν ἰσχυροῖσι νουσήμασιν οὐ ταχέως ἐκ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται, οὐδὲ πάρεστιν ἐνταῦθα τὸ θερμὸν ἐπὶ τὸ ψυχρόν. ἐγὼ δὲ τοῦτό μοι μέγιστον τεκμήριον ἡγεῦμαι εἶναι, ὅτι οὐ

ambuſtis attolluntur, neque id iis ſine caloris ſenſu accidit. Tam facile eorum alteri alterum ſuccedit. Quibus et ſexcenta alia adjicere poſſem, verum quae circa aegrotos accidunt, ſpectemus. Annon quibus rigor exoritur, iis acutiſſima febris inſtar flammae emicat? Et quae non adeo vehementer affligit, ſed intra breve tempus quieſcit et alioqui fere innoxia, quaeque quamdiu adfuerit, calore totum corpus pervadit, ea maxime in pedes deſinit, in quibus rigor et frigus vehementiſſimum diutiſſime perdurarunt. Rurſus ubi ſudor eruperit et febris deceſſerit, multo vehementius perfrigeſcit quam ſi per initia non prehendiſſet. Ab eone igitur quid magnum aut grave exſpectes, aut cujusnam magni praeſidii indigeat, cui contrarium tam cito ſuccedit, quod ejus vires ſponte aufert? At objiciat aliquis febre ardente, aut pulmonum inflammatione, vel aliis vehementibus morbis detentos, qui neque calore cito liberantur, neque frigori calor ſuccedit. Illud vero mihi magno argumento eſſe videtur, quod neque calidum ſimpliciter febricitantium,

Ed. Chart. II. [161.] Foës. I. 15. Ed. Lind. I. (31. 32.)
διὰ τὸ θερμὸν ἁπλῶς πυρεταίνουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐδὲ τοῦτο εἴη τὸ αἴτιον τῆς κακώσιος μοῦνον, ἀλλ' ἔστι καὶ πικρὸν καὶ θερμὸν τὸ αὐτὸ, καὶ θερμὸν καὶ ὀξὺ, καὶ ἁλμυρὸν καὶ θερμὸν, καὶ ἄλλα μυρία, καὶ πάλιν γε ψυχρὸν μετὰ δυνάμιων ἑτέρων. τὰ μὲν οὖν λυμαινόμενα ταῦτά ἐστι· συμπάρεστι δὲ καὶ τὸ θερμὸν, ῥώμης μετέχον, ὡς ἂν τὸ ἡγεύμενον καὶ παροξυνόμενον καὶ αὐξανόμενον ἅμα κείνῳ, δύναμιν δὲ οὐδεμίην πλείω τῆς προσηκούσης δηλαδή. ταῦτ' ὧδε ἔχει. (32) ἐπὶ τῶνδε τῶν σημείων πρῶτον μέν ἐστι φανερώτατα ὧν πάντες ἔμπειροι πολλάκις ἤδη ἐσμέν τε καὶ γινόμεθα. τοῦτο μὲν ὅσοισιν ἂν ἡμέων κόρυζα ἐγγένηται καὶ ῥεῦμα κινηθῇ διὰ τῶν ῥινέων, τοῦτο ὡς πολὺ δριμύτερον τοῦ πρότερον γινομένου τε καὶ ἰόντος ἐκ τῶν ῥινέων καθ' ἑκάστην ἡμέρην, καὶ οἰδέειν μὲν ποιέει τὴν ῥῖνα, καὶ συγκαίει θερμήν τε καὶ διάπυρον ἐσχάτως. ἢν δὲ τὴν χεῖρα προσφέρῃς καὶ πλείω χρόνον παρῇς, καὶ ἐξελκοῦται τὸ χωρίον, ἄσαρκόν τε καὶ σκληρὸν ἐόν. παύεται δέ πως τό γε καῦμα ἐκ τῆς ῥινὸς, οὐχ ὅταν τὸ ῥεῦμα γίνηται καὶ ἡ φλεγμονὴ ᾖ, ἀλλ' ἐπειδὰν παχύτερόν τε καὶ ἧσσον

neque ipſum ſolum affectionis cauſa ſit, ſed eſt et amarum et calidum idem, et calidum et acutum, et ſalſum et calidum, aliaque innumera, ac rurſus frigidum aliis facultatibus conjunctum. Haec ſunt igitur a quibus noxa provenit, ſed et calidum adjunctum eſt, robur ac veluti principatum habens, quod incitat et una cum eo, cui conjunctum eſt, auget, nullam tamen peculiarem vim quam conveniat majorem obtinet. Atque iſta ad hunc modum ſe habent. Ad haec vero accedunt indicia imprimis quidem manifeſtiſſima, quorum jam pridem omnes ſaepius uſum accepimus et in dies periclitationem percipimus. Siquidem ubi nobis gravedo exoritur et ex naribus humor effluit, qui priore et eo qui quotidie per nares fertur cum longe ſit acrior, naſum non modo in tumorem attollit et calentem ſummeque ferventem exurit. Quod ſi longiore tempore perſeveraverit et manum admoveas, etiam locus exulceratur minime carnoſus et durus. At vero narium ardor tum ſedatur, non cum fluxio ſit et inflammatio adeſt, ſed cum humor craſſior et minus acris

©BIUM

Ed. Chart. II. [161.] Foës. I. 15. 16. Ed. Lind. I. (32. 33.)

δριμὺ, πέπον τε καὶ μεμιγμένον μᾶλλον τῷ πρότερον γινομένῳ, τότ᾽ ἤδη καὶ τὸ καῦμα πέπαυται. ἄλλοισι δὲ ὑπὸ ῥύγεος φανερῶς αὐτοῦ μόνου γίνεται μηδενὸς ἄλλου ξυμπαραγενομένου. πᾶσιν δὲ αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ, ἐκ μὲν τῆς ψύξιος διαθερμανθῆναι, ἐκ δὲ τοῦ καύματος διαψυχθῆναι, καὶ ταῦτα ταχέως παραγίνεται καὶ πέψιος οὐδεμιῆς προσδεῖται. τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα ὅσα διὰ χυμῶν δριμύτητας καὶ ἀκρησίας φημὶ ἔγωγε γίνεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον ἀποκαθίστανταί τε κρησθέντα καὶ πεφθέντα. ὅσα τ᾽ αὖ ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τρέπεται τῶν ῥευμάτων, ὡς ἰσχυρὰς καὶ παντοίας δριμύτητας ἔχοντα, ἕλκοῖ μὲν βλέφαρα, κατεσθίει δὲ ἐνίων γνάθους τε καὶ τὰ ὑπὸ τοῖσιν ὀφθαλμοῖς, ἐφ᾽ ὅ τι ἂν ἐπιῤῥυῇ, ῥήγνυσί τε (33) καὶ διεσθίει τὸν ἀμφὶ τὴν ὄψιν χιτῶνα. ὀδύναι δὲ καὶ καῦμα καὶ φλογμὸς ἔσχατος κατέχει μέχρι τινὸς, μέχρις ἂν τὰ ῥεύματα πεφθῇ καὶ γένηται παχύτερα, καὶ λήμη ἀπ᾽ αὐτέων εἴῃ. || τὸ δὲ πεφθῆναι γίνεται ἐκ τοῦ μιχθῆναι, κρηθῆναί τε ἀλλήλοισι καὶ συνεψηθῆναι. τοῦτο δ᾽ ὅσα ἐς τὴν φάρυγγα, ἀφ᾽ ὧν βράγχοι γίνονται, κυνάγχαι, ἐρυσιπέλατα, περιπλευμο-

extiterit, ac concoctus, eique, qui prius aderat magis permixtus. Quibusdam vero ex sola frigiditate et nullius alterius accessione hic affectus plane excitatur. Qui omnes liberantur, si ex frigore quidem percalescant, ex ardore vero perfrigescant, quae celeriter contingunt et nullius concoctionis indigent. Reliqua autem omnia quae ex humorum acrimonia et incommoderatione oriri affero, eodem modo sedantur, commoderata et concocta. At fluxiones in oculos irruentes ex vehementi et cujusvis humorum acrimonia, palpebras quidem exulcerant et quibusdam genas, subjectasque oculis partes, ad quas confluxerint, erodunt, tunicam etiam pupillam ambientem rumpunt et exedunt. Dolor autem et ardor summaque inflammatio tamdiu detinet, dum fluxio concocta fuerit et crassior evaserit, lemaeque ab iis redditae fuerint. Concoquitur vero ubi mutua fuerit permixtio, contemperatio et cum aliis coctio. Quinetiam quae in fauces feruntur, ex quibus raucedines oriuntur, anginae, erysipelata et pulmonum inflammationes, haec omnia primum

Ed. Chart. II. [161. 162.] Foël. I. 16. Ed. Lind. I. (33. 34.)

νίαι· πάντα ταῦτα τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρά τε καὶ ὑγρὰ καὶ δριμέα ἀφίει· [162] καὶ ἐν τοῖσι τουτέοισιν ἐρρωται τὰ νοσήματα. ὅταν δὲ παχύτερα καὶ πεπαίτερα γένηται καὶ πάσης δριμύτητος ἀπηλλαγμένα, τότ' ἤδη καὶ οἱ πυρετοὶ λύονται καὶ τἆλλα τὰ λυπέοντα τὸν ἄνθρωπον. δεῖ δὲ δή που ταῦτα αἴτια ἑκάστου ἡγεῖσθαι· ὧν παρεόντων μὲν τοιοῦτον τρόπον ἀνάγκη γίνεσθαι, μεταβαλλόντων δὲ ἐς ἄλλην κρῆσιν παύεσθαι. ὁκόταν οὖν ἀπὸ αὐτέης τῆς θερμῆς εἰλικρινέος ἢ ψύξιος γίνηται, καὶ μὴ μετέχῃ ἄλλης δυνάμεως μηδεμιῆς, οὕτω παύοιτ' ἄν, ὅταν μεταβάλλῃ ἐκ τοῦ ψυχροῦ ἐς τὸ θερμόν, καὶ ἐκ τοῦ θερμοῦ ἐς τὸ ψυχρόν. μεταβάλλει δ' ὅν μοι προείρηται τρόπον. ἔτι τοίνυν τἆλλα ὅσα κακοπαθέει ἄνθρωπος, πάντα ἀπὸ δυνάμιων γίνεται, τοῦτο μὲν ὅταν πικρότης τις ἀποχυθῇ, ἢν δὴ χολὴν ξανθὴν καλέομεν, οἷαι ἄσαι καὶ καῦμα καὶ ἀδυναμίαι κατέχουσιν; ἀπαλλασσόμενοί τε τουτέου ἐνίοτε καὶ καθαιρόμενοι ἢ αὐτόματοι, ἢ ὑπὸ φαρμάκου, ἢν ἐν καιρῷ (34) τι αὐτέων γένηται, φανερῶς καὶ τῶν πόνων καὶ τῆς θέρμης ἀπαλλάσσονται. ὅσον δ' αὖ χρόνον ταῦτα μετέωρα

quidem falfa, humida et acria demittunt et in his morbi confirmantur. At vero ubi craffiora et magis cocta fuerint, omnemque acrimoniam depofuerint, tum jam et febres et quae moleftia afficiebant definunt. Eas vero rei cujusque caufas exiftimare oportet, quae quidem cum adfunt, hoc modo provenire neceffe eft et quibus in aliud temperamentum commutatis ceffare. Quando igitur ab ipfa pauca caliditate et frigiditate nulliusque alterius facultatis participe haec contigerint, hac ratione ceffabunt, fi ex frigido in calidum et ex calido in frigidum commutata fuerint. Commutantur vero ad eum quem dixi modum. Praeter haec quaecunque hominem male afficiunt, ea omnia ex facultatibus oriuntur. Veluti quidem, fi amarus humor aliquis, quem bilem flavam nuncupare folemus, effufus fuerit, quaenam anxietates, aeftus et impotentiae detinent? Quibus interdum liberati vel fpontanea purgatione, vel medicamento, fi quid horum tempeftive contingat, doloribus plane et ca-

©BIUM

Ed. Chart. II. [162.] Foës. I. 16. Ed. Lind. I. (34.)

ἢ καὶ ἄπεπτα καὶ ἄκρητα, μηχανὴ οὐδεμίη οὔτε τῶν πόνων παύσασθαι οὔτε τῶν πυρετῶν. καὶ οἷσι μὲν ὀξύτητες προσίστανται δριμεῖαί τε καὶ ἰώδεες, οἷαι λύσσαι καὶ δήξιες σπλάγχνων καὶ θώρηκος καὶ ἀπορίη, οὐ παύεται τουτέου πρότερον πρὶν ἀποκαθαρθῇ τε καὶ καταστορεσθῇ καὶ μιχθῇ τοῖσιν ἄλλοισι. πέσσεσθαι δὲ καὶ μεταβάλλειν καὶ λεπτύνεσθαι καὶ παχύνεσθαι ἐς χυμῶν εἶδος, διὰ πολλῶν εἰδέων καὶ παντοίων. διὸ καὶ αἱ κρίσιες καὶ αἱ ἀριθμοὶ τῶν χρόνων ἐν τοῖσι τουτέοισι μέγα δύνανται. πάντων δὴ τουτέων ἥκιστα προσήκει θερμῷ ἢ ψυχρῷ πάσχειν· οὔτε γὰρ ἂν τοῦτό γε σαπῇ, οὔτε παχυνθῇ. τί δ' ἂν αὐτὸ φαίημεν εἶναι; κρῆσίς τε αὐτέων ἐστὶ, πλὴν πρὸς ἄλληλα ἔχουσα δύναμιν. ἐπεὶ ἄλλῳ γε οὐδενὶ τὸ θερμὸν μιχθὲν παύσεται τῆς θέρμης ἢ τῷ ψυχρῷ, οὐδέ γε πάλιν τὸ ψυχρὸν ἢ τῷ θερμῷ. τὰ δ' ἄλλα περὶ τὸν ἄνθρωπον ὅσῳ ἂν πλέοσι μίσγηται, τοσούτῳ ἠπιώτερα καὶ βελτίονα. πάντων δὲ ἄριστα διάκειται ὤνθρωπος, ὅταν πέσσηται καὶ ἐν ἡσυχίῃ ᾖ, μηδεμίην δύναμιν ἰδίην ἀπο-

lore defunguntur. At quamdiu iſta ſublata, incocta et minime contemperata fuerint, nulla arte neque dolores neque febres finientur. Et quibus quidem acuti, acres et aeruginoſi humores inſtant, quinam furores et viſcerum ac thoracis lancinationes, animique abjectio inde oriuntur? Neque prius haec quieſcunt quam emaciati, dejecti et aliis permixti fuerint. Multis autem variisque modis concoqui, permutari, tenuari et in humorum naturam craſſeſcere poſſunt. Ideoque in iſtis et judicationes et temporum numeri magnum pondus habere mihi videntur. At nihil iſtorum ſine calido aut frigido contingere ſolet, cum neque putreſcere, neque incraſſari poſſit. Quid vero hoc ipſum eſſe dicemus? Nempe eorum contemperationem eſſe, verum ea cum mutuo inter ſe fiat, tum vim habere. Quandoquidem calidum nullius alterius permixtione quam frigidi calidum eſſe deſinet, neque contra frigidum, quam calidi. At reliqua omnia, quae in homine inſunt, quo pluribus permiſcentur, eo mitiora et meliora evadunt. Isque tum demum optime affectus eſt, ubi concoquit et quietem agit, nihilque in eo exiſtit quod propria facultate praepolleat. Ac de his qui-

Ed. Chart. II. [162. 163.] Foës. I. 16. 17. Ed. Lind. I. (34. 35.)
δεικνύμενος. περὶ μὲν οὖν τουτέων ἱκανῶς μοι ἡγεῦμαι ἐπιδεδεῖχθαι. λέγουσι δέ τινες καὶ ἰητροὶ καὶ σοφισταὶ ὡς οὐκ ἔνι δυνατὸν ἰητρικὴν εἰδέναι ὅστις (35) μὴ οἶδεν ὅ τί ἐστιν ἄνθρωπος καὶ ὅπως ἐγένετο πρῶτον καὶ ὅπως συνεπάγη. ἐγὼ δὲ τουτέων μὲν ὅσα τινὶ εἴρηται σοφιστῇ, ἢ ἰητρῷ, ἢ γέγραπται περὶ φύσιος, ἧσσον νομίζω τῇ ἰητρικῇ τέχνῃ προσήκειν ἢ τῇ γραφικῇ. νομίζω δὲ ὅτι περὶ φύσιος γνῶναί τι σαφὲς οὐδαμόθεν ἄλλοθεν ἔσται ἢ ἐξ ἰητρικῆς. τοῦτο δὲ οἷόν τε καταμαθεῖν, ὅταν αὐτήν τις τὴν ἰητρικὴν ὀρθῶς πᾶσαν περιλάβῃ, μέχρι δὲ τουτέου πολλούς μοι δοκέει ἰδεῖν. λέγω δὲ τὴν ἱστορίην ταύτην εἰδέναι, ἄνθρωπος τί ἐστι καὶ δι' οἵας αἰτίας γίνεται, καὶ τἆλλα ἀκριβέως. ἐπεί τοί γέ μοι δοκέει ἀναγκαῖον εἶναι παντὶ ἰητρῷ περὶ [163] φύσιος εἰδέναι, καὶ πάνυ σπουδάσαι ὡς εἴσεται, εἴπέρ τι μέλλει τῶν δεόντων ποιήσειν, ὅ τί ἐστιν ἄνθρωπος πρὸς τὰ ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα, καὶ ὅ τι ἀφ' ἑκάστου ἑκάστῳ συμβήσεται, καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτω δοκέειν ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός. πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτέου, || ἀλλὰ τίνα τε πόνον καὶ διὰ τί καὶ τίνι τῶν

dem abunde mihi dixiſſe videor. At vero medici quidam et ſophiſtae fieri non poſſe dicunt ut quis artem medicam cognoſcat, niſi idem noverit quid ſit homo, et quaenam ejus prima generatio et compoſitio. Equidem quae ab his de natura vel dicta vel ſcripta ſunt, non tam ad artem medicam quam ad pictoriam ſpectare exiſtimo. At manifeſtam naturae cognitionem non aliunde quam ex arte medica haberi cenſeo, quam is facile percipiet, qui univerſam artem medicam probe complexus fuerit. Quod quidem plerique mihi perveniſſe videntur et iſtorum notitiam habuiſſe, ut quid ſit homo, quaenam ejus ortus cauſae, reliquaque certe cognoſcerent. Quandoquidem naturae cognitio mihi medico eſſe neceſſaria videtur, isque omni ſtudio contendere debet, ſi modo quid recte praeſtare volet, ut intelligat quonam modo quis ad ea quae comeduntur et bibuntur ſe habeat et quidnam cuique ex ſingulis eveniat, neque ſimpliciter tantum exiſtimet caſeum malum eſſe edulium, quod qui ſe eo ingurgitat, dolorem ſentiat, ſed noſcat quemnam

©BIUM

Ed. Chart. II. [163.] Foës. I. 17. Ed. Lind. I. (35. 36.)

ἀνθρώπων ἐνεόντων ἀνεπιτήδειον. ἔστι γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ βρώματα καὶ πόματα φύσει πονηρά, καὶ διατίθησι τὸν ἄνθρωπον οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον. οὕτως οὖν μοι ἔστω τῷ λόγῳ οἷον οἶνος ἄκρητος πολὺς ποθείς, διατίθησί πως τὸν ἄνθρωπον ἀσθενέα. καὶ ἅπαντες ἂν ἰδόντες τοῦτο γνοίησαν, ὅτι αὕτη ἡ δύναμις οἴνου καὶ αὐτός ἐστιν αἴτιος. καὶ οἵσί γε τῶν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοῦτο μάλιστά γε δύναται, οἴδαμεν. τοιαύτην δὴ βούλομαι ἀληθείην καὶ περὶ τῶν ἄλ(36)λων φανῆναι. τυρὸς γὰρ, ἐπειδὴ τουτέῳ σημείῳ ἐχρησάμην, οὐ πάντας ἀνθρώπους λυμαίνεται, ἀλλ' εἰσὶν οἵτινες αὐτέου πληρεύμενοι οὐδ' ὁτιοῦν βλάπτονται· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἰσχνοῖσιν ἄν ξυμφέρειν θαυμασίως παρέχεται. εἰσὶ δὲ οἳ χαλεπῶς ἀπαλλάσσουσι. διαφέρουσι δὲ τουτέων αἱ φύσιες. διαφέρουσι δὲ κατὰ τοῦτο, ὅπερ ἐν τῷ σώματι ἔνεστι πολέμιον τυρῷ, ὑπὸ τοιουτέου ἐγείρεταί τε καὶ κινέεται. οἷσιν ὁ τοιοῦτος χυμὸς τυγχάνει πλέον ἐνεὼν καὶ μᾶλλον ἐνδυναστεύων ἐν τῷ σώματι, τουτέους μᾶλλον καὶ κακοπαθέειν εἰκός. εἰ δὲ πάσῃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἦν κακὸν, πάντας ἂν ἐλυμαίνετο.

dolorem et quasnam ob causas inferat, et cuinam ejus usus minime sit accommodatus. Cum enim alii plerique sint tum cibi tum potus natura pravi, non tamen eodem modo hominem afficiunt. Quod ita se habere hac oratione veluti exemplo confirmo. Vinum merum copiosius epotum hominem quadam imbecillitate afficit, idque qui vident omnes noverunt eas esse vini vires et in ipsum noxiam referunt, sed et quasnam hominis partes praecipue afficiat novimus. Quod et in reliquis ita plane constat. Caseus siquidem, quoniam hoc in medium protulimus, non omnibus est noxius, sed sunt nonnulli, qui ubi eo se expleverint, ne tantillum quidem offenduntur, quin etiam gracilibus mirum in modum conferre perhibetur, quidam etiam non nisi cum molestia degunt. Horum autem naturae hac ratione inter se differunt. Quod in corpore caseo est inimicum, ab eo excitatur et commovetur, in quibus ejusmodi humor plurimus in corpore redundat, quoque majorem dominatum in corpore habuerit, eo gravius affici aequum est. Quod si universae hominum naturae infestus esset, omnibus utique noceret. Quae si quis

©BIUM

Ed. Chart. II. [163.] Foës. I. 17. Ed. Lind. I. (36. 37.)

ταῦτα δὲ εἴ τις εἰδοίη, οὐκ ἂν πάσχοι. τὰ δ' ἐν τῇσιν ἀνακομιδῇσι τῇσιν ἐκ τῶν νούσων, ἔτι δὲ καὶ ἐν τῇσι νούσοισι τῇσι μακρῇσι γίνονται πολλαὶ συμπαρατάξιες, αἱ μὲν ἀπὸ ταυτομάτου, αἱ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν προσενεχθέντων τῶν τυχόντων. οἶδα δὲ τοὺς ἰητροὺς τοὺς πολλοὺς, ὡς τοὺς ἰδιώτας, ἢν τύχωσι περὶ τὴν ἡμέρην ταύτην τι κεκαινουργηκότες, ὡς λουσάμενοι, ἢ περιπατήσαντες, ἢ φαγόντες τι ἑτεροῖον, ταῦτα δὲ πάντα βελτίω προσενηνεγμένα ἢ μή, οὐδενὸς ἧσσον τὴν αἰτίην τουτέων τινὶ ἀνατιθέντας, τὸ μὲν αἴτιον ἀγνοεῦντας, τὸ δὲ συμφορώτατον, ἢν οὕτως τύχωσιν, ἀφανίσαντες. δεῖ δὲ οὔ· ἀλλ' εἰδέναι τί λουτρὸν ἀκαίρως προσγενόμενον ἐργάσεται, καὶ τί κόπος. οὐδέποτε γὰρ ἡ αὐτὴ κακοπαθίη τουτέων, οὐδ' ἑτέρου, οὐδέ γε ἀπὸ πλη(37)ρώσιος, οὐδέ γε ἀπὸ βρώματος τοίου ἢ τοίου. ὅστις οὖν ταῦτα μὴ εἴσεται ὡς ἕκαστα ἔχει πρὸς τὸν ἄνθρωπον, οὔτε γινώσκειν τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτέων δυνήσεται οὔτε χρέεσθαι ὀρθῶς. δεῖν δέ μοι δοκέει καὶ ταῦτ' εἰδέναι, ὅσα τῷ ἀνθρώπῳ παθήματα ἀπὸ δυνάμιων ἔρχεται

noverit, nullo modo ab eis offendatur. In iis vero qui ex morbis convaleſcunt, ac praeterea longis morbis conflictantur, multi velut inſtructa acie conflictus fiunt, partim ſponte, partim ex iis quae ſine delectu offeruntur. Plerosque autem medicos novi, qui non ſecus ac idiotae, ſi quid forte eadem die innovaſſent, lavando videlicet, aut deambulando, vel alienum aliquem cibum edendo, quae omnia etſi adhibuiſſe quam omiſiſſe praeſtiterat, nihilominus tamen in eorum aliquod cauſam rejecerunt, cum quidem cauſam non agnoſcerent et id fortaſſe quod forte maxime erat commodum prorſus extinguerent. Quod certe minime facere convenit, ſed noviſſe oportet quid balnei uſus intempeſtivi efficiat, quid item defatigatio. Neque enim iſta eodem modo male afficiunt, neque quicquam aliud, ut neque repletio, neque hic vel ille cibus. Qui igitur haec ſingula quemadmodum ſe ad hominem habeant, ignorat, is neque quae ab iis proveniunt cognoſcet, neque iis recte uti poterit. At vero mihi etiam cognoſcendae affectiones videntur, quae homini tum a facultatibus, tum a figuris proveniunt. Facul-

©BIUM

Ed. Chart. II. [163. 164.] Foës. I. 17. Ed. Lind. I. (37.)

καὶ ὅσα ἀπὸ σχημάτων. λέγω δὴ τί τοῦτο; δύναμιν μὲν εἶναι τῶν χυμῶν εἰδέναι τὰς ἀκρότητάς τε καὶ ἰσχῦς, σχήματα δὲ λέγω ὅσα ἔνεστιν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. τὰ μὲν γὰρ κοῖλά τε καὶ ἐξ εὐρέος εἰς στενόν ἐστι συνηγμένα, τὰ δὲ καὶ ἐκπεπταμένα, τὰ δὲ στερεά τε καὶ στρογγύλα, τὰ δὲ πλατέα καὶ ἐπικρεμάμενα, τὰ δὲ διατεταμένα, τὰ δέ μακρὰ, τὰ δὲ πυκνὰ, τὰ δὲ μανά τε καὶ τεθηλότα, τὰ δὲ σπογγοειδέα καὶ ἀραιά. τοῦτο μὲν ἑλκύσαι ἐφ' ἑωυτὸ καὶ ἐπισπάσασθαι ὑγρότητα ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος, πότερον τὰ κοῖλά τε καὶ ἐκπεπταμένα, ἢ τὰ στερεά τε καὶ στρογγύλα, ἢ τὰ κοῖλά τε καὶ ἐς στενὸν ἐξ εὐρέος συνηγμένα, δύναιτ' ἂν μάλι[164]στα. οἶμαι μέντοι τὰ τοιαῦτα εἰς στενὸν συνηγμένα ἐκ κοίλου τε καὶ εὐρέος. καταμανθάνειν δὲ δεῖ αὐτὰ ἔξωθεν ἐκ τῶν φανερῶν. τοῦτο μὲν γὰρ τῷ στόματι κεχηνὼς ὑγρὸν οὐδὲν ἀνασπάσαις· προσμυλλήνας δὲ καὶ συστείλας, πιέσας τε τὰ χείλεα, ἔτι τε αὐλὸν προσθέμενος, ῥηϊδίως ἀνασπάσαις ἂν ὅ τι θέλεις. τοῦτο δὲ αἱ σικύαι προβαλλόμεναι ἐξ εὐρέος εἰς στενώτερον ἐστενωμέναι πρὸς τοῦτο τεχνέαται, πρὸς τὸ ἕλκειν ἀπὸ τῆς σαρ-

tatem quidem intelligo extremas humorum qualitates et vires noſſe; figuras vero, ea quae in homine inſunt. Quaedam enim cava ſunt et ex latitudine in anguſtum coacta, quaedam etiam expaſſa, alia ſolida et rotunda, alia lata et pendentia, alia diſtenta, alia longa, alia denſa, alia rara et florida, alia vero ſpongioſa et laxa. Videndum certe quodnam ex his humorem ex reliquo corpore ad ſe attrahat et pelliciat, num quae cava et expaſſa, an ſolida et rotunda, an quae cava et ex latitudine in anguſtum contracta ſunt, id maxime efficere poſſint. Ac mea quidem ſententia, quae ex cavo et lato in anguſtum contracta ſunt. Iſta vero ex rebus externis manifeſte percipere licet. Veluti quidem ſi ore hiante fueris, nullum humorem attraxeris, ubi vero protenſis labris conſtrinxeris ac compreſſeris, praetereaque fiſtulam admoveris, quicquid libuerit, attrahes. Hoc vero quod admoventur cucurbitulae ex latitudine in anguſtum contractae declarant, quae eum in uſum fabricatae ſunt, ut ex carne trahant et avellant, aliaque id genus permulta. Eſt

Ed. Chart. II. [164.] Foës. I. 18. Ed. Lind. I. (38.)

||κὸς καὶ ἐπισπᾶσθαι, ἄλλα τε πολλὰ (38) τοιουτότροπα. τῶν δ' ἔσω τοῦ ἀνθρώπου φύσις καὶ σχῆμα τοιοῦτον· κύστις τε καὶ κεφαλὴ, καὶ ὑστέρα γυναιξί. καὶ φανερῶς ταῦτα μάλιστα ἕλκει, καὶ πλήρεά ἐστιν ἐπάκτου ὑγρότητος αἰεί. τὰ δὲ κοῖλα καὶ ἐκπεπταμένα ἐπιῤῥυεῖσαν μὲν ἂν ὑγρότητα μάλιστα δέξαιτο πάντων, ἐπισπάσαιτο δ' ἂν οὐχ ὁμοίως. τὰ δέ γε στερεὰ καὶ στρογγύλα οὔτ' ἂν ἐπισπάσαιτο οὔτ' ἂν ἐπιῤῥυεῖσαν δέξαιτο. περιολισθάνοι τε γὰρ ἂν καὶ οὐκ ἔχοι ἕδρην ἐφ' ἧς μένει. τὰ δὲ σπογγοειδέα τε καὶ ἀραιὰ, οἷον σπλὴν, πνεύμων καὶ μαζοὶ, προσκαθεζόμενα μάλιστα ἀναπίοι καὶ σκληρυνθείη καὶ αὐξηθείη ὑγρότητος προσγενομένης ταῦτα μάλιστα. οὐ γὰρ ἂν ἦν ἐν κοιλίῃ ἐνῇ τὸ ὑγρὸν, ἔξω τε περιέχει αὐτέη ἡ κοιλίη τὸ ὑγρὸν καὶ ἐξαγγίζοιτ' ἂν καθ' ἑκάστην ἡμέρην. ἀλλ' ὅταν πίῃ καὶ δέξηται αὐτὸς ἐς ἑωυτὸν τὸ ὑγρὸν τὰ κενὰ καὶ ἀραιὰ καὶ τὰ σμικρὰ πάντα, καὶ ἀντὶ ἀραιοῦ τε καὶ μαλθακοῦ σκληρός τε καὶ πυκνὸς ἐγένετο, καὶ οὔτ' ἐκπέσσῃ οὔτ' ἀφίησι. ταῦτα δὲ πάσχει διὰ τὴν φύσιν τοῦ σχήματος. ὅσα δὲ φύσαν τε καὶ ἀνειλήματα ἐνεργάζονται ἐν τῷ σώματι, προσήκει ἐν μὲν τοῖσι κοίλοισί τε καὶ εὐρυχωρήσεσιν, οἷον κοι-

autem earum, quae intra hominem ſunt, partium natura et figura ejusmodi, veſicae, capitis et uteri in mulieribus, eaeque maxime attrahere, et ſemper attracto humore refertae conſpiciuntur. Quae vero cava ſunt et expaſſa, ea affluentem quidem humorem omnium maxime recipiunt. Verum non perinde attrahunt. At ſolida et rotunda neque attrahunt, neque affluentem humorem recipiunt, qui certe circum elabitur, cum ſedem in qua permaneat non habeat. Spongioſa autem et rara, velut lien, pulmo et mammae, prope admota maxime exugunt, eaque praecipue accedente humore indureſcunt et augentur. Neque enim ſi in ventriculo humor inſit, eumque foris contineat, et ſingulis diebus evacuetur, verum cum eum in ſeipſo receperit, eumque vacua et rara ac parva penitus imbiberint, pro raro et molli durus et denſus evadit, neque concoquit, neque emittit. Iſtaque illi ex figurae natura contingunt. Quae vero flatus eorumque convolutiones in corpore efficiunt, ea in cavitatibus ac laxioribus ſpaciis, velut ventre et thorace,

©BIUM

Ed. Chart. II. [164.] Foës. I. 18. Ed. Lind. I. (38. 39.)

λίη τε καὶ θώρηκι, ψόφον τε καὶ πάταγον ἐμποιέειν. ὅτε γὰρ ἂν μὴ ἀποπληρώσῃ οὕτως ὥστε στῆναι, ἀλλ' ἔχῃ μεταβολάς τε καὶ κινήσεις, ἀνάγκη ὑπ' αὐτέων καὶ ψόφον καὶ καταφανέας κινήσιας γίνεσθαι. ὅσα δὲ σαρκώδεά τε καὶ μαλθακὰ, ἐν τοῖσι (39) τουτέοισι νάρκαι τε καὶ πληρώματα, οἷα ἐν τοῖσιν ἀποσφαγεῖσι γίνεται. ὅταν δ' ἐγκύρσῃ πλατεῖ τε καὶ ἀντικειμένῳ, καί τι πρὸς αὐτὸ ἀντιπέσῃ, καὶ φύσει τοῦτο τύχῃ μήτε ἰσχυρὸν ἐὸν, ὥστε δύνασθαι ἀντέχεσθαι τῆς βίης καὶ μηδὲν κακὸν παθεῖν, μήτε μαλθακόν τε καὶ ἀραιὸν, ὥστ' ἐκδέξασθαί τε καὶ ὑπεῖξαι, ἄπαλόν τε καὶ τεθηλὸς καὶ ἔναιμον καὶ πυκνὸν, οἷον ἧπαρ, διὰ μὲν τὴν πυκνότητα καὶ πλατύτητα ἀνθέστηκέ τε καὶ οὐχ ὑπείκει. φύσα δὲ ὑποδεχομένη αὔξεταί τε καὶ ἰσχυροτέρη γίνεται, καὶ ὁρμᾷ μάλιστα πρὸς τὸ ἀντιπαῖον. διὰ δὲ τὴν ἁπαλότητα καὶ τὴν ἐναιμότητα οὐ δύναται ἄνευ πόνων εἶναι, καὶ διὰ ταύτας τὰς προφάσιας ὀδύναι τε ὀξύταται καὶ πυκνόταται πρὸς τοῦτο χωρίον γίνονται ἐκπυήματά τε καὶ φύματα πλεῖστα. γίνεται δὲ καὶ ὑπὸ φρένας ἰσχυρῶς, ἧσσον δὲ πολλόν. διάτασις μὲν γὰρ φρενῶν

ſtrepitum et ſonitum excitare aequum eſt. Cum enim non ſic impleant, ut conſiſtant, ſed mutationes et motiones habeant, ab ipſis ſtrepitum et evidentes motiones fieri neceſſe eſt. Quae vero tum carnoſa tum mollia, in iis ſtupores et repletiones quales jugulatis fiunt. Quod ſi in latum et renitens incurrat, eique aliquid reſiſtat, quod natura neque ſit adeo robuſtum, ut vim ejus ſuſtinere, neque ab eo male affici queat, neque ita molle et rarum, ut in ſe recipiat et cedat, ſed tenerum, floridum, ſanguine praeditum, et denſum velut hepar, ob denſitatem quidem et latitudinem renititur, neque cedit, flatus vero ſubiens increſcit, robuſtior efficitur, et impetu in id quod obluctatur fertur; verum quia tenerum et ſanguine praeditum, doloris expers eſſe non poteſt. Easque ob cauſas tum graviſſimi creberrimique dolores eo in loco excitantur, tum ſuppurationes et tubercula quam plurima. Quae etiam circa ſeptum transverſum, ſed longe minore vi contingunt. Septi enim transverſi natura in latum protenſa et renitens, cumque ſit nervoſior et

©BIUM

Ed. Chart. II. [164. 165.] Foës. I. 18. Ed. Lind. (39. 40.)
πλατείη καὶ ἀντικειμένη, φύσις δὲ νευρωδεστέρή τε καὶ ἰσχυροτέρη, διὸ ἧσσον ἐπώδυνά ἐστι. γίνονται δὲ καὶ περὶ ταῦτα καὶ πόνοι καὶ φύματα. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα καὶ ἔσω καὶ ἔξω τοῦ σώματος εἴδεα σχημάτων, ἃ μεγάλα ἀλλήλων διαφέρει πρὸς τὰ παθήματα καὶ νοσέοντι καὶ ὑγιαίνοντι, οἷον κεφαλαὶ σμικραὶ ἢ μεγάλαι, τράχηλοι λεπτοὶ ἢ παχέες, μακροὶ ἢ βραχέες, κοιλίαι μακραὶ ἢ στρογγύλαι, θώρηκος καὶ πλευρέων πλατύτητες ἢ στενότητες, καὶ ἄλλα μυρία, ἃ δεῖ πάντα εἰδέναι ἢ διαφέρει, ὅπως (40) τὰ αἴτια ἑκάστων εἰδὼς ὀρθῶς τηροίης. [165] περὶ δὲ δυνάμιων χυμῶν, αὐτέων τε ἕκαστος ὅ τι δύναται ποιέειν τὸν ἄνθρωπον ἐσκέφθαι, ὥσπερ καὶ πρότερον εἰρέαται, τὰς ξυγγενείας ὡς ἔχουσι πρὸς ἀλλήλους. λέγω δὲ τὸ τοιοῦτον· εἰ γλυκὺς χυμὸς μεταβάλλοι ἐς ἄλλο εἶδος μὴ ἀπὸ ξυγκρήσιος, ἀλλ' αὐτὸς ἐξιστάμενος, ποῖός τις πρῶτος γένοιτο, πικρὸς, ἢ ἁλμυρὸς, ἢ στρυφνὸς, ἢ ὀξύς. ἆρα ὀξὺς χυμὸς ἀνεπιτήδειος προσφόρων ἂν τῶν λοιπῶν μάλιστα εἴη, εἴπερ ὁ γλυκύς γε πάντων ἐπιτηδειότατος. οὕτως εἴ τις

robuſtior, ideo doloribus minus opportuna. In his tamen et dolores et tubercula exoriuntur. Permultae praeterea tum intra, tum extra corpus exiſtunt figurarum formae, quae pro affectuum ratione magnopere differunt tam in aegris quam in bene valentibus, velut capita parva aut magna, cervices graciles aut craſſae, longae aut breves, ventres longi aut rotundi, thoracis et coſtarum latitudo aut anguſtia, atque alia ſexcenta, quorum omnium differentias noviſſe oportet, quo cognita cujusque cauſa eas recte obſervare poſſis. De humorum autem facultatibus, quemadmodum etiam antea dictum eſt, quid eorum quisque in homine efficere poſſit, conſiderandum, quasque inter ſe cognationes habeant. Quod eſt, ſi dulcis humor in aliam formam mutetur, non per alterius contemperationem, ſed ab aliis ſeparatus, qualisnam plurimum futurus ſit, amarus, an ſalſus, an acerbus, an acidus. Certe omnium humorum qui aſſumuntur acidus minime accommodatus fuerit, ſi quidem dulcis omnium maxime accommodatus exiſtit. Ad hunc modum ſi quis rerum externarum naturam inveſtigando aſſequi poſſit,

©BIUM

Ed. Chart. II. [165. 348.] Foës. I. 18. 19. Ed. Lind. I. (40. 44.) δύναιτο ζητέων ἔξωθεν ἐπιτυγχάνειν, δύναιτ' ἂν πάντων ἐκλέγεσθαι αἰεὶ τὸ βέλτιον. βέλτιστον δέ ἐστι τὸ προσωτάτω τοῦ ἀνεπιτηδείου ἀπέχον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΗΤΡΟΥ.

[348] (44) Τὸ μὲν γράμμα ἐστὶν ἰητροῦ προστασίη, παράγγελμα πῶς χρὴ κατασκευάζειν ἰητρεῖον. ἰητροῦ μὲν εἶναι προστασίην, ὁρῆν εὔχρως τε καὶ εὔσαρκος ἔσται πρὸς τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ φύσιν. ἀξιοῦνται γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν οἱ μὴ εὖ διακείμενοι τὸ σῶμα οὕτως ὡς οὐδ' ἂν ἑτέρων ἐπιμεληθῆναι καλῶς. ἔπειτα περὶ αὐτῶν καθαίρειν ὡς ἔχειν ἐσθῆτι χρηστῇ καὶ χρίσμασιν εὐόδμοις, ὀδμὴν ἔχουσιν ἀνυπόπτως πρὸς ἅπαντα. τοῦτο γὰρ ἡδέως ἔχειν ξυμβαίνει τοὺς νοσέοντας. δεῖ δὲ τοῦτον σκοπέειν τάδε περὶ τὴν ψυχὴν σώφρονα, μὴ μόνον τὸ σιγᾶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν βίον πάνυ εὔτακτον, μέγιστα γὰρ ἔχει πρὸς δόξαν ἀγαθά, τὸ δὲ ἦθος εἶναι καλὸν καὶ ἀγαθὸν, τοιοῦτον δ' ὄντα πᾶσι καὶ σεμνὸν καὶ φιλάνθρωπον. τὸ γὰρ προπετὲς καὶ τὸ

is ſemper ex omnibus quod melius eſt facile eliget. Optimum vero id eſt, quod longiſſime abeſt ab eo quod humanae naturae minime eſt accommodatum.

HIPPOCRATIS DE MEDICO LIBER.

Hoc ſcripto medico imperamus et dicimus quomodo officinam medicam inſtruere debeat. Ad ejus quidem auctoritatem mihi pertinere videtur, ut perſpiciat, quoad ejus natura feret, bene colorato et optime habito ſit corpore. Qui enim bona non ſunt corporis habitudine, vulgo exiſtimantur caeterorum curam non recte habere poſſe. Deinde ejus cultus mundus eſto, veſtis ſit decora, et unguentis utatur beneolentibus, citra omnem odoris ſuſpicionem. Iſtud enim jucundum eſſe aegrotantibus ſolet. Eum quoque ſpectare oportet ut animi temperantiam excolat, non taciturnitate ſolum, verum etiam reliqua totius vitae moderatione. Quod ad illi comparandam gloriam plurimum adfert adjumenti. Bonis etiam ac honeſtis ſit moribus, unaque gravitatem cum humanitate conjunctam habeat. Temeraria nam-

Ed. Chart. II. [348. 349.] Foës. I. 19. Ed. Lind. I (44. 45.)

πρόχειρον καταφρονεῖται, κἂν πάνυ χρήσιμον ᾖ. σκοπὸν δὲ ἐπὶ τῆς ἐξουσίης. (45) τὰ γὰρ αὐτὰ παρὰ τοῖς αὐτέοις σπανίως ἔχουσιν ἀγαπᾶται. σχήμασι δὲ ἀπὸ μὲν προσώπου σύννουν μὴ πικρῶς. αὐθάδης γὰρ δοκέει εἶναι καὶ μισάνθρωπος, ὁ δὲ εἰς γέλωτα ἀνιέμενος καὶ λίην ἱλαρὸς φορτικὸς ὑπολαμβάνεται. φυλακτέον δὲ τὸ τοιοῦτον οὐχ ἥκιστα. δίκαιον δὲ πρὸς πᾶσαν ὁμιλίην εἶναι. χρὴ γὰρ πολλὰ ἐπικουρέειν δικαιοσύνην. [349] πρὸς δὲ ἰητρὸν οὐ μικρὰ συναλλάγματα τοῖσι νοσοῦσίν ἐστιν. καὶ γὰρ αὐτοὺς ὑποχειρίους ποιέουσιν τοῖς ἰητροῖς, καὶ πᾶσαν ὥρην ἐντυγχάνουσιν γυναιξὶν, παρθένοις, καὶ τοῖς ἀξίοις πλείστου κτήμασιν. ἐγκρατέως οὖν δεῖ πρὸς ἅπαντα ἔχειν ταῦτα. τὴν μὲν οὖν ψυχὴν καὶ τὸ σῶμα οὕτω διακεῖσθαι, τὰ δὲ εἰς τὴν ἰητρικὴν τέχνην παραγγέλματα, δι' ὧν ἔστιν εἶναι τεχνικὸν, ἀπ' ἀρχῆς συνοπτέον, ἀφ' ὧν καὶ μανθάνειν ἄνθρωπος ἄρξαιτο. τὰ τοίνυν ἐν ἰητρείῳ θεραπευόμενα σχεδὸν μανθανόντων ἐστίν. δεῖ δὲ πρῶτον μὲν τόπον ἔχειν τῆς οἰκίης, ἔσται δὲ τοῦτο ἐὰν μήτε πνεῦμα εἰς αὐτὸν

que proclivitas et promptitudo, quamvis valde ſit utilis, deſpectui eſt. At conſiderandum quando his uti liceat. Eadem enim apud eosdem, cum rara ſunt, aeſtimantur. Quod ad geſtum attinet, vultu ſit ad prudentiam compoſito, non aſpero tamen, ne ſuperbus et inhumanus videatur. Qui vero in riſum effuſus eſt et ſupra modum hilaris, moleſtus habetur, quod vel imprimis vitandum eſt. Aequum autem in omni vitae conſuetudine ſe praeſtare debet. Nam cum omnibus in rebus multum ſit in juſtitia praeſidii, tum vero medico cum aegris non parum eſt commercii. Ii enim ſe huic tractandos ſummittunt, isque nunquam non fere cum mulieribus, virginibus converſatur, resque magni pretii contrectat, a quibus omnibus ſibi temperare debet. Atque his tum animi tum corporis virtutibus eum praeſtare oportet. Quae vero ad artem medicam praecepta pertinent, ex quibus artifex habendus eſt, et a quibus diſcendi initia ſumi debent, ab initio nobis breviter ob oculos ponenda. Quae ergo in officina medica curantur, ea propemodum diſcenda

©BIUM

Ed. Chart. II. [549.] Foës. I. 19. Ed. Lind. I. (45. 46.)

παραγινόμενον ἐνοχλῇ μήθ' ἥλιος ἢ αὐγὴ λυπέῃ. φῶς δὲ τηλαυγὲς τοῖς μὲν θεραπεύουσι ἄλυπον, οὐχ ὁμοίως δὲ τοῖς θεραπευομένοις ὑπάρχει. πάντως μὲν οὖν τοιαύτην τὴν αὐγὴν μάλιστα φευκτέον, δι' ἣν ξυμβαίνει τοὺς ὀφθαλμοὺς νοσέειν. τὸ μὲν οὖν φῶς τοιοῦτον εἶναι παρήγγελται. τοῦτο δὲ ὅπως μηδαμῶς ἐναντίως ἕξει τῷ προσώπῳ τὰς αὐγάς. προσενοχλεῖ γὰρ τὴν ὄψιν ἀσθενέως ἐχουσαν. πᾶ(46)σα δ' ἱκανὴ πρόφασις ἀσθενέοντας ὀφθαλμοὺς ἐπιταράξαι. τῷ μὲν οὖν φωτὶ τοῦτον τὸν τρόπον χρηστέον ἐστίν. τοὺς δὲ δίφρους ὁμαλοὺς εἶναι τοῖς ὕψεσιν ὅτι μάλιστα, ὅπως κατ' αὐτοὺς ὦσιν. χαλκώματι δὲ πλὴν τῶν ὀργάνων μηδενὶ χρήσθω, καλλωπισμὸς γάρ τις εἶναί μοι δοκεῖ φορτικὸς σκεύεσι τοιουτέοισι χρῆσθαι. τὸ δ' ὕδωρ παρέχειν δεῖ πότιμον τοῖς θεραπευομένοις καὶ καθαρὸν, τοῖς δὲ ἀπομάγμασιν καθαροῖς καὶ μαλθακοῖς χρῆσθαι, πρὸς μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ὀθονίοις, πρὸς δὲ τὰ τραύματα σπόγγοις· αὐτόματα γὰρ ταῦτα βοηθεῖν δοκεῖ καλῶς. τὰ δ' ὄργανα πάντα εὐήρη πρὸς τὴν χρείαν ὑπάρχειν δεῖ τῷ μεγέθει καὶ βάρει καὶ λεπτότητι. τὰ δὲ προσφερόμενα

sunt. Ac primum quidem domus locus tam commodus habeatur, ut neque accedens ventus moleſtiam afferat, neque ſol aut ſplendor gravis ſit. Lucis enim ſplendor ut non ſit curantibus moleſtus, non item tamen iis qui curantur. Is ergo prorſus vitandus eſt, per quem oculos offendi contingit. Atque hoc quidem de lumine praecipitur. Deinde vero ut nequaquam ſplendori facies ſit adverſa. Oculorum enim aciem debilem moleſtia afficit, cum quaevis occaſio debiles oculos perturbare poſſit. Atque hic luminis uſus eſto. Sellae quoad ejus fieri poteſt, altitudine ſint aequales, ut illis ſeſe accommodent. Aeris, praeterquam in inſtrumentis, nullus uſus eſto. Talis enim ſupellectilis uſus apparatus quidam moleſtus eſſe mihi videtur. Aqua iis qui curantur, potui commoda et pura exhiberi debet. Deterſoriis puris et mollibus utendum, ad oculos quidem linteis, ad vulnera vero ſpongiis. Haec enim per ſe magno auxilio eſſe videntur. Inſtrumenta autem omnia ad uſum apte comparata eſſe oportet, convenienti magnitudine, gravitate et tenuitate. Quae

©BIUM

Ed. Chart. II. [549.] Foës. I. 19. 20. Ed. Lind. I. (46. 47.)
ἅπαντα μὲν χρὴ συνορῆν ὅπως συνοίσῃ. μάλιστα δὲ πλεῖστον, εἰ ὁμιλεῖν μέλλει τῷ νοσοῦντι μέρει. ταῦτα δέ ἐστιν ἐπιδέσματα καὶ φάρμακα καὶ τὰ περὶ τὸ ἕλκος ὀθόνια καὶ τὰ κατα-
||πλάσματα. πλεῖστον γὰρ χρόνον ταῦτα περὶ τοὺς νοσέοντάς ἐστι τόπους. ἡ δὲ μετὰ ταῦτα ἀφαίρεσις τούτων, ἀνάψυξίς τε καὶ περικάθαρσις, καὶ τῶν ὑδάτων κατάντλησις, ὀλίγου τινός ἐστι χρόνου. καὶ τί ποιῆσαι, ὅπου χρὴ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον ἐσκέφθαι δεῖ, τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ χρῆσις εὐκαιρός τε καὶ μὴ γενομένων μεγάλην ἔχει διαφορήν. ἔστι δὲ οἰκείη ἐπίδεσις τῆς ἰητρικῆς, ἀφ' ἧς ὠφελεῖσθαι τὸν θεραπεύοντα. μέγιστα δὲ ὠφελεῖ δύο ταῦτα, οἷς ἐστι χρηστέον, πιέσαι ὅκου δεῖ καὶ ἀνειμένως ἐπιδῆσαι. πρὸς δὲ τοὺς χρόνους τῆς (47) ὥρης, ποτὲ δεῖ σκεπαστικῶς καὶ μὴ, συνορῆν, ὅκως μηδὲ ἀσθενῆ λελῃθὼς ποτέρῳ τούτων ἐνισχοῦ χρηστέον. εὐρύθμους δὲ ἐπιδέσιας καὶ θεητρικὰς μηδὲν ὠφελούσας ἀπογινώσκειν. φορτικὸν γὰρ τὸ τοιοῦτον καὶ παντελῶς ἀλαζονικὸν, πολλάκις τε βλάβην οἷσον τῷ θεραπευομένῳ. ζητεῖται ὅ

vero admoventur, omnia quidem ut conferant attendendum, potiſſimumque ſi ad laborantem partem diutius adhaereſcere debeant, cujusmodi ſunt vincula, medicamenta, et ad ulcus adhibita lintea et cataplaſmata, quae diutiſſime in affectis partibus commorantur. At vero quae poſtea conſequuntur, horum ablatio, refrigeratio item et perpurgatio et aquae perfuſio, parvi cujusdam ſunt temporis. In quibus ſi quid faciendum, magisne an minus adhibendum ſit, diligenter attendere oportet. Permagni enim intereſt, an his tempeſtive uſus fueris, an vero ea neglexeris. Eſt autem medicinae accommodata deligatio, ex qua qui curatur utilitatem percipit. Haec autem duo, quibus utendum eſt, maxime juvant, comprimere ubi expedit et remiſſe deligare. Quod ad anni tempora, videndum quando contegere oporteat necne, ſimulque ne imbecillitatis ignarus utro horum utendum ſit haereas. Deligationes autem concinnae et ad ſpeciem comparatae, quaeque nihil proſunt, repudiandae. Sunt enim ejuſcemodi moleſtae et omnino ad

©BIUM

Ed. Chart. II. [349. 350.] Foël. I. 20. Ed. Lind. I. (47.)
νοσέων οὐ καλλωπισμόν, ἀλλὰ τὸ [350] συμφέρον. ἐπὶ δὲ τῶν χειρουργιῶν ὅσαι διὰ τομῆς εἰσιν ἢ καύσιος τὸ ταχέως ἢ βραδέως ὁμοίως ἐπαινεῖται. χρῆσις γάρ ἐστιν ἀμφοτέρων. ἐν οἷς μὲν γάρ ἐστι διὰ μιῆς τομῆς ἡ χειρουργία, χρὴ ποιέεσθαι ταχεῖαν τὴν διαίρεσιν. ἐπεὶ γὰρ συμβαίνει τοὺς τεμνομένους πονέειν μὲν τὸ λυπέον, ὡς ἐλάχιστον χρόνον δεῖ παρεῖναι. τοῦτο δὲ ἔσται ταχείης τῆς τομῆς γενομένης. ὅπου δὲ πολλὰς ἀναγκαῖον γενέσθαι τὰς τομάς, βραδείῃ χρηστέον τῇ χειρουργίᾳ. ὃ μὲν γὰρ ταχὺς ξυνεχῆ ποιέει τὸν πόνον καὶ πουλύν, ὁ δὲ διαλιπὼν ἀνάπαυσιν ἔχει τινὰ τούτων τοῖς θεραπευομένοις. τὸ δ' αὐτὸ ἐπὶ τῶν ὀργάνων λέγοιτ' ἄν. τοῖς δὲ μαχαιρίοις ὀξέσι δεῖ χρῆσθαι καὶ πλατέσιν οὐκ ἐπὶ πάντων ὁμοίως παραγγέλλομεν. μέρη γάρ τινά ἐστιν τοῦ σώματος, ἃ ἐν τάχει μὲν ἔχει τὴν ῥύμην τοῦ αἵματος, καὶ κατασχεῖν ἐστιν οὐ ῥᾴδιον. ταῦτα δέ ἐστιν οἵ τε κίρσοι καί τινες ἄλλαι φλέβες. τὰς μὲν τομὰς χρὴ εἶναι τῶν τοιουτέων στενάς. οὐ γὰρ οἷόν τε τὴν ῥύσιν γενέσθαι κατακορῆ. ξυμφέρει δέ ποτε ἀπὸ τῶν τοιου-

ostentationem factae, ac plerunque ei qui curatur noxiam afferunt, qui non tam ornatum quam utilitatem requirit. At vero in iis quae manus operam postulant, et sectione aut ustione efficitur, celeritas ac tarditas ex aequo commendantur, cum utraque opus sit. Nam quibus quidem una sectione manus opera perficitur, ea celeriter fieri debet. Nam cum sine dolore sectio minime contingat, debet id quod dolorem facit quam minimo tempore adesse, quod fiet celeriter administrata sectione. At ubi multas fieri sectiones necesse est, tarda manuum opera utendum. Qui enim celeriter sectionem adhibet, continentem multumque dolorem infert. At qui intermittit, allevationem quandam iis qui curantur exhibet. Quod de instrumentis etiam dicatur. Gladiolis enim acutis et latis ut utendum, ita non in omnibus id ex aequo fieri edicimus. Quaedam namque corporis partes velocem habent sanguinis impetum, quem continere non est facile, cujusmodi sunt varices et aliae quaedam venae, quarum angustas sectiones esse oportet. Sic enim nunquam fiet immodica profusio, ab his tamen sanguinem

Ed. Chart. II. [350.] Foës. I. 20. Ed. Lind. I. (47. 48)

τέων αἵματος ἀφαίρεσιν ποιέεσθαι. πρὸς δὲ τοὺς ἀκινδύνους τόπους καὶ περὶ οὓς μὴ λεπτόν ἐστι τὸ αἷμα, πλατυτέρυις (48) χρῆσθαι τοῖς μαχαιρίοισι, τὸ γὰρ αἷμα πορεύοιτ' ἂν, ἄλλως δὲ οὐδαμῶς. πάνυ δ' ἔστιν αἰσχρῶς μὴ ξυμβαίνειν ἀπὸ τῆς χειρουργίης ὅ τι θέλει. σικύων δὴ δύο τρόπους εἶναι χρησίμους· ὅτε μὲν γὰρ ῥεῦμα ξυνεστηκὸς πόρρω τῆς ἐπιφαινομένης σαρκὸς, τὸν μὲν κύκλον αὐτῆς εἶναι δεῖ βραχὺν, αὐτὴν δὲ μὴ γαστρώδη, προμήκη τὸ πρὸς τὴν χεῖρα μέρος, μὴ βαρεῖαν. τοιαύτην γὰρ οὖσαν ἕλκειν ἐς ἰθὺ ξυμβαίνει, καὶ τοὺς ἀφεστῶτας ἰχῶρας καλῶς ἀνεσπᾶσθαι πρὸς τὴν σάρκα. τοῦ δὲ πόνου πλείονος κατεσκεδασμένου τῆς σαρκὸς, τὰ μὲν ἄλλα παραπλησίην, τὸν δὲ κύκλον μέγαν. οὕτω γὰρ ἐκ πλείστων μερῶν εὑρήσεις ἄγουσαν ἐς ὃν δεῖ τὸ λυποῦν τόπον. οὐ γὰρ οἴονται μέγαν εἶναι τὸν κύκλον, μὴ συναγομένης τῆς σαρκὸς ἐκ πλείονος τόπου. βαρεῖα δ' οὖσα ῥέπει καὶ ἐς τοὺς ἄνω τόπους. κάτω δὲ μᾶλλον τὴν ἀφαίρεσιν. καὶ πολλάκις ὑπολείπεσθαι τὰς νόσους. τοῖσι μὲν οὖν ἐφεστῶσι ῥεύμασιν καὶ μακρὰν ἀπέ-

interdum detrahere confert. In his vero partibus in quibus nihil ineſt periculi et quae tenuem ſanguinem minime continent, latioribus gladiolis utendum, alioqui ſanguis nequaquam profluet. Eſt autem turpiſſimum per manus operam non aſſequi quod cupias. At vero cucurbitulae duobus modis utiliter admoveri poſſunt. Cum enim procul ab exteriore carne fluxio conſtiterit, ejus circulum parvum eſſe oportet, ipſa vero ventrem minime amplum habeat, ſed qua parte manu apprehenditur, prominens ſit et minime gravis. Quae enim eſt ejuſcemodi, in directum trahit et procul diſtantes ſeroſos humores ad carnem probe revellit. At dolore per carnis magnitudinem diſperſo, in reliquo quidem ſimilis, ſed circulus magnus ſit. Hoc enim pacto, quod dolorem movet, ex plurimis partibus quo oportet adducere comperies. Neque enim circulus magnus eſſe poteſt, quin caro ex pluribus locis contrahatur. Quae vero gravis eſt, ad ſuperiores partes vergit, ab inferioribus tamen magis detrahit, ita ut plerumque morbos minime attingat. Inſtantibus igitur flu-

©BIUM

Ed. Chart. II. [350.] Foës. I. 20. 21. Ed. Lind. I. (48. 49.)

χουσιν ἀπὸ τῶν ἄνω τόπων οἱ πλατεῖς κύκλοι πολλὰ ξυνεπισπῶνται παρὰ τῆς ἄλλης σαρκός. ἐπιπροσθεῖν οὖν ξυμβαίνει τὴν ἐντεῦθεν ἑλκομένην νοτίδα τῷ ξυναγομένῳ κάτωθεν ἰχῶρι, καὶ τὰ μὲν ἐνοχλεῦντα ὑπολείπεσθαι, τὰ δ' οὐδὲν λυπέοντα ἀφαιρεῖσθαι. || μέγεθος δὲ σικύης τί χρήσιμον στοχάζεσθαι χρὴ πρὸς τὰ μέρη τοῦ σώματος, οἷς ἂν δέῃ προσβάλλειν· ὅταν δὲ κατακρούειν, κάτωθεν δέχεσθαι. τὸ γὰρ αἷμα φανερὸν εἶναι δεῖ τῶν χειρουργου(49)μένων τόπων. ἄλλως δὲ οὐδὲ τὸν κύκλον τὸν ἑλκυσθέντα χρὴ κατακρούειν. εὐτονωτέρη γάρ ἐστιν ἡ σὰρξ τοῦ πονήσαντος. μαχαιρίοις δὲ τοῖς καμπύλοις ἐξ ἄκρου μὴ λίην στενοῖς. ἐνίοτε γὰρ ἰχῶρες ἔρχονται γλίσχροι καὶ παχεῖς. κίνδυνος οὖν ἐστιν ὑποστῆναι τῇσι τομῇσιν, ὅταν στεναὶ τμηθέωσιν. τὰς δὲ ἐπὶ τῶν βραχιόνων φλέβας τῇσι καταλέψεσιν χρὴ φυλάσσειν. ἡ γὰρ καλύπτουσα σὰρξ πολλοῖς οὐ καλῶς συνήρμοσται τῇ φλεβί. τῆς γὰρ σαρκὸς ὀλισθηρῆς οὔσης, οὐ καθ' ἑαυτὰς ξυμβαίνει τὰς τομὰς ἀμφοτέρων γίνεσθαι. τὴν γὰρ φλέβα ἐκφυσᾶσθαι ξυμβαίνει καλυφθεῖσαν, καὶ τὴν ῥύσιν τοῦ

xionibus proculque a ſuperioribus partibus poſitis, lati circuli multa ſimul ex reliqua carne attrahunt. Quod facit ut inde tracta humiditas ad ſeroſum humorem in inferioribus partibus collectum apponatur, et ea quidem quae moleſtiam afferunt relinquantur, quae vero nihil nocent detrahantur. Quin et de cucurbitulae magnitudine, ut partibus quibus admoveri debet, ſit uſui, conjectura capienda eſt. Cum vero pertundere voles, altius ſcalpellum adigere oportet. Sanguis enim ex locis manus opera diſſectis conſpicuus profluere debet. Alioqui ne circulum quidem attractum pertundere oportet. Laborantis namque loci caro contenta magis eſt. Gladiolis autem recurvis, in ſummo non valde acutis utendum. Prodeunt enim quandoque humores ſeroſi, glutinoſi et craſſi, qui in inciſuris, ſi anguſtae fuerint, ne ſubſiſtant periculum eſt. Ac vero brachiorum venae vinculis comprehenſae detinendae. Quae enim eas integit caro, in multis non probe venae coaptata eſt. Quae cum lubrica exiſtat, utrorumque ſectiones ſibi invicem reſpondentes fieri nequeunt. Vena enim contecta intumeſcit, et

©BIUM

Ed. Chart. II. [350. 351.] Foës. I. 21. Ed. Lind. I. (49. 50.)
αἵματος κωλύεσθαι, πολλοῖσι δὲ καὶ πῦος διὰ τοῦτο ξυνίστασθαι. καὶ δὴ δοκεῖ δύο βλάβας φέρειν ἡ τοιαύτη χειρουργίη, τῷ μὲν τιμηθέντι πόνον, τῷ δὲ τέμνοντι πολλὴν ἀδοξίην. τὸ δ' αὐτὸ κατὰ πασῶν παρήγγελται γίνεσθαι. τὰ μὲν οὖν κατ' ἰητρεῖον ἀναγκαῖα ὄρ[351]γανα, καὶ περὶ ἃ δεῖ τεχνικὸν εἶναι τὸν μανθάνοντα, ταῦτ' ἐστίν. ὀδοντάγρησι γὰρ καὶ σταφυλάγρησι χρῆσθαι τὸν τυχόντα ἐστίν. ἁπλῆ γὰρ ἡ χρῆσις αὐτῶν εἶναι δοκεῖ. περὶ δὲ φυμάτων καὶ ἑλκέων, ὁκόσα μειζόνων ἐστὶ νοσημάτων, τὰ μὲν φύματα τεχνικώτατον ὑπειληφέναι καὶ δύνασθαι διαλύειν, καὶ τὰς συστάσεις αὐτῶν κωλύειν. ἐχόμενον δὲ τουτέων στέλλειν εἰς τὸν ἐπιφανῆ τόπον ὡς εἰς βραχύτατον, καὶ τὴν σύστασιν ὁμαλῶς διὰ παντὸς ποιεῖσθαι τοῦ (50) φύματος. ἀνωμάλως γὰρ ἔχοντος αὐτοῦ ῥαγῆναί τε καὶ δυσθεράπευτον τὸ ἕλκος κίνδυνός ἐστι γενέσθαι. ἐξομαλίζειν τε χρὴ πέσσοντα πανομοίως, καὶ μήτε διαιρεῖν πρότερον μήτε αὐτόματον ἐᾶν ῥαγῆναι. τὰ δὲ ἐκπέψαι δυνάμενα ὁμαλῶς ἐν ἑτέροις εἴρηται. τὰ δὲ ἕλκεα δοκεῖ πορείας ἔχειν τέσσαρας, μίαν

sanguis fluxus impeditur, ob idque in multis pus colligitur. Ac sane duplici de causa ejusmodi manus opera noxia videtur, tum quod ei qui secatur dolorem, tum vero ei qui secat dedecus adfert. Quod ipsum in omnibus fieri praecipitur. Atque ea sunt in officina medica instrumenta, quibus artificiose uti eum qui discit necesse est. Volsellis enim quibus tum dentes tum columellae comprehenduntur, quemlibet uti licet, cum simplex earum usus esse videatur. De tuberculis autem et ulceribus, quae inter majores morbos recensentur, istud tenendum est. Tubercula quidem coërcere ac dissolvere posse, eorumque concretiones prohibere, maxime ad artem pertinere. Deinde vero ea in locum conspicuum et quam breviſſimum contrahere, ipsamque concretionem aequabilem per totum reddere. Nisi enim aequabile fuerit, ut rumpatur et ulcus aegre curabile evadat, periculum est. Aequabile itaque reddere, et ex aequo omne concoquere oportet, ac neque ante tempus aperire, neque ut sponte rumpatur sinere. Quae vero aequabilem habent concoquendi vim, alibi dicta sunt. At vero ulcera quatuor

©BIUM

Ed. Chart. II. [351.] Foës. I. 21. Ed. Lind. I. (50. 51.)

μὲν εἰς βάθος. ταῦτα δ' ἔστι τὰ συριγγώδη καὶ ὅσα ὑπουλά ἐστι, καὶ ἔνδοθεν κεκοιλασμένα· ἡ δ' ἑτέρη εἰς ὕψος, τὰ ὑπερσαρκεῦντα· τρίτη δέ ἐστιν εἰς πλάτος· ταῦτα δέ ἐστι τὰ καλεόμενα ἑρπιστικά· τετάρτη ὁδός ἐστιν· αὕτη δὲ μόνη κατὰ φύσιν εἶναι δοκέει κίνησις. αὗται μὲν οὖν ξυμφοραὶ τοιαῦται σαρκός εἰσιν. πᾶσαι δὲ κοιναὶ τοῦ ξυμφέροντος· καὶ τὰ μὲν τούτων ἐν ἑτέροις σημεῖα δεδήλωται, καὶ ᾗ χρηστέον ἐστὶν ἐπιμελείᾳ. δι' ὧν δὲ τὸ ξυμφυόμενον διαλυθήσεται, καὶ τὸ πληρεύμενον ἢ κοῖλον γενόμενον, ἢ τὴν εἰς πλάτος πορείαν ποιούμενον, προσηκόντως περὶ τουτέων ἐν ἄλλοις εἴρηται σημεῖα. περὶ δὲ καταπλασμάτων ὧδε τῶν ἐπιτιθεμένων ὀθονίων ὅκου ἂν ἡ χρῆσις κατὰ νοσεύματος ἀκριβὴς εἶναι δοκέῃ, καὶ τῷ ἕλκει ἁρμόζου τὸ ἐπιτιθέμενον ὀθόνιον. τῷ δὲ καταπλάσματι πρὸς τὸν κύκλῳ τόπον τοῦ ἕλκεος χρῶ. χρῆσις γὰρ αὕτη καταπλάσματος ἔντεχνός τε καὶ πλεῖστα ὠφελεῖν δυναμένη. ἐδόκει γὰρ τῷ μὲν ἕλκει βοηθεῖν ἡ (51) τῶν περιτι-

progrediendi modos mihi habere videntur. Unum quidem in profundum, cujusmodi sunt fistulosa, cicatrice obducta, et intus cava. Alterum quo ad superiora tendunt, velut quae superexcrescentem carnem habent. Tertium in latum, qualia quae serpentia dicuntur. Quartus modus est, qui solus secundum naturam motus videtur. Atque eae quidem sunt carnis calamitates, quae omnes communem habent utilitatis rationem. Quorum quidem signa alibi demonstrata sunt, et quaenam curatio adhibenda sit. Quanam autem ratione quod coaluit dissolvi possit, et quod impletum est, aut cavum redditum, aut quod in latitudinem progressionem fecit, de eorum signis in aliis libris quantum conveniebat dictum est. De iis vero, quae in cataplasmate adhibentur, sic habeto. Quo in morbo imponendorum linamentorum accuratus usus esse videtur, ipsi ulceri accommodatum linamentum adhibeto, quod vero cataplasmate apponitur, ad ulceris ambitum utitor. Hic enim cataplasmatis usus multum habet artis, plurimumque utilitatis praestat. Siquidem quod ulceri circumponitur juvandi facultatem habere videtur et linamen-

Ed. Chart. II. [351.] Foës. I. 21, 22. Ed. Lind. I. (51.)

θεμένων δύναμις, τὸ δ' ὀθόνιον φυλάσσειν· τὰ δ' ἔξω μὲν τοῦ ἕλκεος τὸ κατάπλασμα ὠφελέει. τὴν μὲν οὖν χρῆσιν αὐτέων εἶναι δεῖ τοιαύτην. περὶ δὲ καιρῶν, ὁκότε τούτοις ἑκάστοις χρηστέον ἐστὶ, καὶ τὰς δυνάμιας ὡς χρὴ τῶν γεγραμμένων καταμανθάνειν· παραλέλειπται δὲ τὰ τοιαῦτα, ἐπεὶ πλεῖον προῆκται τῆς κατ' ἰητρικὴν ἐπιμελείας καὶ πόρρω τοῦ τῆς τέχνης ἤδη προεληλυθότος ἐστίν. || ἑχόμενον δὲ τούτων ἐστὶ καὶ κατὰ στρατιὴν γινομένων τρωμάτων χειρουργίη περὶ τὴν ἐξαίρεσιν τῶν βελέων. ἐν τῇσι κατὰ πτόλιν διατριβῇσι βραχεῖά τίς ἐστιν τουτέων ἡ χρῆσις. ὀλιγάκις γὰρ ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ γίνονται πολιτικαὶ στρατιαὶ καὶ πολεμικαί. ξυμβαίνει δὲ τὰ τοιαῦτα πλειστάκις καὶ ξυνεχέστατα περὶ τὰς ξενικὰς στρατιὰς γίνεσθαι. τὸν μὲν οὖν μέλλοντα χειρουργεῖν στρατεύεσθαι δεῖ καὶ παρηκολουθηκέναι στρατεύμασι ξενικοῖς. οὕτω γὰρ ἂν εἴη γεγυμνασμένος πρὸς ταύτην τὴν χρείαν. ὃ δὲ εἶναι δοκεῖ περὶ ταῦτα τεχνικώτερον, εἰρῆσθαι. τῶν γὰρ ὅπλων ἐνόντων καὶ σημεῖα πεπορίσθαι τέχνης ἐστὶ πλεῖστον μέρος καὶ τῆς πρὸς ταῦτα χειρουργίας. τούτου γὰρ ὑπάρξαντος

tum continere. Partes vero ulceris exteriores cataplasma juvat. Ac eorum quidem usum talem esse convenit. Quod ad tempora attinet, quibus horum singulis utendum sit, et quemadmodum eorum quae scripta sunt facultates addiscere oporteat, haec a nobis praetermittuntur, quandoquidem majorem artis medicae diligentiam exigunt, et ad eum pertinent qui magnos jam in arte progressus fecerit. Ad haec vero consequitur vulnerum in militia acceptorum tractatio, quo ad telorum extractionem, cujus in urbium commerciis parvus usus existit. Quandoquidem civiles et hostiles expeditiones rarae fere sunt, quae saepissime assidueque circa externa bella contingere solent. Is igitur, qui hanc manus operam exercere volet, ut externos exercitus sequatur oportet. Hac enim ratione ad eam usum exercitationem sibi comparabit. Ac de his quod maxime ad artem mihi pertinere videtur, hoc dixisse satis est. Quod artis et ejus, quae huc spectat manus operae non minimum munus est tela in corpus subeuntia certis notis deprehendere. Ex

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 292 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. II. [351. 352.] Foës. I. 22. Ed. Lind. (51. 52.)
οὐκ ἂν παραλίποιτο τρωματίας ἀγνοηθεὶς, ὅταν χειρουργῆται μὴ προσηκόντως. μόνος δ' ἂν ὁ τῶν σημείων ἔμπειρος εἰκότως ἐπιχειροίη. περὶ δὲ τουτέων ἁπάντων ἐν ἑτέροις γεγραμμένον ἐστίν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΥΣΧΗΜΟΣΥΝΗΣ.

[352](52) Οὐκ ἀλόγως οἱ προβαλλόμενοι τὴν σοφίην πρὸς πολλὰ εἶναι χρησίμην, ταύτην δὴ τὴν ἐν τῷ βίῳ. αἱ γὰρ πολλαὶ πρὸς περιεργίην φαίνονται γεγενημέναι. λέγω δὲ αὗται αἱ μηδὲν χρέος τοῦ πρὸς ἃ διαλέγονται. ληφθείη δ' ἂν τουτέων μέρεα ἐς ἐκεῖνα, ἢ ὅτι οὐκ ἀργίη, οὐδὲ μὴν κακίη. τὸ γὰρ σχολάζον καὶ ἄπρηκτον ζητέει ἐς κακίην καὶ ἀφέλκεται. τὸ δ' ἐγρηγορὸς καὶ πρός τι τὴν διάνοιαν ἐντετακὸς ἐφειλκύσατό τε τῶν πρὸς καλλονὴν βίου τεινόντων ἑαυτοῦ τουτέων τὰς μηδὲν ἐς χρέος πιπτούσας διαλέξιας. χαριεστέρη γὰρ καὶ πρὸς ἕτερον μέν τι ἐς τέχνην πεποιημένην, τέχνην δὲ πρὸς εὐσχημο-

quo efficitur ut ignorari non poſſit, quando is, qui vulnus acceperit, minime convenientem manus operam expertus fuerit. Qui autem ſignorum cognitionem habuerit, is ſolus rite ad curationem aggredietur. At de his omnibus in aliis libris ſcriptum eſt.

HIPPOCRATIS LIBER DE DECENTI HABITU, AUT DECORO.

Qui ſapientiam iſtam, quae in vitae communione verſatur, ad multa eſſe utilem allegant, ii mihi non temere facere videntur. Multae namque ad ambitioſam quandam operam comparatae videntur, eae videlicet, quae de nulla re utili quaeſtiones agitant. Harum tamen partes ad illas referri poſſunt, cum nulla otioſitas, neque vero improbitas adſit. Quod enim otioſum eſt nihilque agit, ad improbitatem viam affectat, ad eamque tendit. Vigilantia vero et ad aliquid mentis contentio earum diſputationes ad nullam utilitatem ſpectantes, ad ſe pertrahit et ad vitae honeſtatem refert. Majorem enim apud alium ſibi gratiam conciliat, ſi

Ed. Chart. II. [352.] Foës. I. 22. Ed. Lind. I. (52, 53.)

σύνην καὶ δόξαν. πᾶσαι γὰρ αἱ μὴ μετ' αἰσχροκερδείης καὶ ἀσχημοσύνης, κἀκείνοισι μέθοδός τις ἐοῦσα τεχνικὴ ἐργάζεται, ἀλλ' εἴ γε μὴ πρὸς ἀναιτίην δημευταί. νέοι τε γὰρ αὐτέοισιν ἐμπίπτουσιν, ἀκμάζοντες δὲ δι' ἐντροπίην ἱδρῶτας τίθενται βλέποντες. πρεσβῦται δὲ διὰ πικρίην νομοθεσίην τίθενται ἀναίρεσιν ἐκ τῶν πόλεων. καὶ γὰρ ἀγορὴν ἐργαζόμενοι οὗτοι μετὰ βαναυσίης ἀπατέοντες, καὶ ἐν πόλεσιν ἀνακυκλέοντες οἱ αὐτοί. ἴδοι δέ τις καὶ ἐπ' ἐσθῆ(53)τος καὶ τῆσιν ἄλλῃσι περιγραφῇσι. κἢν γὰρ ἔωσιν ὑπερηφανέως κεκοσμημένοι, πολὺ μᾶλλον φευκτέοι καὶ μισητέοι τοῖσι θεωμένοισίν εἰσι. τὴν δὲ ἐναντίην χρειῶδες σκοπέειν οἷς οὐ διδακτὴ κατασκευή, οὐδὲ περιεργίη. ἔκ τε γὰρ περιβολῆς καὶ τῆς ἐν ταύτῃ εὐσχημοσύνης καὶ ἀφελίης, οὐ πρὸς περιεργίην πεφυκυίης, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς εὐδοξίην τό τε σύννουν καὶ τὸ ἐν νῷ πρὸς ἑωυτοὺς διακεῖσθαι, πρός τε τὴν πορείην οἵ τε ἑκάστῳ σχήματι τοιοῦτοι, ἀδιάχυτοι, ἀπερίεργοι, πικροὶ πρὸς τὰς συναντήσιας, εὔθετοι πρὸς τὰς ἀποκρίσιας, χαλεποὶ πρὸς τὰς ἀντιπτώσιας, πρὸς τὰς

ad artem traducatur, eique decus et gloriam comparat. Quaecunque namque neque ad turpem quaeſtum ſunt comparatae, neque illiberales, eae via quadam artificiali opus ſuum efficiunt, quod niſi extra culpam ſit, publicatur. Adoleſcentes enim iis ſeſe committunt, ubi vero adoleverint, prae pudore eorum conſpectum ſine ſudore non ſuſtinent. At ſenes effecti, propter amarulentiam, eas publica legum ſanctione urbibus expellunt. Ii enim conventu facto, ambitioſa et quaeſtuoſa ſua profeſſione decipientes, in urbium circulis verſantur. Quos ex veſtitu et caeteris ornamentis quis cognoſcere poterit. Quin etiam quo ſumptuoſius ornati fuerint, eo majore odio averſandi et ab eis qui eos conſpexerint fugiendi. Ex uſu autem fuerit contrarium in his ſpectare, quibus non ineſt exquiſitus neque curioſus ornatus, qui ſeſe ex cultus venuſtate et frugalitate, non tam ad ſuperfluam curioſitatem, quam ad optimam exiſtimationem, prudentiam et animi moderationem compararunt. Ad inceſſum vero eo ſemper ſunt habitu, minime diſſluentes aut ſuperflui, in hominum concurſibus graves, ad reſponden-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 294 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. II. [352. 353.] Foës. I. 22. 23. Ed. Lind. I. (53. 54.)
ὁμοιότητας εὔστοχοι καὶ ὁμιλητικοὶ, εὔκρητοι πρὸς ἅπαντας, [353] πρὸς τὰς ἀναστάσιας σιγητικοί. πρὸς τὰς ἀποσιγήσιας ἐνθυμηματικοὶ καὶ καρτερικοὶ, πρὸς τὸν καιρὸν εὔθετοι καὶ λημματικοὶ, πρὸς τὰς τροφὰς εὔχρηστοι καὶ αὐτάρκεες, ὑπομονητικοὶ πρὸς καιρὸν πρὸς ὑπομονὴν, πρὸς λόγους ἀνυστοὶ, πᾶν τὸ ὑποδειχθὲν ἐκφέροντες, εὐεπίῃ χρώμενοι, || χάριτι διατιθέμενοι, δόξῃ τῇ ἐκ τουτέων διισχυριζόμενοι, ἐς ἀληθείην πρὸς τὸ ὑποδειχθὲν ἀποτελματιζόμενοι. ἡγεμονικώτατον μὲν οὖν τουτέων ἁπάντων τῶν προειρημένων ἡ φύσις. καὶ γὰρ οἱ ἐν τέχναισιν, ἢν προσῇ αὐτέοισιν τοῦτο, διὰ πάντων τουτέων προσπορεύονται τῶν προειρημένων. ἀδίδακτον γὰρ τὸ χρέος ἔν τε σοφίῃ καὶ ἐν τῇ τέχνῃ προσθεμένη διδαχθῇ, εἰς τὸ ἀρχὴν λα(54)βεῖν. ἡ δὲ φύσις κατεῤῥύη καὶ κέχυται. τῇ δὲ σοφίῃ ἐς τὸ εἰδῆσαι τὰ ἀπ' αὐτέης τῆς φύσιος ποιεύμενα. καὶ γὰρ ἐν ἀμφοτέροισι λόγοισι πολλοὶ κρατηθέντες οὐδαμῇ σὺν ἀμφοτέροισιν ἐχρήσαντο τοῖσι πράγμασιν ἐς

dum appoſiti, adverſus altercantes difficiles, in ſimilium familiaritatibus contrahendis proſpicientes, erga omnes moderati, ad emotiones taciturni, ad reſpondendum arguti et tolerantes, in occaſione prudenter captanda appoſiti et accommodati, in victu frugales et paucis contenti, ad ſuſtentandam occaſionem tolerantes, oratione efficaces, qui quicquid doctrina acceperunt in medium proferunt, et facultate dicendi utuntur, ad gratiam comparati, et pro gloria quae inde provenit decertare parati, doctrinam ſuam ad veritatis lucem repurgantes. Ad haec igitur praedicta omnia praecipue dux eſt natura. Etenim ſi adfuerit his qui artibus inſtructi ſunt, ad praedicta omnia aditus erit ampliſſimus. Uſus namque, qui tum in ſapientia tum in arte ei adjuncta doceri nequit, in doctrinam cadet, ut inde initium ducatur. Defluit autem natura et ſapientiae permiſcetur, ut cognoſcantur quae ab ipſa natura facta ſunt. Multi enim in utrisque rationibus ſuperati, neutiquam utrisque ad rerum demonſtrationem uſi ſunt. Si quis igitur eorum aliquid, quae ratione proponuntur ad veritatem expenderit,

Ed. Chart. II. [553.] Foës. I. 23. Ed. Lind. I. (54.)

δεῖξιν. ἐπὴν οὖν τις αὐτέων ἐξετάζῃ τε πρὸς ἀληθείην τῶν ἐν ῥήσει τιθεμένων, οὐδαμῇ τὰ πρὸς φύσιν αὐτέοισι χωρήσει. εὑρίσκοντες γοῦν οὗτοι παραπλησίην ὁδὸν ἐκείνοισι πεπορευμένοι. διόπερ ἀπογυμνούμενοι τὴν πᾶσαν ἀμφιέννυνται κακίην καὶ ἀτιμίην. καλὸν γὰρ ἐκ τοῦ διδαχθέντος ἔργου λόγος. πᾶν γὰρ τὸ ποιηθὲν τεχνικῶς ἐκ λόγου ἀνηνέχθη. τὸ δὲ ῥηθὲν τεχνικῶς, μὴ ποιηθὲν δὲ, μεθόδου ἀτέχνου δεικτικὸν ἐγενήθη. τὸ γὰρ οἴεσθαι μὲν, μὴ πρήσσειν δὲ ἀμαθίης καὶ ἀτεχνίης σημεῖόν ἐστιν. οἴησις γὰρ μάλιστα ἐν ἰητρικῇ αἰτίην μὲν τοῖσι κεχρημένοισιν, ὄλεθρον δὲ τοῖσι χρεομένοισιν ἐπιφέρει. καὶ γὰρ ἦν ἑωυτοὺς ἐν λόγοισι πείσαντες οἰηθῶσιν εἰδέναι ἔργον τὸ ἐκ μαθήσιος, καθάπερ χρυσὸς φαῦλος ἐν πυρὶ κριθεὶς τοιούτους αὐτοὺς ἀπέδειξε. καίτοι γε τοιαύτη ἡ προῤῥησις ἀπαρηγόρητον εἰς σύνεσιν ὁμογένεσιν ὡς ἔστιν εὐθὺ, τὸ πέρας ἐδήλωσε γνῶσις. τῶν δ' ὁ χρόνος καὶ τὴν τέχνην εὐοδέα κατέστησεν, ἢ τοῖσιν ἐς τὴν παραπλησίην οἶμον ἐμπίπτουσιν τὰς ἀφορμὰς δήλους ἐποίησε. διὸ δεῖ ἀναλαμβά-

nequaquam iis ſuppeditabuntur quae a natura inſunt. Iſti itaque conſimili cum illis via progreſſi deprehenduntur. Quapropter veritate nudati omnem improbitatem atque ignominiam induunt. Praeclara enim res eſt, quae ex opere quod quis didicit proficiſcitur oratio. Quicquid enim artificioſe factum eſt, a ratione profectum eſt. Quicquid autem artificioſe dictum eſt, non autem factum, viam et rationem artis expertem arguit. Opinabile ſiquidem ſine actione, inſcientiae et nullius artis indicium eſt. Opinatio enim cum praecipue in arte medica, ea quidem utentibus crimini vertitur, his vero qui ea indigent exitium adfert. Si namque ſuis verbis perſuaſi, exiſtimant ſe opus ex ſcientia profectum noviſſe, quemadmodum aurum adulterinum igni probatur, tales ſe ipſi etiam produnt. Quanquam ejusmodi praedictio iis qui cognatam habent naturam, ad intelligentiam nullius eſt ſolatii, quod finis quam rectus ſit cognitio indicet. At horum arti tempus expeditam viam conſtituit, aut his qui ſimili via inſiſtunt facultates manifeſto ſuppeditat. Qua-

©BIUM

Ed. Chart. II. [353. 354.] Foës. I. 23. Ed. Lind. I. (54. 55.)

νοντα τουτέων τῶν προειρημένων ἕκαστα μετάγειν τὴν σοφίην ἐς τὴν ἰητρικὴν καὶ τὴν ἰητρικὴν ἐς τὴν σοφίην. (55) ἰητρὸς γὰρ φιλόσοφος ἰσόθεος. πολλὴ γὰρ διαφορὴ ἐπὶ τὰ ἕτερα. καὶ ἔτι τὰ πρὸς σοφίην ἐν ἰητρικῇ πάντα, ἀφιλαργυρίη, ἐντροπὴ, ἐρυθρίησις, καταστολὴ, δόξα, κρίσις, ἡσυχίη, ἀπάντησις, καθαριότης, γνωμολογίη, εἴδησις τῶν πρὸς βίον χρηστῶν καὶ ἀναγκαίων καθαρσίων, ἀπεμπόλησις, ἀδεισιδαιμονίη, ὑπεροχὴ θεία. ἔχουσι γὰρ ἃ ἔχουσι πρὸς ἀκολασίην, πρὸς βαναυσίην, πρὸς ἀπληστίην, πρὸς ἐπιθυμίην, πρὸς ἀφαίρεσιν, πρὸς ἀναιδείην ἐνιδεῖν. αὕτη γὰρ γνῶσις τῶν προσιόντων καὶ χρῆσις τῶν πρὸς φιλίην, καὶ ὡς ὁκοίως τε πρὸς τέκνα, πρὸς χρήματα. ταύτη μὲν οὖν ἐπικοινωνὸς σοφίη τις, ὅτι καὶ ταῦτα τὰ πλεῖστα ὁ ἰητρὸς ἔχει. καὶ γὰρ μάλιστα ἡ περὶ θεῶν εἴδησις ἐν νόῳ αὐτῇ ἐμπλέκεται. ἐν γὰρ τοῖσι ἄλλοισι πάθεσι καὶ ἐν συμπτώμασιν εὑρίσκεται τὰ πολλὰ [354] πρὸς θεῶν ἐντίμως κειμένη ἡ ἰητρική. οἱ δὲ ἰητροὶ θεοῖσι παρακεχωρήκασιν.

propter praedicta ſingula colligere oportet, et ſapientiam ad medicinam traducere et medicinam ad ſapientiam. Medicus enim philoſophus deo aequalis habetur. Nam neque multum inter ſe differunt, et quae ad ſapientiam requiruntur in medicina inſunt omnia, pecuniae contemptio, pudor, verecundia, modeſtia in veſtitu, exiſtimatio, judicium, lenitas, occurſatio, mundities, ſententiarum elocutio, utilium ac neceſſariarum in vita purgationum cognitio, earumque liberatio, ſuperſtitioſi Deorum metus averſatio, praeſtantia divina. Habent enim quae faciunt ad demonſtrandam incontinentiam, quaeſtuoſam et ſordidam profeſſionem, inexplebilem habendi ſitim, cupiditatem, detractionem, impudentiam. Siquidem iſta ſpectant ad eorum cognitionem cum quibus converſantur, et ad uſum eorum quae ad contrahendam amicitiam pertinent, quoque animo erga liberos et pecunias eſſe oporteat. Hactenus igitur cum ſapientia communionem, eorumque etiam plurima habet medicus. Nam et deorum cognitionem ipſe potiſſimum animo complectitur, cumque aliis in affectibus et caſibus medicina multum deos colere comperitur, tum vero medici diis plu-

Ed. Chart. II. [354.] Foës. I. 23. 24. Ed. Lind. I. (55. 56.)
οὐ γὰρ ἔνι περιττὸν ἐν αὐτέῃ τὸ δυναστεῦον. καὶ γὰρ οὗτοι πολλὰ μὲν μεταχειρέονται, πολλὰ δὲ καὶ κεκράτηται αὐτέοισι δι' ἑωυτέων. ἃ δὲ καταπλεονεκτεῖ νῦν ἡ ἰητρικὴ, ἐντεῦθεν παρέξει. τὶς γὰρ ὁδὸς τῆς ἐν σοφίῃ ὧδε. καὶ γὰρ αὐτέοισιν ἐκείνοισιν, οὕτω δ' οὐκ οἴονται ὁμολογέουσιν ὧδε, τὰ περὶ σώματα παραγενόμενα. ἃ δὴ διὰ πάσης αὐτῆς πεπόρευται, μετασχηματιζόμενα ἢ μεταποιούμε(56)να, ἃ δὲ μετὰ χειρουργίης ἰώμενα, ἃ δὲ βοηθούμενα, θεραπευόμενα ἢ διαιτώμενα. ||τὸ δὲ κεφαλαιωδέστατον ἔστω εἰς τὴν τοιουτέων εἴδησιν. ὄντων οὖν τοιουτέων τῶν προειρημένων ἁπάντων, χρὴ τὸν ἰητρὸν ἔχειν τινὰ εὐτραπελίην παρακειμένην. τὸ γὰρ αὐστηρὸν δυσπρόσιτον καὶ τοῖσιν ὑγιαίνουσι καὶ τοῖσι νοσέουσι. τηρεῖν δὲ χρὴ ἑωυτὸν ὅτι μάλιστα, μὴ πολλὰ φαίνοντα τῶν τοῦ σώματος μερέων, μηδὲ πολλὰ λεσχηνευόμενον τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, ἀλλὰ τἀναγκαῖα. νομίζει γὰρ τοῦτο βίη εἶναι ἐς πρόσκλησιν θεραπηΐης. ποιέειν δὲ κάρτα μηδὲν περιέργως

rimum concedunt. Neque enim ipſa ſupervacaneam potentiam ſibi arrogat, cum ſiquidem ipſi multa aggrediuntur, in multis vero ab iis ſuperantur. In quibus autem medicina nunc ſuperior exiſtit, hinc manifeſtum erit. Nam et via ejus quaedam ſecundum ſapientiam ſe habet hoc modo. Etenim illis ipſis, quod tamen non exiſtimant, pro confeſſo ita ſe habere concedunt, quae circa corpora obveniunt, quae ſane per totam ipſam procedunt, dum transformantur aut permutantur, partim quidem per manus operam ſanantur, partim vero per auxilia aut victus rationem curationem accipiunt. Praecipuum vero omnium caput eſt, ut horum cognitio habeatur. Cum igitur praedicta omnia ita ſe habeant, medicum urbanitatem quandam ſibi adjunctam habere convenit. Auſteritas enim tum ſanis tum aegris difficilem acceſſum praebet. Obſervare autem eum maxime oportet ut ne multas corporis partes nudet, neque cum plebejis de rebus multis, ſed tantum neceſſariis, confabuletur. Hoc enim vis quaedam ad eliciendam curationem eſſe ſolet. Horum vero nihil neque nimis curioſe neque ex opinione agat. In

©BIUM

Ed. Chart. II. [354.] Foës. I. 24. Ed. Lind. I. (56. 57.)

αὐτέων, μηδὲ μετὰ φαντασίης. ἐσκέφθω δὲ ταῦτα πάντα, ὅκως ἦ σοι προκατηρτισμένα εἰς τὴν εὐπορίην, ὡς δέοι· εἰ δὲ μὴ, ἐπὶ τοῦ χρέους ἀπορίη ἀεί. μελετᾶν δὲ χρὴ ἐν ἰητρικῇ ταῦτα μετὰ πάσης καταστολῆς, περὶ ψηλαφίης, καὶ ἐγχρίσιος, καὶ ἐγκαταντλήσιος πρὸς τὴν εὐρυθμίην τῶν χειρέων, περὶ τιλμάτων, περὶ σπληνῶν, περὶ ἐπιδέσμων, περὶ τῶν ἐκ καταστάσιος, περὶ φαρμάκων, ἐς τραύματα καὶ ὀφθαλμικὰ, καὶ τουτέων πρὸς τὰ γένεα, ἵν' ἦ σοι προκατηρτισμένα ὄργανά τε καὶ μηχαναὶ, καὶ σίδηρος ὁ ἑξῆς. ἡ γὰρ ἐν τουτέοισιν ἀπορίη ἀμηχανίη καὶ βλάβη ἐστίν. ἔστω δέ σοι ἑτέρη παρέξοδος ἡ λιτοτέρη πρὸς τὰς ἐπιθημίας ἢ διὰ χειρέων· ἡ δ' εὐχερεστάτη διὰ μεθόδων. οὐ γὰρ οἷόν τε διέρχεσθαι πάντα τὸν ἰητρόν. (57) ἔστω δέ σοι εὐμνημόνευτα φάρμακά τε καὶ δυνάμιες ἁπλαῖ καὶ ἀναγεγραμμέναι, εἴπερ ἄρα ἐστὶν ἐν νόῳ καὶ τὰ περὶ νούσων ἰήσιος, καὶ οἱ τοιουτέων τρόποι, ὁσαχῶς καὶ ὃν τρόπον περὶ ἑκάστων ἔχουσιν. αὕτη γὰρ ἀρχὴ ἐν ἰητρικῇ

istis autem omnibus videndum ut haec tibi sint ad facultatem ut decet praeparata, alioqui cum opus fuerit, inopia semper aderit. Horum vero omnium diligens in re medica cura habenda est, cum omni habitu demisso, quae ad frictionem, illitionem, et perfusionem pertinent, ut cum concinna manuum tractatione adhibeantur. Quo ad linamenta concerpta, splenia, vincula, ea quae ex temporis conditione petuntur, medicamenta tum ad vulnera tum ad oculos comparata, et ex his quae ad genus quodque referuntur, uti tibi sint accommodata, instrumenta, machinae, ferramenta denique. Horum namque penuria mentis inopiam et detrimentum affert. Alter vero tibi sit apparatus simplicior, quo ad manus operam utaris, ad peregrinationes accommodatus. Promptissimus autem est, qui via quadam et ratione comparatur. Neque enim fieri potest ut omnia medicus enumeret. Medicamenta autem, tum eorum simplices facultates, tum si quae descriptae sunt, probe tibi memoria teneantur. In animi etiam notione reponantur quae ad morborum curationem pertinent, eorumque modi, quot et quo modo in singulis se habeant. Hoc enim in re medica princi-

Ed. Chart. II. [554.] Foës. I. 24. Ed. Lind. I (57.)

καὶ μέσα καὶ τέλος. προκατασκευάσθω δέ σοι καὶ μαλαγμάτων γένεα πρὸς τὰς ἑκάστων χρήσιας, ποτήματα τέμνειν δυνάμενα ἐξ ἀναγραφῆς ἐσκευασμένα πρὸς τὰ γένεα. προητοιμάσθω δὲ καὶ τὰ πρὸς φαρμακίην ἐς τὰς καθάρσιας εἰλημμένα, ἀπὸ τόπων τῶν καθηκόντων ἐσκευασμένα, εἰς ὃν δὴ τρόπον πρὸς τὰ γένεα καὶ τὰ μεγέθεα ἐς παλαίωσιν μεμελετημένα, τὰ δὲ πρόσφατα ὑπὸ τὸν καιρὸν καὶ τἄλλα κατὰ λόγον. ἐπὴν δὲ ἐσίῃς πρὸς τὸν νοσέοντα, τουτέων σοι ἀπηρτισμένων, ἵνα μὴ ἀπορῇς, εὐθέτως ἔχων ἕκαστα πρὸς τὸ ποιησόμενον. ἴσθι δὲ γινώσκων, ὃ χρὴ ποιέειν πρὶν ἐσελθεῖν. πολλὰ γὰρ οὐδὲ συλλογισμοῦ, ἀλλὰ βοηθείης δεῖται τῶν πραγμάτων. προδιαστέλλεσθαι οὖν χρὴ τὸ ἐκβησόμενον ἐκ τῆς ἐμπειρίης. ἔνδοξον γὰρ καὶ εὐμαθές. ἐν δὲ εἰσόδῳ μεμνῆσθαι καὶ καθέδρης, καὶ καταστολῆς, περιστολῆς, ἀνακυριώσεως, βραχυλογίης, ἀτα-ρακτοποιησίης, προσεδρίης, ἐπιμελείης, ἀντιλέξιος πρὸς τὰ ἀπαντώμενα, πρὸς τοὺς ὄχλους τοὺς ἐπιγινομένους, εὐστα-

pium, medium et finem obtinet. Malagmatum quoque genera ad ſingulos uſus praeparata habeas, potiones item incidendi facultate praeditas, ex deſcriptione praeparatas, cuique generi accommodatas. Ad manum etiam ſint quae ad medicamentorum purgationes faciunt, ex locis convenientibus deſumpta, eo quo decet modo pro ſuo quaeque genere et magnitudine praeparata, tum quae ad vetuſtatem diligenter ſunt repoſita, tum quae recentia pro temporis occaſione in uſum veniunt, reliquaque ad eandem rationem, ut his adornatis, cum ad aegrotum ingreſſus fueris, nequaquam animo haereas, cum ſingula habeas ad id quod fieri debeat appoſite accommodata. Priusquam vero ad aegrum ingrediaris, fac cognitum habeas quid agendum ſit. Pleraque enim non ratiocinatione, ſed auxilio indigent. Eventa igitur per experientiam cognita praedicenda. Id enim gloriam adfert et cognitu eſt facile. In egreſſu autem te meminiſſe convenit ſeſſionis, demiſſi habitus, veſtitus gravitatis, breviloquentiae, ut ne quid perturbato animo facias, ut aegro aſſideas, in omnibus diligentiam adhibeas, ut ad ea quae objiciuntur reſpondeas, et ad omnes perturbationes animi

©BIUM

Ed. Chart. II. [354. 355.] Foël. I. 24. 25. Ed. Lind. I. (57. 58.)

θίης τῆς ἐν ἑαυτῷ, πρὸς τοὺς θορύβους ἐπιπλήξιος, πρὸς τὰς ὑπουργίας ἑτοιμασίης· [355] ἐπὶ τουτέοισι (58) μέμνησο παρασκευῆς τῆς πρώτης. εἰ δὲ μή, τὰ κατ' ἄλλα ἀδιάπτωτον, ἐξ ὧν παραγγέλλεται εἰς ἑτοιμασίην. ἐσόδῳ χρέο πυκνῶς, ἐπισκέπτεο ἐπιμελέστερον, τοῖσιν ἀπατεομένοισιν ἐπὶ τὰς μεταβολὰς ἀπαντῶν, ῥᾷον γὰρ εἴσῃ, ἅμα δὲ καὶ εὐμαρέστερος ἔσῃ. ἄστατα γὰρ τὰ ἐν ὑγροῖσι. διὸ καὶ εὐμεταποίητα ὑπὸ φύσιος καὶ ὑπὸ τύχης. ἀβλεπτηθέντα γὰρ τὰ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ὑπουργίης, ἔφθασαν ὁρμήσαντα καὶ ἀνελόντα. οὐ γὰρ ἦν τὸ ἐπικουρῆσον. || πολλὰ γὰρ ἅμα τὰ ποιέοντά τι χαλεπόν. τὸ γὰρ καθ' ἓν κατ' ἐπακολούθησιν εὐθετώτερον καὶ ἐμπειρότερον. ἐπιτηρεῖν δὲ δεῖ καὶ τὰς ἁμαρτίας τῶν καμνόντων, δι' ὧν πολλοὶ πολλάκις διεψεύσαντο ἐν τοῖσι προσόμμασι τῶν προσφερομένων, ἐπεὶ τὰ μισητὰ ποτήματα λαμβάνοντες ἢ φαρμακευόμενοι ἢ θεραπευόμενοι ἀνῃρέθησαν. καὶ αὐτῶν μὲν οὐχ ὡς ὁμολογίαν τρέπεται τὸ ποιηθὲν, τῷ δὲ ἰητρῷ τὴν

constantiam adferas, tumultus verbis castiges, et ad omnia subministranda te promptum exhibeas. Ad haec primum apparatum te memoria tenere oportet, sin minus, videndum ut in reliquis, quae ut in promptu sint praecipiuntur, opinione tua minime excidas. Crebro aegrum invise, diligentem considerationem adhibeas, ut iis qui decepti sunt permutationes occurras. Facilior enim tibi cognitio suppetet, simulque te promtius expedies. Instabiliter enim moventur quae in humidis consistunt, ideoque facilem cum a natura tum a fortuna mutationem habent. Quae nisi in tempore cum subministrari oportet percipiantur, suo impetu praeoccupant et interimunt, cum non adsit quod opem afferre possit. Multa enim simul concurrunt quae molestia afficiunt. At quod sigillatim se consequitur, promptum quidem magis et ad experientiam accommodatum. Observandi sunt autem aegrotorum errores, ex quibus multi frustrati sunt in oblatis assumendis, quandoqnidem exosis sumptis potionibus, aut medicationibus, aut curationibus, e medio sublati sunt. Quod quidem se fecisse minime fatentur, sed culpam in me-

Ed. Chart. II. [555.] Foës. I. 25. Ed. Lind. I. (58, 59.)

αἰτίαν προσῆψαν. ἐσκέφθαι δὲ χρὴ καὶ τὰ περὶ ἀνακλίσεων, ἃ μὲν αὐτέων πρὸς τὴν ὥρην, ἃ δὲ καὶ πρὸς τὰ γένεα. οἱ μὲν γὰρ αὐτέων ἐς θρόνους, οἱ δὲ ἐς καταγείους καὶ σκοτεινοὺς τόπους, τά τε ἀπὸ ψόφων καὶ ὀσμῶν, μάλιστα δ' ἀπὸ οἴνου, χειριστοτέρη γὰρ αὕτη, φυγεῖν δὲ καὶ μετατιθέναι. πρήσσειν δ' ἅπαντα ταῦτα ἡσύχως, εὐσταλέως, μεθ' ὑπουργίης τὰ πολλὰ τὸν νοσέοντα ὑποκρυπτόμενον, ὧδε χρὴ, παρακελεύοντα ἱλαρῶς καὶ εὐδεινῶς, (59) σφέτερα δὲ ἀποτρεπόμενον, ἅμα μὲν ἐπιπλήσσειν μετὰ πικρίης καὶ ἐντάσεων, ἅμα δὲ παραμυθέεσθαι μετ' ἐπιστροφῆς καὶ ὑποδέξιος, μηδὲν ὑποδεικνύντα τῶν ἐσομένων, ἢ ἐνεστώτων αὐτέοισι. πολλοὶ γὰρ δι' αἰτίην ταύτην ἐφ' ἑκάτερα ἀπεώθησαν διὰ τὴν πρόῤῥησιν τὴν προειρημένην τῶν ἐνεστώτων, ἢ ἐπεσομένων. τῶν δὲ μανθανόντων ἔστω τις ὁ ἐφεστὼς, ὅκως τοῖσι παραγγέλμασιν οὐ πικρῶς χρήσηται. ποιήσῃ δὲ ὑπουργίην τὸ προσταχθέν. ἐκλέγεσθαι δὲ ἀπ' αὐτέων ἤδη τοὺς ἐς τὰ τέχνης εἰλημμένους, προσδοῦναί

dicum conferunt. In conſiderationem vero etiam adhibendi ſunt eorum decubitus, partim quidem pro anni tempeſtate, partim vero pro ſuo quique genere. Quidam enim in ſublimibus, alii vero in ſubterraneis et obſcuris locis decumbunt. Strepitus quoque et odores, vinique praecipue, hic enim deterrimus eſt, fugiendi et permutandi. Quae omnia placide et ſuccincte facienda, ita ut plerumque in ipſa adminiſtratione aegrum celet, hilari et ſereno vultu eſſe jubeat, eumque a ſuis cupiditatibus deterreat, et ſimul quidem cum amarulentia vehementer increpet, ſimulque eum commonefaciendo et blande excipiendo conſoletur, neque quicquam eorum quae inſtant aut facta ſunt ipſis indicet. Iccirco enim multi ob commemoratam inſtantium aut poſt futurorum praedictionem ad extremorum alterutrum detruſi ſunt. Adſit autem ex diſcipulis aliquis qui praeſit, quo praeceptionibus citra amarulentiam utatur, et quod imperatum eſt ſubminiſtretur. Ex his vero deligendi qui jam in arte provecti ſunt, ut ea quae ſunt uſui exhibere, vel ſecure offerre ſciant, neque in intervallis quicquam te lateat. Nullius vero rei curam ple-

©BIUM

Ed. Chart. II. [355.] Foës. I. 25. Ed. Lind. I. (59. 60.)

τι τῶν ἐς τὸ χρέος, ἢ ἀσφαλέως προσενεγκεῖν. ὅκως τε ἐν διαστήμασι μηδὲν λανθάνῃσε, ἐπιτροπὴν δὲ τοῖσιν ἰδιώτῃσι μηδέποτε διδοὺς περὶ μηδενός. εἰ δὲ μὴ, τὸ κακῶς πρηχθὲν εἰς σὲ χωρήσει τοῦ ψόγου, ἐὰν μήποτ' ἀμφιβόλως ἔχῃ, ἐξ ὧν τὸ μεθοδευθὲν χωρήσει, καὶ οὐ σοὶ τὸν ψόγον περιάψεις, καὶ τευχθὲν δὲ πρὸς τὸ γένος ἔσται. πρόλεγε οὖν ταῦτα πάντα ἐπὶ τῶν ποιευμένων, οἷς καὶ τὸ ἐπεγνῶσθαι πρόκειται. τουτέων οὖν ἐόντων τῶν πρὸς εὐδοξίην καὶ εὐσχημοσύνην τῶν ἐν τῇ σοφίῃ καὶ ἰητρικῇ καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσι τέχνῃσι, χρὴ τὸν ἰητρὸν διειληφότα τὰ μέρεα περὶ ὧν εἰρήκαμεν περιεργύμενον πάντοτε τὴν ἑτέρην διατηρέοντα φυλάσσειν, καὶ παραδιδόντα ποιέεσθαι. εὐκλέα γὰρ ἐόντα πᾶσιν ἀνθρώποισιν διαφυλάσσεται. οἵ τε δι' αὐτέων ὁδεύσαντες δοξαστοὶ πρὸς γονέων καὶ τέκνων. κἤν τινες (60) αὐτέων μὴ πολλὰ γινώσκωσιν, ὑπ' αὐτέων τῶν πρηγμάτων ἐς σύνεσιν καθίστανται.

bejis unquam committas, alioqui ejus quod malefactum eſt reprehenſio ad te redundabit. Quod ſi minime fuerit ambiguum, ex quibus quod via et ratione tractatum eſt procedat, neque tibi vituperationem comparabit, et rei eventus ad genus referetur. Quamobrem iſta omnia dum fiunt iis qui ad iſtorum cognitionem incumbunt, praedicito. Cum igitur haec ad comparandam exiſtimationem et vetuſtatem, tum in ſapientia, tum in medicina, tum in reliquis artibus valeant, medicus eas de quibus diximus partes complecti debet, et ſemper alteram ſibi ipſi ſuperimponere, obſervare ac cuſtodire, et in opere ipſo cum caeteris communicare. Haec enim ab omnibus propter nominis ſplendorem obſervantur, quique hac via incedunt gloriam tum apud majores tum apud poſteros ſibi comparabunt. Qui etſi non multarum rerum cognitionem habent, earum tamen uſu aſſiduo prudentiam aſſequuntur.

Ed. Chart. II. [165. 166.] Foes. I. 25. 26. Ed. Lind. I. (69.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΑΡΑΓΓΕΛΙΑΙ.

[165] Χρόνος ἐστὶν ἐν ᾧ καιρὸς, καὶ καιρὸς ἐν ᾧ χρόνος οὐ πολύς. ἄκεσις χρόνῳ. ἔστι δὲ ἡνίκα καὶ καιρῷ. δεῖ γε μὴν ταῦτα εἰδότα μὴ λογισμῷ πρότερον πιθανῷ προσέχοντα ἰητρεύειν, ἀλλὰ τριβῇ μετὰ λόγου. ὁ γὰρ λογισμὸς μνήμη τίς ἐστι ξυνθετικὴ τῶν μετ' αἰσθήσεως ληφθέντων. ἐφαντασιώθη γὰρ ἐναργέως. ἥ τε αἴσθησις προπαθὴς καὶ ἀναπομπὸς ἐοῦσα εἰς διάνοιαν τῶν ὑποκειμένων. ἡ δὲ παραδεξαμένη πολλάκις, οἷς ὅτε καὶ ὁμοίως ταῦτα τηρήσασα καὶ ἐς ἑωυτὴν καταθεμένη, ἐμνημόνευσε. ξυγκαταινέω μὲν οὖν καὶ τὸν λογισμὸν, ‖ ἢν περ ἐκ περιπτώσιος ποιῆται τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν καταφορὴν ἐκ τῶν φαινομένων μεθοδεύῃ. ἐκ γὰρ τῶν ἐναργέως ἐπιτελεομένων, ἢν τὴν ἀρχὴν ποιήσηται ὁ λογισμὸς, ἐν διανοίης δυνάμει ὑπάρχων εὑρίσκεται, παραδεχομένης αὐτῆς ἕκαστα παρ' ἄλλων. ὑπολῃπτέον οὖν τῶν φύσιν ὑπὸ τῶν πολλῶν καὶ [166] παντοίων πρηγμάτων κινηθῆναί τε καὶ διδαχθῆναι, βίης ὑπεύ-

HIPPOCRATIS PRAECEPTIONES.

(432) *Μέγα μέρος ἡγέομαι τῆς τέχνης εἶναι τὸ δύνασθαι κατασκοπέεσθαι περὶ τῶν γεγραμμένων ὀρθῶς. ὁ γὰρ γνοὺς καὶ χρεόμενος τούτοισιν οὐκ ἄν μοι δοκέει μέγα σφάλλεσθαι κατὰ τὴν τέχνην. δεῖ δὴ καταμανθάνειν τὴν κατάστασιν τῶν ὡρῶν ἀκριβῶς καὶ τῶν νούσων. ἑκάστη ὅ τι νόσημα ἀγαθὸν, καὶ ὅ τι κινδυνῶδες, ἢ ἐν τῇ καταστάσει, ἢ ἐν τῇ νούσῳ. μακρὸν, ὅ τι νούσημα καὶ θανάσιμον. μακρὸν, ὅ τι περιεστικόν. ὀξὺ, ὅ τι θανάσιμον. ὀξὺ, ὅ τι περιεστικόν. τάξιν τῶν κρισίμων ἐκ τουτέων σκοπεῖσθαι, καὶ τὸ προλέγειν ἐκ τούτων εὐπορέεται. ἔτι δὲ ἀπὸ τούτων ἔστι οὓς, ὅτε καὶ ὡς δεῖ διαιτῆν. μέγιστον τοίνυν σημεῖον ἐν τοῖσι μέλλουσι τῶν καμνόντων βιώσασθαι, ἐὰν μὴ παρὰ φύσιν ᾖ ὁ καῦσος, καὶ τἆλλα δὲ νουσήματα ὡσαύτως. οὐδὲ γὰρ δεινὸν τῶν κατὰ φύσιν γίνεται, οὐδὲ θανατῶδες. δεύτερον δὲ, ἐὰν αὐτή τε ἡ ὥρη τῷ νουσήματι [374] ξυμμαχήσῃ. ὡς γὰρ ἐπὶ τὸ πολὺ οὐ νικᾷ ἡ τοῦ ἀνθρώπου φύσις τὴν τοῦ ὅλου δύναμιν. ἔπειτα δὲ ἦν τὰ*

HIPPOCRATIS DE DIEBVS IVDICATORIIS LIBER.

Artis magnam partem esse duco posse quae recte scripta sunt speculari. Qui enim haec noverit, iisque utitur, is mihi in arte non multum falli videtur. Unamquamque sane tempestatum anni et morborum conditionem exacte addiscere oportet et quisnam morbus bonus, quis periculo conjunctus, aut in temporis conditione, aut in morbo, quinam morbus longus sit et lethalis, longus quinam salutaris, acutus quinam lethalis, acutus quinam salutaris. Ex quibus tum judicatoriorum dierum series contemplanda est, tum etiam praedicendi facultas suppetit. Praetereaque ex his, quibus et quando et quamnam victus rationem praescribere oporteat, cognoscere licet. Maximum igitur in aegris qui superstites futuri sunt signum est, si febris ardens caeterique morbi eodem modo praeter naturam non fuerint. Nihil enim in his quae sunt secundum naturam, neque formidandum, neque lethale contingit, secundum vero si ipsa etiam anni tempestas, una cum morbo minime repugnet. Neque enim fere contingit ut humana natura universi vim su-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [374.] Foës. I. 56. 57. Ed. Lind. I. (432. 433.)
περὶ τὸ πρόσωπον ἰσχναίνηται, καὶ αἱ φλέβες αἱ ἐν τῇσι χερσὶ, καὶ ἐν τοῖσι κανθοῖσι, καὶ ἐπὶ τῇσιν ὀφρύσιν, ἡσυχίην ἔχωσι, πρότερον μὴ ἡσυχά(433)ζουσαι. τούτῳ δὲ ἢν ἡ φωνὴ ἧ ἀσθενεστέρη, καὶ λειοτέρη γίνεται, καὶ τὸ πνεῦμα μανότερον, καὶ λεπτότερον, ἐς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέρην ἄνεσις τῆς νούσου. ταῦτα οὖν χρὴ σκοπεῖν, πρὸς τὰς κρίσιας, καὶ ἐς τὸ παραδικροῦν τῆς γλώττης ὥσπερ σιάλῳ λευκῷ ἐπαλείφεται, καὶ ἐν ἄκρῃ τῇ γλώττῃ ταυτὸ τοῦτο γεγένηται. ἧσσον δὲ εἰ μὴ οὖν σμικρὰ ταῦτα εἴη, ἐς τὴν τρίτην ἄνεσις τῆς νούσου. ἢν δέ τι παχύτερον, αὔριον. ἢν δὲ παχύτερον, αὐθημερινόν. τοῦτο δὲ ὁκόταν τῶν ὀφθαλμῶν τὰ λευκὰ ἐν ἀρχῇ μὲν τῆς νούσου, ἀνάγκη μελαίνεσθαι, ἐὰν ἰσχύῃ ἡ νοῦσος. ταῦτα οὖν καθαρὰ γινόμενα τελείην ὑγείην δηλοῖ. ἀτρέμα μὲν βραδύτερον, σφόδρα δὲ γινόμενον, θᾶσσον. || τὰ δὲ ὀξέα τῶν νοσημάτων γίνεται ἀπὸ χολῆς, ὁκόταν ἐπὶ τὸ ἧπαρ ἐπιῤῥυῇ, καὶ ἐς τὴν κεφαλὴν καταστῇ. τάδε οὖν πάσχει, τὸ ἧπαρ οἰδέει καὶ ἀναπίσσεται πρὸς τὰς φρένας ὑπὸ τοῦ οἰδήματος, καὶ εὐθὺς ἐς τὴν κεφαλὴν ὀδύνη ἐμπίπτει, μάλιστα δὲ ἐς τοὺς κροτάφους.

peret. Deinde ſi faciei partes extenuentur, et venae quae in manibus ſunt, et oculorum angulis ac ſuperciliis quiescant, cum antea minime quieſcerent. Huic ſi vox remiſſior et exilior, ſpiratioque rarior et tenuior fuerit, in ſequentem diem morbi remiſſio contingit. Haec igitur ad judicationem in conſiderationem adhibenda ſunt, et ſi linguae bifurculum velut ſaliva alba obducitur, ſique in ſumma lingua hoc idem contigerit, minus tamen. Siquidem igitur parva haec extiterint, ad tertium diem morbi remiſſio expectanda eſt, ſi vero aliquanto craſſius, in craſtinum, ſi autem adhuc craſſius, eodem ipſo die. Quin etiam oculorum alba per initia quidem morbi nigreſcere neceſſe eſt, ſi morbus invaluerit. Haec igitur ſi pura exiſtunt, perfectam ſanitatem, remiſſe quidem tardius, vehementer vero citius contingere denotant. At vero acuti morbi ex bile oriuntur, cum ad jecur confluxerit et ad caput pervenerit. Sic vero afficitur: jecur intumeſcit, et propter tumorem ad ſeptum transverſum expanditur, ſtatimque ad caput, praecipue vero ad

Ed. Chart. VIII. [374.] Foës. I. 57. Ed. Lind. (433. 434.)

καὶ τοῖσί τε ὠσὶν οὐκ ὀξὺ ἀκούει, πολλάκις δὲ καὶ τοῖσι ὀφθαλμοῖσι οὐχ ὁρᾷ. καὶ φρίκη καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει. ταῦτα μὲν οὖν κατ' ἀρχὰς τοῦ νοσήματος αὐτέῳ γίνεται διαλιμπάνοντα, τοτὲ μὲν σφόδρα, τοτὲ δὲ ἧσσον. ὁκόσῳ δὲ ἂν ὁ χρόνος τῆς νούσου προΐῃ, ὅ τε πόνος πλείων ἐν τῷ σώματι, καὶ αἱ κόραι σκίδνανται τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ σκιαγεῖ. καὶ ἢν προσφέρῃς τὸν δάκτυλον πρὸς τοὺς ὀφθαλμούς, οὐκ αἰσθήσεται διὰ τὸ μὴ ὁρᾶν. τοῦτο δ' ἂν γνοίης ὅτι οὐχ ὁρᾷ, οὐ γὰρ σκαρδαμύσσει προσφερομένου τοῦ δακτύλου, καὶ τὰς κροκίδας ἀφαιρέει ἀπὸ τῶν ἱματίων, ἢν περ εἴδῃ, δοκέων φθεῖρας εἶναι. (434) καὶ ὁκόταν τὸ ἧπαρ μᾶλλον ἀναπτυχθῇ πρὸς τὰς φρένας, παραφρονέει. καὶ προσφέρεσθαί οἱ δοκέει πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἑρπετὰ καὶ ἄλλα παντοδαπὰ θηρία, καὶ ὁπλίτας μαχομένους, καὶ αὐτὸς αὐτοῖς δοκέει μάχεσθαι, καὶ τοιαῦτα λέγει ὡς ὁρέων, καὶ ἐξέρχεται, καὶ ἀπειλεῖ, ἢν μή τις αὐτὸν ἐῴη διεξιέναι, καὶ ἢν ἀναστῇ, οὐ δύναται αἴρειν τὰ σκέλεα, ἀλλὰ πίπτει. οἱ πόδες δὲ γίνονται αἰεὶ ψυχροὶ, καὶ ὁκόταν καθεύδῃ, ἀναΐσσει ἀπὸ τοῦ ὕπνου, καὶ ἐνύπνια ὁρᾷ

tempora dolor ingruit, neque auribus acute audit, saepe vero oculis non videt, horrorque et febris invadit. Haec igitur per morbi initia ei contingunt, et quandoque valde quidem, quandoque etiam minus intermittunt, quoque magis morbi tempus processerit, eo corporis dolor major est, oculorum pupillae dissipantur eorumque acies hebescit, si que digitum ad oculos admoveris, non percipiet, eo quod non videat. Istud autem quod non videat hinc cognosces, quod admoto digito non nictatur et floccos ex vestibus stragulis detrahit, si quos videat, pediculos esse ratus. Cumque jecur ad septum transversum magis explicatum fuerit, delirat, sibique ante oculos reptilia et varias cujusvis generis feras ferri existimat, et homines armatos cum quibus pugnare videtur, et tanquam videat ejusmodi loquitur, irruit minaturque si quis eum exire non permittat. Et si surrexerit, crura attollere nequit, sed cadit pedesque perpetuo sunt frigidi, cumque dormit ex somno exilit horrendaque insom-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [374. 375.] Foës. I. 57. Ed. Lind. I. (434. 435.)

φοβερά. τοῦτο δὲ γινώσκομεν ὅτι ἀπὸ ἐνυπνίων ἀναΐσσει καὶ φοβέεται, ὅταν ἔννοος γένηται. ἀφηγεῖται γὰρ τὰ ἐνύπνια τοιαῦτα ὁκοῖα καὶ τῷ σώματι ἐποίεέ τε καὶ τῇ γλώσσῃ ἔλεγε. ταῦτα μὲν οὖν ὧδε πάσχει. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄφωνος γίνεται ὅλην τὴν ἡμέρην, καὶ τὴν νύκτα ἀναπνέων πουλὺ ἀθρόον πνεῦμα. ὅταν δὲ παύσηται παραφρονέων, εὐθὺς ἔννοος γίνεται, καὶ ἢν ἐρωτᾷ τις αὐτὸν, ὀρθῶς ἀποκρίνεται, καὶ γινώσκει πάντα τὰ λεγόμενα. εἶτα πάλιν ὀλίγῳ ὕστερον ἐν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἄλγεσι κεῖται. αὕτη ἡ νοῦσος προσπίπτει μάλιστα ἐν ἀποδημίῃ, καὶ ἢν πη ἐρήμην ὁδὸν βαδίσῃ. λαμβάνει δὲ καὶ ἄλλως. [375] τέτανοι δύο ἢ τρεῖς, ἢν μὲν ἐπὶ τρώματι γένηται, πάσχει τάδε. αἱ γνάθοι πήγνυνται, ὥσπερ ξύλα, καὶ τὸ στόμα ἀνοίγειν οὐ δύνανται, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ δακρύουσι θαμινὰ καὶ ἑλκοῦνται, καὶ τὸ μετάφρενον πέπηγε, καὶ τὰ σκέλεα οὐ δύνανται ξυγκάμπτειν, οὐδὲ τὰς χεῖρας (435) καὶ τὴν ῥάχιν, ὁκόταν δὲ θανατώδης ᾖ, τὸ ποτὸν καὶ τὰ βρώματα ἃ πρότερον ἐβεβρώκεεν ἀνὰ τὰς ῥῖνας ἐνίοτε ἔρχεται. ὁ δὲ ὀπισθότονος τὰ μὲν ἄλλα πάσχει διὰ πλῆθος τὰ αὐτὰ, γίνεται δὲ

nia videt. Quod autem per ſomnos exiliat et terreatur, cognoſcimus, cum ad mentem redierit. Inſomnia enim ejusmodi exponit et quae corpore geſſit quaeque lingua locutus eſt. Iſtaque ejusmodi patitur, interdum vero per totum diem ac noctem voce privatur, cum multa et conferta reſpiratione, cum delirium ceſſavit, ſtatim ad mentem redit, et ſi quis eum interroget, recte reſpondet et omnia quae dicuntur intelligit, deinde rurſus paulo iisdem proſtratus doloribus decumbit. Hic morbus potiſſimum in peregrinatione contingit, et ſi quando per deſerta loca quis iter fecerit, etſi etiam aliter invadit. Nervorum diſtentiones duae vel tres. Siquidem ex vulnere nervorum diſtentio contingit, ſic aeger afficitur, maxillae velut ligna rigeſcunt, os aperire non poteſt, oculi frequenter illachrymantur et contrahuntur, dorſum rigidum eſt, neque crura, neque manus, neque ſpinam inflectere poteſt. Cum vero lethalis fuerit, potus et edulia quae prius devoravit, per nares interdum exeunt. In diſtentione ad poſteriora, opiſtothono dicta, in reliquis eodem ut

Ed. Chart. VIII. [375.] Foës. I. 57. 58. Ed. Lind. I. (435.)
ὁκόταν τοὺς ἐν τῷ αὐχένι τένοντας τοὺς ὄπισθεν νοσήσῃ. νοσέει δὲ ἢ ἀπὸ συνάγχης, ἢ ἀπὸ σταφυλῆς, ἢ τῶν ἀντιβραγχίων ἐμπύων γινομένων. ἐνίοισι δὲ καὶ ἀπὸ κεφαλῆς πυρετῶν ἐπιγεγενημένων σπασμὸς ἐπιγίνεται. ἤδη δὲ καὶ ὑπὸ τρωμάτων οὗτος ἕλκεται εἰς τοὔπισθεν, καὶ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τὸ μετάφρενον πέπηγε, καὶ τὰ στήθεα οἰμώζει. οὗτος σπᾶται σφόδρα, ὥστε μόλις κατέχεται ὑπὸ τῶν παρεόντων, μὴ ἐκ τῆς κλίνης ἐκπίπτειν. ὁ δὲ τέτανος ἧσσον θανατώδης τῶν πρόσθεν. γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν αὐτέων, καὶ σπᾶται πᾶν τὸ σῶμα ὁμοίως. καῦσος δὲ τοῖσι προειρημένοισιν οὐχ ὁμοίως γίνεται. φῦσαι γὰρ ἅπαξ, ὡς ἠνάγκασθαι πυριάσασθαι. δίψα μὲν οὖν πολλὴ ἔχει τὸν ἄνθρωπον καὶ πυρετὸς σφοδρός. γλῶσσα δὲ ῥήγνυται τρηχυνομένη, καὶ ξηρὴ γίνεται, καὶ τὸ χρῶμα αὐτῆς τὸ μὲν πρῶτον ὠχρόν ἐστι, οἷόν περ εἴωθε, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μελαίνεται, καὶ ἦν μὲν ἐν ἀρχῇσι μελαίνοιτο, θάσσους αἱ κρίσιες εἰσίν, ἢν δὲ ὕστερον, χρονιώτεραι. || ἰσχιάδες δὲ ἀπὸ τῶνδε μάλιστα γίνονται τοῖσι πολλοῖσιν, ἢν ἔλθῃ ἐν ἡλίῳ πουλὺν χρόνον, καὶ τὰ ἰσχία διαθερμανθῇ, καὶ τὸ

plurimum modo afficitur aeger. Oritur autem cum ad posteriora cervicis tendones, aut ex angina, aut uva, aut locis ad tonsillas purulentis affectus fuerit. Quibusdam etiam ex capite, cum febres supervenerint, convulsio contingit. Jam vero etiam ex vulneribus in posteriora distrahitur, et prae dolore dorsum et pectus rigescit et lamentatur. Is vehementer convellitur, ut vix ab iis qui adsunt contineatur, quin e lecto excidat. Alia nervorum distentio minus ex prioribus lethalis, ex iisdem autem oritur, eodemque modo totum corpus convellitur. At febris ardens non similiter ut praedicta oritur. Semel enim natura sua prehendit, ut accendi necesse sit. Sitis igitur multa et vehemens febris hominem detinet. Lingua autem exasperata finditur et reliccatur, coloreque primum quidem pallida est, uti consuevit, procedente vero tempore nigrescit. Quod si quidem per initia nigrescat, celeriores judicationes contingunt; si postea, tardiores. Coxendicum morbi plerisque ex his potissimum causis oriuntur, si quis diutius in sole versetur et coxendices in-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [375.] Foës. I. 58. Ed. Lind. I. (435. 436.)
ὑγρὸν ἀναξηρανθῇ τὸ ἐνεὸν τοῖς ἄρθροισιν ὑπὸ τοῦ καύματος. ὡς δ' ἀναξηραίνεται καὶ πήγνυται τόδε μέγα τεκμήριον. ὁ γὰρ νοσέων ἐνστρέφεσθαι καὶ κινέειν τὰ ἄρθρα οὐ δύναται (436) ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος τῶν ἄρθρων καὶ τοῦ ξυμπεπηγέναι τοὺς σπονδύλους. ἀλγέει δὲ μᾶλλον τὴν ὀσφῦν καὶ τοὺς σπονδύλους τοὺς ἐκ τοῦ πλαγίου τῶν ἰσχίων καὶ τὰ γούνατα. ἵσταται δὲ ἡ ὀδύνη πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖσι βουβῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν, ὀξείη καὶ καυματώδης, καὶ ἤν τις αὐτὸν ἀνιστῇ, οὐ μετακινέεται, οἰμώζει δὲ ὑπὸ τῆς ἀλγηδόνος, ὅσον ἂν μέγιστον ὀδυνῆται. ἐνίοτε δὲ καὶ σπασμὸς ἐπιγίνεται καὶ ῥῖγος καὶ πυρετός. γίνεται δὲ ἀπὸ χολῆς. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ αἵματος, καὶ ὀδύναι παραπλήσιοι ἀπὸ πάντων τῶν νουσημάτων, καὶ ῥῖγος, καὶ πυρετὸς, ἐνίοτε δὲ ἐπιλαμβάνει βληχρός. ἀλλὰ χρὴ ὧδε μελετῆν. ἴκτερος δὲ ἐστιν ὀξὺς καὶ ταχέως ἀποκτείνων. ἡ χροιὴ δὲ ὅλη σιδιροειδής. σφόδρα δέ ἐστι χλωροτέρη, καθὰ καὶ οἱ σαῦροι οἱ χλωρότεροι. παρόμοιος δέ οἱ ὁ χρὼς, καὶ ἐν τῷ οὔρῳ ὑφίσταται οἷον ὀρόβιον πυῤῥὸν, καὶ πυρετὸς καὶ φρίκη βληχρὴ ἔχει. ἐνίοτε δὲ

caluerint, humorque qui in articulis ineſt ab ardore reſiccatus fuerit. Quod autem reſiccetur et concreſcat, id magno eſt indicio. Aeger enim articulos prae dolore qui in eis eſt inflectere ac movere non poteſt et eo quod ſpinae vertebrae conſtrictae ſunt. Dolor autem magis eſt ad lumbos et vertebras, quae ex obliquo coxendicum ſitae ſunt, et ad genua. Dolor autem acutus et aeſtuoſus plurimo tempore in inguinibus, ſed etiam in coxendicibus inſiſtit, et ſi quis eum erigat, non transmovetur, ingemiſcit autem quam maxime poteſt prae dolore. Interdum vero etiam convulſio et rigor et febris ſupervenit. Oritur autem a bile et pituita, oritur quoque etiam a ſanguine, et dolores ab omnibus morbis ſunt ſimiles, et rigor et febris levis interdum prehendit. Morbus regius acutus eſt et qui celeriter necat, color totus mali punici corticem refert, vehementer autem ex viridi palleſcit, et quemadmodum lacerti virides, ſimile ei corpus eſt, in urina quod ſubſidet velut ervum ſulvum, et febris et horror levis detinet. Interdum vero etiam veſtem ſtragulam.

Ed. Chart. VIII. [375. 376.] Foës. I. 58. Ed. Lind. I. (436. 437.) καὶ τὸ ἱμάτιον οὐκ ἀνέχεται ἔχων, ἀλλὰ δάκνεται καὶ ξύεται τὰ ἑωθινά, ἄσιτος ἐὼν τὰ ἔνδοθεν. ἔπειτα μύζει τὰ σπλάγχνα ὡς ἐπιτοπολύ. καὶ ὁκόταν ἀνιστῇ τις αὐτὸν ἢ προσδιαλέγηται, οὐκ ἀνέχεται. οὗτος ὡς ἐπιτοπολὺ θνήσκει ἐντὸς τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων. ταύτας δὲ διαφυγὼν ὑγιαίνει. [376] ἡ δὲ περιπλευμονίη τοιάδε ποιέει. πυρετός τε ἰσχυρὸς ἴσχει, καὶ πνεῦμα πυκνόν, καὶ θερμὸν ἀναπνέει. καὶ ἀπορίη καὶ ἀδυναμίη ἔχει, καὶ ῥιπτασμὸς, καὶ ὀδύναι περὶ τὴν ὠμοπλάτην, καὶ τὴν κληῖδα, καὶ τὸν τιτθὸν, καὶ βάρος ἐν τοῖσι στήθεσι, καὶ παραφροσύναι. ἔσται δ' ὅτε καὶ ἀνώδυνός ἐστιν, ἕως ἂν ἄρξηται βήσσειν, (437) πολυχρονιωτέρη δὲ ἐκείνης καὶ χαλεπωτέρη. τὸ δὲ σίαλον λευκὸν καὶ ἀφρῶδες πτύει τὸ πρῶτον. ἡ δὲ γλῶσσα ξανθὴ, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου μελαίνεται. ἦν μὲν οὖν ἐν ἀρχῇ μελαίνοιτο, θάσσους αἱ ἀπαλλαγαί· ἢν δὲ ὕστερον, σχολαίτεραι. τελευτῶσαι δὲ καὶ ῥήγνυται ἡ γλῶσσα. κἢν προσθῇς τὸν δάκτυλον, ἔχεται. τὴν δὲ ἀπαλλαγὴν τῆς νούσου σημαίνει ἡ γλῶσσα, ὅπερ καὶ ἐν τῇ πλευρίτιδι ὁμοίως. ταῦτα δὲ πάσχει ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα τὸ ἐλάχιστον. τὸ πλεῖστον δὲ εἴκοσι καὶ μίαν, καὶ βήσσει τοῦτον τὸν χρόνον

habere non ſuſtinet, ſed matutino tempore jejunus intus mordetur et traditur, deinde ut plurimum viſcera ſtrepitum edunt, et ſi quis eum erigat aut alloquatur, non ſuſtinet. Hic fere intra dies quatuordecim moritur, quos ſi effugerit, convaleſcit. In pulmonis inflammatione haec eveniunt, febris vehemens detinet, crebra eſt et calida reſpiratio, anxietudo et impotentia vexat, et corporis jactatio dolorque ad ſcapulas, jugum et mammam, in pectore pondus, et deliria. Interdum vero quoad tuſſis coeperit, ſine dolore eſt, ſed illa longior et moleſtior eſt. Primis diebus ſputum album et ſpumoſum exſpuit, lingua vero flava eſt, ſed procedente tempore nigreſcit. Si igitur per initia nigreſcat, celeriores ſunt liberationes, poſtea vero tardiores. Tandem etiam lingua finditur et ſi digitum admoveris adhaereſcit. Morbi autem liberationem non ſecus ac in morbo laterali lingua denotat. Haec contingunt diebus ut minimum quatuordecim, ut plurimum vero uno et viginti, quo tempore vehementer

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [376.] Foës. I. 58. Ed. Lind. I. (437.)

σφόδρα, καὶ καθαίρεται ἅμα τῇ βηχὶ τὸ μὲν πρῶτον πουλὺ καὶ ἀφρώδες σίαλον, ἑβδόμῃ δὲ καὶ ὀγδόῃ, ὅταν ὁ πυρετὸς ἀκμάζῃ, καὶ ὑγρὰ εἴη ἡ περιπλευμονίη, παχύτερον· ἢν δὲ μὴ, οὔ· ἐνάτῃ δὲ καὶ δεκάτῃ ὑπόχλωρον καὶ ὠφαιμον· δωδεκάτῃ δὲ μέχρι τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης πουλὺ καὶ πυῶδες. ὧν ὑγραί εἰσιν αἱ φυσικαὶ διαθέσεις τοῦ σώματος καὶ ἡ νοῦσος ἰσχυρή. ὧν δὲ ἥ τε φύσις καὶ ἡ στάσις τῆς νόσου ξηρή, ἧσσον οὗτοι. περὶ δὲ κρισίμων ἡμερέων ἤδη μέν μοι καὶ πρόσθεν λέλεκται. κρίνονται δὲ οἱ πυρετοὶ τεταρταῖοι, ἑνδεκαταῖοι, τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι, ἑπτακαιδεκαταῖοι, εἰκοστῇ πρὸς τῇ μίᾳ. ἐκ δὲ τούτων τῶν ὀξέων τριακοσταῖοι, εἶτα τεσσαρακοσταῖοι, εἶτα ἑξηκοσταῖοι. ὅταν δὲ τούτους τοὺς ἀριθμοὺς ὑπερβάλλῃ, χρονίη ἤδη γίνεται ἡ κατάστασις τῶν πυρετῶν.

tuſſit, unaque cum tuſſi rejicit, primum quidem copioſa ſputa et ſpumoſa, at ſeptimo ac octavo die cum febris in vigore et humida pulmonis inflammatio fuerit, craſſius, alioqui minime, nono vero et decimo die aliquantulum ex viridi palleſcens et ſubcruentum, duodecimo autem ad decimumquartum usque copioſum et purulentum. Quibus a natura humidae inſunt corporis affectiones, iis vehementior morbus eſt. At quibus natura et morbi conditio ſicca eſt, hi minus conflictantur. Atque de judicatoriis diebus jam quidem etiam ante a me dictum eſt. Judicantur autem febres quarto die, ſeptimo, undecimo, decimoquarto, decimoſeptimo, uno et vigeſimo. Ex his vero acutis trigeſimo, deinde quadrageſimo, poſtea ſexageſimo. Ubi vero hos numeros ſuperant, diuturna jam evadit febrium conditio.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Α.

Ed. Chart. VIII. [693.] Foës. I. 67. Ed. Lind. I. (471.)

Οἱ κωματώδεες ἐν ἀρχῇσι γινόμενοι, μετὰ κεφαλῆς, ὀσφύος, ὑποχονδρίου, τραχήλου ὀδύνης, ἀγρυπνέοντες, ἆρά γε φρενιτικοί εἰσιν; μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων ὀλέθριον, ἄλλως τε καὶ ἢν τεταρταίοισιν ἀρχομένοισιν.

Κοιλίης περίπλυσις ἐξέρυθρος κακὸν μὲν ἐν πᾶσι τοῖσι νουσήμασι, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐπὶ τοῖς προειρημένοις.

Αἱ δασεῖαι γλῶσσαι καὶ κατάξηροι φρενιτικαί.

HIPPOCRATIS PRAEDICTORVM LIBER PRIMVS.

Qui inter initia ſopore detenti, capitis, lumborum, praecordiorum, cervicis dolore ac inſomnia conflictantur, eos conſiderare oportet, num ſint phrenitici. In his narium ſtillatio perniciem oſtentat, idque praecipue ſi quarto inter initia die contingat.

Alvi praerubra proluvies, cum in omnibus quidem morbis, tum vero vel maxime in praedictis, malo eſt.

Lingua ex reſiccatione denſa et aſpera phrenitidem portendit.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [693. 706] Foës. I. 67. 68. Ed. Lind. I. (471. 472.)

Τὰ ἐπὶ ταραχώδεσιν ἀγρύπνοισιν οὖρα ἄχροα, μέλανα, ἐναιωρούμενα ἐφ' ὑδρῶσι, φρενιτικά.

Ἐνύπνιά τε ἐν φρενιτικοῖσιν ἐναργῆ.

Ἀνάχρεμψις πυκνή, ἢν δή τι καὶ ἄλλο σημεῖον προσῇ, φρενιτικά.

(472) Τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα καύματα ἐν ὑποχονδρίῳ πυρετοῦ περιψυχθέντος κακόν, ἄλλως τε κἂν ἐφ' ὑδρῶσιν.

Αἱ προεξαδυναιησάντων παραφροσύναι κάκισται, οἷον καὶ Θρασύντοντι.

[706] || Τὰ φρενιτικὰ νεανικῶς τρομώδεα τελευτᾷ.

Τὰ ἐν κεφαλαλγίῃσι ἰώδεα ἐμέσματα μετὰ κωφώσιος ἀγρυπνώδεα ταχὺ ἐκμαίνει.

Τὰ ἐν ὀξέσι κατὰ φάρυγγα ὀδυνώδεα, ἰσχνὰ, σμικρὰ, πνιγώδεα, ὅτε χάνοι μὴ ῥηϊδίως συνάγειν τε καὶ κλείειν τὸ στόμα, παρακρουστικὰ, ἐκ τουτέων φρενιτικοὶ καὶ ὀλέθριοι.

In iis qui praeter rationem perturbantur et vigiliis torquentur, urinae decolores, nigris ſublimamentis interſperſae, cum tenuibus ſudoribus circa caput obortis, phrenitidem praenunciant.

Quin et quae in phreniticis manifeſta apparent inſomnia providenda ſunt.

Excreatio frequens et irrita, ſiquidem aliud quoddam ſignum affuerit, phrenitidem portendit.

Relicti in praecordiis aeſtus cum febre in qua totius corporis habitus perfrigeratur, malo ſunt, idque praeſertim ſi cum ſudoribus contingat.

Deſipientiae quae jam admodum fractis et debilitatis viribus ſuccedunt, peſſimae ſunt, non ſecus ac Thraſynonti.

Vehementes phrenitides in tremorem deſinunt.

Vomitus virulenti et aeruginoſi cum capitis dolore, ſurditate et inſomnia promptam inſaniam ſignificant.

Ubi fauces in morbis acutis dolent, graciles ſunt, parvae et ſuffocantur, atque ubi os hiarit non prompte adduci ac claudi poſſit, mentis emotionem portendi oportet. Ex his phrenitis pernicioſa eſt.

Ed. Chart. VIII. [706.] Foës. I. 68. Ed. Lind. I. (472. 473.)

Ἐν τοῖσι φρενιτικοῖσιν ἐν ἀρχῇ τὸ ἐπιεικὲς, πυκνὰ δὲ μεταπίπτειν κακὸν τοιοῦτον. καὶ πτυελισμὸς κακόν.

Ἐν φρενιτικοῖσι λευκὴ διαχώρησις κακὸν, ὡς καὶ Ἀρχεκράτει. ἆρά γε ἐπὶ τούτοισι καὶ νωθρότης γίνεται; ῥῖγος ἐπὶ τούτοισι κάκιστον.

Τοῖσιν ἐξισταμένοισιν μελαγχολικῶς, οἷσι τρόμοι ἐπιγίνονται, κακόηθες.

Οἱ ἐκστάντες ὀξέως, ἐπιπυρέξαντες σὺν ἱδρῶτι, φρενιτικοὶ γίνονται.

Οἱ φρενιτικοὶ βραχυπόται, ψόφου καθαπτόμενοι, τρομώδεες.

Τὰ ἐξ ἐμέτου ἀσώδεος, κλαγγώδης φωνὴ, ὄμματα ἐπίχνουν ἔχοντα μανικὰ, οἷον καὶ ἡ Ἑρμοζύγου ἐκμανεῖσα ὀξέως ἄφωνος, ἀπέθανε.

Ἐν πυρετῷ καυσώδει ἤχων προσγενομένων μετὰ ἀμβλυωγμοῦ, καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας προσελ(473)θόντος βαρέος ἐξίστανται μελαγχολικῶς.

In phreniticis initio moderatum eſſe, ſedatum et facilem, crebro vero permutari malum eſt. Quin et ſputatio frequens mala eſt.

Albicans dejectio in phreniticis malo eſt, quod Archecrati accidit. Num et in his torpor fit? His ſi rigor contingat, peſſimum.

In furioſa et vehementi mentis emotione ſuccedentes tremores malignitatem denunciant.

In graviter et acute mente emotis, ſi febris iterum repetat cum ſudore, phrenitici evadunt.

Phrenitici parum bibunt, ex levibus ſtrepitibus facile irritantur ac percelluntur, tremuli ſunt.

Ubi poſt vomitum anxioſum vox ſtridula eſt, oculi ſqualidi et pulvere obliti, inſania portenditur, non ſecus ac Hermozygae conjugi accidit, quae vehementi inſania correpta, voce defecta interiit.

In febre ardente ſi tinnitus aurium cum viſus hebetudine fiant, et ad nares accedat gravitatis ſenſus, furioſa mentis emotio indicatur.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [706. 713.] Foës. I. 68. 69. Ed. Lind. I. (475.)

Αἱ παρακρούσιες σὺν φωνῇ κλαγγώδει, γλώσσης σπασμοὶ τρομώδεες. καὶ αὗται τρομώδεες γενόμεναι ἐξίστανται, σκληρυσμὸς τουτέοισιν ὀλέθριον.

[713] || Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον οὐχ ἱδρυμένης γνώμης.

Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι ἀκρήτοισι διαχωρήμασι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακὸν, ἄλλως τε καὶ ὀσφῦν προηλγηκότι καὶ παρενεχθέντι.

Τὰ ἀραιὰ κατὰ πλευρὸν ἐν τουτέοισιν ἀλγήματα παραφροσύνην σημαίνει.

Αἱ μετὰ λυγγὸς ἀφωνίαι κάκιστον.

Αἱ μετ' ἐκλύσιος ἀφωνίαι κάκιστον.

Ἐν ἀφωνίῃ πνεῦμα οἷον τοῖσι πτυομένοισι πρόχειρον, πονηρόν. ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον.

Αἱ ἐπ' ὀλίγον θρασεῖαι παρακρούσιες θηριώδεες εἰσίν.

Αἱ μετα καταψύξεως οὐκ ἀπυρέτῳ ἐφιδρώοντι τὰ

Defipientiae cum voce ſtridula et linguae convulſione tremula, voces quoque ipſae tremulae mentis vehementem alienationem ſignificant. In his durities aut aſperitas perniciem minatur.

Linguae tremulae inſtabilem mentem et a ſede conſtantiae deturbatam ſignificant.

In biliofis et ſinceris dejectionibus ſpumoſa efflorescentia mala eſt, iis praeſertim quos antea lumborum dolor ac defipientia vexavit.

In his leves et per intervalla lateris dolores delirium ſignificant.

Vocis defectiones cum ſingultu peſſimae.

Vocis defectiones cum virium exolutione peſſimae.

In vocis defectione reſpiratio, velut in iis qui ſuffocantur, conſpicue elata et viſui expoſita, pernicioſa eſt. Num vero etiam delirium praenunciet animadvertere oportet.

Quae pauco tempore feroces fiunt mentis emotiones, in ferinas evadunt.

Corporis jactationes et incontinentiae in febre cum perfrictione et ſuperiorum partium tenui ſudore phrenitim

Ed. Chart. VIII [713. 720.] Foës. I. 69. 70. Ed. Lind. I. (473. 474.)
ἄνω δυσφορίαι φρενιτικαὶ, ὡς καὶ Ἀριστα γόρῃ, καὶ μέν τοι καὶ ὀλέθριαι.

Τὰ ἐν φρενίτισι πυκνὰ μεταπίπτοντα σπασμώδεα.

Τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομνησάντων ὀλέθρια. ἆρά γε τουτέοισιν οὐρέεται οἷον εἰ τὴν ὑπόστασιν ἀναταράξειας;

Οἱ παλμώδεες δι' ὅλου ἆρά γε ἀφώνως τελευτῶσιν;

Τὰ ἐν τοῖς φρενιτικοῖσι μετὰ καταψύξεως πτυελίζοντα μέλανα ἀνεμεῖται.

Κώφωσις καὶ οὖρα ἀκατάστατα, ἐξέρυθρα, ἐναιωρούμενα, παρακρουστικά. τοῖσι τουτέοισιν ἰκτεροῦσθαι κακόν. κακὴ δὲ καὶ ἡ ἐπὶ ἰκτέρῳ μώρωσις. τούτους ἀφώνους μὲν, αἰσθανομένους δὲ συμβαίνει γίνεσθαι. οἶμαι δὲ καὶ κοιλίαι (474) καταῤῥήγνυνται τουτέοισιν, οἷον ἐγένετο Ἑρμίππῳ καὶ ἀπέθανεν.

[720] || Κώφωσις ἐν ὀξέσι καὶ ταραχώδεσι παρακολουθοῦσα κακόν.

denunciant, quod in Ariſtagora expertum eſt, atque etiam perniciem.

Crebrae in phreniticis permutationes convulſiones denunciant.

Si quibus urinae non recordantibus nec admonitis efflunt, pernicies portenditur. Animadvertendum etiam eſt, num et ab iis tales redduntur quales fiunt ubi ſubſidentiam conturbaveris.

Quos palpitationes in totum occupant, num plerumque voce defecti pereunt?

Crebrae in phreniticis ſputationes cum perfrictione non longe poſtea nigrorum vomitum aſſuturum indicant.

Surditas cum urinis praerubris non ſubſidentibus et ſublimamentis mentis emotionem minantur. In his morbo regio corripi malum eſt. Quin etiam malo eſt ex morbo regio fatuitas aut ſtupiditas. Hos quidem vox deficere ſolet absque ſenſuum laeſione. Quin et alvus nonnunquam affatim prorumpit, quale quid Hermippo contigit et mortuus eſt.

In praecipitibus et turbulentis morbis obveniens ſurditas perniciem minatur.

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 388 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [720.] Foës. I. 70. Ed. Lind. (474.)

Αἱ τρομώδεες, ἀσαφέες, ψηλαφώδεες παρακρούσιες πάνυ φρενιτικαὶ, ὡς καὶ τῷ Διδυμάρχῳ ἐν Κῷ.

Αἱ ἐκ ῥίγεος νωθρότητες οὐ πάνυ παρ' ὠυτοῖσιν.

Οἱ περὶ ὀμφαλὸν πόνοι παλμώδεες, ἔχουσι μέν τι καὶ γνώμης παράφορον, περὶ κρίσιν δὲ τουτέοισι πνεῦμα ἅλις ξὺν τόνῳ διέρχεται, καὶ οἱ κατὰ γαστροκνημίην πόνοι ἐν τούτοισι γνώμης παράφοροι.

Ἢν ἐναιωρηθῇ τι τῷ οὔρῳ, τοῦ κατὰ τὸν μηρὸν ἀλγήματος ἀφανισθέντος, παρακρουστικὸν, καὶ οἷα περὶ ἧχους τοιαῦτα.

Ἐπὶ κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπώδει, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἀγρύπνῳ, ἀσαφεῖ, ἀδυνάτῳ, οἷσι τὰ τοιαῦτα, ἐλπὶς ἐκστῆναι.

Οἱ ἐφιδροῦντες καὶ μάλιστα κεφαλὴν ἐν ὀξέσιν ὑποδύσφοροι κακόν. ἄλλως τε καὶ ἐπ' οὔροισι μέλασι καὶ τὸ θολερὸν ἐπὶ τουτέοισι πνεῦμα κακόν.

Dementiae in quibus tremuli fiunt aegri, obſcure aut vix quidem deſipere videntur, aut aliquid inveſtigantium more ſenſim contrectant et palpant, miro quodam modo phrenitim praenunciant, non ſecus ac Didymarcho in Coo contigit.

Ubi rigori torpor ſuccedit, mentis alienatio ſignificatur.

Dolores circa umbilicum cum palpitatione, mentis quidem alienatae ſignificationem quandam praebent. Sub judicationem vero his plurimus et creber flatus cum ſingulari contenſione prodit. Quin et ad ſuram dolores in his mentis alienationem indicant.

Femoris dolore evaneſcente, ſi quid ſublime per urinam innatet, mentis emotionem expectare oportet, taliaque qualia circa aurium ſonitus contingunt.

Ubi alvus humeſcit, aeger laſſitudine, capitis dolore, ſiti, vigiliis torquetur, obſcure loquitur et admodum eſt impotens, in his caſibus vehementem mentis emotionem expectare oportet.

In gravibus malis tenues maxime circa caput ſudores oboriri et corporis incontinentia quadam jactari, malum indicat: tum vero praecipue pernicies intenditur, ſi iſta cum urinis nigris contigerint et ſpiritus magnus et concitatus adfuerit.

Ed. Chart. VIII. [720. 730.] Foës. I. 70. 71. Ed. Lind. I. (474. 475.)

Αἱ παρὰ λόγον κενεαγγικὸν ἀδυναμίαι μὴ ἐούσης κενεαγγείης κακόν.

Κοιλίαι ἀπολελαμμέναι, σμικρὰ δὲ μέλανα σπυραθώδεα πρὸς ἀνάγκην χαλῶσαι, μυκτὴρ ἐπὶ τουτέοισι ῥηγνύμενος κακόν.

Οἷσιν ὀσφὺς ἄλγημα ἐπὶ πολὺ, μετὰ καύματος ἀσώδεος, ἐφιδροῦντες οὗτοι, κακόν. ἆρά γε τουτέοισι τρομώδεα γίγνεται; καὶ φωνὴ δὲ ὡς ἐν ῥίγει αὐτοπτική.

Ἄκρεα ἐπ' ἀμφότερα ταχὺ (475) μεταπίπτοντα κακόν. καὶ δίψα τοιαύτη πονηρόν.

[730] *Ἐκ κοσμίου θρασεῖα ἀπόκρισις κακόν.*

|| *Φωνὴ ὀξεῖα, ὑποχόνδρια τουτέοισιν εἴσω εἵρυται.*

Ὄμμα ἀμαυρούμενον, φλαῦρον, καὶ τὸ πεπηγὸς καὶ ἀχλυῶδες κακόν.

Ὀξυφωνίη κλαγγώδης πονηρόν.

Quae praeter vacuationem fiunt impotentiae, neque vacuatione exiſtente, perniciem intentant.

Ubi alvus intercepta eſt et arcte concluſa, parvaque et nigra caprarum ſtercoribus ſimilia, nec niſi coacta emittit: hoc caſu ſanguis e naribus erumpens periculo eſt.

Si lumborum dolor diu detinet cum aeſtu implacido, tenui ſudore circa caput et thoracem oborto, pernicies denunciatur. Num plerumque ii tremuli evadunt et vox velut in rigore conſpicue tremula exiſtit?

Celeres extremorum corporis ad utraque extrema permutationes perniciem denuntiant. Quin et ſitis hujusmodi (hoc eſt celeriter in contraria permutata) malo eſt.

Ab homine moderato ferox et audax reſponſum malum portendit.

Quibus vox in morbis acuta redditur, iis praecordia intro trahuntur et tendunt.

Hebeſcentes oculi et obtuſi improbandi ſunt. Quin et fixi ac caligine obducti malum portendunt.

Vox acuta et ſtridula malo eſt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [730.] Foës. I. 71. Ed. Lind. I. (475.)

Ὀδόντων πρίσις ὀλέθριον οἷσι μὴ σύνηθες καὶ ὑγιαίνουσιν. πνιγμὸς ἐν τούτοισι πάνυ κακόν.

Προσώπου εὔχροια καὶ τὸ λίην σκυθρωπὸν πονηρόν.

Τὰ τελευτῶντα ὑποχωρήματα εἰς ἀφρώδεα, ἄκρητα, παροξυντικά.

Αἱ ἐκ καταψίξιος ἐν ὀξέσι οὖρων ἀπολήψιες κάκισται.

Τὰ ὀλέθρια ἀσήμως ῥαστωνήσαντα θάνατον σημαίνει.

Τὰ ἐν ὀξέσι χολώδεσιν ἔκλευκα, ἀφρώδεα, περίχολα διαχωρήματα κακόν. κακὸν δὲ καὶ οὖρα τοιαῦτα. ἆρα τουτέοισιν ἦπαρ ἐπώδυνον;

Αἱ ἐν πυρετοῖσι ἀφωνίαι σπασμώδεα τρόπον ἐξίστανται σιγῇ, ὀλέθριον.

Αἱ ἐκ πόνου ἀφωνίαι δυσθάνατοι.

Οἱ ἐξ ὑποχονδρίων ἀλγημάτων πυρετοὶ κακοήθεες.

Dentium ſtridor quibus per ſanitatem minime eſt conſuetus periculum denunciat. Suffocatio in his valde prava.

Bene colorata facies et valde tetrica ac ſupercilioſa perniciem intentat.

Alvi recrementa ſi in ſpumoſa et ſincera deſinant, mali incrementum ſignificant.

Urinarum in praecipitibus malis ex perfrictione interceptiones peſſimae.

Quae perniciem minantur, ea ſi absque ulla ſignificatione alleviant, mortis periculum denunciant.

In gravibus malis et bilioſis exacte candicantes, ſpumantes et circumbilioſae egeſtiones, malo ſunt. Quin et hujusmodi urinae damnantur. In his animadvertendum eſt num jecur affectum ſit.

Vocis in febribus defectiones, quae convulſionis ſpeciem prae ſe ferunt, in vehementem mentis emotionem cum ſilentio vertunt et perniciem oſtentant.

Vocis ex dolore defectiones tandem cum ſummo cruciatu mortem afferunt.

Ex praecordiorum doloribus obortae febres malignae ſunt.

Ed. Chart. VIII. [730. 741.] Foës. I. 71. 72. Ed. Lind. I. (475. 476.)

Λίψα παραλόγως λυθεῖσα ἐν ὀξέσι κακόν.

Ἱδρὼς πολὺς ἅμα πυρετοῖσιν ὀξέσι γιγνόμενος φλαῦρος.

Καὶ οὖρα δ' ἐπίπονα πονηρὸν, [741] καὶ τὰ ἐρυθρὰ ἐκ τουτέων ἐπανθίσματα κατεχόμενα, καὶ τὰ ἰώδεα πονηρὰ, καὶ τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι οἷον στάξιας.

|| Καὶ ἔμετοι μετὰ ποικιλίας κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντων.

Ὁκόσα ἐν κρισίμοισιν ἁλυσμῷ ἀνιδρωτὶ περιψύχεται, κακόν. καὶ τὰ (476) ἐπιῤῥιγώσαντα ἐκ τουτέων κακά.

Ἐμέσματα ἄκρητα, ἀσώδεα, πονηρά.

Τὸ γαρῶδες ἆρά γε πανταχοῦ κακόν;

Μετὰ ῥίγεος ἄγνοια κακόν. κακὸν δὲ καὶ λήθη.

Αἱ ἐκ ῥίγεος καταψύξιες μὴ ἀναθερμαινόμεναι κακαί.

Οἱ ἐκ καταψύξιος ἱδρώδεες ἀναθερμαινόμενοι κακόν.

In praecipitibus malis, ſi ſitis temere ac praeter rationem ceſſet, malo eſt.

Sudor in febribus acutis multus et copioſus damno eſt.

Quin et laborioſae urinae damnantur, atque ab his detentae rubrae quaedam efflореſcentiae et aeruginoſae parvaeque veluti quaedam ſtillae apparentes.

Vomitiones quoque variae malo ſunt, praeſertim ſi continenter et aſſidue prodeant.

Summi totius corporis perfrictiones in diebus judicatoriis, cum angore et corporis inquietudine, ſi ſine ſudore fiunt, damno ſunt, praecipue vero damnantur qui ex his ſuperveniunt rigores.

Vomitiones ſincerae et cum angore aut incontinenti corporis jactatione damnandae ſunt.

Animadvertendum eſt diligenter num profundus et altus ſopor omnino damnari debeat.

In rigore familiares non agnoſcere et eorum quae geſta ſunt obliviſci, malum indicat.

Ex rigore perfrictiones quae ad colorem non revocantur, malae ſunt.

Ex perfrictione exudantes ad calorem revocati pericu-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [741.] Foës. I. 72. Ed. Lind. I. (476.)

ἐπὶ τούτοις ἐν πλευροῖς καῦμα ὀδυνῶδες, καὶ τὸ ἐπιῤῥιγῶσαι κακόν.

Τὰ καυματώδεα ῥίγεα ὑπό τι ὀλέθρια, καὶ τὸ φλογῶδες ἐν προσώπῳ μεθ' ἱδρῶτος ἐν τοῦτοις κακόν. ἐπὶ τούτοις ἡ ψύξις τῶν ὄπισθεν σπασμὸν ἐπικαλέεται.

Οἱ ἐφιδρῶντες ἄγρυπνοι, ἀναθερμαινόμενοι κακόν.

Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς ὀφθαλμοῦ ἴλλωσις, κακόν.

Ὀδύνη ἐς στῆθος ἱδρυνθεῖσα σὺν νωθρότητι κακόν. ἐπιπυρεττήναντες οὗτοι καυστικοὶ, ὀξέως ἀποθνήσκουσιν.

Οἱ ἐπανεμέοντες μέλανα, ἀπόσιτοι, παράφοροι, καθ' ἥβην μικρὰ ὀδυνώδεες, ὄμμα θρασὺ, κεκλεισμένον, τούτους μὴ φαρμακεύειν, ὀλέθριον γάρ. μηδὲ τοὺς ἐποιδέοντας, σκοτώδεας, ἐν τῷ πλανᾶσθαι ἐκλείποντας, ἀποσίτους, ἀχρόους. μηδὲ τοὺς ἐν πυρετῷ, εἰ κωματώδεες, κατακεκλασμένους, ὀλέθριον γάρ.

Καρδίης πόνος ἅμα ὑποχονδρίῳ συντόνῳ καὶ κεφαλαλγίη

lum denunciant: praeſertim vero ſi accedat lateris aeſtus cum dolore et ſubinde rigeant, malum impendet.

Rigores cum aeſtu nonnihil periculi denunciant et facies incenſa cum ſudore in his malum ſignificat. Inſuper poſteriorum partium frigus convulſionem provocat.

Ex ſudoribus pervigiles et ad calorem revocati male habere judicantur.

Ex recurſatione dolorum in lumbis oculi perverſio et diſtortio malo eſt.

Dolor in pectore fixus cum torpore malum denunciat. Hi ſi ſuborta febre exaeſtuent, celeriter mortem oppetunt.

Qui nigra vomitione reſundunt, cibos averſantur, deſipiunt, ad pubem nonnihil dolent, cum aſpectu feroci et clauſis oculis, eos medicamentis purgare tutum non eſt. Neque vero ſubtumidos, aut tenebricoſa vertigine vexatos, aut eos qui vel leviter moti animo deficiunt, aut cibos averſantur et decolores ſunt, ut nec eos qui in febre exoluti aut fracti decumbunt, ſi ſopore tententur, purgatione aggredi tutum eſt.

Oris ventriculi dolor cum praecordiorum contenſione,

Ed. Chart. VIII. [741. 749.] Foël. I. 72. 73. Ed. Lind. I. (476. 477.)
κακόηθες, καί τι ἀσθματῶδες. ἆρά γε ἐξαίφνης οὗτοι τελευτῶσιν; ὡς ἐν Δυσώδει, τούτῳ καὶ οὖρα ἐζυμωμένα ἐγένετο βιαίως ἐξέρυθρα.

[749] || Τραχήλου πόνος κακὸν μὲν ἐν παντὶ πυρετῷ, κάκιστον δὲ οἷς ἐκμανῆναι ἐλπίς.

Κωματώδεες, κοπιώδεες, (477) ἀχλυώδεες, ἄγρυπνοι, ἐφιδρῶντες πυρετοὶ κακοήθεες.

Ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ, ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι οὖρου ἀπόληψιν ἐπώδυνον σημαίνουσιν.

Καὶ οἱ ἀσώδεες, ἀνεμέτως παροξυνόμενοι, κακοί.

Κατάψυξις μετὰ σκληρυσμοῦ σημεῖον ὀλέθριον.

Ἀπὸ κοιλίης λεπτὰ μὴ αἰσθανομένῳ διιέναι, ἐόντι παρ' ἑωυτῷ κακὸν, οἷον τῷ ἡπατικῷ.

Τὰ σμικρὰ ἐμέσματα χολώδεα κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπαγρυπνήσωσιν. μυκτὴρ ἐν τουτέοισιν ἀποστάζων ὀλέθριον.

atque etiam capitis dolor, malignum quidpiam et ſuſpirioſam quandam affectionem indicat. In his certe animadvertendum eſt num derepente moriantur, velut in Dyſode evenit, cui urinae valde fermentatae et praerubrae aderant.

Cervicis dolor in omni quidem febre malo eſt. In his vero peſſimus in quibus vehementem inſaniam metuimus.

Febres quae ſoporem laſſitudinemve inducunt, aut in quibus caligant aegri, inſomnia ac tenuibus ſudoribus vexantur, malignae ſunt.

Crebri ex dorſo horrores ſubinde locum commutantes, graves et difficiles, laborioſam urinae ſuppreſſionem minantur.

Quin et corporis aeſtuatione et jactatione conflictati, citra vomitum ingraveſcentes, male habent.

Corporis perfrictio cum rigiditate perniciem denunciat.

Tenues ex alvo absque mordacitatis ſenſu prodeuntes dejectiones, ei qui ſibi bene conſtat, malum portendunt, velut nonnunquam jecinoroſo contingit.

Vomitiones exiguae, bilioſae malo ſunt, tum vero potiſſimum ſi pervigilio conflictentur aegri. In quibus ſtillans naſus perniciem minatur.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [749. 753.] Foël. I. 73. 74. Ed. Lind. I. (477.)

Αἷς ἐκ τόκου γε λευκὰ, ἐπιστάντα δ' ἅμα πυρετῷ, κώφωσις, καὶ εἰς πλευρὸν ὀδύνη ὀξείη, ἐξίστανται ὀλεθρίως.

Ἐν πυρετοῖσι καυσώδεσιν ὑποπεριψύχουσι διαχωρήμασιν, ὑδατοχόλοις, συχνοῖσιν, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις σημεῖον κακὸν, ἄλλως τε καὶ ἢν κάτοχοι γένωνται.

Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρεττήναντι χρονίως ὀλέθρια, οἷόν τι ἐπεπόνθη ὁ Νουμηνίου υἱός.

[753] *Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ εἰς καρδίην, πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνεμοῦσαι ὑδατώδεα, λεπτὰ, πλέονα, παρενεχθεῖσαι, ἄφωνοι, ἐμέσασαι μέλανα, τελευτῶσιν.*

Ὄμματος κατάκλεισις ἐν ὀξέσι κακόν.

Ἆρά γε τοῖς ἀσώδεσιν ἀνεμέτοισιν, ὀσφυαλγέσιν, ἢν θρασέως παρακρούσωσιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

|| *Φάρυγξ ἐπώδυνος ἰσχνὴ μετὰ δυσφορίης, πνιγώδης, ὀλεθρίη ὀξέως.*

Quibus ex partu purgamenta alba ſubſiſtunt cum febre et ſurditatem ac acutum lateris dolorem afferunt, eae in vehementem et pernicioſam mentis emotionem incidunt.

In febribus ardentibus cum aliqua ſummi corporis perfrictione, ac egeſtionibus aquae ſimilibus et crebris, oculorum perverſio et diſtortio malum ſignificat, tum vero praecipue, ſi alto quodam ſtupore, quem catochon vocant, deprehenſi detineantur.

Sideratione quae repente contingunt, ſi inſuper febris mediocris accedat, quae diu trahat, perniciem minantur, quale quid Numenii filio contigit.

Ex lumborum dolore ad os ventriculi recurſationes, cum febre, horrore, multorum tenuium et aquoſorum vomitu, delirio, vocis defectione, eae in nigrorum vomitionem delinunt.

In praecipitibus malis oculi obſeratio aut perfractio malo eſt.

Conſiderandum eſt in aeſtuabundis et corporis jactatione citra vomitum et lumborum dolore conflictatis aegris, ſi audacter deſipuerint, num nigra per feceſſum proditura ſint.

Dolentes fauces absque tumore, cum labore et moleſtia ac ſuffocatione, praeceps exitium minantur.

Ed. Chart. VIII. [753. 757.] Foël. I. 74. Ed. Lind. I. (477. 478.)

Οἷς πνεῦμα ἀνέλκεται, φωνὴ δὲ πνιγώδης, ὁ σπόνδυλος ἐγκά(478)θηται, τουτέοισιν ἐπὶ τῶν τελευτῶν ὡς συσπῶντος τινὸς τὸ πνεῦμα γίνεται.

Οἱ κεφαλαλγικοὶ, κατόχως παρακρούοντες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, ὄμμα θρασύνοντες, ἀνθηροὶ, ὀπισθοτονώδεες γίνονται.

[757] Ἐπ' ὀμμάτων διαστροφῇ πυρετώδει, κοπιώδει, ῥῖγος ὀλέθριον. καὶ οἱ κωματώδεες ἐν τούτοισι κακόν.

Αἱ ἐν πυρετοῖσι πρὸς ὑποχόνδριον ὀδύναι ἀναύδως ἱδρῶτι λυόμεναι κακοήθεες. τούτοισιν ἐς ἰσχία ἀλγήματα ἅμα καυσώδει πυρετῷ, καὶ ἢν κοιλίη καταῤῥαγῇ, ὀλέθριον.

Οἷσι φωναὶ ἅμα πυρετοῖσιν ἐκλείπουσαι μετὰ κρίσιν τρομώδεες, καὶ κωματώδεες τελευτῶσιν.

Οἷσι καυστικὰ, μεμωρωμένα, κάτοχα, ποικίλλοντα ὑποχόνδρια, καὶ κοιλίην ἐπηρμένοι, σίτων ἀπολελαμμένων, ἐφ'

Qui ſpiritum trahunt cum voce ſtrangulabunda, ſi cervicis vertebra intro ſubſidet, iis ad exitum, velut ex convulſione, reſpiratio ducitur.

Ex capite dolentes et alto ſtupore, catochum vocant, detenti ac delirantes cum alvi interceptione et ferociente intuitu, floridi, in ſcapulas rigeſcunt ac poſteriorum partium diſtenſione tentantur.

Febribus et laſſitudinis ſenſu detento, cum oculorum perverſione, rigor perniciem minatur. Atque in hujusmodi caſibus ſoporati malum denunciant.

Praecordiorum dolores in febribus cum loquendi impotentia, ſi ſudore non ſolvantur, maligni ſunt. In his dolores ad coxendices cum ardente febre, atque alvus affatim prorumpens, perniciem oſtentant.

Quibus cum febribus voces poſt judicationem deficiunt, ii tremore et ſopore correpti intereunt.

Quibus ardore conflictatis, ſatuitate et alto ſtupore, quem catochum dicunt, detentis praecordia variant et in contrarias ſubinde affectiones transmutantur, ac venter in tumorem praeter naturam ſublatus eſt cum ciborum interceptione et tenui circa caput et thoracem oborto ſudore:

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [757. 763.] Foës. I. 74. 75. Ed. Lind. I. (478. 479.)

ἱδρῶσι, ἆρα τούτοις τὸ θολερὸν πνεῦμα, καὶ τὸ γονοειδὲς ἐπελθὸν, λύγγα διασημαίνει, καὶ κοιλίη δὲ ἔπαφρα χολώδεα προσδιέρχεται; τὸ λαμπῶδες ἐν τούτοισι ὠφελέει οὐρηθὲν, κοιλίη δὲ τούτοισιν ἐπιταράσσεται.

[763] Οἷς κῶμα γίνεται ἐπ' ἄφρων περιελθόντων, πυρετὸς παροξύνεται ὀξύς.

Αἱ ἐκ κεφαλαλγίης ἀφωνίαι ἅμα ἱδρῶτι πυρετώδεες γαλῶνται ἐφ' ἑαυτοὺς, ἐπανιέντα χρονιώτερον, ἐπιῤῥιγῶσαι τούτοισιν οὐ πονηρόν.

Χεῖρες τρομώδεες, κεφαλαλγέες, τραχήλου ὀδυνώ||δεες, ὑπόκωφοι, οὐρέοντες μέλανα δεδυσυμένα, οἷσιν ταῦτα ἢ, μέλανα προσδέχεσθαι ἤξειν ὀλέθριον.

Αἱ μετ' ἐκλύσεως κατόχως ἀφω(479)νίαι ὀλέθριαι.

Πλευροῦ ἄλγημα ἐπὶ πτύσεσι χολώδεσιν ἀλόγως ὀφανισθεν, ἐξίστανται.

in his animadvertendum eſt, num, ſi concitatus et magnus ſpiritus, aut genituraе ſimilis excretio accidat, ſingultum praenunciet, aut etiam ex alvo ſpumantia et bilioſa proditura ſint? Eos ſplendeſcens quiddam aut coruſcans per urinam redditum juvat, alvus vero in his etiam commovetur.

In ſopore affectis aegris, ſpumantibus prodeuntibus dejectionibus, febris acuta ingraveſcit.

In febre cum ſudoribus, vocis ex capitis dolore deſectiones, ſi per ſe reſolvuntur aegri ac praeter voluntatem excrementa demittunt, malumque remitti videatur, diuturniorem morbum metuere oportet. In his novus ſubortus rigor damnandus non eſt.

Quibus manus ſunt tremulae, cum capitis et cervicis dolore, levi aliqua ſurditate affecti, nigricantes reddunt urinas et denſas. In his caſibus nigrorum progreſſum expectare et ſuſpectum habere oportet.

Vocis deſectiones cum virium exolutione, alto ſtupore, catochon vocant, detentis perniciem minantur.

Lateris dolor cum bilioſis ſputis temere ac praeter rationem evaneſcens aegros in vehementem et furioſam mentis emotionem agit.

Ed. Chart. VIII. [763. 771.] Foës. I. 75. Ed. Lind. I. (479.)

Ἐπὶ τραχήλου ἀλγήματι κωματώδει, ἱδρώδει κοιλίη φυσηθεῖσα, εἰ δέ τι πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα ὑποπεριπλυθεῖσα, ἐκ τουτέων ἄχολα ἐξίστανται, τὰ τοιαῦτα διασωζόμενα μακροτέρως διανοσέει. ἆρά γε εἰσὶν ἄχολοι περιπλύσιες εὐηθέστεραι, καὶ τὸ φυσῶδες ὄγκῳ προσωφελέοι;

Κοιλίης περίτασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα, ταχὺ ὀγκουμένη, ἔχει τι σπασμῶδες, οἷον καὶ τῷ Ἀσπασίου υἱῷ, τὸ ἐπιῤῥιγοῦν τούτοις ὀλέθριον. ἐκ τουτέων σπασμώδης γενηθεὶς, καὶ ἐμφυσηθεὶς, μακρότερον διανοσήσας, στόματι σῆψις χλωρὴ ἐπεγένετο.

Τὰ κατ' ὀσφῦν κατὰ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα πρὸς ὑποχόνδριον γριφόμενα ἀποσιτικὰ ἅμα πυρετῷ, τούτοισιν εἰς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν κτείνει ὀξέως τρόπῳ σπασμώδει.

Τὰ ἐπιῤῥιγοῦντα καὶ ἐς νύκτα μᾶλλόν τι παροξυνόμενα, ἄγρυπνα, φλεβοδονώδεα ὄντα ἐν τοῖς ὕπνοις, ἔστιν ὅτε οὖρα ὑφ' ἑαυτοὺς χαλῶντα, ἐς σπασμοὺς ἀποτελευτᾷ κωματώδεας.

Ex cervicis dolore cum ſopore et ſudore inflata alvus, ſi quidem ex medici induſtria liquida demittat cum aliqua proluvie, deinde quae bilioſa non ſunt reſtitent, hujusmodi aſſervata diuturniorem morbum efficient. In his animadvertendum eſt, num proluvies alvi non bilioſae benigniores ſint, ac flatuoſo tumori conducant?

Alvus circumtenſa, ex medici induſtria liquida demittens, celeriter intumeſcens, convulſionis ſignificationem quandam prae ſe fert, quod Aſpaſii filio contigit. In his novus ſubortus rigor perniciem facit. Ex his caſibus convulſione tentato ac inflato, ubi diutius morbum traxerit, ex ore putrida et virulenta prodeunt.

Lumborum dolores diuturni qui ſenſim fiunt circum praecordia involuti, cum febre et ciborum faſtidio, ſi intenſum capitis dolorem advehunt, non ſine convulſionis ſpecie celeriter interficiunt.

Qui ſubinde rigore prehenduntur et ſub noctem aliquanto gravius habent, pervigiles, in ſomnis nugantes aut delirantes, interdum ſeſe lotio perfundentes, ii in convulſiones cum ſopore tendunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [771. 775.] Foës. I. 75. 76. Ed. Lind. I. (479. 480.)

Οἱ ἐξ ἀρχῆς ἐφιδροῦντες, οὔροισι πέπουσι καυστικοὶ, ἀκρίτως περιψύχοντες διὰ ταχέως περικαέες, νωθροὶ, κωματώδεες, σπασμώδεες ὀλέθριοι.

Τῆσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ, καρώδεα μετὰ βαρέος γινόμενα, φλαῦρα, ἴσως δὲ ταύτῃσι καὶ σπασμῶδές τι παθεῖν ὀφείλει.

‖ Τὰ ἐν φάρυγγι ἰσχνῷ ἀλγήματα πνιγώδεα (480) ἔχει τι σπασμῶδες, ἄλλως τε καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὁρμῶντα, οἷον καὶ τῇ Θρασίνοντος ἀνεψιῇ.

[775] Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γενόμενα ἐφ' ἱδρῶσι φιλυπόστροφα, τούτοις ἡ κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. οὗτοι ἐπιῤῥιγέουσι περὶ κοιλίην καύματι προκληθέντες.

Ὀσφύος πόνος καὶ κεφαλαλγικὸς καὶ καρδιαλγικὸς μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης ἔχει τι σπασμῶδες.

Τὸ ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος.

Ἀπὸ κοιλίης ὑποπέλια, ταραχώδεα, καὶ οὖρα λεπτὰ, καὶ ὑδατώδεα, ὕποπτα.

Quibus circa initia tenues ſuboriuntur ſudores et urinae concoctae emittuntur cum magna totius corporis aeſtuatione, ſi praeter rationem perfrigeſcant et rurſus celeriter perurantur et torpore, ſopore aut convulſione tententur, ii pernicioſe affecti ſunt.

Uterum gerentibus capitis dolores cum ſopore et gravitate, malo ſunt. Quin et hujusmodi naturae convulſionibus quibusdam forte ſunt obnoxiae.

Faucium gracilium dolores ſuffocantes convulſionem minantur, tum vero praecipue ſi ex capite originem ducunt, quale quid Thraſynontis conſobrinae contigit.

Tremoribus quae convulſiones accedunt cum ſudoribus, recidivas minantur. In his judicationem facit novus obortus rigor, qui prius ardore circa ventrem oborto provocatur.

Lumborum et capitis ac oris ventriculi dolor, cum forti excreatione, convulſionem ſuſpectam facit.

Quin etiam nonnihil metuendus eſt cum judicatione rigor.

Ex ventre quae prodeunt ſubliveſcentia et turbulenta, urinae etiam tenues ac dilutae ſuſpectae ſunt.

Ed. Chart. II. [775.] Foës. I. 76. Ed. Lind. I. (480.)

Φάρυγξ τρηχυνθεῖσα ἐπ' ὀλίγον, καὶ κοιλίη διαβορβορίζουσα κεναῖς ἐξαναστάσεσι, καὶ μετώπου ἀλγήματα, ψηλαφώδεες, κοπιώδεες, ἐν στρώμασι καὶ ἱματίοισιν ὀδυνώδεες, τὰ ἐκ τούτων αὐξανόμενα δύσκολα. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμώδης, καὶ τὰ εἰς μέτωπον ἀλγήματα βαρέα, καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα.

Οὔρου ἐπίστασις καὶ οἷσι ῥίγεα ἐπὶ τούτοισι σπασμώδεσι, οἷον καὶ αὐτὴ φρίξασα ἐφίδρωσεν.

Αἱ ἄκρητοι τελευτῶσαι καθάρσιες ἐν πᾶσι παροξυντικαί. τούτοισι δὲ καὶ πάνυ ἐκ τοιούτων καὶ τὰ παρ' οὓς ἀνίστανται.

Αἱ ταραχώδεες θρασύτηται ἐπεγέρσιες σπασμώδεες, ἄλλως τε καὶ μεθ' ἱδρῶτος.

Καὶ αἱ τραχήλου καὶ αἱ μεταφρένου καταψύξιες δοκέουσαι, καὶ ὅλου δὲ τοῦ σώματος. ἐν τούτοισι καὶ ἀφρώδεες οὐρήσιες ἅμα ἀψυχίῃ, καὶ ὀμμάτων ἀμαύρωσις, σπασμὸν ἐγγὺς σημαίνει.

Fauces leviter exaſperatae et alvus ad inanes et irritas exurrectiones obmurmurans, frontis dolores, in aegris palpitantibus et more inveſtigantium ſenſim contrectantibus, delaſſatis et ex ſtragulis aut veſtimentis dolentibus et ſi quae ex his increſcunt, moleſtiam exhibent. Somnus in his multus convulſionem minatur et frontis dolores graves, ac mictio moleſta eſt.

In iis quibus rigores imminent urina reſtitat et in convulſoriis affectionibus, velut huic mulieri contigit, quae ubi inhorruit ſudore correpta eſt.

Quae in ſinceras tendunt vacuationes, omnibus quidem ingraveſcentis mali ſignificationem praebent, his vero, ſupradictis, vel maxime. Atque in hujusmodi caſibus ad aures tubercula exoriri ſolent.

Turbulentae et valde confidentes e ſomno exurrectiones convulſiones minantur, praeſertim vero ſi cum ſudore contingant.

Cervicis et dorſi perfrictiones et quae totum corpus videntur pertingere, inſuper et ſpumantes mictiones, cum animi deliquio, ac oculorum hebetatio, convulſionem in proximo eſſe ſignificant.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [780.] Foël. I. 77. Ed. Lind. I. (480. 481.)

[780] || *Πήχεος ἀλγήματα μετὰ τραχήλου σπασμώδεα. ἀπὸ προσώπου δὲ ταῦτα καὶ κατὰ φάρυγγα, ἦχοι συχνοὶ σιελίζοντες. ἐν* (481) *τούτοισι ἐν ὕπνοις ἱδρῶτες ἀγαθοί. ἆρά γε καὶ τῷ ἱδρῶτι κουφίζεσθαι τοῖς πλείστοις οὐ πονηρόν; οἱ εἰς τὰ κάτω μέρη πόνοι τούτοισιν εὔφοροι.*

Οἱ ἐν πυρετοῖσιν ἐφιδροῦντες κεφαλαλγέες, κοιλίης ἀπολελαμμένης, σπασμώδεες.

Τὰ ὑποψάθυρα ὑγρὰ διαχωρήματα περιψύχοντα οὐκ ἀπύρως φλαῦρα. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα, κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνοντα, ὀδυνώδεα. ἆρα τὸ κωματῶδες τούτοισιν ἔχει τι σπασμῶδες; οὐκ ἂν θαυμάσαιμι.

Τὰ ἐν ὀξέσι ἐμετωδέως ἑλκόμενα φλαῦρα, καὶ αἱ λευκαὶ διαχωρήσιες δύσκολοι. ἄγλισχρα ἐκ τούτων διεξελθόντα ἐξίστανται καύματι πολλῷ. οἱ ἐκ τούτων κωματώδεες νωθροὶ ἀπογίνονται. τὰ ἐκ τοιούτων μακροτέρως ἐπινοσέει. ἆρα περὶ κρίσιν οὗτοι ξηρώδεες δύσπνοοι;

Cubiti cervicisque dolores convulsionem minantur. Ex facie autem prodeunt ista, fauciumque sonitus crebri cum salivatione. Iis sudores in somnis bono sunt. Nempe et ex sudore levari plurimos consentaneum est. Quibus si dolores inferiores partes occupent, toleratu faciles evadunt.

In febribus tenuiter exudantes, cum capitis dolore et alvo intercepta, ad convulsiones proni sunt.

Quae inter se non cohaerent, sed facile dissolvuntur et aliquantulum friabilia sunt alvi recrementa, liquida cum summi totius corporis perfrictione, non sine febre improbanda sunt. Ac praeter haec si rigores vesicam et ventrem cum dolore invadant. Proinde in his ex sopore aliquod convulsionis periculum impendere, nemini mirum videri debet.

In gravibus et praecipitibus malis distorqueri velut qui vomitione conflictantur malum est, quin et albae alvi egestiones molestae sunt. Quae ex his prodeunt non viscosa, in vehementem mentis emotionem cum multo ardore agunt, videndumque est, num postea soporati ac torpescentes evadant. Qui ex his conflictantur, diutius laborant. In his animadvertendum est, num imminente judicatione arescentes difficultate spirandi teneantur.

Ed. Chart. VIII. [780. 786.] Foës. I. 77. 78. Ed. Lind. I. (481. 482.)

Τὰ ἐξ ὀσφύος εἰς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα καὶ παραλύσαντα, παραπληκτικὸν τρόπον σπασμώδεα παρακρουστικά. ἆρά γε καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμῷ; ἐκ τῶν τοιούτων ποικίλως διανοσέουσι καὶ διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντες.

Οἱ ἐν ὑστερικαῖσιν ἀπύρως σπασμοὶ εὐχερεῖς, οἷον καὶ Δορκάδι.

[786] Κύστις ἀποληφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπασμῶδες. τὰ ναρκωδέως ἐν τούτοισιν ἐκλυόμενα δύσκολα, οὐ μὴν ὀλέθρια. ἆρά γε καὶ παρακρουστικὸν τὸ τοιοῦτον;

Ἆρά γε καὶ περὶ κρόταφον ὀστέων διακοπαὶ σπασμὸν ἐπικαλέονται; ἢ τὸ μεθύοντα πληγῆναι, ἢ τὸ ῥυῆναι πολὺ ἐν ἀρχῇσι, εἰ τοῦτο ποιεῖ σπασμώδεα;

Ἐν ἱδρῶτι πτύελα παραῤ(482)ῥέοντα πυρετώδει ἐόντι, ‖ ἀήθεα, ἆρά γε τουτέοισιν ἐπί τινας ἡμέρας κοιλίαι καθυγραίνονται; οἶμαι. ἆρά γε τούτοισιν εἰς ἄρθρον ἀπόστημα ἔσεσθαι;

Quae ex lumbis in cervicem et caput redundant et levis fiderationis more refolutionis fenfum inducunt, convulfionem ac mentis emotionem minantur. Videndumque eft num talia convulfione folvantur. Qui hujusmodi conflictantur, varie morbum trahunt, atque eadem diutius perfeverant.

Mulieres quae ab utero prompte ftrangulantur, idque fine febre, in convulfiones propenfae funt, quod etiam Dorcadi contigit.

Vefica intercepta, praefertim cum capitis dolore, convulfionem minatur. Quae in his cum torporis fenfu exolvuntur, molefliam exhibent, non tamen perniciem afferunt. Videndumque eft num tale quid etiam mentem excutiat.

Quinetiam confiderandum eft num offium ad tempora praeciſiones convulfionem provocent, an vero madido vulnus inflictum, aut circa initia fanguis magna copia effluens, convulfionem accerfit?

Febricitanti cum fudore fputa defluentia levia funt et minime maligna. In quibus videndum eft num ad aliquot dies alvi madefcant, quod equidem reor. Animadvertendum quoque eft, num his ad articulos aliquid abfceffurum fperes.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [786.] Foël. I. 78. Ed. Lind. I. (482.)

Τὰ ἐπ᾽ ὀλίγον θρασέως παρακρούοντα, μελαγχολικά. ἢν δὲ ἀπὸ γυναικείων ᾖ, θηριώδεα. ἐπὶ πλειω δὲ ταῦτα συμπίπτει. ἆρά γε καὶ σπασμώδεες αὗται; ἆρά γε καὶ αἱ μετα κάρου ἀφωνίαι σπασμώδεες αὗται; οἷον τῇ τοῦ Σκυτέως θυγατρί. ἤρξατο γυναικείων παυεόντων.

Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλάμπουσιν ἀτενέως, οὔτε παρ᾽ ἑωυτοῖσιν εἰσὶν, διανοσέουσί τε μακροτέρως.

Τὰ ἀνάπαλιν αἱμορῥαγέοντα κακὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ δεξιοῦ ῥέειν, καὶ τὰ καθ᾽ ὑποχόνδριον ὡσαύτως, ἐφιδρῶντι δὲ κάκιον.

Ἐκ ῥινῶν μικροῖς ἱδρῶσιν περιψυχόμενα, κακοήθεα, μοχθηρά.

Μεθ᾽ αἱμορῥαγίαν μελάνων δίοδος κακόν. πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα, εἰ δὲ ἆρά γε τεταρταίοισι ταῦτα αἱμορῥα-

Quae ſenſim feroces fiunt mentis emotiones, in vehementes et melancholicas evadunt. Quod ſi ex muliebrium ſuppreſſione accidat, in ferinas tendunt, qualia ſaepius contingunt. Videndum igitur num foeminae hujusmodi convulſionibus ſint obnoxiae. Animadvertendum quin etiam eſt, num vocis defectiones cum alto ſopore convulſionem quoque minentur, qualiter Cerdonis filiae comparentibus muliebribus purgationibus contingere coepit.

Quibus dum convelluntur oculi fixi et immoti ſplendent, iis mens e ſede conſtantiae deturbatur et diutius morbum trahunt.

Quae ex parte adverſa et praepoſtere fiunt ſanguinis eruptiones, malo ſunt velut in lienis tumore, ſi ex nare dextra effluat. Quod et circa praecordia eodem modo ſe habere expectandum eſt. Majus autem malum denunciatur, ſi cum tenui circa frontem et thoracem ſudore iſtud contingat.

Ubi ſanguis ex naribus effluit cum tenuibus ſudoribus et corporis totius perfrictione, morbi malignitas et pernicies denunciatur.

A ſanguinis eruptione nigrarum dejectionum pertransitus malo eſt. Quin et praerubra damno ſunt, praecipue verò ſi ſanguinis iſta eruptio quarto die contingat, quod animad-

Ed. Chart. VIII. [786. 791] Foël. I. 78. 79. Ed. Lind. I. (482. 483.)

γέει, κωματώδεες; ἐκ τοιούτων σπασμῷ τελευτῶσιν. ἆρα μελάνων προδιελθόντων καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης;

[791] Τὰ αἱμορῥαγέοντα ἐφιδροῦντα τρώματα κακοήθεα. οὗτοι διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶσιν.

Ἢ μεθ' αἱμορῥαγίαν βραχεῖαν καὶ μελάνων διαχώρησιν ἐν ὀξέσι κώφωσις κακόν. αἵματος διαχώρησις ἐν τούτοισι ὀλέθριον, κώφωσιν δὲ λύει.

Ὀσφύϊ ἐπωδύνῳ καρδιαλγικὰ προσιόντα σημεῖα αἱμορῥαγώδεα. οἶμαι δὲ (483) καὶ προγεγενημένον σημεῖον.

Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμορῥαγέοντα διψώδεα, δύσκολα, ἐκλυόμενα, μὴ αἱμορῥαγήσαντα, ἐπιληπτικὰ τελευτᾷ.

|| Τὰ εὐθὺ ταραχώδεα, ἄγρυπνα, ἀποστάξαντα, ἑκταῖα κουφισθέντα, νύκτα πονήσαντα, εἰς τὴν αὔριον ἐφιδρώσαντα, κατενεχθέντα, παρακρούσαντα αἱμορῥαγήσει λαύρως. ἆρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;

vertendum eſt. Quibus iſta contingunt, ii tandem ſopore et convulſione conflictati moriuntur, ac forte praegreſſis nigris dejectionibus et ventre in tumorem ſublato.

Qui ex vulnere cum tenui ſudore ſanguinem fundunt, ii maligne habent et inter loquendum derepente moriuntur.

In praecipitibus malis, quae poſt paucam ſanguinis eruptionem, aut nigrorum per alvum refuſionem ſurditas obvenit, malum denunciat. In his ſanguinis egeſtio perniciem affert, ſurditatem tamen diſcutit.

Lumbis dolentibus ſi oris ventriculi dolor acceſſerit, futurae per haemorrhoidas vacuationis ſignum eſt, ac forte etiam eam praeceſſiſſe ſignificat.

Qui ſtatis temporibus ſanguinem fundunt, ſi ſiticuloſi ſint, moleſtiam ac virium exolutionem ſentiant, nec ſanguinem effuderint, in morbum comitialem transeunt.

Qui ſtatim ſine ratione perturbantur, pervigiles ſunt, ſanguinem e naribus ſtillant, ſexto die allevantur, noctu laborant, ac poſtridie tenui ſudore correpti et in ſomnum delati delirant, iis largam ſanguinis e naribus fluxionem aſſore ſpes eſt. Ac forte etiam tale quid diluta urina ſignificat.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [791. 795.] Foës. I. 79. Ed. Lind. I. (483.)

Οἷσιν αἱμορῥαγίαι πλείους, προεληλυθότος χρόνου κοιλίαι πονηρεύονται, ἢν μὴ τὰ οὖρα πεπανθῇ.

Ἐν κρισίμοις περιψύξεσι τῶν αἱμορῥαγιῶν αἱ νεανικαὶ κάκισται.

Οἱ καρηβαρικοὶ, κατὰ βρέγμα ὀδυνώδεες, ὄγρυπνοι, αἱμορῥαγικοὶ, ἄλλως τε καὶ ἢν τι ἐν τραχήλῳ ἐντείνει.

Τὰ ἀγρυπνήσαντα ἐξαίφνης ἀλυσμῷ αἱμορῥαγεῖ, ἄλλως τε καὶ ἢν μή τι προερρύη, ἆρά γε φρίξαντα;

Τραχήλου ὀδυνώδεα, ὄμματα ἐξέρυθρα, αἱμορῥαγικά.

Οἷσι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμορῥαγέει, καὶ ἐπιριγέει, ἆρα κοιλίη λειεντεριώδης, καὶ ἐπίσκληρος, ἢ ἀσκαρίδες, ἢ ἀμφότερον;

[795] Οἷσιν ἐξ ὀσφύος ἀναδρομὴ ἐς κεφαλὴν καὶ χεῖρας, ναρκώδεες, καρδιαλγικοὶ, ἰχωρώδεες, αἱμορῥαγέουσι

Quibus ſanguinis fluxus diu perſeveravit, in his temporis proceſſu alvus male habet, niſi urinae concoctionem prae ſe ferant.

Sanguinis eruptiones vehementes cum totius corporis perfrictionibus judicatoriis, peſſimae ſunt.

Qui capite gravati ad ſynciput dolorem ſentiunt, pervigilio torquentur, iis ſanguinis eruptionem fore ſpes eſt, tum vero praeſertim ſi aliquis tenſionis ſenſus in cervice apparet.

Qui inſomnia vexantur cum ſubita corporis jactatione et inquietudine, iis ſanguinem erupturum ſperare oportet, idque praeſertim ſi non antea quid profluxerit. Animadvertendum vero num id poſt horroris ſenſum contingat.

Cervicis dolor, oculi praerubri, ſanguinis eruptionem praenunciant.

Qui ſuppreſſa alvo ſanguinem ex naribus fundunt, aut novo ſubinde oborto rigore corripiuntur, iis fortaſſe alvus inteſtinorum laevitate laborat et obdureſcit, aut tenues lumbrici, aſcarides dicti, infeſtant, aut utrumque.

Quibus lumborum dolor in caput et manus recurſat et corpore affectioris ventriculi dolorem ſentiunt, tenuibus ac ſeroſis humoribus abundant, ii liberaliter ſanguinem pro-

Ed. Chart. VIII. [795.] Foës. I. 79. 80. Ed. Lind. I. (483. 484.)

λάβρως, καὶ κοιλίη δὲ καταῤῥήγνυται τούτοισι ταραχώδεσιν.

Οἷς ἐφ' αἱμορῥαγίη λάβρως πυκνῇ με(484)λάνων συχνῶν διαχώρησις, ἐπίτασις αἱμορῥαγοῦσιν, οὗτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δέ τινι ῥύσει εὔφοροι. ἆρα οὗτοι ψυχροῖς ἐφιδρῶσι πολλοῖς; τὸ ἀνατεταραγμένον ἐν τούτοισιν οὖρον οὐ πονηρόν, οὐδὲ τὸ ὑφιστάμενον γονοειδές. ἐπίσυχνον δὲ οὗτοι ὑδατώδεα οὐρέουσιν.

Οἷς ἂν ἀπὸ ῥινῶν ἐπικώφωσις καὶ νωθρίη μικρὰ ἢ ἀπόσταξις, ἔχει τι δύσκολον, ἔμετος τούτοις συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

‖ Οἷσιν ἐκ ῥίγεος πυρετοὶ κοπιώδεες γυναικεῖα κατατρέχει, τράχηλος δ' ἐν τούτοις ὀδυνώδης, αἱμορῥαγικόν.

Καὶ διὰ ῥινῶν αἱμορῥαγῆσαι ἐλπίζειν τὰ σείοντα κεφαλὴν, καὶ τὰ ἠχώδεα αἱμορῥαγέει ἢ γυναικεῖα καταβιβάζει,

fundunt. At vero his cum mentis perturbatione alvus effunditur.

Quibus ex frequenti et larga ſanguinis eruptione nigrorum recrementorum copioſa fit dejectio, cum alvi contenſione, aut ſuppreſſione et dolore, ii ſanguinem profundunt, cum aliqua vero fluxione bene habent. Ac forte hi frigidos, crebros, tenues ſudores emittunt. In his returbida urina mala non eſt, neque quod in ea ſubſidet genitali ſemini ſimile. Crebro autem dilutas urinas reddunt.

Quibus pauca ſanguinis e naribus ſtillatio cum ſurditate et torpore obveniens, moleſtiam quandam exhibet, iis vomitio et alvi perturbatio confert.

Quibus ex rigore febres adſunt, cum laſſitudinis ſenſu, in iis muliebrium profluvium expectare oportet. Quod ſi cervicis dolor prehenderit, ſanguinis ex naribus eruptionem fore ſpes eſt.

Quin etiam ſanguinis ex naribus eruptionem ſperare oportet in his quae caput concutiunt et aurium ſonitus excitant, aut muliebria deturbatum iri ſpes eſt, idque prae-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 406 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [795.] Foës. I. 80. Ed. Lind. I. (484. 485.)

ἄλλως τε καὶ ἢν κατὰ ῥάχιν καῦμα παρακολουθήσῃ, ἴσως δὲ καὶ δυσεντερικόν.

Καὶ οἱ κατὰ κοιλίην παλμοὶ ὑποχονδρίου ἐν τάσει ὑπομάκρῳ, ὀγκώδει, αἱμορῥαγικοὶ, φρικώδεες οὗτοι.

Ἐκ ῥινῶν λάβρα βίαια πολλὰ ῥυέντα, ἕτοιμον εἰς σπασμοὺς προσάγεται, φλεβοτομία λύει.

Αἱ πυκναὶ καὶ κατὰ μικρὰ ἐπαναστάσιες ὑπόξανθοι, γλίσχραι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα μεθ' ὑποχονδρίου ἀλγήματος, καὶ πλευροῦ, ἰκτεριώδεες. ἆρα δὲ ἐπιστάντων αὐτῶν οὗτοι ἐκλύονται; οἶμαί γε καὶ αἱμορῥαγέει, τούτοις τάσις ὀσφύος, ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμορῥαγικά.

Ὑποχονδρίου τάσις μετὰ (485) καρηβαρίης καὶ κωφώσεως, καὶ τὰ πρὸς αὐγὰς ὀχλέοντα αἱμορῥαγικά.

Ἐνδεκαταίοισι στάξιες δύσκολαι, ἄλλως τε καὶ ἢν ἐπίστᾰξις.

---

sertim si ad spinam ardor sentiatur. Fortassis autem et intestinorum difficultas expectanda est.

Quin et quae contingunt circa ventrem palpitationes, cum praecordiorum contensione oblonga et intumescente, sanguinis ex naribus profluvium denunciant, idque quandoque cum horroris sensu.

Larga, vehemens et multa sanguinis e naribus eruptio, interdum ad convulsiones deducit, ex quo venae sectio liberat.

Frequentes desidendi labores pauca aliquantulum flava, glutinosa excernentes, cum paucis alvi recrementis, praecordiorum et lateris dolore, morbum regium praenunciant. Animadvertendum vero num ex istorum suppressione ii exolvantur, aut fortasse sanguinem profundant. In his lumborum tensio et dolores sanguinis erupturi fidem faciunt.

Praecordiorum contensio cum capitis gravitate et surditate, ad haec quae oculorum aciem perturbant, sanguinis eruptionem ex naribus praenunciant.

Sanguinis e naribus stillationes quae undecimo die contingunt, molestiam exhibent, tum vero praecipue si denuo nares stillare coeperint.

Ed. Chart. VIII. [795. 801.] Foës. I. 80. 81. Ed. Lind. I. (485.)

Τὰ ἐν φρίκῃσιν ἅμα ἱδρώσαντα κρισίμως, εἰς δὲ τὴν αὔριον φρίξαντα, παραλόγως ἀγρυπνέοντα, αἱμορῥαγήσειν οἴομαι.

Οἷσιν ἐξ ἀρχῆς αἱμορῥαγίαι λάβραι, ῥῖγος ἵστησι ῥύσιν.

Ἐξ αἱμορῥαγίας ῥίγεα μακρά.

Οἷσι κεφαλαλγίαι καὶ τραχήλου πόνοι, καὶ ὅλου δέ τις ἀκράτεια τοῦ σώματος τρομώδης, αἱμορῥαγικὰ λύουσιν. ἀτὰρ καὶ χρόνῳ οὕτω λύονται.

|| Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα, φλαῦρα. καὶ τὸ καταψύχεσθαι ὧδε πονηρόν.

[801] Τὰ ὑποκαρώδεα ἐκτερώδεα οὐ πάνυ αἰσθανόμενα οἷσι λύγγες, κοιλίη καταῤῥήγνυται, ἴσως καὶ ἐπίστασις, οὗτοι ἐκλύονται. ἆρα τούτοισι καὶ τὰ παρὰ τὰ ὦτα;

Τὰ ἐπεσχημένα μετὰ ῥίγεος οὖρα πονηρὰ, ἄλλως τε καὶ προκαρωθέντα τὰ παρ' οὖς. ἆρα ἐπὶ τούτοισιν ἐλπίς;

Quibus ubi inhorruerint judicatorii ſudores ſimul contingunt, poſtridie vero ſi horror repetierit et temere pervigilent, iis forte ſanguinem e naribus erupturum ſperare oportet.

Liberalium ab initio ſanguinis eruptionum curſum rigor ſiſtit.

Rigores ubi ſanguinis eruptioni ſuccedunt, diuturni fiunt.

Quibus capitis ac cervicis dolor et totius corporis impotentia cum tremore adeſt, ab iis ſanguinis eruptio liberat. Quin etiam iſta tempore diſſolvuntur.

In his quae ad aures abſcedunt urinae, quae celeriter et parvo tempore concoquuntur, damno ſunt. Quin et perfrigerari itidem malum eſt.

In his qui quodam ſopore aut morbo regio detinentur, nec admodum ſentiunt et quibus ſingultus adeſt, alvus affatim prorumpit, fortaſſis etiam ſupprimitur, atque ii exolvuntur. Videndum num abſceſſus ad aures in his expectare oporteat.

Vrinae quae cum rigore reſtitant, damno ſunt, idque praeſertim ſi altus ſopor praegreſſus ſit. Animadvertendum eſt, num in his abſceſſus ad aures ſperare oporteat.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [801. 805.] Foës. I. 81. Ed. Lind. I. (485. 486.)

Ἐκ στροφώδους ὑπόστασις ἰλυώδης, ὑποπέλιος, κακή. ἆρά γε ἐκ τῶν ὑποχονδρίων ὀδυνᾶται, δοκέω δὲ δεξιόν; ἐκλύονται. ἆρα τὰ παρ' ὦτα τοιούτοισιν ὀδυνώδεα ἐπ' ὀλίγῳ; κοιλίη καταῤῥαγεῖσα τούτοισιν ἐν ἅπασιν ὀλέθριον.

Ἔν τισιν ἀρώδεσιν ἀγρυπνίῃσι τὰ παρ' οὖς μάλιστα.

Ἐπὶ εἰλεοῖσι δυσώδεσι πυρετῷ ὀξεῖ, ὑποχονδρίῳ μετεώρῳ χροιωτέρῳ, (486) τὰ παρ' οὖς ἐπανθέντα κτείνει.

Ἐκ κωφώσιος ἐπιεικῶς τὰ παρ' ὦτα, ἄλλως τε καὶ ἢν ἀσῶδές τι ἐπιγένηται, καὶ τοῖσι κωματώδεσιν, ἐπὶ τούτοισι μᾶλλον.

Τὰ παρ' ὦτα φλαῦρα τοῖσι παραπληγικοῖς.

Τὰ σπασμώδη τρόπον παροξυνόμενα κατόχως, τὰ παρ' οὖς ἀνίστησιν.

[805] Τὸ σπασμῶδες, τρομῶδες, ἀσῶδες, κατόχως, μικρὰ παρ' οὖς ἐπιπαροξυνόμενα.

In alvi recrementis quae cum torminibus dejiciuntur, ſedimentum limoſum, ſublividum malo eſt. Ac fortaſſe quidem ad praecordia dextra dolor adeſt et in his vires exoluuntur. Videndum num abſceſſus ad aures paulo poſt cum dolore excitentur. In his omnibus alvus affatim prorumpens periculum intentat.

In pervigiliis quibusdam quae cum angore et anxietate fiunt, ad aures abſceſſus maxime obveniunt.

In tenuioris inteſtini morbis graveolentibus, cum febre acuta et ex longo intervallo tumeſcentibus praecordiis, qui ad aures oboriuntur abſceſſus, mortem adferunt.

Ex ſurditate abſceſſus ad aures contingere conſentaneum eſt, praeſertim vero ſi implaciditas quaedam aut inquies corporis jactatio ſuccedat. Ac inter hos, in iis qui ſopore detinentur, illa magis ſperare oportet.

In leviter ſideratis abſceſſus qui ad aures contingunt, malo ſunt.

Quae convulſionis in morem affligunt, cum alto ſtupore quem catochon vocant, abſceſſus ad aures excitant.

Convulſio cum tremore, corporis jactatione et implaciditate ac alto ſtupore, quem catochon vocant, parvulorum circa aures obortorum abſceſſuum ſpem facit.

Ed. Chart. VIII. [805.] Foës. I. 82. Ed. Lind. I. (486.)

Ἆρά γε εἰσὶ τὰ παρ' ὦτα κεφαλαλγικοί; ἆρά γε καὶ ἐφιδρῶσι τὰ ἄνω, εἶτα καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται καί τι κωματῶδες; ἆρά γε καὶ ὑδατώδεα, οὖρα ἐναιωρευμένα λευκοῖς, καὶ ποικίλως ἔκλευκα, δυσώδεα ποιέει τὰ παρ' οὖς; ἆρά γε εἰσὶ τὰ τοιαῦτα οὖρα, στάξιες πυκναί; ἆρά γε καὶ γλῶσσα τούτοις λείη;

Οἷσι πνευματουμένοισιν ἐοῦσιν ἴκτεροι, καὶ πυρετοὶ ὀξέες μεθ' ὑποχονδρίων σκληρῶν κατειψῦχθαι, εἰ τὰ παρ' ὦτα μεγάλα ἴσταται.

Τὰ κωματώδεα, ἀσώδεα, ὑποχόνδρια ὀδυνώδεα, ἐμετώδεα μικρὰ, ἐν τούτοισι τὰ παρ' οὖς ἐπανίσταται, πρόσθεν δὲ καὶ τὰ περὶ πρόσωπον.

Κοιλίης μέλανα κοπρώδεα διείσης, κῶμα ἐπιφανὲν, τὸ παρ' οὖς ἀνίστησιν.

Conſiderandum in quibus ſperamus abſceſſus circa aures futuros, num ex capite doleant, aut ſuperiorum partium tenues ſudores oboriantur, aut novus inſuper rigor, ac deinde num alvus affatim prorumpat, aut aliquo ſopore detineantur. Videndum quoque num urinae dilutae, cum ſublimibus quibusdam innatantibus albidis et quae varie exalbeſcunt et graveolent, abſceſſus ad aures excitent? Ac forſe quidem quibus hujusmodi urinae adſunt, iis crebra e naribus ſtillatio contingit. An et his quidem lingua laevis eſt (ac minime aſpera)?

In ſpirituoſis et anhelatoribus morbo regio laborantibus et febre acuta, cum praecordiorum duritie et tumore, ſi corporis ſumma perfrigerentur, magnorum circa aures abſceſſuum exortum fortaſſis expectare oportet.

Qui ſopore detinentur cum corporis incontinenti jactatione, praecordiorum dolore et pauca vomitione, in iis tuberculorum ad aures exortum ſperare oportet. Sed et antea quae circa faciem contingere ſolent in conſiderationem adhibere convenit.

Alvo ſtercora nigra demittente, ſi ſopor appareat, tubercula ad aures excitat.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [805.] Foës. I. 82. Ed. Lind. I. (486. 487.)

Βήχεα μετὰ πτυελισμοῦ ὄντα τὸ παρ' οὖς ἀπαλλάσσει.

Ἐν κεφαλαλγίῃ κῶμα καὶ κώφωσις παρ' οὖς τι ἐξερεύγεται.

Ὑποχονδρίου σύντασις (487) *μετὰ κώματος ἀσώδους καὶ κεφαλαλγίης, τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.*

Τὰ ἐπώδυνα παρ' οὖς ἀκρίτως καταμωλυνθέντα φλαῦρα.

Tuſſes cum crebra oris ſalivatione abſceſſum circa aures emolliunt.

In capitis dolore ſopor et ſurditas aliquem ad aures abſceſſum effundunt.

Praecordiorum contenſio cum ſopore, corporis incontinenti jactatione et capitis dolore, tubercula ad aures attollit.

Graves aurium abſceſſus qui citra judicationem ſenſim conquieſcunt et diſſipantur, damno ſunt.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΡΟΡΡΗΤΙΚΟΝ ΒΙΒΛΙΟΝ Β.

Ed. Chart. VIII. [809.] Foës. I. 83. Ed. Lind. I. (487.)

Τῶν ἰητρῶν προρρήσιες ἀπαγγέλλονται συχναί τε καὶ καλαὶ καὶ θαυμασταὶ, οἵας ἐγὼ μὲν οὔτ' αὐτὸς προεῖπον οὔτ' ἄλλου του ἤκουσα προλέγοντος. εἰσὶ δ' αὐτῶν αἱ μὲν τοιαῖδε. ἄνθρωπον δοκέειν ὀλέθριον εἶναι καὶ τῷ ἰητρῷ τῷ μελεδαίνοντι αὐτέου καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν. ἐπεισιόντα δὲ ἰητρὸν ἕτερον εἰπεῖν ὅτι τὸ μὲν ἄνθρωπος οὐκ ἀπολεῖται, ὀφθαλμῶν δὲ τυφλὸς ἔσται. καὶ παρ' ἕτερον δοκέοντα παγκάκως ἔχειν εἰσελθόντα προειπεῖν τὸν μὲν ἄνθρωπον ἀναστήσεσθαι, χεῖρα

HIPPOCRATIS PRAEDICTORVM LIBER SECVNDVS.

Praedictiones medicorum referuntur permultae tum praeclarae tum admiratione dignae, quales neque equidem praedixi, neque quenquam qui praediceret audivi. Ex quibus quaedam sunt hujusmodi. Hominem qui medico ejus curam habenti et caeteris periclitari videretur, ingressum vero alium medicum de eo pronunciasse, hunc non perituram, verum oculis captum fore. Et ad alium qui prorsus male affectus existimabatur, ingressum praedixisse, eum quidem ex morbo relevaturum, verum mancum futurum. Et in alio qui ne superesse quidem posse existimabatur, pro-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [809. 810.] Foës. I. 83. Ed. Lind. I. (487. 488.)
δὲ χωλὴν ἔξειν, καὶ ἄλλῳ τῳ δοκέοντι οὐ περιέσεσθαι εἰπεῖν αὐτὸν μὲν ὑγιέα ἔσεσθαι, τῶν δὲ ποδῶν τοὺς δακτύλους μελανθέντας ἀποσαπήσεσθαι. καὶ τἄλλα τοιουτότροπα προῤῥήματα λέγεται ἐν τοιουτέῳ τῷ εἴδει. ἕτερος δὲ τρόπος προῤῥήσεως ὠνεομένοισί τε καὶ διαπρησομένοισι προειπεῖν τοῖσι μὲν θανάτους, τοῖσι δὲ μανίας, τοῖσι δὲ ἄλλας νόσους, ἐπὶ πᾶσι τούτοισί τε καὶ τοῖσι προτέροισι χρόνοισι προφητίζειν καὶ πάντα ἀληθεύειν. ἄλλο δὲ σχῆμα(488) προῤῥήσεων τόδε λέγεται· τοὺς ἀθλητὰς γινώσκειν καὶ τοὺς τῶν νούσων εἵνεκα γυμναζομένους τε καὶ ταλαιπωρέοντας, ἤν τι ἢ τοῦ σιτίου ἀπολίπωσιν, ἢ ἑτεροῖόν τι [810] φάγωσιν, ἢ ποτῷ πλέονι χρήσωνται, ἢ τοῦ περιπάτου ἀπολίπωσιν, ἢ ἀφροδισίων τι πρήξωσι. τούτων πάντων οὐδὲν λανθάνει, οὐδ' εἰ σμικρόν τι εἴη, ἀπειθήσας ὤνθρωπος, οὕτως ἐξηκριβῶσθαι οὗτοι πάντες οἱ τρόποι λέγονται τῶν προῤῥησίων. ἐγὼ δὲ τοιαῦτα μὲν οὐ μαντεύσομαι, σημεῖα δὲ γράφω οἷσι χρὴ τεκμαίρεσθαι τούς τε ὑγιέας ἐσομένους τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς ἀποθανουμένους τούς τε ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἢ

nunciaſſe ipſum quidem ſanum fore, at pedum digitos denigratos putrilaginem contracturos. Atque talia multa id genus praedicta narrantur. Aliud quoque praedictionis genus ad eos qui in auctione et negociatione verſantur ſpectat, cum partim quidem mortem, partim vero inſaniam, quibusdam etiam varios morbos praedicunt, ad haec omnia quae inſtant et retro actis temporibus evenerunt vaticinantur et vera efferunt. Alia praeterea praedictionum forma eſſe dicitur, quae circa athletas eosque qui propter morbos ſe exercent et laboribus fatigant verſatur et cognoſcit ſi quid in cibo ſit ab his praetermiſſum aut mutatum, aut potu pleniore utantur, aut deambulationem intermittant, aut quid circa res venereas agitent. Quorum omnium nihil eos fugit, ne vel ſi puſillum quidem quis medico non paruerit, cujus exactam cognitionem non habeant. Atque haec omnia narrantur praedictionum genera. Ego autem hujusmodi vates eſſe nolo, ſigna vero deſcribam ex quibus quis ſanos fore aut morituros homines conjectura cognoſcat, eosque qui tum brevi tum longiore temporis intervallo ſani ſunt futuri

Ed. Chart. VIII. [810.] Foës. I. 83. Ed. Lind. (488. 489.)

ἐν πολλῷ ὑγιέας ἐσομένους, ἢ ἀπολουμένους. γέγραπται δέ μοι καὶ περὶ ἀποστασίων ὡς χρὴ ἐπισκέπτεσθαι ἑκάστας. δοκέω δὲ καὶ τοὺς προειπόντας περί τε τῶν χωλωσίων καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιουτέων ἤδη ἀποστηριζομένου τοῦ νοσήματος προειπεῖν, καὶ δήλου ἐόντος ὅτι οὐ παλινδρομήσει ἡ ἀπόστασις, εἴ περ νόον εἶχον, πολὺ μᾶλλον ἢ πρὶν ἄρχεσθαι τὴν ἀπόστασιν γινομένην. ἐλπίζω δὲ καὶ τἆλλα προῤῥηθῆναι, θανάτους τε καὶ νοσήματα καὶ μανίας. ταῦτα δέ μοι δοκέει τοιαῦτα γενέσθαι, καὶ οὐδέν τι δοκέει χαλεπὰ εἶναι προειπεῖν τῷ βουλομένῳ τὰ τοιάδε διαγωνίζεσθαι. πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς ἐφύδρους τε καὶ φθινώδεας τίς οὐκ ἂν γνοίη; ἔπειτα τοὺς παραφρονήσαντας ἐστὶ (489) μὴ πολὺ λανθάνειν, εἴ τις εἰδείη οἵοι τὸ νόσημα τοῦτο ἢ ξυγγενές ἐστιν, ἢ πρόσθεν ποτ' ἐμάνησαν. εἰ γὰρ οὗτοι οἳ ἄνθρωποι οἰνοφλύγες εἶεν, ἢ κρεηφαγοῖεν, ἢ ἀγρυπνοῖεν, ἢ τῷ ψύχει ἢ τῷ θάλπει ἀλογίστως ὁμιλοῖεν, πολλαὶ ἐλπίδες ἐκ τουτέων τῶν διαιτημάτων παραφρονῆσαι αὐτούς. τούς τε αἱμοῤῥοΐδας ἔχοντας, εἴ τις ὁρῴη

aut morituri. Scriptum eſt autem a nobis de his quae abscedunt et quomodo eorum quidque exiſtimare oporteat. Ac eos quidem exiſtimo qui claudicationes et caetera id genus praedicunt, ſi modo quid mentis habuerunt, firmato jam morbo eas praedictiones feciſſe et cum manifeſtum foret id quod abſcedere natum eſt, intro recurrere non poſſe, idque longe potius quam ante abſceſſus initia. In ſpem autem adducor et alia praedicta eſſe, mortesque et morbos et inſanias, eaque mihi videntur ita accidiſſe, nihilque eorum non facile praedici poſſe videtur, ſi quis modo ad ea mentis acie velit contendere. Imprimis namque quotus quisque eſt qui aqua intercute aut tabe laborantes non noverit? Denique deliraturi ne longe quidem latere poſſunt eos qui norint quibus aut innata eſt ac congenita ad hunc morbum propenſio, aut qui jam antea inſaniverunt. Si namque hujusmodi temulenti fuerint, aut carnibus veſcantur, aut pervigilatione, aut frigore, aut calore inconſulte utantur, ex eo vitae genere magna ſpes eſt ipſos deliraturos. Ac eos qui per ora venarum ſanguinem fundere ſunt ſoliti, ſi quis

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [810.] Foës. I. 83. 84. Ed. Lind. I. (489.)

τοῦ χειμῶνος πολυποτέοντάς τε καὶ εὐχρόους ἐόντας, ἔστι προειπεῖν ἀμφὶ τούτων. ἐς γὰρ τὸ ἔαρ καταῤῥαγῆναι τὸ αἷμα πολλαὶ ἐλπίδες, || ὥστε ἀχρόους τε καὶ ὑδαλέους ὑπὸ τὴν θερείην τούτους εἶναι. ἀλλὰ χρὴ προλέγειν καταμανθάνοντα πάντα ταῦτα, ὅστις τῶν τοιουτέων ἐπιθυμέει ἀγωνισμάτων. ἐστι γὰρ ἐκ τῶν γεγραμμένων προειπεῖν καὶ θάνατον καὶ μανίην καὶ εὐεξίην. εἴποιμι δ' ἂν καὶ ἄλλα πάμπολλα τοιαῦτα, ἀλλὰ τὰ εὐγνωστότατα ἔδοξέ μοι γράψαι. συμβουλεύω δὲ ὡς σωφρονεστάτους εἶναι καὶ ἐν τῇ ἄλλῃ τέχνῃ καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισι προῤῥήμασι, γνόντας ὅτι ἐπιτυχὼν μὲν ἄν τις τοῦ προῤῥήματος θαυμασθείη ὑπὸ τοῦ ξυνιόντος ἀλγέοντος, ἁμαρτὼν δ' ἄν τις πρὸς τῷ μισεῖσθαι τάχ' ἂν καὶ μεμηνέναι δόξειεν. ὧν δὴ ἕνεκα κελεύω σωφρόνως τὰ προῤῥήματα ποιέεσθαι καὶ τἆλλα πάντα καὶ ταῦτα. καίτοι γε ἀκρύω καὶ ὁρῶ οὔτε κρίνοντας ὀρθῶς τοὺς ἀνθρώπους τὰ λεγόμενά τε καὶ ποιεύμενα ἐν τῇ τέχνῃ οὔτ' ἀπαγγέλλοντας.

per hiemem liberaliore potu uſos aut bene coloratos conſpiciat, hic facile praedixerit, ipſo vere erupturi ſanguinis magnam ſpem affore, adeo ut ſub aeſtatem decolores et aquoſi evadant. Nempe ſic decet eum qui haec omnia addidicerit praedicere, ſi hujusmodi contentionum praemium reportare deſiderat. Ex his namque quae ſcripta ſunt et mortem et inſaniam et bonum corporis habitum praedicere licet. Quin et alia id genus multa referre poſſem, niſi in animo eſſet quae ſunt cognitu facillima ſcribere. Quod ſi quis me audiat, is quam prudentiſſime et conſultiſſime tum in caetera arte tum in praedictis hujusmodi ſe geret, probe intelligens, qui praedictionis ſucceſſum conſecutus ſit, apud prudentem aegrum admirationi fore, qui vero deerraverit, praeterquam quod odio gravabitur, eum ne inſaniae quidem ſuſpicionem effugere poſſe. Quapropter praecipio praedicta tum haec tum alia omnia prudenter fieri, etſi ſentio et video quae in arte dicuntur aut fiunt perperam ab hominibus aeſtimari et referri.

Ed. Chart. VIII. [810. 811.] Foël. I. 84. 85. Ed. Lind. I. (489. 490.)

Ἀμφὶ δὲ τῶν γυμναζομένων καὶ ταλαιπωρεόντων τὰς μὲν ἀτρεκείας τὰς λεγομένας ὡς λέγουσιν [811] οἱ λέγοντες οὔτε δοκέω (490) εἶναι, οὔτ' εἴ τις δοκέει, κωλύω δοκέειν. ὑπὸ σημείου μὲν γὰρ οὐδενὸς βλάπτεται τὰ ὑπονοήματα οὔτε καλοῦ οὔτε κακοῦ, ᾧ χρὴ πιστεύσαντα εἰδέναι εἴτε ὀρθῶς ἀπήγγελται εἴτ' οὔ. ἄλλως δὲ ἐκποιέει τῷ βουλομένῳ πιστεύειν, οὐ γὰρ ἐμποδὼν ἵσταμαι, δοκέω δὲ αὐτῶν εἴ τι ἀληθὲς λέγεται ἢ τῶνδε τῶν περὶ τοὺς γυμναζομένους, ἢ ἐκείνων τῶν πρότερον γεγραμμένων, πρῶτον μὲν τῶν σημείων τεκμήρασθαι τοῦτον γνόντα, ἔπειτα ἐνδοιαστῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως || προειπεῖν, ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἀπαγγέλλοντας τερατωδεστέρους διηγεῖσθαι ἢ ὡς ἐγένοντο, ἐπεὶ οὐδὲν τῇσι νούσοισιν εὐπετὲς γινώσκειν τὰ ἁμαρτήματα, καί τοι κατάκεινταί γε οἱ ἄνθρωποι καὶ διαιτήμασιν ὀλιγοτρόφοισι χρῶνται, ὥστε μὴ πάμπολλα δεῖ ὁρᾶσθαι ὑποσκεπτόμενον τὸν μελεδαίνοντα. οἱ μὲν γὰρ πίνουσι μόνον, οἱ δὲ πρὸς τῷ πίνειν ἢ ῥόφημα ἢ σιτίον βέλτιστον ἐπιφέρονται. ἀνάγκη οὖν ἐν τῷ τοιούτῳ τοὺς μὲν

Quod autem attinet ad eos qui exercitationibus et laboribus fatigantur, quae quidem pro certo affeverantur, ut afferunt qui ea narrant, nec esse puto, neque si quis existimet, prohibeo. Etenim quam quis animo concepit opinionem nullum signum neque bonum neque malum refellit, quo quis fretus num recte renunciatum sit necne possit cognoscere. Alioquin sane suppetit ei qui volet ut credat, nihil enim impedit. Verum existimo si quid ex his veri effertur, aut de his qui exercentur, aut de illis quos antea scripsimus, primum quidem, qui hujus cognitionem habuit ex signis conjecturam captasse, deinde dubie et ut fert humana natura praedixisse, simulque eos qui renunciant prodigiosius quam res extitit commemorare, quando neque proclive est in morbis errata cognoscere, etiam si aegri decumbant et parum nutrientibus cibis utantur, adeo ut non admodum multa medicum intueri oporteat, qui haec in considerationem adhibere velit. Etenim quidam solo potu utuntur, alii ad potum vel sorbitionem, vel optimum cibum adjungunt. Quare tum necesse est eos qui largiore potu utuntur diffici-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [811.] Foës. I. 85. Ed. Lind. I. (490. 491.)
τῷ ποτῷ πλέονι χρησαμένους δυσπνοωτέρους γίνεσθαι, καὶ οὐρέοντας πλέον φαίνεσθαι, τοὺς δὲ τῷ ῥοφήματι ἢ τῷ σιτίῳ πλεονάσαντας διψᾶν τε μᾶλλον καὶ πυρεταίνειν. εἰ δέ τις ἀμφοτέροις, καὶ τῷ ποτῷ καὶ τοῖσι περὶ τὰ σιτία, ἀμέτρως χρήσαιτο, πρὸς τῷ πυρεταίνειν καὶ δυσπνοεῖν καὶ τὴν γαστέρα περιτεταμένην ἂν καὶ μείζω ἔχειν. ἔξεστι δὲ καὶ ταῦτα πάντα καταβασανίζειν κάλλιστα καὶ τἆλλα τοῖσιν δοκιμίοισι, οἷσιν ἐχομέν τε καὶ χρεώμεθα εὖ πάντα. πρῶτον μὲν γὰρ τῇ γνώμῃ τε καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἄνθρωπον κατακείμενον ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἀτρεκέως διαιτώμενον ῥᾴδιόν ἐστι γνῶναι, ἤν τι ἀπειθήσῃ, ἢ περιοδοιπορέοντα καὶ πάμπολλα ἐσθίοντα. ἔπειτα τῇσι (491) χερσὶ ψαύσαντα τῆς γαστρός τε καὶ τῶν φλεβῶν ἧσσόν ἐστιν ἐξαπατᾶσθαι ἢ μὴ ψαύσαντα. αἵ τε ῥῖνες ἐν μὲν τοῖσι πυρεταίνουσι πολλά τε καὶ καλῶς σημαίνουσιν. αἱ γὰρ ὀδμαὶ μέγα διαφέρουσιν. ἐν δὲ τοῖσιν ἰσχύουσί τε καὶ ὀρθῶς διαιτωμένοισιν οὐκ οἶδα τί ἂν χρησαίμην, οὐδ' ἐν τούτῳ τῷ δοκιμίῳ. ἔπειτα τοῖς ὠσὶ, τῆς φωνῆς ἀκούσαντα καὶ τοῦ πνεύματος ἔστι διαγινώσκειν, ἃ ἐν τοῖσιν

lius ſpirare et majorem urinae copiam reddere, eos vero qui ſorbitione aut cibo abunde uſi ſunt, ſiti majori et febre tentari. Quod ſi quis ad utraque, et potum et cibos, immoderate ſe geſſerit et etiam ad febrem et ſpirandi difficultatem, ventris circumtenſionem et magnitudinem adjunget. Licet autem et in his omnibus optime periclitandis caeterisque eam probationem facere, quam in omnibus adhibemus et recte utimur. Imprimis quidem facile eſt mente ac oculis complecti, eodem loco decumbentem et diligenti victus ratione utentem, num qua in re aut obambulando, aut multum edendo non obſecutus ſit. Deinde manibus tum ventrem tum venas attrectantem minus falli convenit quam qui non attrectavit. Nares quoque in febricitantibus quidem multaque et pulchre denunciant, odores namque multum inter ſe differunt. At in valentibus et recta victus ratione utentibus non video qua in re hac exploratione uti poſſim. Ad hoc vocem et ſpiritum audiendo licet anribus dignoſcere, quae in valentibus non aeque ſunt manifeſta, verum quali-

Ed. Chart. VIII. [811. 812.] Foës. I. 85. Ed. Lind. I. (491. 492.)

ἰσχύουσιν οὐχ ὁμοίως ἐστὶ δῆλα, ἀλλ' οἷως πρόσθεν. ἢν τὰ ἤθεα τῶν νοσημάτων τε καὶ τῶν ἀλγεόντων ἐκμάθῃ ὁ ἰητρὸς, οὐ χρὴ προλέγειν οὐδέν. οὐ γὰρ ἂν δυσπνούστερος ἄνθρωπος γένοιτο, ἔτι πλανωμένης τῆς νόσου, καὶ πυρετήνειεν ὀξυτέρῳ πυρὶ, καὶ ἡ γαστὴρ ἐπιταθείη. ὥστε διὰ ταῦτα οὐκ ἀσφαλὲς προλέγειν πρόσθεν πρὶν ἂν κατάστασιν λαβεῖν τὸ νόσημα. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ὅ τι ἂν παράλογον γένηται λέγειν χρή. δῆλα δὲ τὰ διὰ τὴν ἀπειρίην γινόμενα κακά. αἵ τε γὰρ δύσπνοιαι καὶ τἆλλα ταῦτα τῇ ὑστεραίῃ πεπαύσεται, ἢν δὲ ἁμαρτάδα γένηται. ἢν οὖν τις ταύτην τὴν κρίσιν περιϊδὼν λέγῃ, οὐχ ἁμαρτήσεται. ἐγὼ μὲν νῦν τόνδε τὸν τρόπον ἐσηγέομαι τῶν ἐπισκεψίων, καὶ περὶ τῶν οἴκοι μενόντων, οἷα ἐξαμαρτάνουσιν, καὶ περὶ τῶν γυμναζομένων τε καὶ τῶν ἄλλων πάντων. τὰς δ' ἀκριβείας κείνας ἀκούω τε καὶ καταγελῶ τῶν ἀπαγγελλόντων. σμικρὰ μὲν γὰρ ἀπειθούντων τῶν ἀνθρώπων οὐκ οἶδ' ὅπως ἂν ἐλέγξαιμι. εἰ δ' εἴη μείζονα τὰ ἁμαρτήματα, ὅντινα τρόπον ὑποσκέπτεσθαι χρὴ γράφω. [812] (492) χρὴ

ter antea ſe habent. Quod ſi morborum et aegrorum naturam medicus cognoverit, nihil neceſſe eſt quicquam praedicere. Nam nec difficilius quis ſpiraverit adhuc inerrante morbo et graviore febre tentabitur, venterque intenſior fuerit. Quas ob cauſas, ante quam morbus conſiſtat, ſecura non eſt praedictio. Sed hoc elapſo tempore enunciare oportet quicquid praeter rationem evenerit. Neque vero obſcura ſunt quae ob aegrorum contumaciam mala contingunt. Spirandi namque difficultas caeteraque id genus, ſi ob erratum contingunt, poſtridie deſinent. Quare qui hanc judicationem in conſiderationem ad dicendum adhibuerit, non aberrabit. Atque hunc quidem in modum habendam eſſe rationem tum eorum qui domi manent tum eorum qui exercentur, caeterorumque omnium, in his erratis quae committunt nunc ſuadeo, exquiſitas autem illas narrationes et audio et derideo. Neque enim video quanam ratione eos qui parum a medici monitis aberrant deprehendere queam. Quod ſi majora fuerint errata, quonam modo in conſiderationem venire debeant, ſcriptis complecti eſt animus. Im-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [812.] Foës. I. 85. 86. Ed. Lind. I. (492.)

δὲ πρῶτον μὲν τὸν ἄνθρωπον ἐν ᾧ μέλλει τις γνώσεσθαι τὰ ἀπηθευμένα, ἅπασαν ἡμέρην ὁρᾶν ἐν τῷ αὐτῷ τε χωρίῳ καὶ τὴν αὐτὴν ὥρην, μάλιστα τ' ἦμος ἠέλιος νεωστὶ καταλάμπει. τοῦτον γὰρ τὸν χρόνον ὑποκεκενωμένος ὢν εἴη, καὶ νῆστις ἂν ἔτι ἐστὶ, καὶ τεταλαιπωρηκὼς οὐδὲν πλὴν τῶν ὀρθρινῶν περιπάτων, ἐν οἷς ἥκιστα ἀπηθεῖ, ἢν γε ἐπανεγερθεὶς ὄνθρωπος ἐς τὴν περίοδον καταστῇ, ὥστε ἀνάγκη τὸν δικαίως διαιτώμενον μάλιστα ταύτην τὴν ὥρην ὁμαλῶς ἔχειν τὴν κατάστασιν τοῦ χρώματός τε καὶ τοῦ ξύμπαντος σώματος, διό καὶ ὁ ἐπιμελούμενος ὀξύτατός τ' ἂν εἴη καὶ τὸν νόον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. ἐνθυμέεσθαι δὲ χρὴ καὶ τοῦ ἀνθρώπου τὴν γνώμην, τοὺς τρόπους, τοῦ σώματος τὴν δύναμιν. || ἄλλοι γὰρ ἄλλα ῥηϊδίως ἐπιτελοῦσι τῶν προστασσομένων καὶ χαλεπῶς. πρῶτον μὲν οὖν ὁ λιμαγχεόμενος εἰ πλείονα φάγῃ τε καὶ πίῃ, τούτοισι δῆλος ἔσται· καὶ ὀγκηρότερον αὐτοῦ τὸ σῶμα φανεῖται, καὶ λιπαρώτερον καὶ εὐχρούστερον ἔσται, ἢν μὴ κακῶς διακεχωρήκῃ τὰ ἀπὸ τῆς γαστρὸς

primis quidem oportet, ſi quis horum cognitionem habere volet, quae committit aeger medicis non auſcultando, eum tota die intueri et eodem in loco ac eadem hora, praeſertimque cum primum ſol collucet. Tunc enim aliquantum exinanitus fuerit et adhuc jejunus eſt, neque ullo labore praeterquam matutinis deambulationibus feſſus, in quibus minime medico contradicit, ſi quidem ſomno experrectus ad deambulandum ſe contulerit. Quare neceſſe eſt eum qui abſoluta victus ratione utitur, ea hora praecipue, aequabilem cum coloris tum etiam totius corporis ſtatum nactum eſſe. Ideoque et qui ad hoc negotium incumbit, tunc temporis maxime mentis acumine atque oculorum acie valuerit. Praeter haec in cogitationem etiam adhibere oportet hominis mentem, mores et corporis vires, quandoquidem quidam facilius aut difficilius imperata exequuntur. Imprimis igitur qui inediam ſubit, ſi abundantiorem cibum et potum ſumpſerit, his ſe prodet indiciis. Nam et ejus corporis moles major videbitur et plenior, ac melius coloratus fuerit, niſi male prodierint alvi excrementa, eritque ad ſatigatio-

Ed. Chart. VIII. [812.] Foës. I. 86. Ed. Lind. I. (492. 493.)

αὐτῷ. ἔσται δὲ καὶ εὐθυμότερος ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ. σκεπτέον δὲ καὶ ἤν τι ἐρυγγάνῃ ἢ ὑπὸ φύσης ἔχηται. ταῦτα γὰρ προσήκει γίνεσθαι τοῖσι ὧδε διακειμένοισι ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἁμαρτάδι. ἢν δὲ ἐσθίειν τε ἤδη ἀναγκαζόμενος συχνὰ, καὶ ταλαιπωρέειν ἰσχυρῶς, ἢ τὸ σιτίον μὴ καταφάγῃ, ἢ θωρηχθῇ, ἢ μὴ περιέλθῃ ἀπὸ τοῦ δείπνου συχνοῦ, ὧδ' ὑποσκέπτεσθαι. τὸ μὲν δεῖπνον εἰ μὴ καταφάγοι, περιπατήσαι δὲ τὰ με(493)μαθηκότα, ἡδίων τε ἂν προσιδεῖν, ὀξύτερός τε καὶ ἐργαστικώτερος ἐν τοῖσι γυμνασίοσι. ὁ δ' ἀπόπατος σμικρότερός τε καὶ ξυνεστηκὼς μάλιστ' ἂν τούτῳ γένοιτο. ἢν δὲ τὸ δεῖπνον καταφαγὼν μὴ περιπατήσῃ, ἐρυγγάνοι τ' ἂν καὶ φυσώδης εἴη, καὶ πλῆθος οὐκ ἔλασσον φαίνοιτο, καὶ ἱδρώη ἂν μᾶλλον ἢ πρόσθεν ἐν τῇ ταλαιπωρίῃ καὶ δύσπνοος ἂν εἴη καὶ βαρύς. αἵ τε διέξοδοι τῆς κοιλίης μέζονές τε καὶ ἧσσον γλίσχραι τουτέων γένοιντ' ἄν. εἰ δὲ μήτε τὸ σιτίον καταναλώσειε, μήτε περιπατήσειε, νωθρότερος ἂν εἴη καὶ ὀγκωδέστερος. εἰ δὲ μεθυσθείη, ἱδρώη τ' ἂν μᾶλλον ἢ πρόσθεν καὶ δύσπνοος ἂν εἴη, καὶ βαρύτερος αὐτὸς ἑωυτοῦ καὶ ὑγρότερος. εἴη δ' ἂν καὶ εὐθυμό-

nem alacrior. Videndum quoque eſt num qui eructatione rejecerit, aut flatibus vexetur, quae fieri aſſolent his qui in eo victus errato hunc in modum ſe habent. Quod ſi ubi pleniorem cibum edere cogitur, aut valenter fatigari, aut cibum non comederit, aut inebriatus fuerit, aut poſt copioſiorem coenam non deambulaverit, hunc in modum explorare poteris. Coenam ſiquidem non ſumpſerit, deambulet autem uti conſuevit, tum aſpectu jucundior fuerit, tum in exercitationibus obeundis acrior et efficacior, ſeceſſus vero et minor et maxime compactus huic contigerit. Quod ſi coenam ſumpſerit nec deambulaverit, ructatione et flatibus conflictabitur, neque plenitudo minor videbitur et in fatigatione magis quam antea ſudabit, ſpirandique difficultate et gravitate laborabit et alvi ſeceſſus copioſiores et minus glutinoſi his fuerint. Si vero neque cibum abſumpſerit, neque deambulaverit, languidior et turgidior fuerit. Sed ſi inebriatus fuerit, utique quam prius magis ſudaverit et difficilius ſpirabit et ſeipſe gravior et humidior evadet. Quin

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 420 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [812. 813.] Foës. I. 86. 87. Ed. Lind. I. (493. 494.)

τερος, ἢν μή τι αὐτῷ ἡ κεφαλὴ ἀνιῶτο. γυναικὶ δὲ χρησάμενος ἅπαξ ὀξύτερός τ' ἂν εἴη καὶ λελυμένος μᾶλλον· εἰ δὲ πλειστάκις διαπρήξαιτο, σκληρότερος ἂν γένοιτο, καὶ αὐχμηρόν τι ἔχων, καὶ ἀχρούστερός τε καὶ κοπιώδης μᾶλλον.

[813] Ἀποπάτους δὲ χρὴ διαχωρέειν τοῖσι ταλαιπωρέουσιν, ἔστ' ἂν ὀλιγοσιτέωσί τε καὶ ὀλιγοποτέωσι, σμικρούς τε καὶ σκληρούς. ἢν δὲ πᾶσαν ἡμέρην, ἢν τε καὶ διὰ τρίτης, ἢ τετάρτης, ἢ διὰ πλέονος χρόνου διαχωρέῃ, κίνδυνος ἢ πυρετὸν ἢ διῳρροίην ἐπιλαβεῖν. ὅσα δὲ ὑγρότερά ἐστι τῶν διαχωρημάτων ἢ ὥστε ἐκτυποῦσθαι ἐν τῇ διεξόδῳ, ταῦτα δὲ πάντα τοῖσι κακίω. τοῖσι δὲ συχνὰ ἐσθίουσιν ἤδη καὶ πολλὰ ταλαιπωρέουσι τὴν διέξοδον χρὴ μαλθακὴν ἐοῦσαν ξηρὴν εἶναι, πλῆθός τε τῶν εἰσιόντων κατὰ λόγον τῆς ταλαιπωρίης. διαχωρέει δὲ ἀπὸ τῶν ἴσων σιτίων τοῖσι μὲν ἐλάχιστα ταλαιπωρέουσι πλεῖστα, τοῖσι δὲ ταλαιπωρέουσι πλεῖστα σμικρόν, ἢν ὑγιαίνωσί τε καὶ δικαίως διαιτῶνται, ἀλλὰ πρὸς ταῦτα συμβάλλεσθαι. αἱ δὲ ὑγρότεραι τῶν διαχωρήσεων καὶ (494)

et alacrior fuerit, niſi caput aliquatenus dolore vexetur. Uxore vero ſemel uſus et acrior fuerit et magis expeditus. At ſi ſaepius venerem exercuerit, durior evadet cum quodam ſqualore, corpusque decoloratius erit et majore laſſitudine tentatum.

Seceſſus vero neceſſe eſt his qui defatigantur, dum parvo cibo aut potu contenti ſunt exiguos et duros procedere, ſive quotidie, ſive tertio quoque aut quarto die, aut longiore ex intervallo prodeant. Tuncque metus eſt ne febris aut alvi profluvium ipſos prehendat. Quibus tamen pejores ſunt dejectiones omnes, quae tam ſunt liquidae ut in exitu figuratae eſſe nequeant. Frequentem vero cibum ſumentibus ac multum defatigatis mollem in transitu dejectionem ſiccam eſſe oportet, ciborumque ingeſtorum copiam pro defatigationis ratione reſpondere. Sumpta autem aequali ciborum copia, his quidem qui minimum defatigantur plurimae, his vero qui plurimum defatigantur paucae dejectiones prodeunt, ſi ſani ſint et proba victus ratione utantur. Ea namque ad haec conferre exiſtimandum eſt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [813.] Foes. I. 87. 88. Ed. Lind. I. (494.)

ἄτερ πυρετῶν γινόμεναι, καὶ ἑβδομαῖαι, καὶ θᾶσσον κριτόμεναι, λυσιτελέες, ἐς ἅπαξ πᾶσαι γινόμεναι, καὶ μὴ ὑποστρέφουσαι. εἰ δ' ἐπιπυρεταίνοιεν οἱ ἄνθρωποι, ἢ ὑποστρέφοιεν αἱ διάῤῥοιαι εἰ μακραὶ γιγνοιντο, πάντως πονηραὶ, εἴ τε χολώδεες ἦσαν, εἴ τε φλεγματώδεες, εἴ τε ὠμαὶ, καὶ διαιτημάτων τε ἰδίων προσδεόμεναι ἕκασται, καὶ φαρμακευσίων ἄλλαι ἄλλων.

|| Οὖρον δὲ χρὴ κατά τε τὸ τοῦ πινομένου πλῆθος διουρέεσθαι καὶ ἶσον αἰεὶ καὶ ἀθρόον ὡς μάλιστα καὶ ῥοπῇ ὀλίγον παχύτερον ἢ οἷον ἐπόθη. εἰ δὲ εἴη ὑδατῶδές τε καὶ πλεῖον τοῦ προστασσομένου πίνεσθαι, σημαίνει μὴ πείθεσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλὰ πλέονι πυτῷ χρῆσθαι, ἢ οὐ δύνασθαι ἀναθραφῆναι, ἔστ' ἂν τὰ τοιαῦτα ποιέῃ τὸ οὖρον. εἰ δὲ κατ' ὀλίγον τρύζοι τὸ οὖρον, σημαίνει ἢ φαρμακεύσιος δεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ νόσημά τι τῶν περὶ κύστιν ἔχειν. αἷμα δὲ οὐρῆσαι ὀλιγάκις μὲν καὶ ἄτερ πυρετοῦ καὶ ὀδύνης οὐδὲν κακὸν σημαίνει, ἀλλὰ κύπων λύσις γίνεται. εἰ δὲ πολλάκις οὐρέοι,

At liquidiores dejectiones, quae citra febrem et die ſeptimo aut citius judicio terminantur, utiles, ſi ſemel univerſae effluant, neque repetant. Quod ſi febris acceſſerit, alvique profluvia repetant, ſi diu perſeverent, omnino vitioſa, ſive bilioſa fuerint, ſive pituitoſa, ſive cruda, egentque ſingula cum propria victus ratione tum medicatione.

Urinam autem copia potui reſpondentem reddere oportet et ſemper aequalem et quam maxime effuſam et ad paulo craſſius inclinantem quam quod potu ſumptum eſt. Quod ſi diluta fuerit et copia major quam quod potui ſit aſſignatum, hominem dicto non audientem ſignificat, ſed abundantiore uti potu, aut non poſſe nutritionem accipere, quamdiu talis urina reddetur. Si vero paulatim cum ſtridore urina emittatur, aut medicamenti potione hominem indigere, aut veſicam quodammodo male affectam denunciat. At ſanguinis mictus rarus quidem et ſine febre ac dolore, nihil mali indicat, verum laſſitudinum ſenſus ſolvitur. Quod ſi ſaepius mictu reddatur, aut horum aliquid acceſſerit, periculum

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [813. 814.] Foël. I. 88. 89. Ed. Lind. I. (494. 495.)
ἤ τι τούτων προσγίνοιτο, δεινόν. ἀλλὰ προλέγειν ἦν τε ξὺν ὀδύνῃσιν οὐρέηται, ἦν τε ξὺν πυρετῷ πῦον ἐπιδιουρήσειν, καὶ οὕτω παύεσθαι τῶν ἀλ(495)γεόντων. παχὺ δὲ οὖρον λεπτὴν ὑπόστασιν ἔχον σημαίνει ἢ περὶ τὰ ἄρθρα τινὰ ὀδύνην καὶ ἔπαρσιν. αἱ δ' ἄλλαι ὑποστάσεις αἱ ἐν τοῖσιν οὔροισιν τῶν γυμναζομένων πᾶσαι ἀπὸ τῶν νοσημάτων γίνονται τῶν περὶ τὴν κύστιν. δῆλον δὲ ποιήσουσι, ξὺν ὀδύνῃσί τε γὰρ ἔσονται καὶ δυσαπάλλακτοι. καὶ ταῦτα μὲν γράφω περὶ τούτων καὶ λέγω τοιαῦτα ἕτερα. ὧν δὲ δι' ἀκρίβειαν κατηγορέονται τῶν προρρήσεων, τοῖσι μὲν αὐτῶν αὐτὸς ξυνεγενόμην, τῶν δὲ παισί τε καὶ μαθητῇσιν ἐλεσχηνευσάμην, τῶν δὲ ξυγγράμματα ἔλαβον. ὥστε εὖ εἰδὼς οἷα ἕκαστος αὐτῶν ἐφρόνει καὶ τὰς ἀκριβείας οὐδαμοῦ εὑρὼν ἐπεχείρησα τάδε γράφειν.

[814] || Περὶ δὲ ὑδρώπων τε καὶ φθισίων καὶ τῶν ποδαγρῶν, τῶν τε λαμβανομένων ὑπὸ τῆς ἱερῆς νόσου καλεομένης, τάδε λέγω, κατὰ μέν τι περὶ πάντων τὸ αὐτό. τὸν

minatur. At praedicendum eſt, ſive cum dolore, ſive cum febre mictu reddatur, pus inſuper per urinam effluxurum, atque eo pacto dolores tolli. Urina vero craſſa, in qua quod ſubſidet album eſt, articulorum dolorem aut tumorem denunciat. Quae autem ſunt reliqua ſedimenta in urinis eorum qui exercentur, ea omnia a morbis fiunt qui circa veſicam affligunt. Quod manifeſtum facient dolores qui aderunt et a quibus vix liberari queant. Atque haec quidem de his ſcribenda, aliaque id genus dicenda exiſtimavi. Cum his vero qui praedictionum exquiſitas narrationes praedicant, partim ipſe commercium habui, partim cum eorum filiis et diſcipulis diu differui, quorundam etiam ſcripta nactus ſum, ideoque cum cujusque ſenſum probe percepiſſem, neque usquam exactam diſciplinam comperiſſem, ad hoc ſcribendum aggreſſus ſum.

De his vero qui aqua inter cutem et tabe laborant et podagricis et morbo ſacro dicto correptis, haec dicenda exiſtimo, et aliqua quidem ex parte de omnibus idem. Qui

Ed. Chart. VIII. [814.] Foëſ. I. 89. Ed. Lind. I. (495. 496.)
γὰρ ξυγγονέα τουτέων τῶν νουσημάτων ἔστιν εἰδέναι δυσαπάλλακτον ἐόντα, τὰ δὲ ἄλλα καθ' ἕκαστον γράψω. χρὴ δὲ τὸν ὑπὸ τοῦ ὕδρωπος ἐχόμενον καὶ μέλλοντα περιέσεσθαι εὐσπλαγχνόν τε εἶναι καὶ ἀνατείνεσθαι, καὶ φύσιν ἅμα πέπτεσθαί τε εὐπετέως εὔπνοόν τε ὄντα ἀνώδυνον εἶναι καὶ χλιαρὸν, ὁμαλῶς πᾶν τὸ σῶμα ἔχειν καὶ μὴ περιτετηκὸς περὶ τὰ ἔσχατα. κρέσσον δὲ ἐπάρματα μᾶλλον ἔχειν ἐν τοῖσιν ἀκρωτηρίοισι. ἄριστον δὲ μηδὲ ἕτερον τούτων, ἀλλὰ μαλακά τε χρὴ καὶ ἰσχνὰ (496) εἶναι τὰ ἀκρωτήρια. καὶ τὴν γαστέρα μαλθακὴν εἶναι ψαυομένην. βῆχα δὲ μὴ προσεῖναι, μηδὲ δίψαν, μηδὲ τὴν γλῶσσαν ἐπιξηραίνεσθαι, ἔν τε τῷ ἄλλῳ χρόνῳ καὶ μετὰ τοὺς ὕπνους. γίνεται δὲ ταῦτα κάρτα. τὰ δὲ σιτία ἡδέως δέχεσθαι καὶ ἐσθίοντα ἱκανὰ μὴ πονεῖσθαι. τὴν δὲ κοιλίην πρὸς μὲν τὰ φάρμακα ὀξέην εἶναι, τὸν δ' ἄλλον χρόνον διαχωρέειν μαλθακὸν ἐκτετυπωμένον. τὸ δὲ οὖρον φαίνεσθαι περαιούμενον πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα καὶ τῶν οἴνων τὰς μεταβολάς. τὴν δὲ ταλαιπωρίην εὐπετῶς φέρειν καὶ ἄκοπον εἶναι. ἄριστον μὲν οὕτω πάντα διακεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον,

namque morbos iſtos connatos habet, eum ab his non facile vindicari poſſe compertum eſt. Caetera vero in ſingulis ſcribam. Qui aqua inter cutem detentus eſt et ſervari volet, eum robuſtis viſceribus et contentis viribus eſſe convenit, ſimulque ſuapte natura facile concoquere, ac bene ſpirare, ſine dolore eſſe, totumque corpus aequaliter calere, neque extremis partibus eſſe colliquefactum. Praeſtat namque potius extrema tumefacta eſſe, etſi optimum eſt nihil horum adeſſe. Verum tum mollia tum gracilia extrema eſſe oportet, ventrem contactu mollem. At neque tuſſim neque ſitim adeſſe convenit, neque linguam cum alias tum ne a ſomno quidem, quod admodum fieri aſſolet, inareſcere. Cibos autem ſuaviter aſſumere, ac ubi quis abunde comederit, nihil affligi. Ventrem quoque medicamentis quidem celeriter moveri, alias vero mollia et figurata excernere. Urinam in transitu, pro inſtituta victus ratione et vinorum mutatione, mutationem ſentire. Defatigationem facile ſuſtinere, nec laſſitudinem ſentire. Atque ſic quidem in totum hominem ſe

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [814.] Foës. I. 89. 91. Ed. Lind. I. (496. 497.)
καὶ ἀσφαλέσταται ἂν γένοιτο ὑγιής. εἰ δὲ μή, ὡς πλεῖστα τουτέων ἐχέτω. ἐν ἐλπίδι γὰρ ἔσται περιγενέσθαι. ὃς δ' ἂν μηδὲν τούτων ἔχῃ, ἀλλὰ τὰ ἐναντία, ἀνέλπιστον ἐόντα εἰδέναι. ὃς δ' ἂν τούτων ὀλίγα ἔχῃ, ἃ φημὶ χρηστὰ εἶναι τῷ ὑδρωπιῶντι προσόντα, ὀλίγαι ἐλπίδες αὐτῷ. ᾧ δ' ἂν αἱμορῥαγέῃ πολλὸν ἄνω καὶ κάτω, καὶ πυρετὸς ἐπιγένηται, ὕδατος ἐμπλησθῆναι πολλαὶ ἐλπίδες τοῦτον, καὶ τῶν ὑδρώπων, οὗτος ὀλιγοχρονιώτατός τε καὶ ἐν τοῖσιν ἀφυκτοτάτοισιν. ἄλλῳ δὲ προσημαίνειν περὶ τούτου. οἷσι δὲ οἰδήματα μεγάλα γινόμενα καταμαραίνεται, καὶ αὖθις ἐπαίρεται, οὗτοι δὲ μᾶλλον περιγίνονται τῶν ἐκ τῶν αἱμάτων τῆς ἀναῤῥήξιος ἐμπιπραμένων. ἐξαπατέουσι δὲ τοὺς ἀλγέοντας οὗτοι οἱ ὕδρωπες, ὥστε ποιέουσιν αὐτοὺς ἀπιόντας τοῖσιν ἰητροῖσιν ἀπόλλυσθαι.

|| Περὶ δὲ τῶν φθινόντων κατὰ (497) μὲν τὸ πτύελον καὶ τὴν βῆχα ταὐτὰ λέγω ἅπερ περὶ τῶν ἐμπύων ἔργαφον. χρὴ γὰρ τὸ πτύελον τῷ μέλλοντι καλῶς ἀπαλλάξειν εὐπετέως τε ἀναβήσεσθαι καὶ εἶναι λευκὸν, καὶ ὁμαλὸν, καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέγμαντον, τὸ δ' ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταῤῥέον εἰς τὰς

gerere optimum, ut quam ſecuriſſime convaleſcat. Sin minus, horum ut plurima habeat. Sic enim ſpem fore ut evadat. In quo vero nihil horum ineſt, ſed contraria ſubſequuntur, in eo ſpem tolli animadvertendum eſt. Et cui ex his quae in aqua inter cutem laborante probavimus pauca aſſuerint, parum relictum eſſe ſpei. At ne is cui multus ſanguis ſupra infraque perruperit, praetereaque febris acceſſerit, aqua impleatur magnus metus eſt. Et hujus generis aqua intercus breviſſimi eſt temporis et inter inevitabiles numeranda, idque alteri denunciare oportet. Quibus autem tumores magni ſuborti deſinunt, rurſusque aſſurgunt, hi potius ſuperſunt quam qui ex ſanguinis eruptione complentur. Fallunt tamen aegros hujusmodi hydropes, cum eos relictis medicis in exitium praecipitent.

At de ſputo et tuſſi eorum quos tabes male habet eadem mihi dicenda ſunt quae de purulentis ſcripſi. Eum namque qui probe levari volet, convenit ſputum facile tuſſi rejicere, eſſeque album et aequale, unius coloris et ſine pituita. Quod

Ed. Chart. VIII. [814. 815.] Foël. I. 91. Ed. Lind. I. (497.)

ῥῖνας τρέπεσθαι, πυρετὸν δὲ μὴ λαμβάνειν, ὥστε τῶν δείπνων [815] μὴ κωλύεσθαι, μηδὲ διψῆν. ἡ δὲ γαστὴρ ὑποχωρείτω πᾶσαν ἡμέρην, καὶ τὸ ὑποχωρέον ἔστω σκληρόν. πλῆθος δὲ κατὰ τὰ εἰσιόντα. τὸν δὲ ἄνθρωπον ὡς ἥκιστα λεπτὸν εἶναι. τὸ δὲ στῆθος ἐπαινεῖν χρὴ τετράγωνόν τε ἐὸν καὶ λάσιον. καὶ ὁ χόνδρος αὐτοῦ μικρὸς ἔστω καὶ σεσαρκωμένος ἰσχυρῶς. ὅστις μὲν γὰρ ταῦτα πάντα ἔχει, περιεστηκότατος γίνεται· ὃς δ' ἂν μηδὲν τούτων ἔχῃ, ὀλεθριώτατος. ὅσοι δ' ἂν ἔμπυοι γένωνται, νέοι ἐόντες ἐξ ἀποσκήψιος, ἢ σύριγγος, ἢ ἀπ' ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων, ἢ ἐκ παλινδρομίης ἀποστάσιος, οὐ περιγίνονται, ἢν μὴ πολλὰ κάρτα αὐτοῖσιν ἐπιγένηται τῶν ἀγαθῶν σημείων. ἀπόλλυνται δὲ οἱ ἄνθρωποι οὗτοι ἐς τὸ φθινόπωρον, ἰσχυρῶς δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων νοσημάτων μακρῶν ἐς τὴν ὥραν ταύτην τελευτῶσιν οἱ πλεῖστοι. τῶν δ' ἄλλων ἥκιστα περιγίνονται αἵ τε παρθένοι καὶ αἱ γυναῖκες, ἧσιν ἀπολήψει ἐπιμηνίων ἡ φθίσις γένηται. εἰ δὲ μέλλοι τις περιέσεσθαι τῶν παρθένων, ἢ τῶν γυναικῶν, τῶν τε ἄλλων σημείων τῶν ἀγαθῶν δεῖ πολλὰ ἐπιγενέσθαι καὶ τὰ ἐπι-

a capite defluit ad nares vertatur, neque febris prehendat, ut nec cibos impediat, neque sitim faciat. Alvus autem quotidie dejiciat et quod secedit durum esto et iis quae assumuntur conveniens. Hominem quam minime tenuem esse convenit. Pectus vero laudandum quadratum et hispidum, cujusque cartilago exigua et admodum carnosa est. In quo namque haec omnia inerunt, is maxime superstes futurus est. At qui nihil horum habuerit, exitio maxime est affinis. Iuvenes vero qui in pectore pus colligunt ex humorum decubitu aut fistula, aut alio quopiam id genus, aut ex abscessus reversione, ii nisi multa admodum bona signa assecuti sint, minime evadunt. Moriuntur vero ejusmodi homines sub autumnum, valdeque et ex aliis morbis longis plerique sub hoc tempus pereunt. Ex reliquis autem minime evadunt tum virgines tum mulieres quibus ex menstruorum suppressione tabes contingit. Quod si ex his aliqua superesse volet, cum multa laudabilia signa accedere, tum vero men-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [815.] Foël. I. 91. Ed. Lind. I. (497. 498.)

μήνια λαμπρῶς τε καὶ καθαρῶς ἐπιφαίνεσθαι, ἢ οὐδεμία ἐλπίς. οἱ δὲ ἐκ τῶν αἱμάτων τῆς ἀναῤῥήξιος ἔμπυοι γινόμενοι τῶν τε (498) ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν καὶ τῶν παρθένων περιγίνονται μὲν οὐχ ἧσσον, τὰ δὲ σημεῖα χρὴ πάντα ἀναλογισάμενον τά τε περὶ τῶν ἐμπύων καὶ τῶν φθινόντων προλέγειν, τόν τε περιεσόμενον καὶ τὸν ἀπολλύμενον. μάλιστα δὲ περιγίνονται ἐκ τῶν αἵματος ἀναῤῥήξεων οἷσιν ἂν ἀλγήματα ὑπάρχῃ μελαγχολικὰ ἔν τε τῷ νώτῳ καὶ ἐν τῷ στήθει, καὶ μετὰ τὴν ἀνάῤῥηξιν ἀνωδυνώτεροι γένωνται. βῆχές τε γὰρ οὐ κάρτα ἐπιγίνονται, καὶ πυρετοὶ οἱ πλεῖστοι διατελέουσιν ἐόντες, δίψαν εὐπετέως φέροντες. ὑποστροφαὶ δὲ τῆς ἀναῤῥήξιος μάλιστα γίνονται τούτοισιν, εἰ μὴ ἀποστάσιες ἐπιγένωνται. ἄριστοι δὲ τῶν ἀποστασίων αἱ αἱματηρόταται. ὁκόσοι δὲ ἐν τοῖσι στήθεσιν ἀλγήματα ἔνεστι, καὶ διὰ χρόνου λεπτύνονταί τε καὶ βήσσουσι, καὶ δύσπνοιαι γίνονται, οὔτε πυρετῶν ἐπιλαμβανόντων, οὔτε ἐμπυημάτων ἐπιγινομένων, τούτους ἐπανερέσθαι, ὁκόταν βήσσωσί τε καὶ δύσπνοοι ἔωσι, καὶ ξυνεστραμμένον τι καὶ μικρὴν ὀδμὴν ἔχον, ἐκβήσσωσι.

ſes luculenter et manifeſte comparere oportet, alioqui nihil ſpei relictum eſt. At qui ex ſanguinis eruptione pectore pus colligunt tum viri tum mulieres ac virgines, ii certe haud minus ſuperſunt. Caeterum omnia ſigna tam ſuppuratorum quam tabeſcentium animo reputantem, tum ſuperfuturum, tum etiam periturum praedicere oportet. Ex ſanguinis autem eruptione maxime ſuperſunt quibus in dorſo et pectore dolores adſunt melancholici et ex ſanguinis eruptione dolore quodammodo levantur. Neque enim tuſſes admodum neque febres ſuccedunt, ac plerique ſitim ad extremum usque facile tolerant. Sed recurrunt fere ſanguinis eruptiones, niſi abſceſſus ſuccedant, ex quibus ii ſunt optimi qui maxime cruenti. Qui vero in pectore dolores ſentiunt et temporis tractu extenuantur, tuſſi et difficultate ſpirandi conflictantur, ſi neque febres prehendant, neque ſuppurationes ſuccedant, ex iis percontrari oportet, ſi quando tuſſiunt et difficulter ſpirant, num etiam concretum quiddam et modice olens per tuſſim rejiciant.

Ed. Chart. VIII. [815. 816.] Foël. I. 92. 93. Ed. Lind. I. (498. 499.)

|| Περὶ δὲ ποδαγριώντων τάδε. ὅσοι μὲν ἢ γέροντες, ἢ περὶ τοῖσιν ἄρθροισιν ἐπιπωρώματα ἔχουσιν, ἢ τρόπον ταλαίπωρον ζῶσι κοιλίας ξηρὰς ἔχοντες, οὗτοι μὲν πάντες ἀδύνατοι ὑγιέες γίνεσθαι ἀνθρωπίνῃ τέχνῃ, ὅσον ἐγὼ οἶδα. ἰῶνται μὲν τούτους ἄριστα μὲν δυσεντερίαι, ἢν ἐπιγένωνται, ἀτὰρ καὶ ἄλλαι ἐκτήξιες ὠφελέουσι κάρτα αἳ ἐς τὰ κάτω χωρία ῥέπουσαι. ὅστις δὲ νέος ἐστὶ καὶ ἀμφὶ τοῖσιν ἄρθροισιν οὔπω ἐπιπωρώματα ἔχει καὶ τὸν τρόπον ἐστὶν ἐπιμελής τε καὶ φιλόπονος καὶ κοιλίας ἀγαθὰς ἔχων ὑπακούειν πρὸς τὰ ἐπιτηδεύματα, οὗτος δὴ (499) ἰητροῦ γνώμην ἔχοντος ἐπιτυχὼν ὑγιὴς ἂν γένοιτο.

Τῶν δ' ὑπὸ τῆς ἱερῆς νούσου λαμβανομένων χαλεπώτατοι μὲν ἐξίστασθαι, ὁκόσοισι δ' ἂν ἀπὸ παιδὸς [816] ξυμβήσεται καὶ συναυξηθῇ τὸ νούσημα. ἔπειτα δὲ ὅσοισιν ἂν γένηται ἐν ἀκμάζοντι τῷ σώματι τῆς ἡλικίης. εἴη δ' ἂν ἀπὸ εἴκοσι καὶ πέντε ἐτέων ἐς πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτεα. || μετὰ δὲ τούτους, ὅσοις ἂν γένηται τὸ νούσημα μηδὲν προσημαῖνον, ὁκόθεν ἄρχεται τοῦ σώματος. οἷσι δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς δοκέει

At de his qui podagra tentantur iſta nobis dicenda videntur. Quin in ſenectute toſos aut callos in articulis induratos habent, aut laborioſe vitam tolerant, cum alvo ſicca, ii ſane omnes, ut ſentio, humana arte ſanari nequeunt. His certe ſuccedentes inteſtinorum difficultates optime medentur, quin et quaecunque aliae colliquationes infernae eos valde juvant. Juvenis vero cui nec dum circum articulos calli induruerunt, cuique victus ratio curae eſt, ad laborem eſt impiger, alvumque habet vitae inſtituto probe cedentem, is ſane prudentem nactus medicum, ſanus evadet.

Ex morbo ſacro, quem comitialem dicunt, aegerrime emergunt quibuscum una a puero increſcit morbus et in virilem aetatem ſimul adoleſcit, deinde quibus aetate florente ortus eſt, nempe poſt annum quintum et vigeſimum, ad quadrageſimum quintum usque. Quod deinceps conſequuntur quibus morbus accidit, neque ante in corporis partibus aliquis venientis mali ſenſus eſt. Quibus namque ex

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [816.] Foës. I. 93. 94. Ed. Lind. I. (499. 500.) ἄρχεσθαι, ἢ ἀπὸ τοῦ πλευροῦ, ἢ ἀπὸ τῆς χειρὸς, ἢ ποδὸς, εὐπετέστερα ἰᾶσθαι. διαφέρει γὰρ καὶ ταῦτα. τὰ γὰρ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τούτων χαλεπώτατα. ἔπειτα τὰ ἀπὸ τοῦ πλευροῦ. τὰ δὲ ἀπὸ τῶν χειρῶν τε καὶ τῶν ποδῶν μάλιστα οἷά τε ἐξυγιαίνεσθαι. ἐπιχειρέειν δὲ χρὴ τουτέοισι τὸν ἰητρὸν, εἰδότα τὸν τρόπον τῆς νήσιος, ἣν ἔωσιν οἱ ἄνθρωποι νέοι τε καὶ φιλόπονοι. πλὴν ὅσον αἱ φρένες τι κακὸν ἔχουσιν. ἢ εἴ τις ἀπόπληκτος γέγονεν, αἱ μὲν γὰρ μελαγχολικαὶ αὗται ἐκστάσιες οὐ λυσιτελέες. αἱ δὲ ἄλλαι αἱ εἰς τὰ κάτω τρεπόμεναι πᾶσαι ἀγαθαί. ἄριστα δὲ καὶ ἐνταῦθα πολλῷ αἱ αἱματηρόταται. ὁπόσοι δὲ γέροντες ἤρξαντο λαμβάνεσθαι, ἀποθνήσκουσί τε μάλιστα, καὶ ἢν μὴ ἀπόλλωνται, τάχιστα ἀπαλλάσσονται ὑπὸ τοῦ αὐτομάτου, ὑπὸ δὲ τῶν ἰητρῶν ἥκιστα ὠφελέονται.

|| Οἵσι δὲ τῶν παιδίων ἐξαπίνης οἱ ὀφθαλμοὶ διεστράφησαν, ἢ μεῖζόν τι κακὸν ἔπαθον, ἢ φύματα ὑπὸ τὸν αὐχένα (500) ἐφύη ἢ ἰσχνοφωνότεροι ἐγένοντο, ἢ βῆχες ξηραὶ χρόνιοι προσέχουσιν, ἢ ἐς τὴν γαστέρα μείζοσι γενομένοισιν ὀδύνη

capite initium ducere videtur, aut latere, aut manu, aut pede, ii facilius ſanantur. Haec tamen etiam inter ſe differunt. Ex his namque moleſtiſſimi ſunt qui a capite originem trahunt, deinde ex latere, qui vero a manibus ac pedibus, praecipue ſanitatem recuperant. His autem manum admovere medicum oportet, qui recte curationis rationem tenuerit, ubi juvenes fuerint et laboribus dediti, niſi ſi cui mens male ſit affecta, aut quis attonitus fuerit. Ejusmodi namque vehementes mentis emotiones nihil conducunt. Reliquae vero omnes naturae emotiones, quae ad inferna tendunt, probantur, longeque optimae hoc loco cenſendae ſunt quae maxime cruentae. At ſenes qui corripi coeperunt praecipue moriuntur, ac niſi pereant, celerrime ſua ſponte ſervantur, minimumque a medicis juvantur.

Pueri vero quibus oculi derepente pervertuntur, aut pejus affecti ſunt, aut tubercula ſub cervicem enaſcuntur, aut aliquantulum lingua haeſitant, aut tuſſes ſiccae trahentes permanent, aut ubi adoleverint, ad ventrem dolor contendit, neque conturbatur, aut iis latera diſtorquentur, aut

Ed. Chart. VIII. [816.] Foël. I. 94. 95. Ed. Lind. I. (500)

φοιτᾷ, καὶ οὐκ ἐκταράσσεται, ἢ ἐν τοῖσι πλευροῖσι διαστρέμματα ἔχουσιν ἢ φλέβας παχέας περὶ τὴν γαστέρα κιρσώδεας, ἢ ἐπίπλοον καταβαίνει, ἢ ὄρχις μέγας γέγονεν, ἢ χεὶρ λεπτὴ καὶ ἀκρατὴς, ἢ πούς, ἢ κνήμη ξύμπασα ἐχωλώθη, ἄτερ προφάσιος ἄλλης, τούτοισι πᾶσιν εἰδέναι ὅτι ἡ νοῦσος προεγένετο πρὸ τούτων ἁπάντων, καὶ οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν τρεφόντων τὰ παιδία ἐρωτώμενοι ὁμολογήσουσι, τοὺς δὲ καὶ λαν θάνειν, καὶ οὐ φασὶν εἰδέναι τοιοῦτον οὐδὲν γενόμενον.

‖ Τὸν δὲ περὶ τῶν ἑλκέων μέλλοντα γνώσεσθαι, ὅκως ἕκαστα τελευτήσῃ, πρῶτον μὲν χρὴ τὰ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων ἐξεπίστασθαι, τά τε ἀμείνω πρὸς τὰ ἕλκεα καὶ τὰ κακίω. ἔπειτα τὰς ἡλικίας εἰδέναι, ὁποίῃσιν ἕκαστα τῶν ἑλκέων δυσαπάλλακτα γίνεται. τά τε χωρία ἐπεσκέφθαι τὰ ἐν τοῖσι σώμασιν, ὅσον διαφέρει θάτερα θατέρων, τά τε ἄλλα ὁκοῖα τὰ ἐφ' ἑκάστοισιν ἐπιγίνεται ἀγαθά τε καὶ κακὰ εἰδέναι. εἰδὼς μὲν γὰρ ἄν τις ταῦτα πάντα εἰδῇ ἄν καὶ ὅκως ἕκαστα ἀποβήσεται. μὴ εἰδὼς δὲ ταῦτα, οὐκ ἂν εἰδῇ, ὅπως αἱ τελευταὶ ἔσονται ἀμφὶ τῶν ἑλκέων. εἰδέα μὲν γὰρ ἀγαθά ἐστι τὰ τοιάδε. ἐλα-

venae craſſae circa ventrem in varices convertuntur, aut omentum deſcendit, aut teſtis intumuit, aut manus extenuatur et impotens redditur, aut pes et tibia tota citra aliam occaſionem claudicat. In his omnibus animadvertendum eſt, morbum iſta omnia praeceſſiſſe. Id quod plerique eorum qui pueros educant interrogati fatebuntur, quidam etiam, quod eos lateat, tale quid accidiſſe ſe ſcire negant.

At ulcera qui noſſe volet qualem quaeque exitum habitura ſint, is imprimis quidem hominum naturas animadvertere debet, quaenam ad ulcera melius, quaenam etiam deterius affectae ſunt. Deinde aetates in quibus ſua cujusque generis ulcera non facile profligantur. Locos etiam corporis in conſiderationem adhibere, quantum alii aliis praeſtent. Ac praecipue quaenam horum cuique bona malave accedunt, noſſe debet. His ſiquidem omnibus cognitis, quaenam cujusque eventa futura ſint facile aſſequetur. Neque exiſtimandum eſt eum qui haec non cognoverit, quinam futuri ſint ulcerum exitus perſpicere poſſe. Corporis autem naturae

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [816. 817.] Foës. I. 95. Ed. Lind. I. (500. 501.) φρὰ καὶ ξύμμετρα, καὶ εὔσπλαγχνα, καὶ μήτε σαρκώδεα ἰσχυρῶς μήτε σκληρά. κατὰ δὲ χρῶμα ἔστω λευκὸν, ἢ μέλαν, ἢ ἐρυθρόν. ταῦτα γὰρ πάντα ἀγαθὰ ἄκρητα ἐόντα, εἰ δ' εἴη μι(501)ξόχλωρον, ἢ χλωρὸν, ἢ πελιδνὸν τὸ χρῶμα, κάκιον γίνεται. τὰ δὲ εἴδεα ὅσα ἂν τοῖσι προγεγραμμένοισι τἀναντία πεφύκῃ, εἰδέναι χρὴ κακίω ἐόντα.

[817] Περὶ δὲ ἡλικιῶν, φύματα μὲν ἔμπυα γίνεται, καὶ τὰ χοιρώδεα ταῦτα πλεῖστα τῶν παιδίων ἴσχουσι, καὶ ῥᾷστα ἐξ αὐτέων ἀπαλλάσσει. τοῖσι δὲ γεραιτέροισί τε τῶν παιδίων καὶ νεηνίσκοισιν φύεται μὲν ἐλάσσω, χαλεπώτερον δὲ ἐξ αὐτέων ἀπαλλάσσουσι. τοῖσι δὲ ἀνδράσι τὰ μὲν τοιαῦτα φύματα, οὐ κάρτα ἐπιγίνεται. τὰ δὲ κηρία δεινά, καὶ οἱ κρυπτοὶ καρκῖνοι οἱ ὑποβρύχιοι, καὶ οἱ ἐκ τῶν ἐπινυκτίδων ἕρπητες ἐσὶ ἂν ἑξήκοντα ἔτεα συχνῷ ὑπερβάλλωσι. τοῖσι δὲ γέρουσι τῶν μὲν τοιουτοτρόπων φυμάτων οὐδὲν ἐπιγίνεται. οἱ δὲ καρκῖνοι οἱ κρυπτοὶ καὶ οἱ ἀκρόπαθοι γίνονται, καὶ ξυναποθνήσκουσι. τῶν δὲ χοιρίων μασχάλαι δυσιητότεραι, καὶ κενεῶ-

probandae ſunt leves, moderata firmis viſceribus praeditae, neque admodum carnoſae, neque durae, tum quae colore ſunt albo, aut nigro, aut rubro. Hae etenim omnes probantur ſi purae ſunt. Deterius eſt, ſi ex pallido mixtum colorem, aut pallidum, aut lividum habeant. Quae vero naturae ſupra poſitis adverſantur, eas deteriores eſſe conſtat.

Quod ad aetates autem attinet, tubercula quidem ſuppurantur, atque eadem ſtrumoſa magna ex parte pueros exercent, facileque ex his levantur. At iisdem, ubi paulum aetate proceſſerint atque adoleverint, naſcuntur quidem minus ac difficilius tolluntur. Viris autem id genus tubercula non admodum fiunt, verum favi formidabiles et cancri abditi, tametſi et ex puſtulis noctu inquietantibus, quas ἐπινυκτίδας vocant, ulcera ſerpentia, quos herpetes nominant, donec annos ſexaginta longe ſuperarint. Senibus vero ex hujuſcemodi tuberculis nullum accidit, at cancri latentes quique ſumma corporis infeſtant, fiunt et ad mortem comitantur. Ex locis difficilius ſanantur alae, ac laterum

Ed. Chart. VIII. [817.] Foës. I. 95. 96. Ed. Lind. I. (501. 502.)

νές τε καὶ μηροί. ὑποστάσιές τε γὰρ ἐν αὐτοῖσι γίνονται καὶ ὑποστροφαί.

|| Τῶν δὲ περὶ ἄρθρα ἐπικινδυνότατοι οἱ μεγάλοι δάκτυλοι, καὶ μᾶλλον οἱ τῶν ποδῶν. οἷσι δὲ τῆς γλώττης ἐν τῷ πλαγίῳ ἕλκος γίνεται πολυχρόνιον, καταμαθεῖν τῶν ὀδόντων, ἤν τις ὀξὺς τῶν κατ' αὐτό.

Τὰ δὲ τρώματα θανατωδέστερα μὲν τὰ ἐς τὰς φλέβας τὰς παχείας τὰς ἐν τῷ τραχήλῳ τε καὶ τοῖς βουβῶσιν, ἔπειτα ἐς τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἐς τὸ ἧπαρ, ἔπειτα τὰ ἐς ἔντερον καὶ ἐς κύστιν. ἔστι δὲ ταῦτα πάντα ὀλέθρια ἐόντα ἰσχυρῶς, οὐχ οὕτως ἄφυκτα ὡς δοκέει. τά τε γὰρ χωρία ὀνόματα ἔχοντα ταῦτα, μέγα διαφέρει καὶ οἱ αὐτοὶ τρόποι. (502) πολὺ δὲ διαφέρει τοῦ αὐτοῦ ἀνθρώπου τοῦ σώματος ἡ παρασκευή. ἔστι μὲν γὰρ ὅτε οὔτ' ἂν πυρετήνειεν οὔτε φλεγμήνειεν τρωθείς. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἄνευ προφάσιος ἐπυρέτηνεν ἄν, καὶ φλεγμανθείη τι τοῦ σώματος πάντως. ἄλλ' ἢν ὅ τε ἕλκος ἔχων παραφρονέῃ, εὐπετέως τε φέρῃ τὸ τρῶμα, ἐγχειρέειν χρὴ τῷ τρώματι ὡς

cavitates et femora. In his namque humores ſubſident et recidivae fiunt.

In his quae circum articulos contingunt, in maximum diſcrimen praecipitant pollices, ac praecipue pedum. Quibus vero ad linguae latus ulcus ſit diuturnum, animadvertendum ex dentibus qui juxta ſunt num aliquis acutus ſit.

Vulnera autem fere quidem mortem afferunt, quae magnas venas quae ſunt in collo et inguinibus laeſerunt, deinde quae cerebrum et hepar, deinceps quae in inteſtina et veſicam pertingunt. Quae ſane omnia magnam perniciem afferunt, non eam tamen, ut, quod quidam exiſtimant, nemo ex his ſervari poſſit. Nam et his nominibus praediti loci multum inter ſe differunt, atque ipſi modi. Nec parum etiam cujusque corporis conſtitutio differt. Incidit enim interdum ut neque febre, neque inflammatione tentetur ſauciatus, interdum etiam nulla ex cauſa febricitat, nec aliquam corporis partem inflammatio prorſus occupat. At ubi is qui ulcere infeſtatur delirat et vulnus facile perfert, ad vulnus aggredi oportet, quod ex arte medica et eorum quae

©BIUM

Ed. Chart. II. [817.] Foës. I. 96. 97. Ed. Lind. I. (502.)

ἀποβησομένῳ κατὰ λόγον τῆς ἰητρείης τε καὶ τῶν ἐπιγινομένων. ἀποθνήσκουσι μὲν γὰρ οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τρωμάτων παντοίων. πολλαὶ μὲν γὰρ φλέβες εἰσὶ καὶ λεπταὶ καὶ παχεῖαι, αἵτινες || αἱμορῥαγοῦσαι ἀποκτείνουσιν, ἢν αὐτῷ τύχωσιν ὀργῶσαι. ἃς ἐν ἑτέρῳ καιρῷ διακόπτοντες, ὠφελέουσι τὰ σώματα. πολλὰ δὲ τῶν τρωμάτων ἐν χωρίοισί τε εἶναι εὐηθέσι καὶ οὐδέν τι δεινὰ φαινόμενα, οὕτως ὠδύνησεν ἡ πληγὴ ὥστε μὴ δύνασθαι ἀναπνεῦσαι. ἄλλοι δὲ ὑπὸ τῆς ὀδύνης τοῦ τρώματος οὐδὲν δή τι δεινοῦ ἐόντος, τὸ μὲν πνεῦμα ἀνήνεγκαν, παρεφρόνησαν δὲ καὶ πυρετήναντες ἀπέθανον. ὅσοι γὰρ ἂν ἢ τὸ σῶμα πυρετῶδες ἔχουσιν, ἢ τὰς γνώμας θορυβώδεας, τὰ τοιαῦτα πάσχουσιν. ἀλλὰ χρὴ μήτε ταῦτα θαυμάζειν, μήτε ὀρρωδέειν κεῖνα εἰδότα ὅτι αἵ ψυχαί τε καὶ τὰ σώματα πλεῖστον διαφέρουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων, καὶ δύναμιν ἔχουσι μεγίστην. ὅσα μὲν οὖν τῶν τρωμάτων καιροῦ ἔτυχεν, ἢ σώματός τε καὶ γνώμης τοιαύτης, ἢ ὀργῶντος οὕτω τοῦ σώματος, ἢ μέγεθος τοσαῦτα ἢ ὥστε μὴ δύνασθαι καταστῆναι τὸν ἄνθρωπον εἰς τὴν ἴησιν καταφρονέοντα, τοῖσι μὲν ἐξίστασθαι χρὴ

consequuntur ratione adhibita, speratum exitum est habiturum. Ex cujusvis enim generis vulneribus mori homines contingit. Multae namque in corporibus venae tum tenues tum crassae, si eo sponte sua ferri contingat, sanguinis profusione interimunt, quae si alio tempore pertundantur, utilitatem afferunt. Non pauca autem vulnera, quae in contemnendis locis, ac nulla re formidabilia esse videntur, in iis tanto dolore plaga cruciat, ut aegri respirare nequeant. Quidam vero prae vulneris dolore, quod nullo merito terreat, spiritum quidem traxerunt, delirio tamen ac febre perierunt. Quibus enim aut corpus ad febrem est opportunum, aut mens prompte perturbatur, iis talia contingunt. Sed haec mirari aut formidare desinet qui illud in animum induxerit, quod et cujusque animi et corpora plurimum inter se differunt et praestant. Vulnera igitur quae talem occasionem, aut corpus, aut mentem nacta sunt, aut adeo concitatum sanguinem, aut magnitudinem tantam habent, ut curatione sensuum integritas restitui nequeat, ab iis qui-

Ed. Chart. VIII. [817. 818.] Foës. I. 97. 98. Ed. Lind. I. (502. 503.)
ὁποῖα ἂν ᾖ, [818] πλὴν τῶν ἐφημέρων λειποθυμιῶν. (503)
τοῖσι δ' ἄλλοισι πᾶσιν ἐπιχειρέειν, νεοτρώτοισι ἐοῦσιν, ὡς
ἂν τούς τε πυρετοὺς διαφεύγωσιν οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰς αἱ-
μορραγίας τε καὶ τὰς νομὰς περιεσομένων. ἀτρεκέστατα δὲ καὶ
ἐπὶ πλεῖστον χρόνον τὰς φυλακὰς αἰεὶ τῶν δεινοτάτων ποιέε-
σθαι. καὶ γὰρ δίκαιον οὕτως.

|| Αἱ δὲ νομαὶ θανατωδέσταται μὲν ὧν αἱ σηπεδόνες βα-
θύταται, καὶ μελάνταται, καὶ ξηρόταται. πονηραὶ δὲ καὶ ἐπι-
κίνδυνοι ὅσαι μέλανα ἰχῶρα ἀναδιδοῦσιν. αἱ δὲ λευκαὶ καὶ
μυξώδεες τῶν σηπεδόνων ἀποκτείνουσι μὲν ἧσσον, ὑποστρέ-
φουσι δὲ μᾶλλον, καὶ χρονιώτεραι γίνονται. οἱ δ' ἕρπητες
ἀκινδυνότατοι πάντων ἑλκέων ὅσα νέμεται. δυσαπάλλακτοι
δὲ μάλιστα, κατά γε τοὺς κρυπτοὺς καρκίνους. ἐπὶ πᾶσι δὲ
τοῖσι τοιουτέοισι πυρετὸν τε ἐπιγενέσθαι ξυμφέρει μίην ἡμέ-
ρην καὶ πῦον ὡς λευκότατον καὶ παχύτατον. λυσιτελεῖ δὲ
καὶ σφακελισμὸς νεύρου, ἢ καὶ ὀστέου, ἢ καὶ ἀμφοῖν, ἐπί τε
τῇσι βαθείῃσι σηπεδόσι καὶ μελαίνῃσι. πῦον γὰρ ἐν τοῖσι
σφακελισμοῖσι ῥεῖ πουλὺ καὶ λύει τὰς σηπεδόνας.

dem, cujusque modi ſint, praeter diarias animi defectiones, abſtinere oportet. Caeteris vero omnibus recens illatis manus admovere oportet, quo eos qui ſuperſuturi ſunt, a febribus et ſanguinis profuſione, ac depaſcentibus ulceribus, nomas vocant, vindices. Diligentiſſime autem ac diutiſſime adverſus ea quae maxime terrent munire ſe aequum eſt.

Nomae vero maxime ſunt lethales quae putredines altiſſime deſcendentes habent, ſuntque nigerrimae et ſiccisſimae. Vitioſae quoque et in periculum praecipitant quae ſaniem nigram reddunt. At albae et mucoſae putredines mortem quidem afferunt minus, ſed potius recidivas faciunt, et diutius perſeverant. Herpetes autem ex his quae depaſcendo ſerpunt, minimum habent periculi, at ſecundum abditos cancros difficilius tolluntur. Ac his omnibus febrem uno die ſuccedere confert et pus quam maxime candidum et craſſum. Prodeſt quoque in alte conditis et nigris putredinibus, nervi ſideratio, aut oſſis, aut amborum. Pus enim multum in ſiderationibus effluit et putredines liberat.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [818.] Foës. I. 98. Ed. Lind. I. (503. 504.)

Τῶν δὲ ἐν κεφαλῇ τρωμάτων θανατωδέστατα μὲν τὰ ἐς τὸν ἐγκέφαλον, ὡς καὶ προγέγραπται. δεινὰ δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα πάντα, ὀστέον ψιλὸν μέγα, ὀστέον ἐμπεπλασμένον, ὀστέον κατερρῳγός. εἰ δὲ καὶ τὸ στόμα τοῦ ἕλκεος σμικρὸν εἴη, ἡ δὲ ῥωγμὴ τοῦ ὀστέου ἐπὶ πολὺ παραμείνοι, ἐπικινδυνότερόν ἐστι. ταῦτα δὲ πάντα δεινότερα γίνεται καὶ κατὰ ῥαφήν τε ὄντα καὶ τῶν χωρίων αἰεὶ τὰ ἐν τοῖσι ἀνω(504)τάτω τῆς κεφαλῆς. πυνθάνεσθαι δὲ χρὴ ἐπὶ πᾶσι τοῖσιν ἀξίοις λόγου τρώμασιν, ἢν ἔτι νεότρωτοι αἱ πληγαὶ ἔωσιν, ἢ βλήματα εἴη, ἢ κατέπεσεν ὤνθρωπος, ἢ εἰ ἐκναρωθῇ. ἢν γάρ τι τούτων ᾖ γεγονὸς, φυλακῆς πλείονος δεῖται, ὡς τοῦ ἐγκεφάλου ἐσακούσαντος τοῦ τρώματος. εἰ δὲ μὴ νεότρωτος εἴη, ἐς τἄλλα σημεῖα σκέπτεσθαι καὶ βουλεύεσθαι. ἄριστον μὲν οὖν μήτε πυρετῆναι τὸν τὸ ἕλκος ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ μήθ' αἷμα ἐπαναῤῥαγῆναι αὐτῷ, μηδὲ φλεγμονὴν, μήθ' ἅμα μηδεμίην ὀδύνην ἐπιγενέσθαι. εἰ δέ τι τούτων ἐπιφαίνοιτο, ἐν ἀρχῇσί τε γίνεσθαι ἀσφαλέστατον, καὶ ὀλίγον χρόνον παραμένειν. ξυμφέρει δὲ ἐν

Quod ad vulnera capitis attinet, praecipue mortem afferunt, ut antea ſcripſimus, quae cerebrum attingunt; quin et hujusmodi omnia terrent, os inſigne denudatum, os medium deſidens, os diffiſſum. At ſi ulceris oſculum exiguum fuerit, oſſis vero fiſſura longe pertingat, majus periculum ſubeſt. Quae omnia magis terrent, ubi juxta futuram contingant et in ſumma capitis parte exiſtunt. Percontari autem convenit in omnibus effatu dignis capitis vulneribus, ubi adhuc recentes plagae ſunt aut ictus, num qui laeſus fuit conciderit, aut profundo ſopore correptus fuerit. Hoc enim in caſu majore cura opus eſt, nimirum quod vulnus cerebrum ſenſerit. Quod ſi recens plaga non fuerit, alia ſigna in conſiderationem ac conſilium adhibere oportet. Praeſtat igitur eum qui capitis ulcere laborat, neque febricitare, neque inſuper ſanguinis profuſionem, aut inflammationem, aut ſimul dolorem aliquem accedere: aut ſi eorum quippiam appareat, circa initia tutiſſimum eſt fieri, paucoque tempore perſeverare. Confert quoque in doloribus etiam inflammationes, quae in ulceribus fieri aſſolent, ſupervenire. In ſan-

Ed. Chart. VIII. [818. 819.] Foës. I. 98. 99. Ed. Lind. I. (504. 505.)

τῇσιν ὀδύνῃσιν καὶ τὰς φλεγμονὰς τὰς ἐπὶ τοῖσιν ἕλκεσιν ἐπιγίνεσθαι, τῇσι δ' αἱμορῥαγίῃσι πῦον ἐπὶ τῇσι φλεψὶ φαίνεσθαι. τοῖσι δὲ πυρετοῖσιν ἃ ἐν τοῖσιν ὀξέσι νοσήμασιν ἔγραψα, ξυμφέρει ἐπὶ τούτοισι γενέσθαι ταῦτα, καὶ ἐνθάδε λέγω ἀγαθὰ εἶναι, τὰ δ' ἐναντία κακά. || ἄρξασθαι δὲ πυρετὸν ἐπὶ κεφαλῆς τρώσει τεταρταίῳ, ἢ ἑβδομαίῳ, ἢ ἑνδεκαταίῳ, θανατώδες μάλα. κρίνεται δὲ τοῖσι πλείστοισιν, ἢν μὲν τεταρταίου ἐόντος τοῦ ἕλκεος πυρετὸς ἄρξηται, ἐς τὴν ἑνδεκάτην· ἢν δ' ἑβδομαῖος ἐὼν πυρετήνῃ, ἐς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην [819] ἢ ἑβδομαιδεκάτην. ἢν δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ἄρξηται πυρεταίνειν, ἐς τὴν εἰκοστὴν, ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσι διαγέγραπται τοῖς ἄνευ προφάσεων ἐμφανέων γινομένοισι. τῇσι δ' ἐν ἀρχῇσι τῶν πυρετῶν (505) ἢν τε παραφροσύνη ἐπιγένηται, ἢν τε ἀπόπληξις τῶν μελέων τινὸς, εἰδέναι τὸν ἄνθρωπον ἀπολλύμενον, ἢν μὴ παντάπασι ἢ τῶν καλλίστων τι σημεῖον ἐπιγένηται, ἢ σώματος ἀρετὴ ὑπόκειται, ἀλλ' ὑποσκεπτέσθω τὸν τρόπον. τῷ ἀνθρώπῳ ἔτι γὰρ αὐτῇ ἐλπὶς γίνεται σωτηρίας. χωλὸν δὲ γενέσθαι τὸ ἄρθρον ἐς ὃ ἀπεστήριξεν, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἢν ἄρα καὶ περιγένηται ὁ ἄνθρωπος.

guinis autem profuſionibus pus in venis conſpici. Quae etiam in morbis acutis febribus conferre ſcripſi, ea in his conducere bonaque hic eſſe, ut contraria mala, exiſtimanda ſunt. At febris in capitis vulnere die quarto, aut ſeptimo, aut undecimo exorta valde exitialis eſt. Quamplurimis autem judicationem ſubit, ſi quarto quidem ulceris die febris coeperit, undecimo. Si vero die ſeptimo febricitarit, decimo quarto ant decimo ſeptimo. Quod ſi undecimo febris coeperit, vigeſimo, velut ſcriptum eſt in febribus quae ex non evidentibus cauſis originem trahunt. At ſi febrium initiis delirium ſuccedat, aut aliquod membrum ſideretur, de hominis morte exiſtimatio facienda eſt, niſi aut prorſus optimum aliquod ſignum ſupervenit, aut corporis virtus ſubſit. Verum quanam id ratione contingat animadvertendum eſt. Nam et homini ſpes ſalutis adhuc reſtat, at claudum fieri articulum in quem malum decubuit neceſſe eſt, ſi modo aeger ſuperſtes futurus eſt.

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 436 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [819.] Foës. I. 100. Ed. Lind. I. (505.)

|| Τὰ δὲ τρώματα τὰ ἐν τοῖσιν ἄρθροισι μεγάλα μὲν ὄντα καὶ τελέως ἀποκόπτοντα τὰ νεῦρα τὰ συνέχοντα, εὔδηλον ὅτι χωλοὺς ἀποδείξει. εἰ δὲ ἐνδοιαστὸν εἴη ἀμφὶ τῶν νεύρων, ὅπως ἔχοι, ὀξέος μὲν ἐόντος τοῦ βέλεος τοῦ ποιήσαντος, ὀρθὸν τὸ τρῶμα εἶναι ἄμεινον ἐπικαιρσίου. εἰ δ' εἴη βαρύ τε καὶ ἀμβλὺ τὸ τρῶσαν, οὐδὲν διαφέρει. ἀλλ' ἔσται βάθος τε τῆς πληγῆς σκέπτεσθαι καὶ τἆλλα σημεῖα. ἔστι δὲ τάδε, πῦον ἢν ἐπιγένηται ἐπὶ τὸ ἄρθρον, σκληρότερον ἀνάγκη γενέσθαι. ἢν δὲ καὶ οἰδήματα συμπαραμείνῃ, σκληρὸν ἀνάγκη πουλὺν χρόνον τοῦτο τὸ χωριον γίνεσθαι. καὶ τὸ οἴδημα ὑγιέος ἐόντος τοῦ ἕλκεος παραμένειν ἀνάγκη, συγκάμπτεσθαί τε καὶ ἐκτείνεσθαι ὁκόσα ἂν τοῦ ἄρθρου καμπύλου ἐόντος θεραπεύηται. οἷσι δ' ἂν καὶ νεῦρον δοκέῃ ἐκπεσεῖσθαι, ἀσφαλεστέρως τὰ περὶ χωλώσιος ἢ προλέγειν, ἄλλως τε καὶ ἢν τῶν κάτωθεν νεύρων ἢ τὸ ἑλκυόμενον. γνώσῃ δὲ τοῖσι νεῦρον μέλλον ἐκπίπτειν, πῦον λευκόν τε καὶ παχὺ, καὶ πουλὺν χρόνον ὑποῤῥεῖ. ὀδύναι τε καὶ φλεγμοναὶ γίνονται περὶ τὸ ἄρθρον ἐν ἀρχῇσι. τὰ δ' αὐτὰ ταῦτα γίνεται καὶ ὀστέου μέλλοντος ἐκπεσεῖσθαι.

Magna autem vulnera quae in articulis fiunt, ſi penitus abſciſſi nervi ſunt qui continebant, absque dubio claudos reddent. Sin dubium eſt quomodo nervi affecti ſint, ſi quidem ex acuto telo recta plaga eſt, ea transverſa melior. Quo ſi grave fuerit et retuſum quod vulnus inflixit, nihil ineſt diſcriminis. Sed et vulneris altitudo aliaque ſigna hujusmodi conſideranda ſunt. Pus ſi ad articulum accedat, duriorem eum reddi neceſſe eſt. Quod ſi etiam tumores ſimul perſeverarint, neceſſe eſt eum locum in multum tempus durum eſſe et ſano quoque ulcere tumorem permanere, ſimulque ea inflecti ac extendi, ubi recurvato articulo curatio adhibita eſt. At quibus nervus exciſurus eſſe ſperatur, iis cum majore fiducia claudicationem praedixeris, idque tum maxime, ſi quis nervorum inferiorum exolutus fuerit. Nervus autem exciſurus his indiciis deprehenditur, ſi pus album craſſumque et diuturnum ſub eo effluit, doloresque ac inflammationes ad articulum circa initia oriuntur. Quae etiam contingere ſolent ubi os exciſurum eſt.

Ed. Chart. VIII [819. 820.] Foës. I. 100. 101. Ed. Lind. I. (505. 506.)

Τὰ δὲ ἐν τοῖσι ἀγκῶσι (506) διακόμματα ἐν φλεγμονῇ μάλιστα ἐόντα ἐς διαπύησιν ἀφικνέεται καὶ τομάς τε καὶ καύσιας. ὁ δὲ νωτιαῖος μυελὸς ἢν νοσέῃ, ἤν τε ἐκ πτώματος, ἤν τε ἐξ ἄλλης τινὸς προφάσιος, ἤν τε ἀπὸ αὐτομάτου, τῶν τε σκελέων ἀκρατὴς γίνεται ὁ ἄνθρωπος, ὥστε μηδὲ θιγγανόμενος ἐπαΐειν καὶ τῆς γαστρὸς καὶ τῆς κύστιος. ὥστε τοὺς μὲν πρώτους χρόνους μήτε κόπρον μήτε οὖρον διαχωρέειν, ἢν μὴ πρὸς ἀνάγκην. ὅταν καὶ παλαιότερον γένηται τὸ νούσημα οὐκ ἐπιόντι τῷ ἀνθρώπῳ, ἥ τε || κόπρος διαχωρέει καὶ τὸ οὖρον. ἀποθνήσκει δὲ μετὰ ταῦτα οὐ πολλῷ ὕστερον χρόνῳ. ὧν δὲ ἐμπίπλαται αἵματος ἡ φάρυγξ, πολλάκις τῆς ἡμέρης τε καὶ τῆς νυκτὸς ἑκάστης, οὔτε κεφαλὴν προαλγήσαντι, οὔτε βῆχος ἐχούσης, οὔτε ἐμέοντι [820] οὔτε πυρετοῦ λαμβάνοντος, οὔτε ὀδύνης ἐχούσης, οὔτε τοῦ στήθεος, οὔτε τοῦ μεταφρένου, τούτου κατιδεῖν ἐς τὰς ῥῖνας καὶ τὴν φάρυγγα, ἢν ἕλκος τι ἔχων φανῆται ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ, ἢ βδέλλαν.

Ὀφθαλμοὶ δὲ λημῶντες ἄριστα ἐπαλλάττουσιν, ἢν τό τε δάκρυον καὶ ἡ λήμη καὶ τὸ οἴδημα ἄρξηται ὁμοῦ γενόμενα. ἢν δὲ τὸ μὲν δάκρυον τῇ λήμῃ μεμιγμένον ᾖ καὶ μὴ θερμὸν

Quae in cubitis diſciſſa ſunt, praecipue cum inflammatione, ad ſuppurationem ſectionemque et uſtionem perveniunt. At vero ſi ſpinalis medulla, aut ex caſu, aut alia quapiam externa cauſa, aut ſua ſponte laborarit, et crurum impotentiam facit, ut ne tactum quidem percipiat aeger et ventris et veſicae, adeo ut ne primis quidem diebus ſtercus aut urina niſi coacte reddatur. Quod ſi morbus inveteraverit, et ſtercus et urina aegro inſcio prodit, tandemque non longo poſt intervallo perit. Quibus fauces ſanguine frequenter et noctu et interdiu replentur, dum neque capitis dolor praegreſſus fuerit, neque tuſſis, neque vomitus, neque febris prehenderit, neque pectoris aut dorſi dolor tenuerit, in his nares et fauces inſpiciendae, num quod ulcus eo in loco, aut hirudo compareat.

Oculi gramioſi optimum habent ſucceſſum, ſi ſimul lachryma et gramia et tumor coeperint. Aut ſi lachryma gramiae permixta neque vehementer calida fuerit, gramia

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [820.] Foës. I. 101. 102. Ed. Lind. I. (506. 507.)
ἰσχυρῶς, ἡ δὲ λήμη λευκή τε ἦ καὶ μαλθακὴ, τό τε οἴδημα ἐλαφρόν τε καὶ λελυμένον. εἰ γὰρ οὕτω ταῦτ' ἔχοι, ξυμπλάσσοιτ' ἂν ὀφθαλμὸς ἐς τὰς νύκτας ὥστε ἀνώδυνος εἶναι, καὶ ἀκινδυνότατον οὕτως ἂν εἴη καὶ ὀλιγοχρονιώτατον. εἰ δὲ δάκρυον χωρέει πουλὺ καὶ θερμὸν ξὺν ὀλιγίστῃ λήμῃ καὶ σμικρῷ οἰδήματι, εἰ μὲν ἐκ τοῦ ἑτέρου τῶν ὀφθαλμῶν, χρόνιον μὲν κάρ||τα γίνε(507)ται, ἀκίνδυνον δέ. καὶ ἀνώδυνος οὗτος ὁ τρόπος. ἐν τοῖσι μάλιστα τήνδε κρίσιν ὑποσκέπτεσθαι, τὴν μὲν πρώτην, ἐς τὰς εἴκοσιν ἡμέρας· ἢν δ' ὑπερβάλλῃ τοῦτον τὸν χρόνον, ἐς τὰς τεσσαράκοντα προσδέχεσθαι. ἢν δὲ μηδ' ἐν ταύτῃσι παύηται, ἐν τῇσιν ἑξήκοντα κρίνεται. παρὰ πάντα δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἐνθυμεῖσθαι τὴν λήμην, ἢν ἐν τῷ δακτύλῳ τε μίσγηται καὶ λευκή τε καὶ μαλθακὴ γίνεται. μάλιστα δ' ὑπὸ τοὺς χρόνους τοὺς κρισίμους. ἢν γὰρ μέλλῃ παύεσθαι, ταῦτα ποιήσει. εἰ δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ ἀμφότεροι ταῦτα πάθοιεν, ἐπικινδυνότεροι γίνονται ἕλκωθῆναι. ἡ δὲ κρίσις ἐλάσσονος χρόνου ἔσται. λῆμαι δὲ ξηραὶ ἐπώδυνοι κάρτα. κρίνονται δὲ ταχέως, ἢν μὴ τρῶμα λάβῃ ὁ ὀφθαλμός. οἴδημα δὲ ἢν μέγα ᾖ, ἀνώδυνόν τε καὶ ξηρὸν ἀκίνδυνον. εἰ δὲ εἴη ξὺν

vero alba et mollis et tumor levis ac ſolutus. His etenim ſic ſe habentibus noctu oculus conglutinabitur, ut dolorem non ſentiat: isque caſus minime periculoſus minimeque diuturnus fuerit. At ſi lachryma multa et calida, cum pauciſſima gramia et exiguo tumore, idque ex altero oculo profluat, valde diuturnum id quidem, ſed ſine periculo fit, idque lippitudinis genus doloris expers eſt. Et in his praecipue judicatio conſideranda eſt, quae prima quidem ſit circa vigeſimum diem. Quod tempus ſi ſuperat, quadrageſimus dies expectandus eſt, aut ſi neque in his deſinit, in ſexaginta diebus ſolvitur. At toto tempore ad gramiam attentum eſſe oportet, num in digito miſceatur et alba ac mollis fiat, idque praecipue ſub judicationis tempus, tum namque ubi finitur, id evenire ſolet. Quod ſi haec utrumque oculum invaſerunt, majus eſt ulcerum periculum, ſed brevi ſolventur. Gramiae autem ſiccae vehementes dolores afferunt, brevi tamen ſolvuntur, niſi oculus vulnus acceperit. Tumor vero magnus, doloris expers et ſiccus, ſine periculo eſt. Quod ſi

Ed. Chart. VIII. [820.] Foës. I. 102. Ed. Lind. I. (507. 508.)
ὀδύνη, κακὸν μὲν ξηρὸν ἐὸν καὶ ἐπικίνδυνον ἑλκῶσαί τε τὸν ὀφθαλμὸν καὶ ξυμφῦσαι. δεινὸν δὲ καὶ ξὺν δακρύῳ τε ὂν καὶ ὀδύνῃ. εἰ γὰρ δάκρυον χωρέει, θερμὸν καὶ ἁλμυρὸν, κίνδυνος τῇ τε κόρῃ ἑλκωθῆναι καὶ τοῖσι βλεφάροισιν. εἰ δὲ τὸ μὲν οἴδημα καταστάίη, δάκρυον δὲ πολὺ ἐπιχέεται πολὺν χρόνον, καὶ λῆμαι ἔωσι, τοῖσι μὲν ἀνδράσι βλεφάρων ἐκτροπὴν προλέγειν, τῇσι δὲ γυναιξὶ καὶ τοῖσι παιδίοισιν ἕλκωσιν καὶ τῶν βλεφάρων ἐκτροπήν. ἢν δὲ λῆμαι χλωραὶ καὶ πελιδναὶ ἔωσι, καὶ δάκρυον πουλὺ καὶ θερμὸν, καὶ ἐν τῇ κεφαλῇ καῦμα ᾖ, καὶ διὰ τοῦ κροτάφου ὀδύναι ἐς τὸν ὀφθαλμὸν καταστηρίξωσι, καὶ ἀχρυπνίη τουτέοισιν ἐπιγένηται, ἕλκος ἀνάγκη γενέσθαι ἐν τῷ ὀφθαλμῷ. ἐλπὶς δὲ καὶ (508) ῥαγῆναι τὸ τοιοῦτον. ὠφελέει δὲ καὶ πυρετὸς ἐπιγενόμενος ἢ ὀδύνη ἐς τὴν ὀσφῦν στηρίξασα. προλέγειν δὲ δεῖ τούτοισι τὰ ἐσόμενα, ἔς τε τὸν χρόνον σκεπτόμενον ἔς τε τὰ ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ ῥέοντα, ἐς τάς περιωδυνίας τε καὶ ἀχρυπνίας. ἐπὴν δὲ καὶ τὸν ὀφθαλμὸν οἷόν τε ᾖ κατιδεῖν, ἢν μὲν εὑρεθῇ ἐρῳωγός τε καὶ διὰ τῆς ῥωγμῆς ὑπερέχουσα ἡ ὄψις, πονηρὸν καὶ χαλεπὸν καθιδρύσαι. εἰ δὲ καὶ

cum dolore eſt, ſiccus quidem malus, metusque eſt ne oculum exulceret ac palpebrae coeant. Formidabilis quoque eſt, ubi cum lachryma conjunctum dolorem habet. Nam ſi lachryma calida et ſalſa profluit, in pupilla et palpebris exulcerationis periculum eſt. At ſi tumor quidem conſtiterit, lachryma vero multa diutius effunditur et gramiae tenent, viris quidem palpebrarum everſionem recte praedixeris, at mulieribus et pueris exulcerationem et palpebrarum everſionem. Si vero gramiae pallidae aut lividae fuerint, lachrymaque multa et calida, caput ardor occupet, ex temporibus ad oculum dolor tendat, inſomniaque his acceſſerit, ulcus in oculo factum eſſe neceſſe eſt, ac ut rumpatur metus eſt. Juvat autem ſuccedens febris, aut dolor in lumbos firmatus. His vero futurorum praedictionem recte inſtitues, ſi et temporis et eorum quae ex oculo fluunt rationem inieris, tum etiam graviſſimorum dolorum, tum vigiliarum. Sed ubi oculum introſpicere licet, ſi quidem ruptum inveneris et per rimam pupilla extiterit, malum ſignificat,

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [820. 821.] Foes. I. 102. Ed. Lind. I. (508.)
σηπεδὼν ὑπῇ τῷ τοιούτῳ, τελέως ἄχρηστος ὁ ὀφθαλμὸς γίνεται. τοὺς δ' ἄλλους τρόπους τῶν ἑλκέων ἐς τὰ χωρία σκεπτομένους προλέγειν, καὶ τάς τε σηπεδόνας καὶ βαθυτῆτας ἀναγκαῖον κατὰ τὴν ἰσχὺν τῶν ἑλκέων τὰς οὐλὰς γίνεσθαι. οἷσι μὲν οὖν ῥήγνυνται οἱ ὀφθαλμοὶ, καὶ μετὰ ὑπερίσχουσιν ὥστε ἔξω τὴν ὄψιν τῆς χώρης εἶναι, ἀδύνατοι ὠφελέεσθαι καὶ χρόνῳ καὶ τέχνῃ εἰς τὸ βλέπειν. τὰ δὲ σμικρὰ μετακινήματα τῶν ὄψεων οἷά τε καθιδρύεσθαι, ἢν μήτε κακὸν ἐπιγένηται μηδὲν, ὅ τε ἄνθρωπος νέος ᾖ. αἱ δὲ ἐκ τῶν ἑλκέων οὐλαὶ, [821] οἷσιν ἂν μὴ κακόν τι ἄλλο προσῇ, πᾶσαι οἵεσθαι ὠφελέεσθαι καὶ ὑπὸ τῶν χρόνων καὶ ὑπὸ τῆς τέχνης. μάλιστα δὲ αἱ νεώταταί τε καὶ ἐν τοῖσι νεωτάτοισι τῶν σωμάτων. τῶν δὲ χωρίων μάλιστα μὲν αἱ ὄψιες βλάπτονται ἑλκόμενοι. ἔπειτα τὸ ὑπερίνω τῶν ὀφρύων. ἔπειτα δὲ καὶ ὅ τι ἂν ἄγχιστα ᾖ τούτων τῶν τόπων. αἱ δὲ κόραι γλαυκούμεναι, ἢ ἀργυροειδέες γινόμεναι, ἢ κυάνεαι, οὐδὲν χρηστόν. τουτέων δὲ ὀλίγῳ ἀμείνους ὁκόσαι ἢ σμικρότεραι φαίνονται, ἢ εὐρύτεραι, ἢ γωνίας ἔχουσαι, εἴτ'

nec facile reſtituitur. Quod ſi etiam putredo ſubſit, nulli amplius eſt uſui. Reliqua vero ulcerum genera praedicere licet et locorum putredines et altitudines intuenti. Pro ulcerum magnitudine cicatrices fieri neceſſe eſt. Quibus igitur rumpuntur oculi, poſteaque adeo extant ut pupilla loco mota eſſe videatur, iis nec ullo tempore, neque arte, ut videant, opem ferre licet. At parvae pupillarum dimotiones reſtitui poſſunt, dum ne quid mali acceſſerit et juvenis ſit aeger. Ulcerum vero cicatrices, ſi non aliud malum ſubſit, omnes et a tempore et ab arte juvari poſſe exiſtimandae ſunt, ac praecipue quae recentiſſime et in juvenum corporibus contractae ſunt. Ex locis autem inſignem facit noxiam pupillae acies ſi exulceretur, ſecundum eam id quod eſt ſupra ſupercilia, deinde vero quicquid his locis fuerit proximum. Pupillae quoque caeſium, aut argenteum, aut caeruleum colorem nactae, improbandae ſunt. His aliquantum meliores exiſtimandae ſunt quae aut minores, aut ampliores apparent, aut angulos habent, ſive id ex manifeſta cauſa, ſive

Ed. Chart. VIII. [821.] Foës. I. 102. 103. Ed. Lind. I. (508. 509.)
ἐκ προφασίων τοιαῦται γενοίατο, εἴτ' αὐτόμαται. ἀχλύες, καὶ νεφέλαι, καὶ αἰγίδες ἐκλεαί(509)νονταί τε καὶ ἀφανίζονται, ἢν μὴ τρῶμά τι ἐπιγένηται ἐν τούτῳ τῷ χωρίῳ, ἢ πρόσθεν τύχῃ οὐλὴν ἔχων ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ, ἢ πτερύγιον. ἢν δὲ παράληψις γένηται ἀπολευκάνῃ τοῦ μέλανος μόριόν τι, εἰ πουλὺν χρόνον παραμένῃ, καὶ τρηχείη τε καὶ παχείη, καὶ μνημόσυνον ὑποκαταλιπεῖν. αἱ δὲ κρίσιες ὡς ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἔγραψα, οὕτω καὶ ἐνθάδε ἔχουσιν. ἀλλὰ χρὴ τὰ σημεῖα ἐκμαθόντα προλέγειν. τὰς μὲν διαφορὰς τῶν ὀφθαλμιῶν, ὅταν τὰ κάκιστα τῶν σημείων ἐπιγένηται, τὰς δὲ πολυχρονίους τῶν ὀφθαλμιῶν, || ὡς διαγέγραπται ἐφ' ἑκάστῃσι· τὰς δὲ ὀλιγοχρονίους, ὅταν τὰ σημεῖα προφαίνηται τὰ ἄριστα, τότε προλέγειν ἑβδομαίας παύσασθαι, ἢ ἐγγὺς τουτέων, καὶ ἄλλως ἀσφαλῶς νομίζειν ἔχειν. τὰς δὲ ὑποστροφὰς προσδέχεσθαι, οἵσιν ἂν ῥᾴστῶναι γένωνται, μήτ' ἐν ἡμέρῃσι κρισίμοισι, μήτε σημείων ἀγαθῶν ἐπιφανέντων. πάντων δὲ χρὴ μάλιστα τὴν κατάστασιν τοῦ οὔρου ἐν τοῖσι περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐνθυμεῖσθαι. οἱ γὰρ καιροὶ ὀξέες.

sponte contingat. Caligines et nubeculae ac subalbicantes cicatrices, aegides dictae, exeruntur ac evanescunt, nisi eo in loco vulnus aliquod subortum sit, aut illic antea cicatricem aut unguem esse contigerit. Quod si in oculi nigro resplendens cicatrix orta sit, nigri aliquid dealbat, ita ut si diutius perseveret et aspera et crassa, etiam vestigium aliquod postea relinquat. Judicationes vero non secus ac in febribus scripsi, ita et hic se habent. Sed et observatis signis, pro genere quidem lippitudinum praedictionem instituas licet. Nempe diuturnas lippitudines fore, ubi pessima signa affuerint, velut in singulis descriptum est: breves vero, ubi optima signa comparuerint, easque septimo die aut proximis diebus finiendas praedicere, ac alioqui in tuto esse existimare oportet. Quibus autem levamentum adfuerit, si id neque judicatoriis diebus, neque cum bonis signis contingat, in iis recidivae metuendae sunt. Imprimis vero in oculorum affectibus urinae status in considerationem adhibendus est. Occasio namque praeceps est et lubrica.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [821.] Foes. I. 104. Ed. Lind. I. (509. 510.)

|| Αἱ δὲ δυσεντερίαι ξὺν πυρετῷ μὲν ἢν ἐπίωσιν, ἢ ποικίλοισί τε διαχωρήμασιν, ἢ ξὺν φλεγμονῇ ἥπατος, ἢ ὑποχονδρίου, ἢ γαστρὸς, ἢ ὅσαι ἐπώδυνοι, ἢ ὅσαι τῶν σιτίων ἀπολαμβάνουσιν, δίψαν τε παρέχουσιν, αὗται μὲν πᾶσαι πονηραί. καὶ ὃς ἂν πλεῖστα ἔχῃ τούτων τῶν κακῶν, τάχιστα ἀπολεῖται· ᾧ δ' ἂν ἐλάχιστα τῶν τοιούτων προσῇ, πλεῖσται αὐτῷ ἐλπίδες. ἀποθνήσκουσι δὲ ὑπὸ ταύτης τῆς νόσου μάλιστα παιδία τὰ (510) πενταετέα, καὶ γεραίτερα ἕς τε τὰ δεκαετέα. αἱ δ' ἄλλαι ἡλικίαι ἧσσον. ὅσαι δὲ τῶν δυσεντεριῶν λυσιτελέες, τὰ μὲν κακὰ ταῦτα οὐκ ἐμποιέουσιν, αἷμα δὲ καὶ ξύσματα διαχωρήσαντα, ἐπαύσαντο ἑβδομαῖα, ἢ τεσσαρεσκαιδεκαταῖα, ἢ εἰκοσταῖα ἢ τεσσαρακονθήμερα, ἢ ἐντὸς τούτων τῶν χρόνων. τὰ τοιαῦτα γὰρ διαχωρήματα καὶ ὑπάρχοντα πρόσθεν ἐν τοῖσι σώμασι νοσήματα ὑγιάζει, τὰ μὲν παλαιότερα, ἢν πλείονι χρόνῳ, τὰ δὲ νεώτερα δύναται καὶ ἐν ὀλίγῃσιν ἡμέρῃσιν ἀπαλλάσσειν. ἐπεὶ καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσαι καὶ αὗται περιγίνονται, μᾶλλον ἐς τοὺς τόκους τε καὶ ἐκ τῶν τόκων, καὶ τὰ ἔμβρυα διασώζουσιν, αἵματός τε καὶ ξύσματος διαχωρεόντων, καὶ πολλοὺς μῆνας,

At tormina ea quidem omnia mala ſunt, ſi cum febre quidem invadunt, aut variis alvi recrementis, aut jecoris inflammatione, aut praecordiorum, aut ventris, aut quaecunque doloribus cruciant, aut cibos cohibent, ſitimque inferunt. Ac celerrime is perit quem maxima pars horum malorum occupat. Huic vero plurimum ineſt ſpei, cui horum pauciſſima adſunt. Isque morbus praecipue pueros a quinto anno perimit et qui eum ſuperant ad decimum usque, caeterae aetates tutiores ſunt. Utilia autem tormina ſunt quae his malis non affligunt. At ubi ſanguis et ſtrigmenta per alvum rejecta fuerint, ſeptimo die deſinunt, aut decimoquarto, aut vigeſimo, aut quadrageſimo, aut intra hoc tempus. Hujusmodi namque dejectiones etiam eos qui ante fuerunt in corporibus morbos tollunt: inveteratos quidem ſpatio temporis majore, recentes vero etiam paucis diebus levare poſſunt. Siquidem et praegnantes ipſae etiam plerumque ad partum ſuperſunt et ex partu, ſoetumque conſervant, etiam ſi per multos menſes ſanguis et ſtrigmenta

Ed. Chart. VIII. [821. 822.] Foël. I. 104. 105. Ed. Lind. I. (510. 511.)

ἢν μή τις ὀδύνη αὐτῇσι προσῇ, ἢ ἄλλο τι τῶν πονηρῶν ὧν ἔγραψα σημείων εἶναι ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι ἐπιγένοιτο. εἰ δέ τι κείνων ἐπιφαίνοιτο, τῷ τε ἐμβρύῳ ὄλεθρον σημαίνει [822] καὶ τῇ ἐχούσῃ κίνδυνον, ἢν μὴ μετὰ τοῦ ἐμβρύου τὴν ἀπόφευξιν καὶ τοῦ ὑστέρου τὴν ἀπόλυσιν ἡ δυσεντερίη παύσηται αὐθημερόν, ἢ μετ' ὀλίγον χρόνον.

‖ Αἱ δὲ λειεντερίαι ξυνεχέες μὲν καὶ πολυχρόνιοι καὶ πᾶσαν ὥρην ξὺν ψόφοισί τε καὶ ἄνευ ψόφων ἐκταρασσόμεναι, καὶ ὁμοίως νυκτός τε καὶ ἡμέρης ἐπικείμεναι, καὶ τοῦ διαχωρήματος ὑπιόντος, ἢ ὠμοῦ ἰσχυρῶς, ἢ μέλανός τε καὶ λείου καὶ δυσώδεος, αὗται μὲν πᾶσαι πονηραί. καὶ γὰρ δίψαν παρέχουσι καὶ τὸ ποτὸν οὐκ ἐς τὴν κύστιν τρέπουσιν ὥστε διουρέεσθαι, καὶ τὸ στόμα ἐξελκοῦσι, καὶ ἔρευθος ἐξηρμένον ἐπὶ τῷ προσώπῳ ποιέουσι καὶ ἐφήλιδας παντοῖα χρώματα (511) ἐχούσας· ἅμα δὲ καὶ τὰς γαστέρας ἀποζόμους τε καὶ ὑπαρὰς ἀποδεικνύουσι, καὶ ὑπτιτώδεας. ἐκ δὲ τῶν τοιούτων ἐσθίειν τε ἀδύνατοι γίνονται οἱ ἄνθρωποι καὶ τῇσι περιόδοισι χρῆσθαι, καὶ τἆλλα τὰ πρασσόμενα ποιέειν. τὸ δὲ νούσημα τοῦτο

per alvum fecedant, niſi ſi dolore affligantur, aut aliquod ex malis ſignis quae in difficultatibus inteſtinorum adeſſe ſcripta ſunt acceſſerit. Quod ſi horum aliquod adeſſe viſum fuerit et foetui perniciem ac praegnanti periculum denunciat, niſi poſt foetus abſolutionem, aut ſecundarum dimiſſionem, ipſa tormina eodem die, aut non multo poſt, ceſſaverint.

Laevitates autem inteſtinorum aſſidue quidem et multo tempore perſeverantes, ac omnibus horis et cum ſtrepitu et ſine hoc exturbatae et ſimiliter noctu et interdiu affligentes, ſi quod excernitur valde crudum eſt, aut nigrum et laeve, ac mali odoris, eae quidem omnes malae ſunt. Nam et ſitim exhibent, neque potionem per urinam reddunt, quod in veſicam non deſcendat, os exulcerant et elatum faciei ruborem, ejusque cutis vitia omni colorum genere diſtincta, ephelidas vocant, excitant, ſimulque ventrem quaſi fermentatum, ſordidum ac rugoſum efficiunt. Ex quibus aut cibum capere, aut deambulare ad res obeundas nequeunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [822.] Foës. I. 105. 106. Ed. Lind. I. (511.)

δεινότατον μὲν τοῖσι πεσβυτέροισιν, ἰσχυρὸν δὲ γίνεται καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν, τῇσι δὲ ἄλλῃσιν ἡλικίῃσι πολλῷ ἧσσον. ὅστις δὲ μήτε ἐν τῇσιν ἡλικίῃσιν ἐστι ταύτῃσιν ἧσι φημὶ ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου κακῶς περιέπεσθαι, ἐλάχιστά τε τῶν σημείων ἔχει τῶν πονηρῶν ἃ ἔγραψα εἶναι, ἀσφαλέστατα διάκειται οὗτος, θεραπείης δὲ προσδεῖται ἡ νοῦσος αὕτη, ἔστ' ἂν τό τε οὖρον χωρέηται τοῦ πινομένου κατὰ λόγον καὶ τὸ σῶμα τῶν σιτίων εἰσιόντων αὔξηται, καὶ τῶν χροιῶν τῶν πονηρῶν ἀπαλλαχθῇ.

|| Αἱ δὲ ἄλλαι διάῤῥοιαι ὅσαι ἄνευ πυρετῶν καὶ ὀλιγοχρόνιοί τε καὶ εὐήθεες. ἢ γὰρ κατανιφθεῖσαι πεπαύσονται, ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου. προσαγορεύειν δὲ χρὴ παύεσθαι τὴν ὑπέξοδον, ὅταν τῇ τε χειρὶ ψαύοντι τῆς γαστρὸς μηδεμία κίνησις ὑπῇ καὶ φῦσα διέλθοι ἐπὶ τελευτῇ τοῦ διαχωρήματος. ἕδραι δὲ ἐκτρέπονται, ἀνδράσι μὲν οὓς ἂν διάῤῥοια λάβῃ ἔχοντας αἱμορῥοΐδας, παιδίοισι δὲ λιθιῶσί τε καὶ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι τῇσι μακρῇσί τε καὶ ἀκρήτοισι, πρεσβυτάτοισι δὲ οἷς ἂν προσπήγματα μύξης ἐνῇ.

Morbus hic ſeniores graviſſime infeſtat, quin et viros vehementer affligit, caeteras vero aetates multo minus. At qui eas aetates quas ab hoc morbo male affici diximus non attingit et pauciſſima ſigna habet quae mala eſſe ſcripta ſunt, is ſecuriſſime conſtitutus eſt. Curationem autem poſtulat hic morbus, quoad et urina pro potionis modulo feratur, corpusque cibos ingeſtos ſentiat et vitioſum cutis dolorem deponat.

Reliqua alvi profluvia quae ſine febre ſunt et parvo tempore durare et mitia eſſe ſolent. Aut enim elota, aut ſua ſponte deſinent. Ceſſaturum autem alvi receſſum denunciaveris, ubi contrectato manu ventre nullus motus ſuberit et ad extremam dejectionem flatus prodierit. Sedes autem procidit, viris quidem, quibus ora venarum ſanguinem fundunt, haemorrhoidas vocant, et alvi fluxus corripit, pueris quoque calculoſis et in diuturnis ac ſinceris inteſtinorum difficultatibus, ſenibus vero quibus mucoſae quaedam concretiones affixae ſunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [822. 823.] Foës. I. 106. 107. Ed. Lind. I. (511. 512.)

Τῶν δὲ γυναικῶν ὅσαι μᾶλλον καὶ ἧσσον ἐν γαστρὶ λαμβάνειν πεφύκασιν ὧδε ὑποσκέπτεσθαι. πρῶτον μὲν τὰ εἴδεα. σμικραί τε γὰρ μειζόνων ἀμείνονες ξυλλαμβάνειν, λεπταὶ παχειῶν, (512) λευκαὶ ἐρυθρῶν, μέλαιναι πελιδνῶν, φλέβας ὅσαι ἐμφανέας ἔχουσιν, ἀμείνονες ἢ ὅσῃσι μὴ καταφαίνονται. σάρκα δὲ ἐπίθρεπτον ἔχειν πρεσβυτικῆ πονηρὸν, μαζοὺς δὲ ὀγκηρούς τε καὶ μεγάλους ἀγαθόν. ταῦτα μὲν πρὸς τῇ ὄψει δῆλά ἐστι. πυνθάνεσθαι χρὴ καὶ περὶ τῶν καταμηνίων, ἢν πάντας φαίνωνται, καὶ ἢν πλῆθος ἱκανὸν, καὶ ἢν εὔχροά τε καὶ ἴσα ἐν ἑκάστοισι τῶν χρόνων, καὶ ἐν τῇσιν αὐτῇσιν ἡμέρῃσι τῶν μηνῶν. [823] οὕτω γὰρ ταῦτα γίνεσθαι ἄριστον. τὸ δὲ χωρίον ἐν ᾧ ἡ σύλληψίς ἐστιν, ὃ δὴ μήτρην ὀνομάζομεν, ὑγιές τε χρὴ εἶναι καὶ ξηρὸν καὶ μαλθακὸν, καὶ μήτ' ἀνέσπασμένον ἔστω μήτε προπετὲς, μήτε τὸ στόμα αὐτοῦ ἀπεστράφθω μήτε ξυμμεμυκέτω μήτ' ἐκπεπλήχθω. ἀμήχανον γὰρ ὅ τι ἂν ἢ τῶν τοιούτων κωλυμάτων σύλληψιν γενέσθαι.

‖ Ὁκόσαι μὲν οὖν τῶν γυναικῶν μὴ δύνανται ἐν γαστρὶ λαμβάνειν, φαίνονται δὲ χλωραὶ, μήτε πυρετοῦ μήτε τῶν

At mulieres quaenam magis aut minus uterum geſtare ſint idoneae, hunc in modum aeſtimare licet, imprimis quidem in formas intuendo. Parvae namque grandioribus ad conceptum praeſtant, tenues craſſis, candidae rubris, nigrae liventibus. Praeſtant item quibus venae extant iis quibus minime apparent. Quinetiam grandiori natu exuberans carnis moles malo eſt: mammae autem turgidae et magnae probantur. Atque iſta quidem viſui ſunt expoſita. At ſciſcitari oportet num menſtrua ſingulis menſibus appareant et num ſatis idonea copia et an boni ſint coloris, aequali copia in ſingulis temporibus et ratis menſium diebus effluant, quod quidem optimum eſt. Locus vero conceptui idoneus, quem ſane uterum nominamus, ſanus eſſe et ſiccus et mollis debet, ac neque contractus, neque proclivis, neque ore diſtorto aut compreſſo, aut diducto. Etenim quicquid horum contigerit conceptum fieri impedit.

Mulieres igitur quae concipere nequeunt et pallidae videntur abſque febre, neque aliqua cauſa in viſceribus

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [823.] Foës. I. 107. Ed. Lind. (512. 513.)

σπλάγχνων αἰτίων ἐόντων, αὗται φήσουσι κεφαλὴν ἀλγέειν καὶ τὰ καταμήνια πονηρῶς τε σφίσι καὶ ἀκρήτως γίνεσθαι. καὶ ὀλίγως δὲ καὶ πολὺν χρόνον ἐν τῇσιν οὕτω διακειμένῃσιν ἀφανέα ἦ, αἱ μῆτραι καθάρσιος ταύτῃσι προσχρήζουσιν. ὁκόσαι τε εὐχροιοί τε εἰσι καὶ σάρκα πολύν τε καὶ πιηρὰν ἔχουσι, καὶ φλέβια κεκρυμμένα, ἀνώδυνοί τε εἰσι καὶ τὰ καταμήνια ταύτῃσιν ἢ παντάπασιν οὐ φαίνεται, ἢ ὀλίγα τε καὶ ἀκρήτως γίνεται. τῶν τρόπων οὗτος ἐν τοῖσι χαλεπωτάτοισιν ἐστὶ καταναγκάσαι ὡς ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. ἢν δὲ ἐπιφαινομένων τῶν καταμηνίων ἀπροφασί(513)στως τό τε σῶμα ὧδε διάκειται ἡ γυνὴ, κἢν μὴ συλλαμβάνῃ, τὸ χωρίον ἐν ᾧ ἡ μήτρη αἴτιον, ὥστε μὴ δύνασθαι γίνεσθαι ἔγκυον. ἢ γὰρ ἀνεσπασμένον ἐστὶν, ἢ ἐκπεπληγμένον. τὰ γὰρ ἄλλα καταγινόμενα ἐνταῦθα ξὺν ὀδύνῃσί τε γίνεται καὶ ἀχροίῃσί τε καὶ τήξει.

Ἤισι δ' ἂν ἕλκος γένηται ἐν τῇσι μήτρῃσιν, εἴτε ἐκ τόκου, εἴτε ἐκ φύματος, εἴτε ἐξ ἄλλης τινὸς προφάσιος, πυρετούς τε καὶ βουβῶνας ταύτῃσιν ἀνάγκη ἐπιγίνεσθαι καὶ ὀδύνας ἐν τοῖσι χωρίοισι τουτοισιν. εἰ δὲ καὶ τὰ λοχεῖα συναπολειφθείη, ταῦτα ὑπάρχοντα κακὰ πάντη ἀκρητότερά τε καὶ

exiſtente, iis caput dolet et menſes male ac ſincere prodeunt, aut certe pauci, neque ex longo intervallo ſic affectis apparent et uteri purgatione indigent. At quae tum bene coloratae ſunt tum bene carnoſae et pingues et venas latentes habent et doloris expertes ſunt, hisque menſtrua aut nullo modo prodeunt, aut pauca et ſincera fluunt, in hujusmodi naturis difficillime conceptus procuratur. Quod ſi libere apparentibus menſtruis, inculpato ſit corpore mulier, neque concipiat, locus in quo uterus continetur in cauſa exiſtimandus eſt, quo minus foetus tollatur. Aut enim contractus eſt, aut diductus. Reliqua enim quae huc contingere ſolent, cum dolore et decoloratione ac colliquatione fiunt.

Quibus vero ulcus in utero ortum eſt, ſive ex partu, ſive ex tuberculo, aut alia quapiam cauſa, iis febres et inguinum tumores obveniunt illorumque locorum dolores. Quod ſi partus purgamenta ſimul quoque reſtiterint, tum eamala omnino ſunt immoderata et diuturna, acceduntque

Ed. Chart. VIII. [823.] Foës. I. 107. Ed. Lind. I. (513. 514.)
χρονιώτερα. καὶ πρὸς τούτοισιν ὑποχονδρίων τε καὶ κεφαλῆς ὀδύναι. ἕλκεος δὲ γινομένου καὶ ἐξυγιασθέντος, τὸ χωρίον τοῦτο ἀνάγκη λειότερον καὶ σκληρότερον γίνεσθαι, καὶ ἧσσον δύνασθαι ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. εἰ δὲ μοῦνον ἐν τοῖσιν ἐπ' ἀριστερὰ γένοιτο ἕλκος, ἡ δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ λάβοι, εἴτε τὸ ἕλκος ἔτι ἔχουσα, εἴτε λοιπὸν ἤδη ὑγιὴς ἐοῦσα, ἄρσεν μᾶλλον τεκεῖν αὐτὴν ἐλπίς ἐστιν. εἰ δὲ ἐν τοῖσι ἐπὶ δεξιὰ τὸ ἕλκος γένοιτο, ἡ δὲ γυνὴ ἐν γαστρὶ ἔχοι, θῆλυ μᾶλλον τὸ ἔκγονον χρὴ δοκέειν ἔσεσθαι. ἢν δὲ πυρετοὶ γένωνται οὐ δυναμένη ἐν γαστρὶ λαβεῖν, καὶ λεπτῆς βηχὸς ἐχούσης, πυνθάνεσθαι χρή, μή τι αἱ μῆτραι ἕλκος ἔχουσιν, ἢ ἄλλο τι τῶν πονηρῶν ὧν ἔγραψα. εἰ γὰρ ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ μηδὲν ὑπεὸν κακὸν φαίνοιτο αἴτιον τῆς λεπτύνσιός τε καὶ τοῦ μὴ συλλαμβάνειν δύνασθαι, αἷμα ἐμέσαι τὴν γυναῖκα προσδόκιμον. τὰ δὲ καταμήνια τῇ τοιαύτῃ ἡφανίσθαι ἀνάγκη. ἢν δὲ ὁ πυρετὸς λυθῇ ὑπὸ τῆς ῥήξιος τοῦ αἵματος, καὶ τά (514) τε καταμήνια φανῇ, ἐν γαστρὶ λήψεται. ἢν δὲ τὰ τῆς γαστρὸς πρὶν ἢ τὸ αἷμα ἀναῤῥαγῆναι ὑγρὰ γένηται πονηρὸν τρόπον, κίνδυνος ἀπολέσθαι τὴν γυναῖκα ἔμπροσθεν ἢ τὸ αἷμα ἐμέσαι.

et praecordiorum et capitis dolores. At vero ubi ulcus ſanatum eſt, locus ille laevior ac durior neceſſario efficitur et minus conceptui idoneus. Quod ſi ulcus ſiniſtra tantum occupet mulierque concipiat, aut ubi adhuc ulcus habet, aut poſtea ubi convaluit, eam marem potius enixuram ſpes eſt. Sed ſi ulcus dextra teneat et mulier concipiat, foetus foemineus magis expectandus eſt. At ſi febris prehendat eam quae concipere nequit et tuſſicula detineat, quaerendum num uterum ulcus aliquod occupet, aut ex his malis quae ſcripſimus aliud quippiam. Etenim ubi nihil mali eo in loco ſubeſſe conſtiterit, quod extenuationem aut conceptus impedimentum afferat, ſanguinis vomitione reſuſi metus impendet. Ei vero mulieri menſtrua ex neceſſitate diſparuerunt. Si vero febris ſanguinis eruptione tollatur et menſes appareant, concipiet. Quod ſi ante ſanguinis eruptionem alvus effuſa fuerit pravum in modum, periculum eſt ne mulier ante ſanguinis eruptionem intereat.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [823. 824.] Foës. I. 108. Ed. Lind. I. (514.)

|| Ὁκόσαι δὲ ἐν γαστρὶ δοκέουσιν ἔχειν, οὐκ ἔχουσαι, καὶ πολλοὺς μῆνας ἐξαπατῶνται τῶν καταμηνίων οὐ φαινομένων, καὶ τὰς γαστέρας ὁρῶσιν αὐξανομένας τε καὶ κινεομένας, αὗται κεφαλήν τε ἀλγέουσι καὶ τράχηλον καὶ ὑποχόνδρια. καὶ ἐν τοῖσι τιτθοῖσι γάλα οὐκ [824] ἐγγίνεται σφίσιν, εἰ μὴ ὀλίγον τι καὶ ὑδαρές. ἐπὴν δὲ τὸ κύρτωμα τὸ τῆς γαστρὸς ἀπολυθῇ, καὶ λαπαραὶ γένωνται, αὗται ἐν γαστρὶ λήψονται, ἢν μή τι ἄλλο κώλυμα γένηται σφίσιν. ἐπεὶ τὸ πάθος γε τοῦτο ἀγαθόν ἐστι μεταβολὴν ποιῆσαι ἐν τῇ ὑστέρῃ, ὥστε μετὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἐν γαστρὶ λαμβάνειν. τῇσι δ' ἐχούσῃσιν ἐν γαστρὶ τὰ ἀλγήματα ταῦτα οὐ γίνεται, ἢν μὴ ξυνήθεα ἔωσι ταύτῃσιν αἱ κεφαλαλγίαι, καὶ γάλα ἐν τοῖσι τιτθοῖσιν ἐγγίνεται. τὰς δὲ ὑπὸ τῶν ῥοῶν τῶν πολυχρονίων ἐχομένας ἐρωτᾶν, εἰ κεφαλὴν ἀλγέουσι καὶ ὀσφῦν, καὶ τὸ κάτω τῆς γαστρός. ἐρέσθαι δὲ καὶ περὶ αἱμωδίας, καὶ ἀμβλυωσμοῦ, καὶ ἤχων. ὁκόσαι δὲ νήστιες ἐοῦσαι ὑπόχολα ἐμέουσι πολλὰς ἡμέρας, μήτε ἐν γαστρὶ ἔχουσαι μήτε πυρεταίνουσαι, πυνθάνεσθαι ἑλμινθας στρογγύλας εἰ

At quaecunque ſe concepiſſe exiſtimant, neque conceperunt, et multis menſibus decipiuntur, quod menſtrua non compareant, ac venter turgeſcere ac moveri videatur, eae capitis ac cervicis praecordiorumque dolore conflictantur, neque lac in ipſarum mammis innaſcitur, niſi paucum quiddam et aquoſum. Cum vero ventris tumor diſſolutus fuerit, ac molles evaſerint, eae niſi quid aliud obſtet concipient. Quandoquidem affectio iſta ad mutationem utero afferendam valet, adeo ut poſt hoc tempus concipiant. Eae vero quae conceperunt, doloribus iſtis non tentantur, niſi conſueti fuerint. His capitis dolores accedunt et lac in mammis innaſcitur. Quas autem longae fluxiones exercent, de capitis dolore, lumborum et imi ventris interrogandae ſunt. Sciſcitari quoque oportet, num dentium ſtuporem ſentiant, aut viſus hebetudinem, aut aurium ſonitum. At quaecunque jejunae multis diebus aliquantulum bilioſa vomitione rejiciunt, ſi neque uterum gerunt, neque febre detinentur, interrogabis num lumbricos rotundos una etiam vomitu reſun-

Ed. Chart. VIII. [824.] Foës. I. 108. 109. Ed. Lind. I. (514. 515.)
ξυμμέουσιν. ἢν γὰρ μὴ ὁμολογέουσι, προλέγειν αὐτῇσι τοῦτο ἔσεσθαι. γίνεται δὲ μάλιστα μὲν τῇσι γυναιξὶ τὸ νόσημα τοῦτο, ἔπειτα δὲ καὶ παρθένοις, τοῖσι δ' ἄλλοισι ἀνθρώποισιν ἧσσον.

(515) Ὅσαις δὲ ἄτευ πυρετῶν ὀδύναι γίνονται, θανάτους μὲν οὐκ ἐξεργάζονται, πολυχρόνιοι δὲ αἱ πλείους εἰσὶ καὶ πολλὰς μεταστάσιας ἔχουσι καὶ ὑποστροφάς. οἱ δὲ τρόποι πρῶτον μὲν τῶν περὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγημάτων, τὰ μὲν εὐήθεα, τὰ δὲ χαλεπώτερα πολλῷ. χρὴ δὲ ὑποσκέπτεσθαι ἑκάτερα αὐτῶν ὧδε. ὁκόσοι δὲ αὐτῶν ἀμβλυώσσουσι καὶ ἐρευθός τι ἔχουσιν, ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῖσι γίνεται καὶ κνησμὸς ἔχει τὸ μέτωπιν, τούτοισιν ἀρήγει αἷμα ῥυὲν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου καὶ ἐξ || ἀνάγκης. ἁπλοῦς οὗτος ὁ τρόπος. οἷσι δὲ ὀδύναι περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ μέτωπον ἔκ τε τῶν μεγάλων γίνονται καὶ ἐκ τῶν ψυχέων ὅταν θαλφθῶσιν, ἰσχυρῶς, τούτους δὲ κόρυζαι μὲν τελείως μάλιστα ἀπαλλάσσουσιν, ὠφελέουσί τε καὶ πταρμοὶ, καὶ βλέννα ἐν τῇσι ῥισὶ γινόμεναι, μᾶλλον μὲν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου, εἰ δὲ μὴ, ἐξ ἀνάγκης. κόρυζαι γίνονται τελέως, ὥστε

dant. Id enim ni fateantur, ipſis aſſuturum praedices. Potiſſimum autem mulieres invadit hic morbus, deinde etiam virgines, reliquos vero homines minus.

Dolores qui ſine febre invadunt, ne interficiunt quidem, at plurimum diuturni ſunt, multasque mutationes ac recurſus habent. Atque horum genera primum quidem in capitis doloribus ſpectantur, quorum quidam leves ſunt, quidam etiam longe graviores. Utrorumque vero ea ſic ineunda eſt ratio. Quibus autem viſus caligat et rubor quidam in ipſis oculis fit, cum quadam frontis prurigine, eos juvat ſanguis ſua ſponte aut ex neceſſitate profluens. Atque hic modus ſimplex eſt. At quibus dolores capitis et frontis contingunt, tum ex ingentibus ventis tum ex frigore poſt vehementem aeſtum, eos gravedines potiſſimum quidem omnino liberant. Juvant quoque et ſternutamenta et mucoſae pituitae in naribus ortae, praecipue quidem ſponte fluentes, ſin minus, vi expreſſae. Gravedines vero in totum fiunt adeo ut tuſſes conſequantur. Et ſternutamenta ubi ſuccedunt,

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [824. 825.] Foës. I. 109. Ed. Lind. I. (515. 516.)

καὶ βῆχας ἐπιγερέσθαι. οἵ τε πταρμοὶ ἐπιγερόμενοι, τὰς ὀδύνας ἢν μὴ παύωσι, φύματα ἀνάγκη ἐπιγενέσθαι καὶ ἀχροίας τούτοισιν. ὁκόσοισι δὲ ὀδύναι ἄνευ προφάσεών τε γίνονται καὶ πολυχρόνιοι, καὶ ἐν πάσῃ τῇ κεφαλῇ ἰσχνοῖσι τε ἐοῦσι καὶ ἀμεργηοῖσι, προορᾶσθαι τούτοισιν τὸ νόσημα πολλῷ χαλεπώτερον τοῦ πρόσθεν. ἢν δὲ καὶ ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ ἐς τὸν νῶτον ἡ ὀδύνη καταβαίνῃ τὴν κεφαλὴν ἀπολιποῦσα, καὶ αὖθις πάλιν παλινδρομέῃ εἰς τὴν κεφαλήν, καὶ ἔτι χαλεπώτερον γίνεται. τούτων δὲ πάντων δεινότατον, εἰ ξυντείνοι ἐκ τῆς κεφαλῆς ἐς τὸν τράχηλόν τε καὶ τὸν νῶτον. τὰς δὲ ὠφελείας τουτέοισι προσδέχεσθαι ἐξ ἀποστασίων ἔσεσθαι, ἢ πῦον βήξασιν, ἢ αἱ(516)μορῥοΐδας ἔχουσιν, ἢ ἐξανθήματα ἐν τοῖς σώμασι. λυσιτελέει δὲ καὶ πιτυρωθεῖσα ἡ κεφαλή.

Νάρκαι δὲ κνιδώσιες οἷσι διὰ τῆς κεφαλῆς διαΐσσουσι, τοτὲ μὲν διὰ πάσης, τοτὲ δὲ διὰ [825] μέρους τινός, πολλάκις δὲ καὶ ψυχρόν τι δοκέει αὐτοῖσιν, εἰ διαχωρέει διὰ τῆς κεφαλῆς, τούτους ἐπανερέσθαι, εἰ καὶ ἐς τὴν γλῶσσαν ἄκρην ἀφικνεῖται ἡ κνίδωσις. εἰ γὰρ τοῦτο ποιέοι, τέλεον τὸ νούσημα

neque dolores ſedant, iis tubercula et coloris pravitates ex neceſſitate aderunt. Quos vero dolores ſine cauſa et diuturni et totum caput occupantes jam graciles et viribus exhauſtos affligunt, in his attendendum morbum priore multo eſſe graviorem. Quod ſi in cervicem et dorſum relicto capite dolor deſcendit, rurſusque in caput recurrit, adhuc gravior exiſtimandus eſt. At omnium maxime terret, ſi a capite ad ceruicem et dorſum pervenit. Eos vero juvari ſpes eſt, ſi abſceſſus aliquis eruperit, aut pus tuſſi rejectum fuerit, aut ſanguinem per ora venarum fundere ſint ſoliti, aut puſtulae toto corpore pullularint. Ex uſu etiam eſt caput porrigine tentari.

Quibus autem torpores et prurigines pungentes per caput interdum quidem totum, interdum etiam aliqua in parte percurrunt, ſaepius vero frigoris alicujus ſenſus caput pervagari videtur, ab iis ſciſcitari oportet, num etiam ad ſummam linguam pungens ille pruritus pertingat. Sic enim

Ed. Chart. VIII. [825.] Foës. I. 109. 110. Ed. Lind. I. (516. 517.)
γίνεται, καὶ χαλεπώτερον ἀπαλλάξαι, εὐπετὲς δὲ ἄνευ τούτου. οἱ δὲ τρόποι τῶν ὠφελειῶν ἐξ ἀποστασίων οἷσπερ προγέγραπται. ἧσσον μέντοι ἐπιγίνονται ἀποστάσιες ἐπὶ τούτοισιν ἢ ἐκείνοισιν. ὁκόσους δὲ ξὺν τῇσιν ὀδύνῃσιν σκοτόδινοι λαμβάνουσι, δυσαπάλλακτον καὶ μανικόν. γέρουσι δὲ ὁ τρόπος οὗτος μάλιστα γίνεται. || αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι αἱ ἀμφὶ κεφαλὰς ἀνδράσι τε καὶ γυναιξὶν ἀσφαλῶς ἰσχυρόταται καὶ πολυχρονιώτεραι. γίνονται δὲ καὶ νεανίσκοισί τε καὶ παρθένοισι τῇσιν ἐν ἡλικίῃ, καὶ μάλιστα τῶν καταμηνίων ἐς τὴν πρόοδον. τῇσι δὲ γυναιξὶν ἐν τῇσι κεφαλαλγίῃσι τὰ μὲν ἄλλα πάντα γίνεται ἃ καὶ τοῖσιν ἀνδράσιν· αἱ κνιδώσιες δὲ καὶ τὰ μελαγχολικὰ ταύτῃσιν ἧσσον ἢ τοῖσιν ἀνδράσιν, ἢν μὴ τὰ καταμήνια τελέως ἠφανισμένα ᾖ.

Οἷσι δὲ τὰ χρώματα νέοις ἐοῦσι πονηρά ἐστι πολὺν χρόνον, ξυνεχέως δὲ μὴ ἰκτεριώδεα τρόπον, οὗτοι καὶ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν γυναικῶν κεφαλὴν ἀλγέουσι. καὶ λίθους τε καὶ (517) γῆν τρώγουσι, καὶ αἱμορροΐδας ἔχουσι. τὰ δὲ χλωρὰ

magnus morbus eſt et qui aegre ſolvatur: alioqui vero facilis. Auxilium autem conſequuntur ex abſceſſibus, velut antea ſcriptum eſt. Qui tamen his minus quam illis contingunt. Tenebricoſae autem vertigines ſi cum doloribus adfuerint, malum in inſaniam erumpit, nec facile profligatur et ſenes praecipue affligit. Reliqui capitis morbi tum viris tum mulieribus vehementiſſimi ſunt ac diutius perſeverant ac cum ſecuritate. Contingunt autem et juvenibus et virginibus in aetatis flore, potiſſimumque circa menſtruorum exitum. At mulieribus circa capitis dolores reliqua quidem omnia quae etiam viris contingunt. Pungentes tamen prurigines et atrae bilis vitia minus hae quam viri ſentiunt, niſi menſes penitus evanuerint.

Quibus juvenibus diu coloris foedatio ineſt, non tamen continenter] ad inſtar regii morbi, ii et viri et foeminae capitis dolore conflictantur et lapides ac terram edunt, aut profluvium per ora venarum ſanguinem fundere ſolita patiuntur, haemorrhoidas Graeci dicunt. At colores cum vi-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 452 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [825.] Foës. I. 110. Ed. Lind. I. (517.)

χυώματα ὅσα χρόνιά εἰσι, καὶ μὴ ἰσχυροὶ ἴκτεροί εἰσι, τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ ποιέειν αὐτοῖσι ξυμβαίνει, ἀντὶ δὲ τῶν λίθων τούτους καὶ τῆς γῆς τρώξιος τὰ ὑποχόνδρια λυπέει μᾶλλον ἢ τοὺς ἑτέρους. ὁκόσοι δὲ πολὺν χρόνον ὠχροὶ φαίνονται, καὶ τὰ πρόσωπα ἐπηρμένα ἔχοντες, εἰδέναι χρὴ τούτους τὴν κεφαλὴν ὀδυνωμένους, ἢ περὶ τὰ σπλάγχνα ἀλγήματα ἔχοντας, ἢ ἐν τῇ ἕδρῃ κακόν τι ἐν ἑωυτοῖσι. τοῖσι δὲ πλείστοισι τῶν τοιούτων φαινομένων οὐχ ἕν τι τούτων τῶν κακῶν φαίνεται, ἀλλ' ἔστιν ὅτε πολλὰ, ἢ καὶ πάντα.

Τὰ ἐξ ὀσφύος ἐς τράχηλον καὶ κεφαλὴν ἀναδιδόντα (551)

Diuturni lumborum dolores, qui cum febre ad tertianae naturam propius accedente ingravescunt, sanguinis grumosi secessuri spem faciunt.

Lumborum dolores sanguinis profluvium excitant.

Ex lumborum dolore liberales sunt et largae sanguinis fluxiones.

Quibus lumborum dolor in caput recurrat et manus torpore affectae, ac oris ventriculi dolorem sentiunt, aut aurium sonitus, ii liberaliter sanguinem profundunt. Sed et his alvus effunditur et mentis perturbatione ut plurimum tentantur.

Quae ex dorsi dolore initia ducunt aegritudines difficiles.

In intenso lumborum dolore et alvi subductione largiore, sumpto veratro spumosorum crebra vomitio prodest.

Spinae perversionem et spirandi difficultatem sanguinis fluxus liberat.

Dolentibus lumbis si oris ventriculi dolor accesserit, futurae per haemorrhoidas vacuationis signum est, aut etiam eam praecessisse significat.

Quae ex lumbis in cervicem et caput redundantia, le-

Ed. Chart. VIII. [869. 870.] Foeſ. I. 168. 169. Ed. Lind. I. (551.) παραλύοντα παραπληκτικὸν τρόπον, σπασμώδεα, παρακρουστικά. ὦρα καὶ λύεται τὰ τοιαῦτα σπασμοῖσιν; ἢ τῶν τοιούτων κοιλίαι νοσέουσι διὰ τῶν αὐτῶν ἰόντων.

Ἐξ ὀσφύος ἀναδρομῆς πόνου, ὀφθαλμῶν ἴλλωσις, κακόν.

‖ Πόνος ἐς στῆθος ἱδρυνθεὶς νωθρότητι κακὸν ἐπὶ πυρετῷ. οὗτοι ὀξέως ἀπόλλυνται.

Ἐξ ὀσφύος ἀλγήματος ἀναδρομαὶ ἐς καρδίην πυρετώδεες, φρικώδεες, ἀνειέοντες λεπτά, ὑδατώδεα, παρενεχθέντες, ἄφωνοι, ἐμέσαντες μέλανα τελευτῶσι.

Τὰ κατ' ὀσφῦν καὶ τὸ λεπτὸν χρόνια ἀλγήματα, καὶ πρὸς ὑποχόνδρια πόνοι, ἀπόσιτοι ἅμα πυρετῷ. τούτοισιν ἐς κεφαλὴν ἄλγημα σύντονον ἐλθὸν, κτείνει ὀξέως τρόπον σπασμώδεα.

[870] Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα, οὗτοι κακοί. ἆρα τούτοισι τρομώδεα γίνεται καὶ φωϊδες ἐν ῥίγει;

vis ſiderationis more reſolutionis ſenſum inducunt, convulſionem ac mentis emotionem minantur. Videndumque eſt num talia convulſionibus ſolvantur, aut in hujusmodi habentibus alvi male habeant, atque eadem diutius perſeverent.

Ex recurſatione doloris in lumbis oculorum perverſio aut diſtortio mala eſt.

Dolor in pectore fixus cum torpore, ſuborta febre malum indicat, iique celeriter mortem oppetunt.

Lumborum dolores ad os ventriculi recurſantes, cum febre, horrore, ſi tenuia et aquoſa vomitione rejecerint, delirarint, voce defecti ſint, ii poſt nigrorum vomitione moriuntur.

Lumborum ac tenuioris inteſtini diuturni dolores et circum praecordia labores, in aegris una cum febre cibum faſtidientibus, eos dolor intenſus ad caput progreſſus, non ſine convulſionis ſpecie celeriter interficit.

Qui lumborum dolore conflictantur, ii male habent. Num his tremores fiunt et maculae rubentes quales in tibiis, cum rigore?

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [870.] Foël. I. 169. 170. Ed. Lind. I. (551. 552.)

Ἆρα τοῖς ὀσφυαλγέσιν, ἀσώδεσιν, ἀνεμέτοισιν, ὀλίγα φρασέως παρακρούσασιν, ἐλπὶς μέλανα διελθεῖν;

Ὀσφύος πόνος καρδιαλγικῷ, μετὰ ἀναχρέμψιος βιαίης, ἔχει τι σπασμῶδες.

Ὑπάφωνον ἅμα κρίσει ῥῖγος.

Ὀσφύος ἄλγημα, ἄνευ προφάσιος πυκνὰ ἐπιφοιτέον, κακοήθεος ἀῤῥωστίης σημεῖον.

Ὀσφύος ἄλγημα μετὰ καύματος ἀσώδεος πονηρόν.

Ὀσφύος σύντασις ἐκ γυναικείων πλήθεος ἐκπυητικόν. καὶ τὰ ποικίλως ἰόντα, γλίσχρα, δυσώδεα, πνιγώδεα ἐπὶ τοῖσι προειρημένοισιν, ἐκπυητικόν. || οἶμαι δὲ καὶ παρακρούειν τι τὰς τοιαύτας.

(552) Οἷσιν ὀσφύος ἄλγημα καὶ πλευροῦ ἄνευ προφάσιος, ἰκτεριώδεες γίνονται.

Αἱ ἐν κρισίμοισιν ἐκ τῶν αἱμορῥαγιῶν περιψύξιες νεαναὶ κάκισται.

Conſiderandum eſt in lumborum dolore conflictatis et anxietate citra vomitum et pauliſper ferociter deſipientibus aegris, num nigra per feceſſum proditura ſint?

Lumborum et oris ventriculi dolor cum forti ſcreatione, convulſionem quodammodo ſuſpectam facit.

Subabſurdus eſt qui cum judicatione rigor fit.

Lumborum dolor absque cauſa manifeſta crebro invadens morbi malignitatem indicat.

Lumborum dolor cum aeſtu implacido et anxio malum ſignificat.

Lumborum contenſio ex menſium copia ſuppurationem fore indicat. Quin et varie prodeuntia glutinoſa, graveolentia, ſtrangulatum cum antea commemoratis inducentia, ſuppurationem denunciant. Fortaſſis vero et tales aliquantum delirare contingit.

Qui lumborum et lateris dolore absque ulla occaſione tentantur, ii in morbum regium incidunt.

Ex ſanguinis eruptionibus vehementes die judicatorio obvenientes perfrictiones peſſimae.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [870.] Foës. I. 170. Ed. Lind. I. (552.)

Τὸ ἀνάπαλιν αἱμορῤῥαγέειν πονηρὸν, οἷον ἐπὶ σπληνὶ μεγάλῳ ἐκ τῶν δεξιῶν. κατὰ ὑποχόνδρια ὡσαύτως.

Τὰ αἱμορῤῥαγεῦντα, ἐπιῤῥιγοῦντα τρώματα, κακοήθεα, διαλεγόμενοι λαθραίως τελευτῶσι.

Τὰ πεμπταῖα αἱμορῤῥαγοῦντα λάβρως, ἕκτῃ ἐπιῤῥιγώσαντα, ἑβδόμῃ περιψυχθέντα, ἀναθερμανθέντα ὀξέως, τούτοισι κοιλίαι πονηρεύονται.

Μεθ' αἱμορῤῥαγίην μελάνων διαχώρησις κακόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὰ ἐξέρυθρα ἰώδεα. τεταρταίοισιν αἱ τοιαῦται αἱμορῤῥαγίαι, κωματώδεες ἐκ τοιούτων σπασθέντες θνήσκουσι, μελάνων προδιελθόντων, καὶ κοιλίης ἐπαρθείσης.

Μεθ' αἱμορῤῥοίας καὶ μελάνων διαχώρησιας ἐν ὀξεῖ κώφωσις κακόν. αἵματος διαχώρησις τούτοισιν ὀλέθριον, κώφωσις δὲ λύει.

Οἷσιν αἱμορῤῥαγίαι πλείους, προϊόντος χρόνου κοιλίαι πο-

Sanguinis ex parte adverſa profluvium malum eſt, velut ſi in lienis tumore ex dextra nare effluat. Et circa praecordia idem ſpectari oportere exiſtimandum eſt.

Qui ex vulnere ſubinde rigentes ſanguinem profundunt, ii maligne habent, ac inter loquendum derepente moriuntur.

Quibus quinto die liberales ſanguinis profuſiones contingunt et ſexto novo oborto rigore corripiuntur, ſeptimo perfrictionibus tentati celeriter recaleſcunt, iis alvi male afficiuntur.

A ſanguinis eruptione nigrorum per alvum egeſtio malo eſt. Quin et praerubrae ac aeruginoſae dejectiones damno ſunt. Quibus ejusmodi ſanguinis eruptiones quarto die contingunt, tandem ſopore et convulſione conflictati moriuntur, praegreſſis nigris dejectionibus et ventre in tumorem ſublato.

In praecipiti malo quae poſt ſanguinis eruptiones et nigrorum per alvum refuſiones ſurditas obvenit, malum denunciat. In his ſanguinis egeſtio perniciem affert, ſurditas autem ſolvit.

Quibus ſanguinis eruptiones diu perſeverant, in iis

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [870. 871.] Foës. I. 170. 171. Ed. Lind. I. (552. 553.)

τηρεύονται, ἢν μὴ οὖρον πέπον ἔλθῃ. ἆρά γε τὸ ὑδατῶδες οὖρον τοιοῦτόν τι σημαίνει;

|| Οἷσιν ἐπὶ αἱμορῤῥαγίῃ λάβρα πυκνῇ μετὰ μελάνων συχνὴ διαχώρησις, ἐπιστάσης δὲ αἱμόῤῥοοι, οὗτοι κοιλίης ὀδυνώδεες, ἅμα δέ τισι φύσησιν εὔφοροι. ἆρα οἱ τοιοῦτοι ἐφιδροῦσι πολλοῖσι ψυχροῖσι; τὸ ἀνατεταραγμένον οὖρον ἐν τούτοισιν οὐ πονηρόν, οὐδὲ τὸ ἐφιστάμενον γονοειδές. ἐπιπολὺ δὲ οὗτοι ὑδατώδεα (553) *οὐρέουσιν.*

Οἷσιν ἐκ ῥινῶν ἐπὶ κωφώσει καὶ νωθρότητι μικρὰ ἀποστάζει, ἔχει τι δύσκολον. ἔμετος τούτοισι συμφέρει καὶ κοιλίης ταραχή.

Αἱ ἐν ἀρχῇσι μεγάλαι αἱμορῤῥαγίαι περὶ ἀνακομιδὴν κοιλίας καθυγραίνουσι.

Τὰ ἐκ ῥινῶν λάβρα βίῃ ἀποληφθέντα ἔστιν ὅτε σπασμὸν ἐπικαλεῖται, φλεβοτομίη λύει.

[871] *Αἱ ἑνδεκαταῖαι στάξιες δύσκολοι, ἄλλως τε κἢν δὶς ἐπιστάξῃ, καὶ ἢν ἐπιστάξῃ.*

temporis progreſſu alvus male afficitur, niſi urina concocta prodierit. Ac fortaſſis tale aliquid dilnta urina denunciat.

Quibus ex larga et frequenti ſanguinis eruptione copioſa ſit nigrorum dejectio, cum alvi vero ſuppreſſione ſanguinem profundunt, iis alvus dolore conflictatur, una autem cum quibusdam ſtatibus tolerabilius ferunt. Ac ſorte hi copioſis, frigidis et tenuibus ſudoribus diffluunt. In his returbata urina mala non eſt, neque quod in ea inſidet genitali ſemini ſimile. Ut plurimum autem hi dilutas urinas reddunt.

Quibus cum ſurditate et torpore paucus e naribus ſanguis ſtillat, nonnihil moleſtiae exhibet, iis vomitus et alvi perturbatio confert.

Quae magnae ſunt in principiis ſanguinis eruptiones, dum aegri vires recolligunt, alvos effundunt.

Largae ſanguinis ex naribus eruptiones per vim ſuppreſſae interdum convulſiones accerſunt, unde liberat venae ſectio.

Sanguinis e naribus ſtillationes quae undecimo die contingunt, moleſtiam afferunt, tum vero praeſertim, ſi bis ſanguis ſtillarit, aut rurſus nares ſtillare coeperint.

Ed. Chart. VIII. [871.] Foël. I. 171. 172. Ed. Lind. I. (553.)

Ἐπὶ αἵματος ῥύσει πολλῇ ἢ λυγμὸς, ἢ σπασμὸς, κακόν.

Τοῖσιν ἕως ἑτῶν ἑβδόμων δύναμιν μετὰ ἀχροίης, καὶ πνεῦμα ἁλιζόμενον ἐν τῇσιν ὁδοῖσι, καὶ γῆς ἐπιθυμίην, αἵματος φθορὴν καὶ ἔκλυσιν σημαίνει.

‖ Ἐν τοῖσι μακροῖσι τὰ μικρὰ ἐπιφαινόμενα αἱμορῥοώδεα ὀλέθρια.

Τὰ σκοτώδεα ἐξ ἀρχῆς αἱμορῥοίη ῥινὸς λύει.

Τὰ ἐκ ῥινῶν σμικροῖς ἱδρῶσι περιψυχόμενα κακοήθεα.

Αἵματος ἀφαίρεσις ἐν καταψύξει γενωθρευμένη κακόν.

Ὅσοι κοιλίης ἐπιστάσης αἱμορῥοέουσι, καὶ ἐπιῤῥιγοῦσιν ἅμα τῷ αἱμορῥοεῖν, τούτοισι κοιλίην λειεντεριώδεα ποιέει, καὶ ἐπίσκληρον καὶ ἀσκαρίδας, ἢ ἀμφότερα.

Τὰ τεταγμένοισι χρόνοισιν αἱμορῥοώδεα, διψώδεα, μὴ αἱμορῥαγήσαντα, ἐπιληπτικῶς θνήσκει.

In copiosa sanguinis fluxione aut singultus, aut convulsio, malum denunciant.

In his qui ad septimum progressi sunt cum coloris foedatione, inter ambulandum spiratio coacervata et terrae appetentia, sanguinis corruptionem ac virium exolutionem denunciat.

Diuturnis in morbis parvae apparentes sanguinis ex naribus fluxiones, perniciem ostentant.

Tenebricosas vertigines circa initia sanguinis ex naribus fluxio solvit.

Ubi sanguis ex naribus effluxit, totius corporis perfrictio cum tenuibus sudoribus morbi malignitatem denunciat.

In corporis perfrictione cum torporis sensu sanguinis detractio malo est.

Qui suppressa alvo sanguinem ex naribus fundunt et una cum sanguinis profluvio subinde rigent, iis alvus intestinorum laevitate laborat et obdurescit, aut tenues lumbrici, ascarides dicti, infestant, aut utrumque.

Qui statis temporibus sanguinem fundunt, si siticulosi sint, neque sanguinem profuderint, comitiali morbo pereunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [871.] Foës. I. 172. 173. Ed. Lind. I. (553. 554.)

Ἐξ αἱμορῥοΐδος ὅσον ἐπιφανείσης σκοτώδεα ἐλθόντα, παραπληγικὸν μικρὸν καὶ ἀπ᾽ ὀλίγον σημαίνει, λύει φλεβοτομίη. καὶ πᾶν τὸ οὕτως ἐπιφαινόμε(554)νον κακόν τι σημαίνει.

Οἱ παλμώδεες δι᾽ ὅλου ἆρα καὶ ἄφωνοι τελευτῶσι;

Τὰ τρομώδεα σπασμώδεα γενόμενα ἐφιδροῦσι, φιλυπόστροφα. τούτοισι κρίσις ἐπιῤῥιγώσασιν. ἐπιῤῥιγοῦσι δ᾽ οὗτοι ἐπὶ κοιλίην καύματι προκληθέντες. ὕπνος πολὺς ἐν τούτοισι σπασμῶδες, καὶ τὰ ἐς μέτωπον βάρεα, καὶ οὔρησις δυσκολαίνουσα.

|| Οἷ ἐν ὑστερικοῖσιν ἄπειροι σπασμοὶ εὐχερεῖς.

Τὰ σπασμώδεα ἀνιδρῶντι πτύελα παραῤῥέοντα πυρετώδει ἐόντι εὐήθεα. τούτοισι ἐπεὶ κοιλίαι τι καθυγραίνονται. τάχα δέ τι καὶ ἐς ἄρθρα ἀποστήσονται.

Οἷσιν ἐν σπασμώδεσιν ὀφθαλμοὶ ἐκλαμπάνουσιν ἀτενέες, οὔτε παῤ ἑωυτοῖσιν εἰσὶ, διανοσέουσί τε μακροτέρως.

Ex venis in ano ſanguinem fundere ſolitis aliquantum apparentibus, tenebricoſae vertigines obortae, parvam ac ſenſim factam partium reſolutionem indicant, ex quo liberat venae ſectio. Et quicquid hujusmodi apparere ſolet, mali aliquid denunciat.

Quos palpitationes in totum occupant, num voce defecti intereunt;

Ex tremoribus quae convulſiones fiunt cum ſudoribus, recidivas minantur. In his judicationem facit novus ſubinde obortus rigor. Sed is prius ardore circa ventrem exorto provocatur. Somnus in his multus convulſionem minatur et frontis gravitates, ac mictio moleſta eſt.

In uteri ſtrangulatu non antea expertae convulſiones faciles ſunt.

Cum convulſionibus et ſudore febrienti defluentia ſputa minime mala ſunt. His praeterea alvi aliquantulum madeſcunt, ac fortaſſis aliquid ad articulos abſceſſurum ſperandum eſt.

Quibus in convulſionibus oculi intente ſplendent, iis mens non conſtat, et diutius morbum trahunt.

Ed. Chart. II. [871. 872.] Foës. I. 173. 174. Ed. Lind. I. (554.)

Τὰ σπασμώδεα τρόπον παροξυνόμενα κατόχως τὰ παρ' οὖς ἐπαίρει.

Τρομώδεσιν, ἀσώδεσι, μικρὰ τὰ παρ' οὖς ἐπάρματα σπασμὸν σημαίνει κοιλίης πονηρευομένης.

Τὰ σπασμώδεα καὶ τετανώδεα πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.

Σπασμὸς ἐπὶ τρώματι θανάσιμον.

Σπασμὸς ἐπὶ πυρετῷ γενόμενος ὀλέθριον. ἥκιστα δὲ παιδίοισιν.

Οἱ πρεσβύτεροι ἑπτὰ ἐτέων ἐν πυρετῷ οὐχ ἁλίσκονται ὑπὸ σπασμοῦ. εἰ δὲ μή, ὀλέθριον.

Σπασμοῦ λυτικὸν πυρετὸς ἐπιγενόμενος ὀξύς, μὴ πρότερον γεγονώς. εἰ δὲ εἴη πρότερον γεγονὼς, παροξυνθείς. ὠφελέει δὲ καὶ οὔρου διέξοδος ὑαλοειδὴς [872] πολλὴ, καὶ ῥύσις κοιλίης, καὶ ὕπνοι. τῶν δὲ ἐξαπίνης σπασμῶν λυτικὸν πυρετὸς, κοιλίης ῥύσις.

‖ Ἐν τοῖσι σπασμοῖσιν ἀναυδίη ἐπὶ πολὺ κακόν. τὸ δὲ

Quae convulſionis in morem affligunt, cum alto ſtupore, quem catochum vocant, tubercula ad aures attollunt.

In tremulis et anxietate vexatis, parvi ad aures tumores excitati convulſionem denunciant, ſi alvus male affecta ſit.

Convulſiones et nervorum diſtentiones ſuccedens febris ſolvit.

Ex vulnere convulſio lethalis.

Convulſio febri ſuccedens periculum denunciat, minimum vero pueris.

Adultiores et qui ſeptimum annum exceſſerunt, convulſione in febre non prehenduntur, alioqui periculum denunciatur.

Convulſionem ſolvit febris ſuccedens acuta, quae prius non aderat, aut ſi prius adſuit, ingraveſcens. Confert autem et urinae vitreae copioſus pertranſitus et alvi fluxio et ſomnus. Convulſiones autem derepente ortas febris ſolvit ac alvi fluxus.

Loquendi impotentia in convulſionibus multum perſeverans malo eſt. Quae vero parum durat, aut linguae ſi-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [872.] Foës. I. 174. 175. Ed. Lind. I. (554. 555.)

μικρὸν, ἤτοι γλώσσης ἀποπληξίην, ἢ βραχίο(555)νος, καὶ τῶν ἐπὶ δεξιὰ σημαίνει. λύεται δὲ οὔροισιν ἐξαπίνης ἐλθοῦσιν, πολλοῖσιν, ἀθρόοισιν.

Ἱδρῶτες δὲ οἱ μὲν μετὰ μικρὸν ὠφελέουσιν, οἱ δὲ ἀθρόα καὶ [αἱ τῶν αἱμάτων ἀφαιρέσιες αἱ ἀθρόοι βλάπτουσιν.

Ἐν τοῖσι τετάνοισι καὶ ὀπισθοτόνοισι γένυες λυόμεναι θανάσιμον. θανάσιμον δὲ καὶ ἱδροῦν ἐν ὀπισθοτόνῳ, καὶ τὸ σῶμα διαλύεσθαι, καὶ ἀνεμεῖν ὀπισθοτόνῳ διὰ ῥινῶν, ἢ ἐξ ἀρχῆς ἄφωνον ἐόντα βοᾶν, ἢ φλυηρεῖν. ἐς γὰρ τὴν ὑστεραίην θάνατον σημαίνει.

‖ Πυρετώδεα ὀπισθοτονώδεα, γονοειδέες οὐρήσιες λύουσι.

Τὰ κυναγχικὰ τὰ μήτε ἐν τῷ τραχήλῳ μήτε ἐν τῇ φάρυγγι, μηδὲν εὔδηλον ποιέοντα, πνιγμὸν δὲ νεανικὸν καὶ δύσπνοιαν παρέχοντα, αὐθημέρους καὶ τριταίους κτείνει.

Τὰ δὲ ἐπάρματα καὶ ἔρευθος ἐν τῷ τραχήλῳ λαμβάνοντα τὰ μὲν λοιπὰ παραπλήσια, χρονιώτερα δέ.

derationem, aut brachii, aut eorum quae in dextra parte ſunt, denunciat. Solvitur autem magna urinarum confertim et derepente prodeuntium abundantia.

Sudores autem partim quidem ſenſim procedentes juvant, partim vero univerſim effuſi, et quae effatim fiunt ſanguinis detractiones nocent.

In nervorum diſtentionibus et iis quae in poſteriorem partem fiunt, diſſolutae maxillae mortem afferunt. Quinetiam lethale eſt in poſteriorum partium diſtentione ſudare et corpus diſſolvi, ac in eodem malo per nares revomere, aut ubi per initia vox defecta fuit, clamare aut nugari. Poſtridie enim affuturam mortem ſignificat.

Febres cum poſteriorum partium diſtentione urinae genitale ſemen referentes ſolvunt.

Anginae in quibus neque in collo, neque in faucibus quicquam apparet, ſed quae vehementem ſuffocationem ac ſpirandi difficultatem adferunt, eodem aut tertio die necant.

Quae vero tumorem ac ruborem in collo capiunt, in reliquis quidem eodem modo ſe habent, verum diuturniores ſunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [872.] Foës. I. 175. 176. Ed. Lind. I. (555. 556.)

Ὅσοισι δὲ συνεξερευθείη ἥ τε φάρυγξ καὶ ὁ αὐχὴν καὶ τὸ στῆθος, χρονιώτερα, καὶ μάλιστα ἐξ αὐτῶν σώζονται ἢν μὴ παλινδρομέῃ τὰ ἐρυθήματα. ἢν δὲ ἀφανίζηται μήτε φύματος συστραφέντος ἔξω, μήτε πύου ἀναχρεμπτομένου πρηέως καὶ ἀπόνως, ἐν ἡμέρῃσι κρισίμῃσιν, ὀλέθρια γίνεται. ἆρά γε ἔμπυοι γίνονται; ὀσφαλέστατον δὲ τὸ ἔρευθος καὶ τὰς ἀποστάσιας ὅτι μάλιστα ἔξω τρέπεσθαι.

Ἐρυσίπελας δὲ ἔξωθεν μὲν ἐπιγίνεσθαι χρήσιμον, εἴσω δε τρέπεσθαι θανάσιμον. τρέπεται δὲ ὅταν ἀφανιζομένου τοῦ ἐρυθή(556)ματος βαρύνηται τὸ στῆθος, καὶ δυσπνοώτερος γίνεται.

Οἷς δὲ κυνάγχη ἐς τὸν πλεύμονα τρέπεται, οἱ μὲν ἐν τῇσιν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἀπόλλυνται, οἱ δὲ διαφυγόντες ἔμπυοι γίνονται, μὴ γινομένης αὐτοῖς ἀναγωγῆς φλεγματώδεος.

Οἷσι διὰ σφοδρότητος σφυγμοῦ κόπριον ἐξαπίνης διαχωρέει θανάσιμον.

‖ Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσι τὰ ὑπόξηρα πτύσματα ἰχνῶν κακόν.

Praecipue autem malum prorogatur quibus non ſolum fauces, ſed cervicem quoque et pectus una rubor occupat. Maxime vero poteſt inde ſecunda valetudo contingere, ſi rubores ad interna maxime revertantur. Quod ſi evaneſcant, neque in exteriores partes converſum ſit tuberculum, neque pus facile et ſine dolore excreetur, aut neque iſta diebus judicatoriis contingant perniciem denunciant. Ac fortaſſe etiam ſuppurati fiunt. Securitatis autem indicium eſt ruborem et abſceſſus ad externas quam maxime partes vergere.

Eryſipelas vero foris quidem extare utile, intro autem vergere lethale. Cujus quidem rei indicium eſt cum rubore evaneſcente pectus gravatur, et aegrius ſpiritum trahit aeger.

Quibus angina ad pulmonem divertit, partim quidem intra ſeptem dies pereunt, partim vero liberati, pus intro colligunt, niſi pituitoſa ſurſum educantur.

Quibus in vehementi pulſatione ſtercus derepente dejicitur, lethale.

In angina laborantibus ſubarida ſputa gracileſcentibus faucibus malum praenunciant.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [872. 873.] Foës. I. 176. Ed. Lind. I. (556.)

Τὰ κυναγχικὰ ἐν γλώσσαις οἰδήματα ἀσήμως ἀφανιζόμενα ὀλέθρια. καὶ τὰ ἀλγήματα ἀφανιζόμενα χωρὶς προφάσιος ὀλέθρια.

Ἐν τοῖσι κυναγχικοῖσιν οἱ μὴ ταχὺ ἀναπτύοντες πέπονα ὀλέθριοι.

Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως εἰς κεφαλὴν ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ ὀλέθρια.

Ἐν κυνάγχῃ ἀσήμως ἐς σκέλη ἀλγήματα μετὰ πυρετοῦ ὀλέθρια.

Ἐκ κυναγχικῶν ἀκρίτως ὑποχονδρίου ἄλγημα, μετὰ ἀκρασίης καὶ νωθρότητος γενόμενον, κτείνει λαθραίως, εἰ καὶ πάνυ δοκοῖεν ἐπιεικῶς ἔχειν.

[873] Ἐκ κυναγχικῶν ἀσήμως ἰσχναθέντων ἐς στῆθος ἄλγημα καὶ ἐς κοιλίην ἐλθὸν σύντονον ποιέει πυῶδες διαχωρέειν, ἄλλως καὶ λυομένου τὸ τοιοῦτον.

Ἐκ κυναγχικῶν πάντα ὀλέθρια, ὅσα μὴ ἔκδηλον ἐποίησεν ἄλγημα. ἀτὰρ καὶ ἐς σκέλεα ἀλγήματα χρόνια φοιτᾷ, καὶ ἐκπυοῦται δυσκόλως.

In anginis linguae tumores absque ulla significatione evanescentes periculum denunciant. Quinetiam dolores citra evidentem causam disparentes, perniciem ostentant.

Angina laborantes nisi celeriter cocta expuant, pernicioſe habent.

In angina absque ulla significatione redundantes in caput dolores cum febre periculum indicant.

In angina absque ulla significatione delati ad crura dolores cum febre pernicioſi.

In angina laborantibus citra judicationem praecordii dolor, cum impotentia et torpore obveniens, latenter necat, etſi moderate admodum habere videantur.

In angina laborantibus absque ulla significatione gracileſcentibus faucibus dolor intenſus ad pectus aut ad alvum progreſſus, purulentas dejectiones facit. Alioqui autem tale quid ſolutionem prae ſe fert.

In angina quaecunque conſpicuum dolorem non produnt, periculi plena ſunt. Quinetiam diuturni ſunt qui ad crura progrediuntur dolores, aegreque ad pus deducuntur.

Ed. Chart. VIII. [873.] Foës. I. 176. 177. Ed. Lind. I. (556. 557.)

Τὰ ἐκ κυνάγχης πτύαλα γλίσχρα, παχέα, ἔκλευκα, βιαίως ἀναγόμενα κακὸν, καὶ πᾶς ὁ τοιοῦτος πεπασμὸς κακόν. κάθαρσις πολλὴ κάτω τοὺς τοιούτους παραπληκτικῶς ἀπόλλυσιν.

Ἐκ κυνάγχης ὑπόξηρα πυκνὰ πτύελα, βηχώδεα, πλευροῦ ὀδυνώδεα ὀλέθρια. (557) καὶ τὰ ἐν τοῖσι ποτοῖσιν ὑποβήσσοντα, καὶ κατάπτοσις βιαία πονηρόν.

|| Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ πάμπυοι αἱ πτύσιες, τριταῖοι θνήσκουσιν, ἢ πεμπταῖοι. φυγόντες δὲ ταύτας, μὴ πολὺ ῥᾷον ἔχοντες, τῇ ἑβδόμῃ, ἢ ἐννάτῃ, ἢ ἑνδεκάτῃ, ἄρχονται ἐμπυοῦσθαι.

Οἷσι δὲ ἄνω ὠτὸς ἔρευθος, τῶν πλευριτικῶν, καὶ ὁμοίως θερμαίνονται, καὶ κοιλίη ταράσσεται χολώδεα καὶ δυσώδεα. εἰκοσταῖοι καὶ τεσσαρακοσταῖοι κινδυνεύουσι. φυγόντες δὲ ταύτας σώζονται.

Αἱ ξηραὶ τῶν πλευριτίδων καὶ ἄπτυστοι χαλεπώταται· φοβεραὶ δὲ ἐν οἷσιν ἄνω τὰ ἀλγήματα.

Sputa ex angina viſcida, craſſa, exalbida, vi educta, malum denunciant, omnisque ejusmodi maturatio mala eſt. In his multa deorſum purgatio levis ſiderationis modo mortem adfert.

Sputa ex angina ſubarida, crebra, per tuſſim et cum lateris dolore educta perniciem minantur. Atque ea quae inter potandum per tuſſim rejiciuntur, quaeque difficulter deglutiuntur, malum portendunt.

In morbo laterali, quibus circa initia in totum purulentae ſunt ſpuitiones, ii tertio die aut quinto moriuntur. Quos ſi ſuperent, nec longe melius habuerint, ſeptimo, aut nono, aut undecimo, ſuppurati fiunt.

Quibus ſupra autem rubor contingit, neque aliter quam morbo laterali affecti incaleſcunt, alvusque bilioſa et graveolentia exturbat, ii vigeſimo et quadrageſimo die periculum ſubeunt; quos ſi ſuperaverint, ſervantur.

Morbi laterales ſicci et in quibus nihil expuitur graviſſimi ſunt. Metuendi quoque in quibus dolores ad ſuperiora tendunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [873.] Foës. I. 177. 178. Ed. Lind. I. (557. 558.)

Αἱ ἄνευ σπασμάτων πλευρίτιδες χαλεπώτεραι τῶν μετὰ σπασμάτων.

|| Τῶν πλευριτικῶν οἷσιν ἐν ἀρχῇ γλῶσσα χολώδης γίνεται, ἑβδομαῖοι κρίνονται. οἷσι δὲ τρίτῃ ἢ τετάρτῃ, περὶ τὴν ἐννάτην.

Πομφόλυγος δὲ ὑποπελίου γινομένης ἐπὶ τῆς γλώσσης ἐν ἀρχῇ, οἵη σιδηρίου βαφέντος ἐς ἔλαιον, χαλεπωτέρη ἡ ἀπολύσις γίνεται, καὶ ἡ μὲν κρίσις ἐς τὴν ιδ' ἀφικνεῖται. αἷμα δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ πτύουσι.

Πτύαλον δ' ἐν τῇσι πλευρίτισι τρίτον μὲν ἀρχόμενον πεπαίνεσθαι καὶ πτύεσθαι, θάσσους ποιέει τὰς ἀπολύσιας, ὕστερον δὲ βραδυτέρας.

Τὰ δὲ ἀλγήματα τοῖσι πλευριτικοῖσι χρήσιμον κοιλίην μαλάσσεσθαι, πτύαλα χρωματίζεσθαι, ψόφους ἐν τῷ στήθει μὴ γίνεσθαι, τὸ οὖρον εὐοδεῖν. τὰ δὲ τούτων ἐναντία δυσχερέα, καὶ πτύαλον γλυκαινόμενον.

Αἱ δὲ χολώδεες ἅμα καὶ αἱματώδεες πλευρίτιδες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ (558) *κρίνονται ἑναταῖαι, ἢ ἑνδεκαταῖαι, καὶ μάλι-*

Morbi laterales graviores qui ſine divulſionibus quam qui cum divulſionibus contingunt.

Quibus in morbo laterali lingua circa initia bilioſa eſt, hi intra ſeptimum judicantur, quibus vero tertio ac quarto die, circa nonum.

Quod ſi bulla aliquantulum liveſcens in lingua appareat initio, qualis excitatur ferro candente in oleum intincto, difficilior fit ſolutio, et judicatio quidem ad decimum quartum diem deducitur. Sanguinem autem plurimum expuunt.

Sputum vero in morbo laterali ubi matureſcere et expui tertio die coeperit, celeriores ſolutiones facit; quod ſi poſterius, tardiores.

In morbo laterali affectis dolores et alvum emolliri utile eſt, ſputa colorari, nullos in pectore ſtrepitus fieri, urinam recte procedere. Quibus contraria moleſta ſunt, ſputumque dulceſcere.

At vero bilioſi ſimul et ſanguinei morbi laterales fere nono die aut undecimo judicantur ac maxime ſaneſcunt.

Ed. Chart. VIII. [873. 874.] Foës. I. 178. 179. Ed. Lind. I. (558.)

στα ὑγιάζονται. οἷσι δὲ τῶν πλευριτικῶν ἐν ἀρχῇ μὲν οἱ πόνοι μαλθακοὶ, ἑ δὲ ἢ ς' παροξύνονται, μᾶλλον πρὸς τὰς ιβ' ἀφικνέονται, καὶ οὐ πάνυ σώζονται. κινδυνεύουσι δὲ μάλιστα ἑβδομαῖοι, καὶ δωδεκαταῖοι. τὰς δὲ δὶς ἑπτὰ φυγόντες σώζονται.

||Ὅσοισι τῶν πλευριτικῶν ψόφος τοῦ πτυάλου πολὺς ἐν τῷ στήθει, καὶ πρόσωπον κατηφὲς, καὶ ὀφθαλμὸς ἰκτεριώδης καὶ ἀχλυώδης ἀπόλλυνται.

Οἱ ἐκ πλευριτικοῦ ἔμπυοι γενόμενοι ἐν τῇσι μ' ἡμέρῃσιν ἀναπτύουσιν ἀπὸ τῆς ῥήξιος.

[874] Πτύαλον δὲ χρὴ πᾶσι τοῖσι πλευριτικοῖσι καὶ περιπλευμονικοῖσι εὐπετέως τε καὶ ταχέως ἀναπτύεσθαι, μεμίχθαί τε τὸ ξανθὸν τῷ πτυάλῳ. τὸ δ' ὕστερον πολλῷ τῆς ὀδύνης ἀναγόμενον ξανθὸν, ἢ μὴ μεμιγμένον, καὶ πολλὴν βῆχα παρέχον πονηρόν. πονηρὸν δὲ πάντως καὶ τὸ ξανθὸν ἄκρητον, καὶ τὸ γλίσχρον, καὶ λευκὸν, καὶ τὸ στρογγύλον, καὶ τὸ χλωρὸν σφόδρα, καὶ τὸ ἀφρῶδες, καὶ τὸ πελιῶδες, καὶ ἰῶδες. χεῖρον δέ τι τὸ οὕτως ἄκρητον ὥστε μέλαν φαίνεσθαι. αἵματι

Quibus autem in morbo laterali initio quidem dolores leves ſunt, quinto vero aut ſexto die ingraveſcunt, fere ad duodecimum perveniunt, raroque ſervantur, ſed praecipue ſeptimo ac duodecimo die periculum ſubeunt. Quod ſi bis ſeptem evaſerint, ſervantur.

Quibus in morbo laterali plurimus ex ſputo ſtrepitus in pectore ſonat, et vultus demiſſus eſt, oculusque aurugine ſuffuſus, et caligine obductus, in his mors expectanda eſt.

Qui ex morbo laterali ſuppurantur, in quadraginta diebus poſt ruptionem pus ſputione rejiciunt.

In omnibus autem laterum et pulmonum morbis ſputum prompte ac cito excreari neceſſe eſt, flavumque ſputo permixtum eſſe. Quod ſi multo poſt dolorem flavum, aut non commixtum rejicitur, nec non ſine multa tuſſi, vitioſum cenſetur. Omnino autem pravum flavum, ſi ſincerum eſt, et glutinoſum, et candidum, et rotundum, itemque vehementer ex virore palleſcens, quodque ſpumoſum eſt, et lividum, et aeruginoſum. Aliquanto vero deterius quod ſic eſt ſincerum ut nigrum quoque videatur. At flavum cui

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [874.] Foës. I. 179. 180. Ed. Lind. I. (558. 559.)

δὲ μὴ πολλῷ συμμεμιγμένον τὸ ξανθὸν ἐν ἀρχῇ μὲν σωτήριον, ἑβδομαίῳ δ' ἢ παλαιοτέρῳ ἧσσον ἀσφαλὲς, αἱματῶδες δὲ λίην, ἢ πέλιον εὐθέως ἐν ἀρχῇ, κινδυνῶδες, πονηρὰ δὲ καὶ τὰ ἀφρώδεα, καὶ τὰ ξανθὰ, καὶ μέλανα, καὶ ἰώδεα, καὶ ἰξώδεα, καὶ ὅσα ταχέως χρωματίζεται. τὰ δὲ μυξώδεα καὶ λιγνυώδεα καὶ χρωματίζεται ταχέως, καὶ ἔστιν ἀσφαλέστερα. τὰ δ' ἐντὸς πέμπτης ἐς πέψιν χρωματιζόμενα βελτίω.

(559) Πᾶν δὲ πτύαλον μὴ λῦον τὴν ὀδύνην πονηρὸν, λῦον δὲ χρήσιμον.

Ὅσοι δὲ μετὰ τοῦ χολώδεος πυῶδες ἀνάγουσιν, ἢ χωρὶς, ἢ μεμιγμένον ὡς ἐπιτοπολὺ τεσσαρεσκαιδεκαταῖοι θνήσκουσιν, ἢν μή τι κακὸν ἢ ἀγαθὸν ἐπιγένηται τῶν προγεγραμμένων. εἰ δὲ μὴ, κατὰ λόγον. μάλιστα δὲ οἷσιν ἑβδομαίοισιν ἄρχεται τὸ τοιοῦτον πτύαλον.

||Ἔστι δὲ ἀγαθὸν μὲν καὶ τοίτοισι καὶ πᾶσι τοῖσι περὶ πλεύμονα φέρειν ῥηϊδίως τὸ νόσημα, τῆς ὀδύνης ἀπηλλάχθαι,

paulum ſanguinis ammixtum eſt, initio quidem ſalutem pollicetur, quod vero ſeptimo die, aut longiore ſpatio tale apparet, non adeo tutum. Admodum autem ſanguinolentum, aut quod ſtatim initio liveſcit, perniciem prae ſe fert. Pravitatem etiam indicant et ſpumantia, et flava, et nigra, et aeruginoſa viſcoſaque, et quaecunque celeriter colorantur. Mucoſa autem et fuliginoſa, tum celeriter colorantur, tum ſecuriora ſunt. Quae vero intra quintum diem dum coctionem accipiunt, colorantur, meliora cenſentur.

Sputum autem quodcunque dolorem non tollit, malum ſignificat, quod vero ſolvit, bonum.

Quibus cum bilioſo purulentum ſputum, aut ſeorſum, aut ſimul permixtum educitur, ii ut plurimum decimoquarto die intereunt, niſi malum aut bonum aliquod ex his quae prius deſcripta ſunt, contingat. Alioqui certe pro ratione mors expectanda eſt, atque in his praecipue quibus ſeptimo die ſputum hujusmodi procedere coepit.

In his igitur et omnibus qui pulmonem affligunt morbis, bonum quidem eſt facile morbum ſuſtinere, dolore de-

Ed. Chart. VIII. [874.] Foës. I. 180. Ed. Lind. I. (559.)

τὸ πτύαλον εὐπετέως ἀνάγειν, εὔπνοον εἶναι καὶ ἄδιψον, τὸ σῶμα ἅπαν ὁμαλῶς θερμαίνεσθαι, μαλθακὸν εἶναι. καὶ πρὸς τοῖσιν ὕπνους, ἱδρῶτας, οὔρων διαχώρησιν χρηστὰ γίνεσθαι, κακὰ δὲ τἀναντία τούτων. εἰ μὲν οὖν πάντα προσγένοιτο τῷ πτύσματι τούτῳ τὰ χρήσιμα, σώζοιτ' ἄν· εἰ δὲ τὰ μὲν, τὰ δὲ μὴ, οὐ πλείους τῶν τεσσαρεσκαίδεκα βιώσας. τῶν δ' ἐναντίων σημείων ἐπιγενομένων συντομώτερον.

Ὅσα δὲ τῶν ἀλγημάτων ἐν τοῖσι τόποισι τούτοισι μὴ παύσηται, μήτε πρὸς τὰς ἀναπτύσιας, μήτε πρὸς τὰς φλεβοτομίας τε καὶ διαίτας ἐμπυοῦται.

Ὅσοισι δὲ ἐκ περιπλευμονίης ἀποστάσιες παρ' οὖς, ἢ ἐς τὰ κάτω γίνονται, καὶ ἐκπυοῦσί τε καὶ ἐκκυριγγοῦνται. περιγίνονται δὲ οἷσιν ἂν ὅ τε πυρετὸς καὶ ὁ πότος παρακολουθῇ, καὶ τὸ πτύαλον χωρέῃ κατὰ λόγον. μηδὲ χολώδεες αἱ διαχωρήσιες, εὔλυτοί τε καὶ ἄκρητοι γίνονται, μηδὲ οὖρον παχύ τε σφόδρα καὶ πολλὴν ὑπόστασιν ἔχον, τά τε ἄλλα σωτηρίας

fungi, ſputum prompte expuere, facile ſpirare, ſiti eſſe vacuum, reliquum corpus aequaliter incaleſcere ac molle eſſe. Ad haec ſomnos, ſudores, urinarum eductionem laudabiliter fieri: quibus contraria mala ſunt. Quandocunque ergo bona haec omnia huic ſputo aderunt, poterit ſecunda valetudo contingere. Quod ſi quaedam adfuerint, quaedam etiam abfuerint, non ultra decimumquartum diem vita producetur. At vero ſi contraria ſigna acceſſerint, celerius mors continget.

Dolores in locis hujusmodi, qui neque ad expuitiones, neque ad venae ſectionem, aut victus rationem definunt, ad ſuppurationem tendunt.

Quibus ex pulmonis inflammatione abſceſſus ad aures aut inferiores partes fiunt, tum ſuppurant, tum per fiſtulam via aperta effunduntur. His autem ſecunda valetudo contingit, quos febris et dolor conſequitur, ſi ſputum non ſatis pro ratione ejicitur, neque bilioſae fuerint alvi dejectiones, ſed ſolutu faciles ac ſinceræ, neque urina admodum craſſa, aut multum habens ſedimentum ac in reliquis omnia ſecu-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [874. 875.] Foël. I. 180. 181. Ed. Lind. I. (559. 560.)

ἔχοιεν. γίνονται δὲ αἱ μὲν ἐς τὰ κάτω, οἷσιν ἂν (560) περὶ ὑποχόνδρια φλεγμονὴ γίνηται, αἱ δὲ ἐς τὰ ἄνω, οἷσιν ἂν τὸ μὲν ὑποχόνδριον λαπαρόν τε καὶ ἀνώδυνον ᾖ. δύσπνοοι δέ τινα χρόνον γενόμενοι παύσωνται χωρὶς προφάσιος.

Αἱ δὲ ἐς τὰ σκέλεα τῶν ἀποστασίων ἐν τῇσιν ἐπικινδύνοισι περιπλευμονίῃσι λυσιτελέες μὲν πᾶσαι, βέλτισται δὲ αἱ τοῦ πτυέλου πυώδεος ἀντὶ ξανθοῦ γενομένου. μὴ χωρεόντος δὲ τοῦ πτυέλου κατὰ λόγον, μηδὲ τοῦ οὔρου χρηστὴν ὑπόστασιν ἔχοντος, κίνδυνος χωλωθῆναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ καὶ πολλὰ πρήγματα παρασχεῖν. ἢν δὲ παλινδρομέωσιν αἱ ἀποστάσιες, πυρετοῦ παρακο[875]λουθοῦντος, καὶ τοῦ πτυάλου μὴ χωρέοντος, κίνδυνος θανεῖν καὶ παραφρονῆσαι. ὅσοι δὲ τῶν περιπλευμονικῶν μὴ ἀνεκαθάρθησαν ἐν τῇσι κυρίῃσιν ἡμέρῃσιν, ἀλλὰ παρακόψαντες διέφυγον τὰς τεσσαρεσκαίδεκα, κίνδυνος ἐμπύους γενέσθαι.

‖ Τῶν περιπλευμονιῶν αἱ ἐκ πλευριτικοῦ μεταστᾶσαι τῶν ἐξ ἀρχῆς γενομένων ἀσφαλέστεραι.

ritatem polliceantur. Fiunt autem aliis quidem in partibus inferioribus, quos circa praecordia inflammatio fatigat, aliis vero in superioribus partibus, quibus praecordia tumoris et doloris sunt expertia, spirandi autem difficultas pro tempore accesserit, quae deinde sine ulla evidenti occasione quiescat.

At vero in pulmonis inflammationibus quae periculum creant, abscessus in cruribus non inutiliter fiunt. Quibus nec potest quicquam melius accidere, quam si sputum pro flavo purulentum existat. At si neque sputum pro ratione excernitur, neque in urina bonum apparet sedimentum, periculum est ne claudicet aeger, aut ne res multum negotii sit exhibitura. Quod si abscessus intro recurrant, perseverante febre neque prodeunte sputo, periculum aut mortis, aut delirii imminet. Quicunque vero pulmonis inflammatione laborant, neque diebus judicatoriis repurgantur, verum cum delirio quatuordecim dies superarunt, iis suppurationis metus impendet.

Pulmonis inflammationes quae ex morbo laterali permutationem accipiunt, iis quae ab initio fiunt securiores sunt.

Ed. Chart. VIII. [875.] Foës. I. 181. Ed. Lind. I. (560. 561.)

Τῶν δὲ σωμάτων τὰ γεγυμνασμένα καὶ πυκνὰ θᾶσσον ὑπὸ τῶν πλευριτικῶν καὶ περιπλευμονικῶν ἀπόλλυνται τῶν ἀγυμνάστων.

Κορύζας καὶ πταρμοὺς τοῖσι περὶ πλεύμονα καὶ προγενέσθαι καὶ ἐπιγενέσθαι πονηρόν. τοῖσι δὲ λοιποῖσι πταρμὸς οὐκ ἀλυσιτελής.

Τοῖσι περιπλευμονικοῖσιν οἷσι γλῶσσα πᾶσα λευκὴ καὶ τρηχεῖα γίνεται, ἀμφότερα φλεγμαίνει τὰ μέρεα τοῦ πλεύμονος· οἷσι δὲ τὸ ἥμισυ, ἓν καθ' ὃ φαίνεται. καὶ οἷσι μὲν πρὸς τὴν ἀκλῖδα ὁ πόνος γίνεται, ἡ ἄνω πτέρωξ τοῦ πλεύμονος ἡ μία νοσέει· οἷσι δὲ πρὸς ἄμφω τὰς κλῖδας ὁ πόνος γίνεται, αἱ ἄνω πτέρυγες τοῦ πλεύμονος ἄμφω νο(561)σέουσιν. οἷσι δὲ κατὰ μέσην τὴν πλευρὴν, ἡ μέση. οἷσι δὲ πρὸς τὴν διάτασιν, ἡ κάτω. οἷσι δὲ πᾶν τὸ ἓν μέρος πονέουσι, πάντα τὰ κατὰ τοῦτο μέρος νοσέει. ἢν μὲν οὖν σφόδρα φλεγμαίνωσιν αἱ ἀορταὶ, ὥστε προαθῆσθαι πρὸς τὸ πλευρὸν, παραλύονται τὸ κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τοῦ σώματος, καὶ πελιώματα περὶ τὴν

Denſa et exercitationi dedita corpora citius ex morbo laterali et pulmonis inflammatione intereunt quam quae ſine exercitatione degunt.

In morbis pulmonis gravedines et ſternutamenta tum praecedere tum vero ſuccedere malo eſt. In reliquis vero morbis ſternutamentum utilitate non vacat.

In pulmonis inflammationibus ſi lingua tota alba ſiat ac aſpera, ambae pulmonis partes inflammatione vexantur, quibus vero dimidiata lingua, qua parte id apparet, inflammatio affligit. At quibus quidem ad unam claviculam dolor ſubit, iis una ſuperior pulmonis ala laborat: quibus vero ad ambas claviculas dolor extenditur, ambae ſuperiores pulmonis alae laborant: quibus ad mediam coſtam, media: quibus vero ad quam partem pulmo extenditur dolor permeat, inferna ala laborat: quibus una tota pars laborat, quae ei parti reſpondent omnia aegrotant. Si quidem igitur ſuſpenſae utrinque pulmonis partes aortae dictae tanta inflammatione tententur, ut ad latus adhaereant, illa corporis parte reſolutionem ſentiunt, et ad coſtam livores

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [875.] Foës. I. 182. 183. Ed. Lind. . (561.)
πλευρὴν || ἔξω γίνεται. τούτους δὲ ἐκάλεον οἱ ἀρχαῖοι βληττούς. ἢν δὲ μὴ σφόδρα φλεγμαίνωσιν, ὥστε μὴ προσκαθῆσθαι, ἀλγηδὼν μὲν γίνεται παρ' ὅλον, οὐ μὴν παραλύονταί γε οὐδὲ πελιώματα ἴσχουσιν.

Οἷσι δ' ἅπας ὁ πλεύμων φλεγμήνῃ μετὰ τῆς καρδίης, ὥστε καὶ προσπεσεῖν πρὸς τὴν πλευρὴν, παραλύεται πᾶς ὁ νοσέων, καὶ κεῖται ψυχρὸς ὁ νοσέων ἀναίσθητος. θνήσκει δὲ δευτεραῖος, ἢ τριταῖος. ἢν δὲ καὶ χωρὶς τῆς καρδίης συμβῇ, καὶ ἧσσον πλείονα χρόνον ζῶσιν. ἔνιοι δὲ καὶ διασώζονται.

Τοῖσιν ἐμπύοις γινομένοισι, μάλιστα δὲ ἐκ πλευριτικοῦ καὶ περιπλευμονικοῦ θέρμαι παρακολουθοῦσι, τὴν μὲν ἡμέρην λεπταὶ, τὴν δὲ νύκτα συντονώτεραι, καὶ πτύουσιν οὐδὲν ἄξιον λόγου, ἱδροῦσί τε καὶ τράχηλον καὶ κληῖδα, καὶ τοὺς μὲν ὀφθαλμοὺς κοιλαίνονται, τὰς δὲ γνάθους || ἐρεύθονται, χεῖρον δὲ θερμαίνονται μὲν δακτύλους ἄκρους καὶ τραχύνονται, γρυποῦνται δὲ ὄνυχας καὶ καταψύχονται, περί τε τοὺς πόδας ἐπάρματα ἴσχουσι, καὶ κατὰ τὸ σῶμα φλυκταινίδια, σίτων τε

foris fiunt, quos veteres ictos aut fidere percuſſos vocabant. Quod ſi tanta non eſt inflammatio ut adhaereant, dolor quidem totum occupat, neque tamen reſolutionem ſentiunt, neque livores habent.

Quibus autem una cum corde pulmo totus inflammatur, ita ut in latus incumbat, ii toto corpore nervorum reſolutionem ſentiunt, et ſine ſenſu jacet aeger frigidus, ſecundo autem aut tertio die interit. Quod ſi contingat ut cor nihil tale quiddam, aut etiam minus patiatur, diutius vivunt, nonnulli vero etiam ſervantur.

Ex lateris morbo praecipue aut pulmonis inflammatione purulentos, calores interdiu quidem tenues, noctu vero intenſiores conſequuntur, neque quicquam effatu dignum expuunt, circa cervicem et claviculam ſudores occupant, oculi cavantur, malae vero rubent, digiti quidem manuum ſummi calent et ſcabri redduntur, ungues autem unci fiunt et perfrigeſcunt, in pedibus tumores et puſtulas toto corpore habent, ac cibos refugiunt. Atque hae ſunt

Ed. Chart. VIII. [875. 886.] Foës. I. 183. Ed. Lind. I. (561. 562.)
ἀφίστανται. τὰ μὲν οὖν χρονίζοντα τῶν οἰδημάτων ἴσχει τὰ σημεῖα ταῦτα· τὰ δὲ συντόμως ῥηγνύμενα σημειοῦσθαι τούτων τε τοῖσι ἐπιγενομένοισι καὶ τοῖσιν ἐν ἀρχῇ πόνοισι, ἅμα δὲ καὶ ἢν τι δυσπνοώτερος γίνηται. (562) ῥήγνυται δὲ τὰ πλεῖστα τῶν ἐμπυημάτων, τὰ μὲν εἰκοσταῖα, τὰ δὲ τεσσαρακοσταῖα, τὰ δὲ πρὸς τὰ ἑξήκοντα. οἷσι μὲν οὖν ὁ πόνος ἐν ἀρχῇ ἔγκειται σύντονος, καὶ δύσπνοια, καὶ βὴξ μετὰ πτυαλισμοῦ, πρὸς τὰς εἴκοσιν ἢ συντομώτερον, προσδέχου τὴν ῥῆξιν. οἷσι δὲ ἐλαφρότερα ταῦτα ἐστὶν, κατὰ λόγον. λογίζεσθαι δὲ τὸν χρόνον ἀφ' οὗ πρῶτον ἤλγησεν, ἢ ἐβαρύνθη, ἢ ἐπύρεξεν, ἢ εἴποτε ῥῖγος ἔλαβε. προγίνεσθαι δὲ ἀνάγκη καὶ πόνον καὶ δύσπνοιαν καὶ πτυαλισμὸν πρὸ τῆς ῥήξιος. οἷσι μὲν οὖν ὅ τε πυρετὸς εὐθέως ἀπογίνεται μετὰ τὴν ῥῆξιν, καὶ σιτίων ἐπιθυμέουσι, καὶ τὸ πῦον ἀνάγεται ῥηϊδίως λευκὸν ἐὸν, καὶ ἄνοσμον, καὶ λεῖον, [876] καὶ ὁμόχροον, καὶ ἀφλέγμαντον, κοιλίη τε μικρὰ συνεστηκότα ὑποχωρέει, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ σώζονται συντόμως.

diuturnarum vomicarum notae. Quae vero celerem eruptionem habent, tum ex notis quae ad eas conſequuntur comprehenduntur, tum etiam ex doloribus qui circa initia fiunt, ſimulque ſi ſpiritus aliquanto majori cum difficultate trahitur. Rumpuntur autem magna ex parte ſuppurationes, partim quidem vigeſimo die, partim quadrageſimo, partim etiam ſexageſimo. Quibus igitur inter initia intenſus dolor inſtat, nec non ſpirandi difficultas, et tuſſis cum frequenti ſputatione, circa vigeſimum diem, aut celerius ruptio expectanda eſt. Quibus autem leviora haec inſunt, pro ratione ſerior eruptio futura eſt. Sed et dolorem et ſpirandi difficultatem ac crebram ſpirationem eruptionem ipſam praecedere neceſſe eſt. Temporis autem ratio ineunda eſt, ex quo primum quis dolorem aut gravitatem ſenſit, aut febricitavit aliquis, aut ſi quando etiam rigor prehendit. Ut plurimum igitur brevi ſervantur, quos febris ſtatim atque eruptio facta eſt dimittit, et cibos appetunt, et quibus pus facile educitur album, odoris expers, laeve, ejusdemque coloris, ſine pituita, ac alvus exigua et coacta reddit. At

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [876.] Foëſ. I. 183. 184. Ed. Lind. I. (562. 563.)

οἷσι δὲ πυρετοί τε παρακολουθοῦσι, καὶ δίψα, καὶ ἀποσιτίη, καὶ τὸ πῦον πελιὸν ἢ χλωρὸν, ἢ φλεγμαντῶδες, ἢ ἀφρῶδες, κοιλίη τε ἐφυγραίνεται, τελευτῶσι. οἷσι δὲ τὰ μὲν ἐπιγίνεται ἐκ τῶν προειρημένων, τὰ δὲ μὴ, τούτων οἱ μὲν ἀποθνήσκουσιν, οἱ δὲ πολλῷ χρόνῳ σώζονται.

Οἱ δὲ μέλλοντες ἔμπυοι γίνεσθαι πτύουσιν, τὸ μὲν πρῶτον ἁλμυρὸν, εἶτα γλυκύτερον.

Οἷσι δ' ἐν πλεύμονι φύματα γίνεται, τὸ πῦον ἀνάγουσιν ἐς μ' ἡμέρας μετὰ τὴν ῥῆξιν. ταύτας δὲ ὑπερβάλλοντες ὡς τὰ πολλὰ φθισικοὶ γίνονται.

Ἐπὶ πλευροῦ ἀλγήματι στάξις ἀπὸ ῥινῶν αἵματος κακόν.

|| Οἷσιν ἐμπύοισιν ἐπιεικέστερον ἔχουσιν, δυσωδίαι τῶν πτυσμάτων παρακολουθοῦσι, τούτους ὑποτροπὴ κτείνει.

Οἱ ἐν πλευριτικοῖσιν ἀναπτύοντες πυώ(563)δεα, ὑπόχολα, στρογγύλα, ἢ πυώδεα ὕφαιμα, προεληλυθότος χρόνου. ὀλέθριοι δὲ καὶ οἱ τὰ μέλανα λιγνυώδεα πτύοντες, ἢ οἷσιν ἀπὸ οἴνου μέλανος γίνεται πτύσματα.

vero ii moriuntur, quos febres conſequuntur, et ſitis, et cibi faſtidium, ſi pus lividum, aut ex pallido vireſcens, aut pituitoſum, aut ſpumans, ac inſuper ſi alvus eſt liquida. Quibus autem ex praedictis partim quaedam adſunt, partim vero abſunt, hi quidem moriuntur, illi vero poſt longa temporum intervalla ſani evadunt.

Qui pus intro collecturi ſunt, iis primum quidem ſalſuginoſum ſputum expuitur, deinde dulcius.

Quibus tubercula in pulmone oriuntur, ii pus intra dies quadraginta, ex quo fit ruptio, expuunt, quos ſi ſuperent, ut plurimum tabidi fiunt.

In dolore lateris ſanguinis e naribus ſtillatio mala eſt.

Purulentos moderatius habentes, ſi ſputa graveolentia conſequantur, recidiva interimit.

Qui in morbo laterali ſputa rejiciunt purulenta, aliquantulum bilioſa, rotunda, aut purulenta aliquantulum cruenta, iis temporis progreſſu periculum creatur. Perniciem etiam denunciant ſputa nigra, fuliginoſa, aut quibus qualia ex vino nigro fiunt.

Ed. Chart. VIII. [876.] Foës. I. 184. Ed. Lind. I. (563.)

Ὅσοι αἷμα ἀφρῶδες πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιὸν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ οἱ πολλοὶ ἀπόλλυνται.

Οἷσι σειομένοισι πῦον βορβορῶδες ἔρχεται καὶ δυσῶδες, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

Οἷσιν ἀπὸ τοῦ πύου ἡ μήλη χρωματίζεται, καθάπερ ἀπὸ πυρὸς, ἀπόλλυνται ὡς τὰ πολλά.

Μετὰ πλευροῦ ἀλγήματος, μὴ πλευριτικοῦ δὲ καὶ ταραχωδέων λεπτῶν ἐπιεικῶν, οὗτοι φρενιτικοὶ ἀποβαίνουσιν.

Ἐν τοῖσι κατὰ πλεύμονα αἱ λίην ἐξέρυθροι ἀποστάξιες πονηρόν.

Μετὰ βράγχου πτύελα γλίσχρα, ἁλμυρώδεα κακόν. ἢν δέ τι καὶ ἐπαίρηται κατὰ στῆθος, ἐπὶ τούτοισι κακόν. τὰ ες τράχηλον ἀλγήματα τούτων ἰσχναινθέντων ὀλέθριον.

Βράγχος μετὰ βηχὸς καὶ κοιλίης ὑγρῆς πῦον ἀνάγει.

Οἷσι ἐν περιπλευμονίῃ οὖρα παχέα ἐν ἀρχῇ, εἶτα πρὸ τῆς τετράδος λεπτύνεται θανάσιμον.

Qui ſpumantem ſanguinem ſpuitione rejiciunt, cum praecordiorum dextrorum dolore, iis ex jecinore prodit, et plerumque pereunt.

Quibus ſi concutiuntur, pus lutulentum et graveolens prodit, ut plurimum moriuntur.

Quibus ſpecillum a pure velut ab igne coloratur, iis fere moriuntur.

Lateris dolore citra inflammationem affecti, cum turbulentis, tenuibus, moderatis, in phrenitidem labuntur.

In pulmonum vitiis ſupra modum rubrae ſanguinis ſtillae malum denunciant.

Sputa viſcida, ſalſuginoſa, cum raucitate malo ſunt. Quod ſi ad haec aliquid etiam in pectore ſublatum ſit, malum ſignificat. In his extenuatis cervicis dolores perniciem denotant.

Raucitas cum tuſſi et alvo liquida pus educit.

In pulmonis inflammatione, quibus circa initia urinae craſſae ſunt, deinde ante quartum diem tenues evadunt, mors impendet.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [876. 877.] Foës. I. 184. 185. Ed. Lind. I. (563. 564.)

Οἱ ἐν ξηροῖσι περιπλευμονικοῖσιν ὀλίγα πέπονα ἀνάγοντες φοβεροί.

|| Τὰ ἐν τοῖσι στήθεσιν ἐρυθήματα ὑποπλατέα γίνεται τοῖς τοιούτοισιν ὀλέθρια.

Πλευροῦ ἄλγημα ἐν πτύσει χολώδει ἀλόγως ἀφανισθὲν ἐξίσταται.

Οἱ δι' ἐμπύησιν πυρετοὶ διαλείποντες ἐφιδροῦντες οἱ πολλοί εἰσι.

Τοῖσιν ἐμπύοισι κώφωσις γενομένη αἱματώδεα διαχώρησιν σημαίνει. τούτοισι πρὸς τὴν τελευτὴν μέλανα διαχωρέει.

Πλευροῦ ἄλγημα μετὰ πυρετοῦ χρονίου σημαίνει πῦον (564) ἀνάξειν.

[877] Οἱ φρικώδεες πυκνὰ ἐς ἐμπύησιν ἔχονται. ἀτὰρ καὶ πυρετὸς τὸν τοιοῦτον ἄγει ἐς ἐμπύησιν.

Οἵσιν ἐκ πλευροῦ ἀλγήματος ἀσιτίαι παρακολουθοῦσιν, ὑπό τι καρδιαλγικοὶ ἱδρώδεες. ἔχοντες δὲ πρόσωπον ἄνθη, καὶ κοιλίης ὑγροτέρης, ἐκπυήματα κατὰ πλεύμονα ἴσχουσι.

In pulmonis inflammationibus ficcis qui pauca concocta educunt, metuendi ſunt.

His aliquantulum extenti in pectoribus rubores fiunt et perniciem denunciant.

Lateris dolor cum bilioſo ſputo praeter rationem evaneſcens, aegros in vehementem et furioſam mentis emotionem agit.

Quae ob puris intro collectionem febres intermittunt, in his magna ex parte aegri tenuibus ſudoribus diffluunt.

Surditas pus intro colligentibus ſuborta ſanguinolentam dejectionem denunciat. His ſub mortem nigra egeruntur.

Lateris dolor cum diuturna febre puris eductionem fore denotat.

Qui ſubinde horrore corripiuntur, ad ſuppurationem deveniunt. Quin etiam febris talem ad ſuppurationem ducit.

Quos ex lateris dolore cibi faſtidia comitantur, iis os ventriculi aliquantulum dolet et ſudoribus diffluunt. Ubi autem facies ruboribus velut effloreſcit et alvus eſt liquidior, pus in pulmonibus collectum habent.

Ed. Chart. VIII. [877.] Foës. I. 185. 186. Ed. Lind. I. (564.)

Τὰ ὀρθοπνοϊκὰ ποιέει ὑδρωπιώδεα σκληρά.

|| Τὰ σπάσματα μὲν πάντα ὀχληρὰ γίνεται, καὶ πόνους τε ἐν ἀρχῇ συντόνους παρέχει καὶ ἐξ ὑστέρου ἐνίους ὑπομιμνήσκει. δυσκολώτατα δὲ τὰ περὶ θώρηκα, μάλιστα δὲ κινδυνεύουσιν.

Οἷσιν ἔμετος αἵματος, πυρετὸς πολὺς, καὶ πόνος περὶ μαζὸν, καὶ θώρηκα, καὶ μετάφρενον. οἷσι γὰρ γίνεται πάντα ταῦτα, συντόμως θνήσκουσιν· οἷσι δὲ μὴ πάντα, μηδὲ σφόδρα, βραδύτερον. φλεγμαίνουσι δὲ τὸ μακρότατον ἡμέρας τεσσαρεσκαίδεκα.

Τοῖσιν αἷμα πτύουσιν ἀπυρέτοις εἶναι συμφέρει καὶ βήσσειν καὶ πονέειν ἐλαφρῶς, καὶ τὸ πτύαλον λεπτύνεσθαι πρὸς τὰς δὶς ἑπτά. πυρέσσειν δὲ καὶ βήσσειν, καὶ πονέειν συντόνως, καὶ αἷμα πρόσφατον αἰεὶ πτύειν ἀσύμφορον.

Ὅσοισι τὸ πλευρὸν μετέωρον καὶ θερμότερον, ὅταν ἐγκεκλισμένοισιν ἐπὶ θάτερον βάρος ἐξηρτῆσθαι δοκέῃ, τούτοισι τὸ πῦον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρεός ἐστιν.

Spirationes quae non nisi erecta cervice ducuntur, hydropem siccum faciunt.

Divulsa omnia quidem molestiam exhibent et intensos dolores circa initia creant, ac interposito temporis spatio quibusdam sui sensum in memoriam suggerunt. Gravissima autem sunt quae circa thoracem fiunt, praecipueque in periculum adducunt.

Qui sanguinem evomunt cum febre multa, dolore ad mammam, thoracem et dorsum, quibus inquam haec insunt omnia, ii brevi moriuntur, quibus autem non omnia, neque intense adsunt, tardius. Ad summum autem diebus quatuordecim inflammationem concipiunt.

Sanguinem spuitione rejicientibus sine febre esse conducit, ac tussi et dolore leviter conflictari, sputumque ad dies quatuordecim tenuari. Intense autem febricitare ac tussire, aut dolere, sanguinemque recentem semper spuere minime conducibile.

Quibus latus in tumorem sublatum est ac calidius existit, ubi in alterum latus incumbentibus pondus quoddam suspensum esse videtur, iis pus una in parte collectum est.

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 532 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [877.] Foës. I. 186. 187. Ed. Lind. I. (564. 565.)

Τοῖσιν ἐμπύοισι τὸν πλεύμονα κατὰ κοιλίην πῦον ὑποχωρέειν θανάσιμον.

||Ὅσοι τρωθέντες ἐς τὸν θώρηκα τὸ μὲν ἐκτὸς τοῦ τρώματος ὑγιάσθησαν, τὸ δ' ἐντὸς μὴ, κινδυνεύουσιν ἔμπυοι γενέσθαι. ὅσοις δ' ἂν ἀσθενὴς ἔνδοθεν ἡ οὐλὴ γένηται, ῥηϊδίως ἀναῤῥήγνυται.

Ἀπόλλυνται δὲ ἐκ μὲν τῶν περιπλευμονικῶν ἐμπυημάτων οἱ γεραίτεροι μᾶλλον, ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν οἱ νεώτεροι. (565)

Τῶν ἐμπύων οἷσι σειομένοισιν ἀπὸ τῶν ὤμων πολὺς γίνεται ψόφος, ἔλασσον ἔχουσι πῦον ἢ οἷσιν ὀλίγον δυσπνοωτέροισιν ἐοῦσι καὶ εὐχροωτέροισιν. οἷσι δὲ ψόφος μὲν μηδὲ εἷς ἐγγίνεται, δύσπνοια δὲ ἰσχυρὴ, καὶ ὄνυχες πέλιοι, πλήρεες οὗτοι εἰσὶ πύου καὶ ὀλέθριοι.

Ὅσοι ἀφρῶδες αἷμα ἐμέουσι, πόνου μὴ ἐόντος κάτω τοῦ διαφράγματος, ἀπὸ τοῦ πλεύμονος ἐμέουσι, καὶ οἷσι μὲν ἡ μεγάλη φλὲψ ἐν αὐτῷ ῥήγνυται, πολύ τε ἐμέουσι καὶ εἰσὶν ἐπι-

In pulmone pus colligentibus per alvum pus ſecedere mortiferum.

Vulnere in thoracem accepto, ſiquidem externa vulneris pars ſanitatem receperit, interna vero nequaquam, ſuppurationis periculum impendet. Quibus autem interni vulneris cicatrix debilis effecta eſt, prompte reſcinditur.

At ſane ex ſuppurationibus quas pulmonum morbi excitarunt, fere ſenes moriuntur, ex caeteris vero juniores.

Quibus purulentis ab humeris concuſſis multus editur ſtrepitus, ii minus habent puris quam quibus paulo difficilior ineſt ſpiratio, iique melius colorati videntur. Quibus vero nullus intus ſit ſtrepitus, difficultas tamen ſpirandi vehemens adeſt et liveſcunt ungues, ii pure pleni ſunt et pernicioſe habent.

Qui ſpumantem ſanguinem evomunt, partibus infra ſeptum transverſum dolorem nequaquam ſentientibus, iis ex pulmone vomitio fit. Ac quibus quidem inſignis in eo venae ruptio fit, copioſus vomitione rejicitur, periculumque im-

Ed. Chart. VIII. [877. 878.] Foës. I. 187. 188. Ed. Lind. I. (565.)

κίνδυνοι. οἷσι δὲ ἡ ἑλάσσων, ἔλασσόν τε ἀνάγουσι καὶ εἰσὶν ἀσφαλέστεροι.

Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὄζει τὸ πτύαλον κνίσσης βαρὺ καὶ αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ὀπόλλυνται.

‖ Τῶν φθισικῶν οἷσιν ἐπὶ θάλασσαν πτύουσιν, ἐς τὸν πυθμένα βαδίζει τὸ πῦον, ὀλέθριον συντόμως. ἔστω δὲ ἐν χαλκῷ ἡ θάλασσα.

Ὅσοισι τῶν φθισικῶν αἱ τρίχες ἐκ τῆς κεφαλῆς ῥέουσιν, ὑπὸ διαῤῥοίης ἀπόλλυνται. καὶ ὅσοισι φθισικοῖσιν ἐπιγίνονται διάῤῥοιαι, θνήσκουσιν.

Αἱ ἐν φθινώδεσιν ἐπισχέσιες πτυάλων ἐξιστᾶσι ληρωδῶς. αἱμοῤῥοΐδα τούτοισιν ἐλπὶς ἐπιφανῆναι.

[878] Φθίσιες ἐπικινδυνόταται αἵ τε ἀπὸ ῥήξιος φλεβῶν τῶν παχειῶν καὶ ἀπὸ κατάῤῥου τοῦ ἀπὸ κεφαλῆς.

Τῶν δὲ ἡλικιῶν ἐπικινδυνόταται πρὸς φθίσιν ἀπὸ ιἡ ἐτέων μέχρι ἑ καὶ λ΄.

Τὰ κνησμώδεα σώματα μετὰ κοιλίης στάσιν ἐν φθισικοῖσι κακόν.

minet. Quibus vero minor, minus rejiciunt et majorem ſanitatem promittunt.

Tabidi quorum ſputum igni impoſitum gravem nidorem redolet et capilli e capite defluunt, moriuntur.

Tabidis in aquam marinam expuentibus, ſi pus fundum petit, celerem perniciem denunciat. Sit autem marina aqua in aeneo vaſe.

Tabidi, ſi capilli e capite defluunt, alvi profluvio moriuntur. Et tabidis ſi ſuccedant alvi profluvia, moriuntur.

Sputorum retentiones in tabeſcentibus mentem ad delira verba commovent. In his ſanguinis profluvium per ora venarum in ano ſanguinem fundere ſolita exiſtere poſſe ſpes eſt.

Tabes maxime periculoſae ſunt quae ex ruptione venarum craſſarum et ex capitis diſtillatione contingunt.

Tabe maxime periclitantur aetates ab anno decimo octavo ad trigeſimum quintum.

In tabidis pruritum ſentientia corpora ab alvi ſuppreſſione malo ſunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [878.] Foës. I. 188. 189. Ed. Lind. I. (565. 566.)

Ἐπὶ τῇσι φθινώδεσιν ἕξεστι μετὰ πυρετοῦ ἐς οὖλα καὶ ὀδόντας ῥεύματα ἐπιφαινόμενα κακόν.

Ἐπὶ πᾶσιν ὑποχόνδρια (566) μετέωρα κακόν. κάκιστον δὲ ἐπὶ τοῖσι φθισικοῖσι τῶν μακρῶν.

‖ Ἐπὶ τοῖσι τεινομένοισιν ὀλεθρίοισιν ἔνιοι πρὸ τῶν τελευτῶν ἐπιῤῥιγοῦσι.

Τὰ ἀμυχώδεα ἐξανθίσματα φθίσιν ἕξιος σημαίνει.

Οἱ δύσπνοοι ξηρώσει, πολλὰ ἄπεπτα ἀνάγοντες ἐν φθίσει ὀλέθριοι.

Οἷσιν ἡπατικοῖσιν πολὺ πτύαλον αἱματῶδες, εἴτε ἐνυπόσαπρον εἴτε χολῶδες ἄκρητον, ὀλέθριον εὐθέως.

Ἐφ' ἡπατικῷ τῇσις ἅμα βράγχῳ κακὸν, ἄλλως τε ἢν ὑποβήσσῃ.

Οἱ καθ' ἧπαρ ὀδυνώδεες, καρδιαλγικοὶ, καρώδεες, ῥιγώδεες, κοιλίαι ταραχώδεες, λεπτοὶ, ἀπόσιτοι, ἐφιδροῦντες πολλῷ, πυώδεα κατὰ κοιλίην προΐενται.

In naturis ad tabem prompte comparatis, ſi fluxiones ad gingivas et dentes compareant, malum denunciant.

Praecordia in tumorem ſublata omnibus quidem mala ſunt, praeſertim vero his qui ex longo intervallo tabidi exiſtunt.

Ex his qui cum pernicie conſumpti ſunt, nonnulli ante mortem ſubinde rigoribus corripiuntur.

Puſtularum eruptiones velut ſumma cute leviter lacerata aut vellicata, totius habitus tabem et corruptionem denunciant.

Cum ſpirandi difficultate areſcentes, in tabe cruda multa educentes, exitialiter habent.

Hepaticis ſputum multum cruentum, ſive intus ſubputridum, ſive ſincere bilioſum fuerit, ſtatim perniciem denotat.

Hepatico colliquatio cum raucedine malum portendit, idque praecipue ſi cum quadam tuſſi contingat.

Quibus hepar dolet, cum oris ventriculi dolore, ſopore, rigore, ii alvo exturbata, cum corporis extenuatione, ciborum faſtidio, multis tenuibus ſudoribus diffluunt et purulenta per alvum demittunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [878.] Foës. I. 189. 190. Ed. Lind. I. (566. 567.)

Τοῖσιν ἦπαρ ἐξαπίνης περιωδυνοῦσιν πυρετὸς ἐπιγενόμενος λύει.

Ὅσοι δὲ ἀφρῶδες αἷμα πτύουσι, πονέοντες ὑποχόνδριον δεξιόν, ἀπὸ τοῦ ἥπατος πτύουσι, καὶ θνήσκουσιν.

Οἷσιν ἦπαρ καυθεῖσιν οἷον ἀμόργη ἔρχεται, θανάσιμον.

|| Οἱ δὲ ὕδρωπες οἱ ἐκ τῶν ὀξέων νοσημάτων ἐπίπονοι γίνονται καὶ ὀλέθριοι. ἄρχονται δὲ οἱ πλεῖστοι μὲν ἀπὸ τῶν κενεώνων, οἱ δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος. τοῖσι μὲν οὖν ἀπὸ τῶν κενεώνων ἀρχομένοισιν οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ διάῤῥοιαι πολυχρόνιοι παρακολουθοῦσιν, οὐ λαπάσσουσαι κοιλίην, οὐδὲ τὰς ὀδύνας λύουσαι τὰς ἐξ ὀσφύος καὶ κενεώνων. ὅσοις δὲ ἀπὸ τοῦ ἥπατος βήξ ἔτ' ἐτύμως ἐγγίνεται, καὶ οἱ πόδες οἰδέουσι, καὶ ἡ κοιλίη σκληρὰ διαδίδωσι καὶ πρὸς ἀνάγκην, οἰδήματά τε καὶ περὶ αὐτὴν γίνεται, τὰ μὲν ἐπὶ δεξιά, τὰ δ' ἐπ' ἀριστερὰ, καὶ πάλιν καταπαύε(567)ται.

Ἐπὶ τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι τὰ στραγγουρικὰ μοχθηρόν. φλαῦρα δὲ καὶ τὰ μικρὰς ὑποστάσιας ἔχοντα.

Quibus jecur derepente vehementer dolet, iis febris ſuccedens remedio eſt.

Quicunque ſpumantem ſanguinem expuunt, cum praecordiorum dextrorum dolore, iis ex jecore expuitur et pereunt.

Quibus ex hepatis uſtione pus amurcae ſimile prodit lethale.

Aqua inter cutem quae ex acuto morbo coepit, moleſtiam ac perniciem affert. Oritur vero fere et a laterum inanitate vel a jecore. Sed ubi a laterum inanitate ortum contraxit, pedum tumor et alvi diuturnus fluor conſequitur, qui neque ventrem emollit, neque lumborum aut ilium tumorem ſolvit. At quibus e jecore aqua inter cutem proficiſcitur, ii prompte etiam tuſſi vexantur, pedes intumeſcunt et alvus non niſi dura et aegre reddit, tumoresque modo dextra, modo ſiniſtra parte ventris oriuntur, ac rurſus deſinunt.

In hydrope ſicco urina ſtillatim effluens malum denunciat. Mala quoque eſt quae exigua habet ſedimenta.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [878. 879.] Foës. I. 190. 191. Ed. Lind. I. (567.)

Τοῖσιν ὑδρωπιωειδέσιν ἐπιληπτικὰ ἐπιγενόμενα ὀλέθριον, ἀλλήλων σημείων μοχθηρῶν, καὶ κοιλίης ἐξυγραίνουσιν.

Ἐν τοῖσι χολάδεσι κοιλίη ταραχώδης διαδιδοῦσα σμικρὰ γονώδεα, μυξώδεα, καὶ πόνον περὶ ἧτρον ἐμποιέοντα, καὶ οὖρα οὐκ εὐλύτως ἰόντα, ἐς ὕδρωπα ἀποτελευτᾷ ἐκ τῶν τοιούτων.

Ὑδεριῶντι πυρετώδει οὖρον μικρὸν καὶ τεταραγμένον ὀλέθριον.

|| Ἐπὶ δὲ ὑδέρῳ ἀρχομένῳ διάῤῥοια γενομένη ὑδατώδης, χωρὶς ἀπεψίης, λύει τὸ νόσημα.

[879] Τοῖσι ξηροῖσιν ὑδρωπιώδεσι προσημαίνουσι στρόφοι περὶ τὸ λεπτὸν ἐμπίπτοντες κακόν.

Τὰ ἐξ ὑδρωπικῶν ἐπιληπτικὰ ὀλέθρια.

Ὕδερος πρὸς θεραπείην ἐνδιδοὺς παλινδρομέων ἀνέλπιστος.

Τοῖσιν ὑδρωπιώδεσι κατὰ φλέβας ἐς κοιλίην ῥαγέντος τοῦ ὕδατος λύσις.

Hydropicis ſuccedentes morbi comitialis offenſiones, perniciem adferunt, pravis invicem ſuccedentibus ſignis, et alvos humectant.

Biliosis alvus perturbata exigua reddens genituræ ſimilia et mucoſa, doloremque ad imum ventrem inferentia, urinæ quoque non facile prodeuntes, ad hydropem tendunt ex hujusmodi caſibus.

Aqua inter cutem laboranti cum febre urina pauca et conturbata perniciem denotat.

Aquæ inter cutem initio aquoſum alvi profluvium absque cruditate exortum morbum ſolvit.

Ubi hydrops ſiccus de ſe ſignificationem præbet, tormina ad tenue inteſtinum incumbentia malum denunciant.

Ex aqua inter cutem morbus comitialis perniciem adfert.

Aqua inter cutem quæ curationi ceſſit, ubi recurrit, ſpem tollit.

Aqua inter cutem laboranti aqua quæ in venis eſt ad alvum erumpente, ſolvitur morbus.

Ed. Chart. VIII. [879.] Foës. I. 191. 192. Ed. Lind. I. (567. 568.)

Δυσεντερίη ἀκαίρως ἐπιστᾶσα ἀπόστασιν ἐν πλευροῖσιν, ἢ σπλάγχνοισιν, ἢ ἐν ἄρθροισιν ποιέει. ἆρα ἡ μὲν χολώδης ἐν ἄρθροισιν, ἡ δὲ αἱματώδης ἐν πλευροῖσιν, ἢ σπλάγχνοισι;

Δυσεντερικοῖσιν ἔμετος χολώδης ἐν ἀρχῇ κακόν.

Οἷσιν ἐκ δυσεντερίης ὀξείης ἐς πυώδεα ἥκει τὸ ὑγρόν, τὸ ἐφιστάμενον ἔκλευκον ἔσται καὶ πολύ.

Τὰ δυσεντεριώδεα, ὑπέρυθρα, ἰλυώδεα, λάβρα διαχωρήματα, ἐπιφλογώδεσιν, ἐξερύθροισι χρώμασι λυόμενα, ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

|| *Δυσεντερίη σπληνώδεσι μὴ μακρὴ, χρήσιμον, μακρὴ δὲ πονηρόν. ληγούσης γὰρ εἰ ὕδρωπες ἢ λειεν*(568)*τερίαι γίνονται, θανάσιμον.*

Ἐν λειεντερικοῖσι μετὰ θηρίων ὀδύναι στρόφῳ λυόμεναι τὰ περὶ ἄρθρα μετεωρίζουσιν. ἐκ τοιούτων λέπια ἐξέρυθρα, φλυκταινούμενα. ἐφιδρώσαντες οὗτοι διαφοινίσσονται οἷα μάστιξιν.

Intempeſtive ſuppreſſa inteſtinorum difficultas abſceſſum in coſtis, aut viſceribus, aut articulis inducit. Ac forte bilioſa quidem articulis, ſanguinea vero in coſtis ac viſceribus abſceſſum facit.

Inteſtinorum difficultate laborantibus vomitio bilioſa circa initia malo eſt.

In gravi inteſtinorum difficultate quibus humor ad pus pervenit, quod ſummum inſidet exalbidum erit et copioſum.

Inteſtinorum difficultate laborantibus, aliquantulum rubrae, limoſae et copioſae dejectiones, in flammeo colore et praerubro perfuſis ſolutae, inſaniam ſuſpectam faciunt.

Lienoſis difficultas inteſtinorum non longa utilis; longa vero mala. Ubi enim deſinit, ſi aquae inter cutem aut inteſtinorum laevitates oriuntur, mortem afferunt.

In inteſtinorum laevitate laborantibus, cum ſaeviſſimis ulceribus, dolores ex inteſtinorum cruciatu ſoluti, articulorum partes attollunt, ac ex hujusmodi tenues ſquamae cum rubore et puſtulis fiunt. Ii poſt multos ac tenues ſudores velut acceptis ex flagris vibicibus rubeſcunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [879.] Foës. I. 192. 193. Ed. Lind. I. (568.)

Οἱ ἐν λειεντεριώδεσι μακροῖσι ἅμα θηρίοισι στροφώδεες, ὀδυνώδεες, λυομένων ἐποιδέουσι. τὸ ἐπιῤῥιγοῦν τούτοισι κακόν.

Λειεντερικὰ μετὰ δυσπνοίης, καὶ πλευροῦ τῇ κνήσει, ἐς φθίσιν ἀποτελευτᾷ.

Εἰλεώδεσιν ἔμετος καὶ κώφωσις κακόν.

Κύστιες δὲ σκληραί τε καὶ ἐπώδυνοι πάντων μὲν κακὸν, κάκιστον δὲ πυρετῷ συνεχεῖ, καὶ γὰρ οἱ ἀπ' αὐτέων πόνοι ἱκανοὶ ἀνελεῖν, καὶ κοιλίαι τουτέοισιν οὐ πάνυ διαχωρέουσιν. λύει δὲ τούτους οὖρον πυῶδες ἐλθὸν, λευκὴν καὶ λείην ἔχον ὑπόστασιν. μὴ λυομένων δὲ τούτων, μηδὲ τῆς κύστιος λαπασσομένης ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι ἐλπὶς ἀπολέσθαι τὸν νοσέοντα. μάλιστα δὲ γίνεται τοῦτο τοῖσιν ἀπὸ ἑπτὰ ἐτέων μέχρι πεντεκαίδεκα.

Οἱ λιθιῶντες σχηματισθέντες, ὥστε τὸν λίθον μὴ προσπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητῆρα, ῥηϊδίως οὐρέουσιν.

|| Οἷσι δὲ φῦμα περὶ τὴν κύστιν ἐστὶ τὸ παρέχον τὴν δυσ-

Longis inteſtinorum laevitatibus laborantes una cum ſaeviſſimis ulceribus inteſtinorum cruciatu et dolore, iis ſolutis intumeſcunt. His inſuper exortus rigor malo eſt.

Inteſtinorum laevitates cum ſpirandi difficultate et pectoris morſu ad tabem tendunt.

In tenuioris inteſtini morbo laborantibus vomitio et ſurditas malo ſunt.

Veſica dura et graviter dolens omnino quidem mala eſt. Peſſima vero, ſi febris continua acceſſerit, veſicae namque dolores interimendi vim obtinent, et alvus his nihil admodum reddit. Eos autem metu liberat urina purulenta procedens, in qua album et laeve ſubſidet. Quod ſi neque haec levata fuerint, neque veſica mollior reddatur, intra primos circuitus laborantem moriturum expectandum eſt. Hoc vero pueris a ſeptimo anno ad decimum quintum praecipue contingere ſolet.

Calculo laborantes eo habitu conſtituti, ut ne in urinariam fiſtulam calculus illabatur, prompte urinam reddunt.

At quibus tuberculum ad veſicam adnaſcitur, urinae

Ed. Chart. VIII. [879. 880.] Foës. I. 193. 194. Ed. Lind. I. (568. 569.)

οὐρίην, παντοίως σχηματισθέντες ὀχλέονται. λύσις δὲ τούτου γίνεται πύου ῥαγέντος.

Οἷσι λανθάνει τὸ οὖρον προσπῖπτον καὶ τὸ αἰδοῖον ἕλκονται, ἀνέλπιστοι.

Ἐπὶ στραγγουρίῃ εἴλεός ἐπιγενόμενος ἑβδομαίους ἀπόλλυσιν, ἢν μὴ πυρετοῦ ἐπιγενομένου ἀθρόον οὖρον ἔλθῃ.

Νάρκαι καὶ (569) ἀναισθησίαι γινόμεναι παρὰ τὸ ἔθος, ἀποπληκτικῶν συμβησομένων σημεῖον.

Ὅσοι ἐκ τρώματος ἀκρατέες γίνονται τοῦ σώματος, πυρετοῦ μὲν ἐπιγενομένου χωρὶς ῥίγεος ὑγιάζονται, μὴ γενομένου δὲ ἀποπληκτικοὶ γίνονται τὰ δεξιὰ ἢ τὰ ἀριστερά.

[880] Ἀποπληκτικοῖσιν αἱμορροΐδες ἐπιγενόμεναι χρήσιμον. ψύξιες δὲ καὶ ναρκώσιες πονηρόν.

‖ Ἐν τοῖσιν ἀποπληκτικοῖσιν ἐπὶ τῇ δυσφορίῃ τοῦ πνεύματος ἱδρὼς ἐπιγενόμενος θανάσιμον. ἐν αὐτοῖσι δὲ πάλιν τούτοισιν ἢν πυρετὸς ἐπιγένηται, λύσις.

Τὰ ἐξαίφνης ἀποπληκτικὰ λελυμένως ἐπιπυρετήναντα χρόνῳ ὀλέθρια.

difficultatem adferens, iis quivis corporis habitus negotium faceſſit, cujus quidem ſolutio contingit per puris eruptionem.

Quibus incogitantibus urina decidit ac pudendum contrahitur, ii deſperati ſunt.

Tenuioris inteſtini morbus urinae ſtillicidio ſuccedens intra ſeptimum diem interimit, niſi ſuborta febre urina affatim prodierit.

Torpores et ſtupores praeter conſuetudinem evenientes adfuturam ſiderationem denunciant.

Quibus ex vulnere corporis impotentia accidit, ii quidem febre citra rigorem oborta ſani evadunt, alioqui dextra aut ſiniſtra parte ſiderantur.

In ſideratis ſuccedentes haemorrhoides utiles, refrigerationes vero et torpores malum denunciant.

In ſideratis ex magna ſpirandi moleſtia ſubortus ſudor mortem adfert. In his rurſus ſi febris accedat, ſolutio contingit.

Siderationes quae repente fiunt, ſi inſuper febris exolutionis in modum contingat, quae diutius trahat, perniciem minantur.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [880.] Foës. I. 194. 195. Ed. Lind. I. (569. 570.)

Οἷσιν ἐκ τινὸς ἀῤῥωστίης ἐς ὕδερον περιΐσταται, τούτοισι κοιλίαι ξηραὶ σπυραθώδεες ἔρχονται, μετὰ περιτήξιος μυξώδεος καὶ οὔρου οὐ καλοῦ. διατάσιές τε περὶ ὑποχόνδρια, καὶ πόνοι καὶ ἐπάρματα περὶ κοιλίην, καὶ πόνοι περὶ κενεῶνας, καὶ περὶ τοὺς ῥαχιαίους μύας προσπίπτουσι. πυρετοί τε καὶ δίψαι, καὶ βῆχες ξηραὶ παρακολουθοῦσι, καὶ δύσπνοια περὶ τὰς κινήσιας, καὶ σκελέων βαρύτης, σιτίων τε ἀφιστᾶσι, καὶ προσενεγκάμενοι μικρὰ πληροῦνται.

Τοὺς λευκοφλεγματοῦντας διάῤῥοια παύει. αἱ μετὰ σιγῆς ἀθυμίαι, καὶ ἀπανθρωπίαι, ἐπιεικῶς αὐτῶν κατεργαστικαί.

|| Οἷσι φόβου μετὰ καταψύξιος ἐξίστανται, πυρετοὶ μεθ' ἱδρώτων, καὶ ὕπνοι αἱ πάναυδοι ταῦτα λύουσιν.

Ἐκ μανίης ἐς βράγχον μετὰ βηχὸς ἀπόστασις.

Ἐν τοῖσι μανικώδεσι σπασμὸς προσγινόμενος ἀμαύ(570)ρωσιν ἴσχει.

Αἱ σιγῶσαι ἐκστάσιες οὐχ' ἡσυχάζουσαι, ὄμμασι περιβλέπουσαι, πνεῦμα ἔξω ἀναφέρουσαι ὀλέθριαι, ποιοῦσαι δὲ

Quos ex aliqua aegritudine hydrops circumvenit, iis alvi reficcatae caprinis ſtercoribus ſimilia dejiciunt, cum mucoſa eliquatione, neque laudabili urina. Praecordiorum autem diſtentiones, ventris dolores ac tumores et circa laterum inanitates ac ſpinae muſculos dolores incidunt. Febres quoque, ſitis et tuſſes ſiccae comitantur et ad motiones ſpirandi moleſtia et crurum gravitas. Cibos etiam averſantur, paucisque ſumptis explentur.

Aquae inter cutem vitio, cui leucophlegmatias nomen eſt, laborantes, alvi profluvium ſedat. Animi abjectiones cum ſilentio et ab hominibus ſolitudines fere eos conficiunt.

Quibus vehemens mentis emotio ex metu cum perfrictione contingit, febres cum ſudoribus et ſomni ſermonem omnino intercipientes haec ſolvunt.

Ex inſania in raucedinem cum tuſſi fit receſſio.

Inſanientibus accedens convulſio oculorum aciem retundit.

Vehementes mentis emotiones ſilentes, absque quiete, oculis quoquoverſum intuentes ſpiritum efflantes, perni-

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [880.] Foël. I. 195. 196. Ed. Lind. I. (570.)

παραπληκτικὰ χρόνια. ἀτὰρ καὶ ἐκμαίνονται οὗτοι. οἷσι δὲ ἐπὶ ταραχῇ κοιλίης οὕτω παροξύνονται, περὶ κρίσιν μέλανα διέρχεται.

Οἷσιν ὑγιαίνουσι χειμῶνος ἐόντος περὶ τὴν ὀσφῦν ψυχρότης καὶ βάρος ἀπὸ βραχείης προφάσιος, καὶ κοιλίης ἐπίστασις, τῆς ἄνω καλῶς ὑπηρετούσης, ἰσχιὰς, ἢ νεφρῶν πόνος, ἢ στραγγουρίης τάχα ἂν συμβαίνοι.

Οἷσι τὰ κάτω κακοῦνται, κνησμῶν ἐγγενομένων ἐμπροσθεν ἰσχυρῶν, τούτοισιν ἀμμῶδες οὖρον γίνεται καὶ ἐφίσταται. τοῖσι δὲ ὀλεθρίοισιν αὐτῶν ἡ διάνοια ἀπονάρκουται.

Οἱ τὰ ἄρθρα φλυκταινούμενοι ἐξερύθροισιν ἐπιπολαίοις, ἐπιῤῥιγώσαντες, οὗτοι κοιλίας καὶ βουβῶνας διαφοινίσσονται, οἷα πληγῇσιν ἐπωδύνοισι, καὶ ἀποθνήσκουσι.

|| Τὰ ἰκτερώδεα οὐ πάνυ τι ἐπαισθανόμενα, οἷσι λύγγες, κοιλίαι καταῤῥήγνυνται, ἴσως δὲ καὶ ἐπίστασις, οὗτοι ἐκλοιοῦνται.

Τὰ κατὰ πλευρὴν ἀλγήματα ἐν πυρετοῖσιν ἰσχνῶς ἑστη-

ciem minantur, diuturnas vero faciunt partium reſolutiones. Quinetiam vehementer inſaniunt hoc modo affecti. Quibus autem cum ventris perturbatione hujusmodi affectus ingraveſcunt, iis nigra per alvum ad judicationem prodeunt.

Si per ſanitatem hiemis tempore lumborum frigiditas et gravitas levi ex occaſione orta ſit, et alvi ſuppreſſio, ſuperiore ventre probe officio ſuo fungente, coxendicum, vel renum dolor, aut urinae ſtillatio forte expectanda eſt.

Quibus inferiores partes male afficiuntur, vehementibus pruritibus prius obortis, iis urina fabuloſa ſit et ſubſiſtit. At qui pernicioſe habent, iis mens obtorpeſcit.

Quibus ad articulos praerubrae puſtulae ſuperficiales enatae ſunt, ac ſubinde rigent, iis velut ex acceptis plagis cum dolore venter et inguina rubeſcunt et pereunt.

In morbo regio affectis, nec admodum ſentientibus, quibus ſingultus adeſt, iis alvus effunditur, forte vero etiam ſupprimitur, atque hi cum virore palleſcunt.

Lateris dolores in febribus leviter firmatos, et absque

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [880. 881.] Foës. I. 196. Ed. Lind. I. (570. 571.)

κότα, ἄσημα, φλεβοτομίη βλάπτει, κἢν ἀπόσιτος ᾖ, κἢν ὑποχόνδριον μετέωρον. καὶ ἐν καταψύξει οὐκ ἀπύρους νενωθρευμένους αἵματος ἀφαίρεσις βλάπτει· καὶ δοκέοντες δὲ ἐπιεικέστερον ἔχειν οὗτοι θνήσκουσι.

Κεφαλὴν καὶ πόδας καὶ χεῖρας κατεψῦχθαι κοιλίης καὶ πλευρῶν θερμῶν ἐόντων κακόν. βέλτιστον δὲ πᾶν ὁμοίως τὸ σῶμα (571) θερμόν τε εἶναι καὶ μαλθακόν.

Στρέφεσθαι δὲ ῥηϊδίως χρὴ τὸν νοσέοντα, καὶ ἐν τοῖσι μετεωρισμοῖσιν ἐλαφρὸν εἶναι. βαρύτης δὲ ὅλου τοῦ σώματος καὶ χειρῶν καὶ ποδῶν πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πρὸς τῷ βάρει πέλιοι γίγνονται οἱ δάκτυλοι καὶ οἱ ὄνυχες, πλησίον [881] ὁ θάνατος. μελαινόμενα δὲ παντελῶς ἧσσον ὀλέθρια τῶν πελίων. ἀλλὰ τὰ λοιπὰ θεωρεῖν. ἢν γὰρ εὐπετέως φέρῃ τὸ νόσημα, καὶ ἄλλό τι τῶν χρησίμων ὑποδεικνύῃ, τὸ νόσημα ἐς ἀπόστασιν τρέπεται, καὶ τὰ μελανθέντα τοῦ σώματος ἀποπίπτει.

Ὄρχιες καὶ αἰδοῖον ἀνεσπασμένα πονηρὸν σημαίνει.

Φῦσαν δὲ ἄνευ ψόφου περδήσιος διεξιέναι βέλτιστον.

ulla ſignificatione, venae ſectio laedit, ſive averſum a cibis animum, ſive ſublata praecordia aeger habeat. Quinetiam in corporis perfrictione torpeſcentes non ſine febre ſanguinis detractio laedit, et cum videantur levius habere, moriuntur.

Caput, pedes et manus frigidas eſſe, ventre et lateribus calentibus, mali morbi ſignum eſt. Optimum vero totum corpus aeque calidum et molle eſſe.

Aegrum quoque facile converti oportet, et dum ſurgit levem eſſe. At gravitas quae totum corpus, vel manus ac pedes premit, vitioſa eſt. Quod ſi cum gravitate digiti quoque ac ungues lividi fiant, in propinquo mors eſt. At ſi omnino nigreſcant, minus quam liventes periculum portendunt. Verum tunc reliqua conſideranda ſunt. Etenim ſi facile morbum ſuſtinet aeger, et aliud quiddam ex his quae ſecuritatem pollicentur ſe prodit, morbus in abſceſſum vergit, et denigratae corporis partes decidunt.

Teſticuli pudendumque retractum malum denunciant.

Flatum vero absque crepitus ſono emitti inter optima

Ed. Chart. VIII. [881.] Foës. I. 196. 197. Ed. Lind. I. (571. 572.)
κρέσσον δὲ καὶ σὺν ψόφῳ διελθεῖν ἢ αὐτοῦ ἀνειλέεσθαι. καί τοι τόν τοιοῦτον διελθοῦσα σημαίνει πονηρὸν καὶ παραφροσύνην, ἢν μὴ ἑκὼν τοῦτο ποιέηται τὴν ἄφεσιν τῆς φύσης.

Ἕλκος πέλιον καὶ ξηρὸν, ἢ χλωρὸν γινόμενον, θανάσιμον.

‖ Ἀνάκλισις βελτίστη μὲν ὡς εἴθισταί τις ὑγιαίνων. ὕπτιον δὲ κεῖσθαι, τὰ σκέλεα ἐκτεταμένον, οὐκ ἀστεῖον. εἰ δὲ καὶ καταῤῥέοι προπετὴς ἐπὶ πόδας, χεῖρον, θανάσιμον δὲ καὶ κεχηνέναι, καὶ καθεύδειν ἀεί. καὶ τὰ σκέλεα ὑπτίου κειμένου συγκεκαμμένα τε εἶναι ἰσχυρῶς καὶ διαπεπλεγμένα. τὸ δ' ἐπὶ γαστέρα κεῖσθαι οἷσι μὴ σύνηθες, παραφροσύνην σημαίνει, καὶ πόνους περὶ κοιλίην. πόδας δὲ γυμνοὺς ἔχειν καὶ χεῖρας, μὴ θερμὸν ἐόντα ἰσχυρῶς, καὶ τὰ σκέλεα διεῤῥῖφθαι κακόν. ἀλυσμὸν γὰρ σημαίνει. ἀνακαθίζειν δὲ βούλεσθαι κακὸν ἐν τοῖσιν ὀξέσι, κάκιστον δὲ ἐν περι(572)πλευμονικοῖσι, καθεύδειν δὲ χρὴ τὴν νύκτα, τὴν δὲ ἡμέρην ἐγρηγορέναι. τὸ δ' ἐναντίον πονηρόν. ἥκιστα δ' ἂν βλάπτοι τὸ πρωῒ κοιμώμενος ἕως

signa eſt. Praeſtat tamen cum ſtrepitu prodire quam illic revolvi. Quanquam hoc pacto prodiens dolorem et delirium denunciat, niſi ſua ſponte id aeger fecerit et flatum emiſerit.

Ulcus lividum et aridum, aut pallidum effectum, mortem indicat.

Optimus ille quidem jacentis habitus, quem ſanus aliquis uſurpare conſuevit. Supinum vero jacere cruribus porrectis probari non poteſt. Id quoque deterius ubi ſubinde deorſum ad pedes prolabitur. Exitioſum eſt ubi hiat, aut aſſidue dormit, aut ubi ſupinus jacet cruribus vehementer contractis ac reductis. Pronum autem jacere ei qui non conſuevit, delirium aut circa ventrem dolores portendit. Quod ſi pedes et manus nudat, neque vehemens calor ei ſubeſt, et crura diſpergit, mali morbi ſignum eſt, angorem namque portendit. Ubi vero reſidere vult aeger, malum quidem indicium in acutis morbis, ſed longe peſſimum in pulmonum et laterum affectibus. Noctu dormiendum, interdiu vigilandum, contra vero malum. Minimum autem offendit, ſi quis matutino tempore ad tertiam diei partem

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [881.] Foës. I. 197. 198. Ed. Lind. I. (571.)

τοῦ τρίτου τῆς ἡμέρης. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ὕπνοι πονηροί. κάκιστον δὲ μὴ καθεύδειν μήτε ἡμέρης μήτε νυκτός. ἢ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης τε καὶ πόνου ἀγρυπνοίη ἂν, ἢ παραφρονήσει ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου.

Ὁκόσοισι κρόταφος τάμνεται, σπασμὸς ἐκ τῶν ἐναντίων τῆς τομῆς ἐπιγίνεται.

Ὅσοισιν ἂν ὁ ἐγκέφαλος σεισθῇ, καὶ πονέσῃ πληγεῖσιν, ἢ ἄλλως πίπτουσι, παραχρῆμα ἄφωνοι γίνονται, καὶ οὔτε ὁρῶσιν οὔτε ἀκούουσι, καὶ τὰ πολλὰ θνήσκουσιν.

Οἷς ἐγκέφαλος τιτρώσκεται, πυρετὸς ὡς ἐπιτοπολὺ καὶ χολῆς ἔμετος ἐπιγίνεται, καὶ ἀποπληξίη σώματος, καὶ ὀλέθριοι οἱ τοιοῦτοι.

|| Τῶν ῥηγνυμένων κεφαλῆς ὀστέων χαλεπώτατον τὸ γνῶναι τὰ κατὰ τὰς ῥαφὰς ῥηγνύμενα. ῥήγνυται δὲ ὑπὸ τῶν βαρέων καὶ στρογγύλων βελέων μάλιστα, καὶ ἐκ τῶν ἐξ ὑπεναντίου φερομένων, καὶ μὴ ἐξ ἰσοπέδου. τὰ δ' ἀπορεύμενα, πότερον ἔῤῥωγεν ἢ οὐ κρίνειν δεῖ, διαμασᾶσθαι διδόντα ἐφ' ἑκα-

dormiat. Qui vero ab hoc tempore ſomnus eſt, malus. Peſſimum tamen eſt ſi ſomnus neque noctu neque interdiu accedit. Id enim ob dolorem laboremque accidit, vel delirium fore ſignificatur.

Quibus tempora ſecantur, iis ex adverſa ſectionis parte convulſio contingit.

Quibus concuſſum fuerit cerebrum, vel ex plaga doluerit, aut aliquo caſu, his illico vox deficit, neque vident, neque audiunt, fereque intereunt.

Ex cerebri vulnere febris ut plurimum ac bilis vomitus ſuccedit, et corporis reſolutio, iique pernicioſe habent.

Oſſium capitis fracturae cognitu difficillimae quae circa ſuturas ſunt. Fiunt autem potiſſimum a gravibus ac rotundis telis, aut ex his quae ex oppoſito feruntur, neque ex plano. At oſſa, de quibus fiſſa ſint necne ambigitur, ſic diſcernas, ſi in utramque maxillam albucum aut ferulam manducandam exhibueris, atque animum advertere juſſeris, num os ali-

Ed. Chart. VIII [881. 882.] Foës. I. 198. 199. Ed. Lind. I. (572. 573.)

τέρην τὴν σιηγόνα ἀνθέρικον ἢ νάρθηκα, καὶ προσέχειν κελεύειν, εἴ τι ψοφεῖν αὐτῷ δοκέει τὸ ὀστέον. τὰ γὰρ κατεηγότα δοκέει ψοφεῖν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου τὰ ἐρρωγότα μὲν ζ', τὰ δὲ ιδ', τὰ δὲ καὶ ἄλλως διασημαίνει. τῆς τε γὰρ σαρκὸς ἀπόστασις ἀπὸ τοῦ ὀστέου γίνεται, καὶ τὸ ὀστέον πελιὸν καὶ πόνοι, ἰχώρων ὑποῤῥεόντων.

|| Ὅσοισιν ἐπί(573)πλοον ἐκπίπτει, ἀνάγκη ἀποσαπῆναι.

Ἢν ἕντερον διακοπῇ τῶν λεπτῶν, οὐ συμφύεται.

Νεῦρον διακοπὲν, ἢ γνάθου τὸ λεπτὸν, ἢ ἀκροποσθίη, οὐ συμφύεται.

[882] Ὅ τι ἂν ἐν τῷ σώματι ὀστέον ἀποκοπῇ, ἢ χόνδρος, οὐκ αὔξεται.

Ἐπὶ τρώματι σπασμὸς ἐπιγενόμενος κακόν.

Ἐπὶ τρώματι χολῆς ἔμετος ἐπιγενόμενος κακὸν, καὶ μάλιστα ἐπὶ τοῖσι κεφαλικοῖσι.

Νεῦρα ὅσα παχέα τιτρώσκεται, ὡς ἐπιτοπολὺ χωλοῦνται, καὶ λοξὰ τιτρωσκόμενα μάλιστα, καὶ τῶν μυῶν αἱ κεφαλαὶ, μάλιστα τῶν ἐν μηροῖσιν.

quod ſtrepere videatur, confracta namque ſtrepere videntur. At proceſſu temporis, fiſſa quidem ſeptimo die, partim vero decimoquarto, partim etiam alias, ſui ſignificationem edunt. Nam vel caro ab oſſe abſcedit, aut os liveſcit, aut dolores ex ſaniei influxu excitantur, eaque jam remediis aegre cedunt.

Quibus omentum procidit, ut putreſcat neceſſe eſt.

Ex tenuibus inteſtinis ſi quod diſſectum fuerit, non coaleſcit.

Praeciſus nervus, aut quod in gena eſt tenue, aut praeputium, non coaleſcit.

Neque corporis os quodcunque reſectum, neque cartilago augetur.

Vulneri ſuccedens convulſio malo eſt.

Bilis vomitus vulneri ſuccedens malum denunciat, praecipueque in capitis vulneribus.

Nervi quicunque craſſi vulnus accipiunt, ut plurimum claudos reddunt, praecipueque ſi obliquum vulnus fuerit, ac in muſculorum capitibus, praeſertim femorum.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [882.] Foës. I. 199. 200. Ed. Lind. I. (573. 574.)

Ἀποθνήσκουσι δὲ μάλιστα ἐκ τῶν τρωμάτων, ἢν τις ἐγκέφαλον τρωθῇ, ἢ ῥαχίτην μυελὸν, ἢ ἧπαρ, ἢ φρένας, ἢ καρδίην, ἢ κύστιν, ἢ φλέβα τῶν παχειῶν. Θνήσκει δὲ, κἢν ἐς ἀρτηρίην καὶ πλεύμονα μεγάλαι σφόδρα αἱ πληγαὶ γένωνται, ὥστε τοῦ πλεύμονος πληγέντος ἔλασσον προερχόμενον πνεῦμα κατὰ στόμα γίνεσθαι ἢ τὸ ἐκπῖπτον ἐκ τοῦ τρώματος. Θνήσκουσι δὲ καὶ οἱ ἐς τὰ ἐντὸς νεῦρα, ἢν τέ τι τῶν λεπτῶν τιτρωθῶσιν, ἢν τε τῶν παχέων, ἢν ἐπικάρσιος ἡ πληγὴ γένηται καὶ μεγάλη. εἰ δὲ μικρὴ καὶ εὐθεῖα, περιγίνονται ἔνιοι. ἥκιστα δὲ θνήσκουσιν οἱ τιτρωσκόμενοι ἐν οἷσι ταῦτα μὴ ἔνι τῶν τοῦ σώματος μερῶν, ἢ τούτων προσωτάτω.

|| Τὴν δὲ ὄψιν ἀμαυροῦνται ἐν τοῖσι τρώμασιν ἐς τὴν ὀφρῦν, καὶ μικρὸν ἐπάνω. ὅσῳ δ' ἂν τὸ τρῶμα νεάτερον ᾖ, μάλιστα βλέπουσι. χρονιζομένης δὲ τῆς οὐλῆς, ἀμαυροῦσθαι μᾶλλον συμπίπτει.

Αἱ σύριγγες χαλεπώταταί εἰσιν ὅσαι (574) ἐν τοῖσι χονδρώδεσί τε καὶ ἀσάρκοισι τόποισι πεφύκασιν, εἰσί τε κοῖλαι,

Ex vulnere autem fere mors contingit, ſi cui vulneratum fuerit cerebrum aut ſpinalis medulla, aut jecur, aut ſeptum transverſum, vel cor, aut veſica, aut quaedam grandis vena. Mors quoque ſubit ſi in arteriam et pulmonem inſignes valde plagae inflictae ſunt, ita ut percuſſo pulmone minor ſit qui per os prodit ſpiritus quam qui per vulnus excidit. Intereunt vero quibus nervi interiores, ſive tenuis aliquis ſive craſſus vulnus acceperit, ſi plaga transverſa fuerit et magna: quod ſi parva et recta, nonnulli periculo eximuntur. Minime autem ab his vulneribus mors impendet, quae in corporis partes, in quibus haec non ſunt, aut ab his quam longiſſime abſunt, infliguntur.

At in vulneribus quae in ſupercilium, aut paulo altius inferuntur, viſus acies obtunditur, et quo vulnus recentius eſt, eo magis vident. Inveteraſcente autem aut tardante cicatrice magis obtundi ſolet.

Ex fiſtulis maxime moleſtiam adferunt quae in cartilaginoſis aut carne vacuis locis fieri ſolent, cavae ſunt, et

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [882.] Foës. I. 200. 201. Ed. Lind. I. (573.)

μολοῦνταί τε καὶ ἰχωροροοῦσιν αἰεὶ, σαρκίον τε ἐπὶ τῷ στόματι ἔπεστιν αὐταῖς. εὐθεραπευτότεραι δὲ ὅσαι ἐν τοῖσι μαλθακοῖσι τόποισι καὶ σαρκώδεσί τε καὶ ἀνεύροισι πεφύκασι.

|| Τὰ δὲ πρὸ ἥβης οὐ γίνεται νοσήματα, περιπλευμονικὰ, περιπλευριτικὰ, ποδαγρικὰ, νεφρῖτις, κιρσὸς περὶ κνήμην, ῥοῦς αἱματηρὸς, καρκῖνος μὴ σύμφυτος, λεύκη μὴ συγγενὴς, κατάῤῥους νωτιαῖος, αἱμορῥοΐς, μὴ σύμφυτος χορδαψός. τούτων τῶν νοσημάτων πρὸ ἥβης οὐ χρὴ προσδέχεσθαι γενησόμενον οὐδὲν ἀπὸ ιδ' μέχρι β' καὶ μ' ἐτέων, πάμφορος ἡ φύσις νοσημάτων ἤδη τοῦ σώματος γίνεται. πάλιν δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς ἡλικίης μέχρι ξγ' ἐτέων οὐ γίνονται χοιράδες. οὐδὲ λίθος ἐν κύστει, ἢν μὴ τύχῃ πρότερον ὑπάρχων, οὐδὲ κατάῤῥους νωτιαῖος, οὐδὲ νεφρῖτις, ἢν μὴ παρακολουθῶσιν ἐξ ἄλλης ἡλικίης. οὐδὲ αἱμορῥοΐδες, οὐδὲ ῥοῦς αἱματηρὸς, ἢν μὴ πρότερον τύχῃ γεγενημένος. ταῦτα μέχρι γήρως ἀπέχεται νοσήματα.

longius excurrunt, aſſidueque ſanie manant, et in quarum oſculo caruncula ineſt. Facilius autem curantur quae in mollibus et carnoſis locis et non nervoſis oriuntur.

Sed neque ante pubertatem occupant hi morbi, pulmonum inflammationes, laterum dolores, podagrae, renum vitia, varix in tibia, fluor ſanguineus, cancer non innatus, albicans vitiligo, non cognata defluxio in ſpinalem medullam, ſanguinis per ora venarum profluvium, tenuioris inteſtini morbus, quem χορδαψὸν vocant, non a natura inſitus. Horum morborum nullus ante pubertatem metuendus eſt. Ab anno autem decimo quarto ad quadrageſimum ſecundum usque natura omnis generis morborum corporis ferax eſt. Contra vero ab hac aetate ad annum ſexageſimum tertium neque ſtrumae fiunt, neque veſicae calculus, niſi antea occupet, neque in ſpinalem medullam defluxio, neque renum morbus, niſi ex alia aetate ſequantur, neque ſanguinis per ora venarum profluvium, neque fluor ſanguineus, niſi prius adfuerit. Atque hi morbi ad ſenectutem usque abſunt.

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 548 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [882. 883.] Foës. I. 202. Ed. Lind. I. (575.)

|| Ἐν γυναικείοισι τὰ πρὸ τῶν τόκων ἰόντα ὑδατώδεα κακόν.

Στόματα ἀφθώδεα τῇσιν ἐπιφόροισιν οὐ χρηστόν. ἆρα καὶ κοιλίαι καθυγραίνονται.

Ἐκ κενεώνων μεθιστάμενα ἀλγήματα ἐς τὸ λεπτὸν ἐν μακροῖσιν ἐκ διαφθορῆς καὶ μὴ λίην καθαρθείσης ὀλέθριον.

Τὰ ἐκ τόκου καὶ διαφθορῆς πολλὰ ὀξέως ὁρμήσαντα, ἐπιστάντα δύσκολα. ῥῖγος ταύτῃσι πολέμιον καὶ κοιλίης ταραχή. ἄλλως τε καὶ ὑποχονδρίου ὀδυνώδεες.

Τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ καρώδεα, μετὰ βάρεος γινόμενα καὶ σπασμοῦ, φλαῦρα ὡς ἐπιτοπολύ.

[883] Ἡσιν ἐκ γυναικείων περὶ τὸ ἄνω καὶ τὸ λεπτὸν πόνοι σύντονοι, κοιλίας καθυγραίνουσιν, ὑπασώδεες, ταύτῃσι περὶ κρίσιν καταφοραὶ καὶ ἀδύνατοι κενεαλγικῶς, ἐφιδροῦσι καὶ περιψύχουσιν, αἳ τοιαῦται ὑποστροφαὶ τῇσι πλείστῃσι γενόμεναι μετὰ τὴν ἄφεσιν ταχέως κτείνουσι.

In muliebribus purgamentis quae ante partus aquoſa prodeunt, malum denunciant.

Serpentia oris ulcera in praegnantibus bono non ſunt. Ac forte etiam alvi humectantur.

Ex laterum inanitate ad tenue inteſtinum migrantes dolores in diuturnis morbis ex abortione, neque admodum purgata muliere, perniciem denunciant.

Quae ex partu et abortu copioſa celeriter cum impetu feruntur, ſi ſubſiſtant, moleſtiam exhibent. Hujusmodi mulieribus rigor inimicus eſt et alvi perturbatio, praecipue vero ſi praecordiorum dolore vexentur.

In uterum geſtantibus capitis dolores qui cum ſopore, gravitate et convulſione fiunt, ut plurimum malo ſunt.

Quibus ex muliebribus purgamentis dolores intenſi ad ſuperiorem ventris partem et tenuius inteſtinum excitati, alvos humectant, et levem anxietatem inducunt, his ad judicationem in ſomnum propenſiones fiunt, et impotentes ex capitis dolore cum tenuibus ſudoribus et perfrictionibus vexantur. Hujusmodi recidivae plurimis poſt remiſſionem obortae celeriter interimunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [885.] Foës. I. 203. 204. Ed. Lind. I. (576.)

|| *Τὰ μετὰ μυχθισμοῦ ἔξω ἀναφερόμενα πνεύματα, καὶ τῆξις παράλογος, τῇσιν ἐπιφόροισιν ἐκτιτρώσκει.*

Ὀδύνη κοιλίης μετὰ τόκον ἐπὶ ταύτῃσι πυώδεα καθαίρει.

Αἱ ναρκώδεες καὶ μάλιστα ἐν τῇσι κινήσεσι μετὰ ἀδυναμίης κατακεκλασμέναι, περὶ κρίσιν ἐνοχληθεῖσαι, ἀσώδεες, ἐφιδροῦσι πολλῷ. κοιλίαι καθυγρανθεῖσαι ταύτῃσι κακόν.

Τὰ δὲ γυναικεῖα μὴ ἐπιστῆναι χρήσιμον. ἐπιληπτικὰ ἐκ τῶν τοιούτων οἶμαι. ἐνίῃσι δὲ ὑποφοραὶ μακραὶ, ἐνίῃσι δὲ αἱμορῥοΐδες.

Τῇσιν ἐπιφόροισιν ὑποχονδρίου ἄλγημα κακὸν, καὶ κοιλίαι ταύτῃσι φερόμεναι κακόν. καὶ τὸ ἐπιῤῥιγοῦν ταύτῃσι κακόν. ὀδύνη κοιλίης ἐν τῇσι τοιαύτῃσιν ἧσσον κακὸν, || ἢν ἰλυώδεα καθαίρῃ. ἧσι ῥηϊδίως τῶν τοιούτων τίκτεται, μετὰ τόκον δύσφορα σφόδρα.

Τῇσι κυούσῃσι φθινώδεσιν, ἧσιν ἔρευθος ἐπὶ προσώπου γίνεται, αἱ ἀπὸ ῥινῶν ἀποστάξιες τοῦτο ἀποτρέπουσι γινόμεναι.

Spirationes ſuſpirioſae quae foras educuntur, ac citra rationem facta colliquatio in uterum gerentibus abortiones indicant.

Ventris dolor a partu in his purulenta expurgat.

Quae torporis ſenſu afficiuntur, praecipueque ad motiones impotentes et perfractae, circa judicationem vexatae, anxietate laborantes, multo et tenui ſudore diffluunt, in his alvus effuſa malum denunciat.

Muliebria purgamenta non ſubliſtere utile, ac forte ex talibus comitiales morbi oriuntur, partim vero diuturnae alvi ſubductiones, partim etiam ſanguinis per ora venarum profluvium.

Uterum gerentibus praecordiorum dolor malum denunciat, hic etiam alvi euntes et rigore ſubinde corripi malo eſt. Ventris dolor, ſi limoſa expurget, in hujusmodi levius malum indicat. Quae ex his faciles partus habent, eae poſtea vehementer anguntur.

Quibus praegnantibus tabi opportunis faciei rubor exoritur, hunc ſtillationes e naribus avertunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [883.] Foës. I. 204. Ed. Lind. I. (575. 576.)

Ἧισιν ἐκ τόκου λευκὰ, ἐπιστάντων δὲ ἅμα πυρετῷ κώφωσις, καὶ ἐς πλευρὸν ὀδύνη ὀξεῖα, (576) ἐξίστανται ὀλέθριοι.

Τὰ ἐν τῇσιν ἐπιφόροισι ἁλμυρώδεα σημαίνει μετὰ τόκον δύσκολα λευκοῖσιν, δακνώδεσιν. αἱ τοιαῦται καθάρσιες ἀποσκληρύνουσι. λύγξ ἐπὶ τούτοισι φλαῦρον καὶ πτύσις ὑστερῶν, καὶ συντείνει.

Ἐς πόδας καὶ ἐς ὀσφῦν συντάσιες ἐκ γυναικείων ἐκπυητικὸν, καὶ τὰ ἀπὸ κοιλίης γλίσχρα, δυσώδεα ἐπιπόνως ἰόντα. πτιγμοὶ ἐπὶ τοῖσι προγεγραμμένοισιν ἐκπυητικόν.

Τὰ ὑστερικὰ ἐν κοιλίῃσι σκληρύσματα ἐπώδυνα, ὀξέως ὀλέθριον.

Τῇσιν ἐπιφόροισιν ἤδη ἀφθώδεα ῥεύματα ἐπώδυνα πονηρόν. αἱμορρόῃς ταύτῃσι κάκιστον.

Ἧισι κοιλίης ἐπαρθείσης ἐς αἰδοῖον ἔρευθος ἦλθε, γυναικείων λευκῶν ὑγρῶν κατελθόντων ἐξαπίνης, ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι τελευτῶσι.

Quibus a partu alba prodeunt, et his ſubſiſtentibus ſurditas cum febre et lateris dolor acutus excitatur, eae in vehementem et pernicioſam mentis emotionem incidunt.

Praegnantibus ſalſuginoſa, poſt partum moleſtias ex albis, mordacibus denunciant. Purgationes hujusmodi duritiem adferunt. In his ſingultus malo eſt, et uterorum procidentia, quae et una interficit.

Ex purgamentis muliebribus ad pedes et lumbos pertingentes tenſiones ſuppurationes indicant, et viſcoſa graveolentia ex alvo cum dolore prodeuntia. Ex praeſcriptis quoque ſuffocationes, ſuppurationes denunciant.

Uterinae ventris duritates cum dolore celerem perniciem denunciant.

In uterum jam gerentibus fluxiones ſerpentia oris ulcera cum dolore excitantes malum denunciant. In his ſanguinis per ora venarum profluvium peſſimum.

Quibus in tumorem ſublato ventre, pudendum rubor occupavit, muliebribus purgamentis albis humidis ſubito procedentibus, diuturnis febribus intereunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [883. 884.] Foës. I. 205. Ed. Lind. I. (576. 577.)

|| *Σπασμῷ, γυναικείων ἐν ἀρχῇσι φανέντων, πυρετοῦ μὴ ἐπιγενομένου λύσις.*

Οὖρα λεπτὰ ὑπονέφελα ἐν μέσῳ ἐρεύμενα ῥῖγος σημαίνει.

Ἢν ἀπὸ τῆς τετράδος αἵματος ῥύσις γένηται, χρόνια σημαίνει, καὶ κοιλίη καταῤῥήγνυται, καὶ σκελέων οἰδήματα.

Τῇσιν ἐπιφόροισι κεφαλαλγικὰ καρώδεα μετὰ βάρους γενόμενα φλαῦρα, ἴσως δὲ ταύτῃσι καὶ ἅμα σπασμῶδές τι ὠφελέει.

Αἱ προαλγήσασαι τρόπον χολερώδεα πρὸ τῶν τόκων τίκτουσι μὲν ῥηϊδίως, πυρέξασαι δὲ κακοήθεες, ἄλλως τε κἢν τι κατὰ φάρυγγα ὀχλῇ, ἤ τι τῶν ἐν πυρετῷ κακοήθων ἐπιφαιῇ σημεῖον.

[884] *Τὰ πρὸ τῶν τόκων ῥηγνύμενα ὑδατώδεα φλαῦρα.*

Τῇσιν ἐπιφόροισι κατὰ φάρυγγα (577) *ἁλμυρώδεες ῥύσιες πονηρόν.*

Τὸ πρὸ τῶν τόκων ἐπιῤῥιγοῦν καὶ τὰ ἀνωδύνως τικτόμενα κινδυνώδεα.

Convulſionem, muliebria ſi circa initia appareant, neque febris acceſſerit, ſolvunt.

Urinae tenues nubeculam quandam in medio aſſumentes rigorem denunciant.

Sanguinis fluxus ſi quarto die oriatur, diuturnitatem indicat, et alvus effunditur, cruraque intumeſcunt.

In uterum gerentibus capitis dolores cum ſopore et gravitate malo ſunt: forteque hujusmodi naturae una etiam convulſionibus quibusdam ſunt obnoxiae.

Quae ante partionem in modum cholerae morbi affliguntur, faciles quidem partus edunt. Febre autem tentatae, malignae habent, tum vero praecipue, ſi quid fauces vexet, aut in febre maligni aliquid appareat.

Erumpentia ante partus aquoſa mala.

In uterum gerentibus ſalſuginoſae ad fauces fluxiones malum denunciant.

Ante partus ſubinde rigore corripi et citra dolorem parere periculum indicat.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [884.] Foës. I. 205. 206. Ed. Lind. I. (577.)

Τῇσιν ἐπιφόροισι τὰ ἀφθώδεα ῥεύματα πονηρόν. σπασθεῖσαι, ἐκλυθεῖσαι, μετακαταψυχθεῖσαι, ἐκθερμαίνονται ὀξέως. καὶ μέντοι καὶ δύσκολα ἀποβαίνει τῇσιν ἐπιφόροισι τὰ περὶ τὸ λεπτὸν οἰδήματα, οἷα τὰ περὶ τὰς ὀσχίας γίνονται, ἀπολαμβανόμενα ὀρθοπνοίῃσιν. ἆρα τὰ τοιαῦτα οἰδήματα διδυμοτοκεῖ; ἆρα καὶ σπασμῶδες τὰ τοιαῦτα οἰδήματα ποιέει.

|| Τὰ μυχθώδεα ἐξαναφέροντα πνεῦμα ἐν πυρετοῖσιν ἐκτιτρώσκονται.

Φρικώδεσι, κοπιώδεσι, καρηβαρικοῖσι, γυναικεῖα καταῤῥήγνυται.

Αἱ πρὸς χεῖρα νωθραὶ, κατάξηροι, ἄδιψοι, γυναικεῖα πολλὰ χαλῶσαι, ἐκπυητικαί.

Τὰ ἐξαίφνης λευκὰ κατατρέχοντα ἐπὶ τρωσμῷ, ἤν τι ῥιγῇ, καὶ ἐς μηρὸν ὁρμαὶ, τρόμος δύσκολον.

Τὰ ἀφθώδεα στόματα τῇσιν ἐπιφόροισι κοιλίας καθυγραίνει.

Praegnantibus fluxiones cum ſerpentibus oris ulceribus malo ſunt. Hae convulſionibus, exolutionibus, poſtea perfrictionibus tentatae, celeriter caleſiunt. Quinetiam praegnantibus moleſtiam exhibent, qui circa tenue inteſtinum contingunt tumores, quales extremas uteri oſculi oras, in erectae cervicis ſpirationis difficultate detentis eveniunt. Quinetiam fortaſſis hujusmodi tumores gemellorum partum praenunciant aut forte convulſiones tumores hujusmodi indicant.

Quae ſuſpirioſae ſpirationes foras educuntur in febribus, abortionis periculum afferunt.

Horrore ſubinde tentatis, laſſitudine et capitis gravitate conflictatis, muliebres purgationes erumpunt.

Quae ad manus contactum torpeſcunt, peraridae, ſitis expertes, muliebria multa profundentes, pus intro colligunt.

Ex abortione ubi alba derepente percurrunt, ſi rigor aliquis corripiat, et ad femur impetus fiat, tremor moleſtus ſubit.

Serpentia oris ulcera in uterum gerentibus alvos humectant.

Ed. Chart. VIII. [884.] Foës. I. 206. 207. Ed. Lind. I. (577. 578.)

Αἱ δὲ τῶν κυουσέων προνοσέουσαι πρὸ τῶν τόκων ἐπιῤῥιγοῦσι.

Αἱ ναρκώδεες; ἐκλύσιες δύσκολοι μὲν ἐκ τῶν τόκων ἀποβαίνουσι καὶ παρακρουστικαὶ, οὐ μέντοι ὀλέθριοι. ἀτὰρ καὶ πλῆθος γυναικείων προσημαίνουσιν.

Αἱ ἐν τόκῳ καρδίην προαλγήσασαι ὀλίγῳ ὕστερον ἀποβάλλουσι.

Τὰ φρικώδεα, κοπιώδεα, καρηβαρικὰ, τραχήλου ὀδυνώδεα γυναικεῖα καταῤῥήγνυσι. περὶ κρίσιν τὸ τοιοῦτον γινόμενον μετὰ βηχίου ἐπιῤῥιγεῖ.

Ἤισι κόρησιν ὀρθοπνοϊκὰ συμβαίνει, ἐν τῆσιν ἐπιφόροισι, τιτθοὺς ἐκπυοῦνται. γυναικεῖα (578) ἐπιφαίνεσθαι ἐν ἀρχῇ κακόν.

|| Τὰ μανικὰ πυρετοὺς ὀξεῖς ταραχώδεας ἀχόλῳ καρδιαλγικῷ λύουσι.

Τῇσιν ἀτόκοισιν αἵματος ἔμετος πρὸς τὸ συλλαβεῖν ὠφελεῖ.

Quae praegnantes ante partus laborarunt, ſubinde rigore corripi ſolent.

Quae ex partionibus contingunt exolutiones cum torpore, moleſtiam quidem exhibent et mentem emovent, nullam tamen perniciem afferunt. Verum etiam purgamentorum muliebrium abundantiam denunciant.

Quae in partu oris ventriculi dolorem antea ſenſere, paulo poſt foetus deponunt.

Horroris et laſſitudinis, capitis gravitas cum cervicis dolore, muliebres purgationes dejiciunt. Quod ſi quid hujusmodi circa judicationem cum tuſſicula contingat, ſubinde rigorem adfert.

Quae puellae erectae cervicis ſpiratione vexantur, iis uterum ferentibus mammae pus colligunt. Muliebria purgamenta circa initia apparere malum.

Febres acutas cum mentis perturbatione, in oris ventriculi dolore non bilioso, inſania ſolvit.

His quae non pariunt, ad conceptum ſanguinis vomitus prodeſt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [884. 885.] Foës. I. 207. Ed. Lind. I. (578.)

Τὰ ἀχλυώδεα γυναικείων συχνῶν ἐπιφαινέντων λύεται.

Ὅσησι γυναιξὶν ἐκ πυρετῶν ἄλγημα τιτθῶν γίγνεται πτύσις αἱμάλωπος οὐ τρυγώδης γενομένη, λύει τοὺς πόνους.

Οἱ ἐν ὑστερικῇσιν ἀπύροισι σπασμοὶ εὐχερέες, οἷον καὶ Δορκάδι.

Ἕτισιν ἐκ ῥίγεος πυρετὸς κοπιώδης, γυναικεῖα κατατρέχει. τράχηλος ἐν τούτοισιν ὀδυνάδης αἱμορραγικόν.

Ἔμετος δὲ ἀλυπότατος φλέγματος καὶ χολῆς συμμεμιγμένος. μὴ πολὺς δὲ κάρτα ἐμείσθω. τὰ δὲ ἀκρητέστερα τῶν ἐμουμένων κακίω. πρασοειδὴς δὲ ἔμετος, καὶ μέλας, καὶ πελιὸς πονηρόν. εἰ δὲ καὶ πάντα τὰ χρώματα ὁ αὐτὸς ἐμέοι, ὀλέθριον. τάχιστον δὲ θάνατον σημαίνει ὁ πελιὸς καὶ κακώδης. ἔστι δὲ θανάσιμος ὁ ἐρυθρὸς ἔμετος, καὶ μάλιστα εἰ μετὰ ἀνάγκης ἐμέοιτο ἐπωδύνου.

[885] *Οἱ ἀσώδεες ἀνεμέτως παροξυνόμενοι κακὸν, καὶ οἱ σπαρασσόμενοι ἀνεμέτως.*

Oculorum caligines crebris apparentibus menſibus ſolvuntur.

Quaecunque mammarum dolore ex febribus vexantur, eas sanguinis concreta ſpuitio non foeculenta dolore liberat.

In mulieribus quae uteri ſuffocationibus tentantur, idque ſine febre, faciles ſunt convulſiones, quale quid etiam Dorcadi contigit.

Quibus ex rigore febris cum laſſitudinis ſenſu adeſt, in his muliebrium profluvium expectare oportet. Quod ſi cervicis dolor prehenderit, ſanguinis e naribus eruptionem fore ſpes eſt.

Vomitio autem maxime eſt innoxia, quae pituita et bile permixta eſt, dum ne admodum copioſa ſit. At ſinceriores vomitiones deteriores ſunt. Viridis quoque vomitus et niger et lividus vitioſus eſt. Quod ſi omnes colores idem vomat, exitiale eſt. Celerrimum autem exitium indicat lividus et mali odoris. Mortem quoque adfert ruber vomitus, isque praecipue ſi cum majore conatu et dolore contingat.

Corporis aeſtuatione et inquieta jactatione conflictati, citra vomitum ingraveſcentes, male habent, atque etiam qui vellicantur citra vomitum.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [885.] Foës. I. 207. 208. Ed. Lind. I. (578. 579.)

Τὰ μικρὰ ἐμέσματα, χολώδεα, ἄλλως τε κὴν ἀγρυπνέωσιν.

|| Ἐπὶ μελάνων ἐμέτων κώφωσις οὐ βλάπτει.

Οἱ κατὰ μικρὰ ταχεῖς, χολώδεες, ἄκρητοι ἔμετοι κακόν, ἐν ὑποφορῇ πλείονι καὶ ὀσφύος ἀλγήματι συντόνῳ.

Τὰ ἐξ ἐμέτων ἀσώδεα, κλαγγώδεα, ὄμματα ἐπιχνοῦν ἴσχοντα μανικά. ὀξέως μανέντες θνήσκουσιν (579) ἄφωνοι.

Ἐν ἐμέτῳ διψώδεα ἐόντα ἄδιψον γενέσθαι κακόν.

Ἐν ἀσώδεσιν ἀγρύπνοις τὰ παρ' οὖς μάλιστα.

Τοῖς ἀσώδεσι κοιλίης ταραχώδης ἐπίστασις, διὰ ταχέων ἐξανθεῖ οἷα κωνώπων κεντήματα, καὶ ἐς ὄμματα δακρυώδης ἀπόστασις ἔρχεται.

Ἐπὶ ἀκρήτοις ἐμέτοις λυγμὸς κακόν. κακὸν δὲ καὶ σπασμός. ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι τῇσιν ἐκ τῶν φαρμακείων.

Vomitiones exiguae, bilioſae, malum denunciant, tum vero praecipue, ſi pervigilio conflictentur aegri.

Ex nigris vomitibus oborta ſurditas noxia non eſt.

Vomitus parvi et frequenter repetentes, biliofi, finceri mali ſunt in copioſiore ventris ſubductione et intenſo lumborum dolore.

Ubi ex vomitu anxietudo occupat, vox ſtridula eſt, oculi pulvere obſiti, inſania portenditur, ac tales vehementi inſania correpti, voce defecti intereunt.

In vomitu eum qui ſiti prematur ſitis expertem eſſe malum eſt.

In angore et pervigilio vexatis ad aures abſceſſus maxime obveniunt.

In anxietate laborantibus cum alvi turbulenta ſuppreſſione, celeriter velut culicum puncturae in cutem erumpunt, et ad oculos lachrymoſus abſceſſus procedit.

Ex ſinceris vomitionibus ſingultus malus eſt, mala quoque convulſio. Quinetiam idem exiſtimandum eſt in immodicis purgationibus, quae ex medicamentorum potionibus fiunt.

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [885.] Foës. I. 208. 209. Ed. Lind. I. (579.)

Οἱ μέλλοντες ἐμεῖν πτυαλίζουσιν ἔμπροσθεν.

Ἐπὶ ἐλλεβόρῳ σπασμὸς ὀλέθριον.

|| Ἐπὶ πάσῃ καθάρσει πλεοναζούσῃ ψύξις μεθ' ἱδρῶτος ὀλέθριον, καὶ οἱ ἐπανεμέοντες διψώδεες ἐν τούτοισι κακόν. οἱ δὲ ἀσώδεες ὀσφυαλγέες, κοιλίην καθυγραίνονται.

Αἱ ἐξερύθρων, μελάνων, ὑπὸ ἐλλεβόρου καθάρσιες, πονηραί. καὶ ἔκλυσις δὲ μετὰ τοιούτων κακόν

Ἀπὸ ἐλλεβόραν ἐμέσαι ἐρυθρὰ, ἀφρώδεα, ὀλίγα, ὠφελέει. ποιέει μέντοι σκληρύσματα, καὶ ἐμπυήσιας μεγάλας ἀφίστησιν. εἰσὶ δὲ οἱ τοιαῦτα ἐμέοντες ἄλλως τε καὶ στῆθος ἐπώδυνοι, καὶ ἐν τοῖς ῥίγεσιν ἐφιδροῦντες, καὶ ὄρχιας ἐπαίρονται. τούτου προσγενομένου ἐπιῤῥιγοῦσι καὶ ἰσχναίνονται.

Αἱ πυκναὶ διὰ τῶν αὐτῶν ὑποστροφαὶ ἐμετώδεες περὶ κρίσιν μέλανα ἔμετον ποιέουσι. γίνονται δὲ καὶ τρομώδεες.

Ἱδρὼς ἄριστος μὲν ὁ λύων τὸν πυρετὸν ἐν ἡμέρῃ κρισίμῳ. χρήσιμος δὲ καὶ ὁ κουφίζων. ὁ δὲ ψυχρὸς καὶ μοῦνον

Qui vomituri ſunt, iis antea os crebra ſalivatione impletur.

Ex epoto veratro convulſio exitium adfert.

In omni ſuperflua purgatione frigus cum ſudore exitiale. Et inter haec qui ſubite vomunt, et ſiticuloſi ſunt, male habent. Qui vero anxietate laborant cum lumborum dolore, iis alvus humectatur.

Ex epoto veratro praerubrorum et nigrorum purgationes vitioſae. Virium exolutio cum talibus mala eſt.

Epoto veratro rubra, ſpumantia, pauca vomitione rejicere juvat. Duritias tamen facit, et magnas puris intro collectiones eximit. Qui vero talia vomitione refundunt, pectoris praecipue dolore conflictantur, et in rigoribus crebro et tenuiter exudant, teſtes in tumorem ſublatos habent. Quo in caſu ſubinde rigent et graciles evadunt.

Crebro repetentes iisdem perseverantibns caſibus vomitiones ad judicationem nigra vomitione refundunt. Quinetiam tremulos aegros faciunt.

Sudor optimus ſane qui febrem die judicatorio tollit. Utilis autem et qui allevat. Malus vero frigidus, et ubi ca-

Ed. Chart. VIII. [884.] Foës. I. 209. 210. Ed. Lind. I. (579. 580.)

περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον γινόμενος φλαῦρος. καὶ γὰρ χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

Ἱδρὼς δὲ ψυχρὸς ἐν ὀξεῖ μὲν πυρετῷ θανάσιμος, ἐν πρηϋτέρῳ δὲ χρόνον σημαίνει.

|| Ἱδρὼς (580) ἅμα πυρετῷ γενόμενος ἐν ὀξεῖ φλαῦρον.

Οὖρον ἐν πυρετῷ λευκὴν ἔχον καὶ λείην ὑπόστασιν ἱδρυμένην ταχεῖαν ἄφεσιν σημαίνει. ταχεῖαν δὲ καὶ τὸ ἐξ ἀκρίτου λίπος ἴσχον τι ἐξυδατούμενον. τὸ δὲ ὑπέρυθρον καὶ τὴν ὑπόστασιν ἔχον ὑπέρυθρόν τε καὶ λείην, πρὸ μὲν τῆς ἑβδόμης γενόμενον, ἑβδομαῖον ἀπολύει· μετὰ δὲ τὴν ἑβδόμην χρονιώτερον, ἢ πάντως χρόνιον. τό τε ἐν τετάρτῃ λαβὸν ἐπινέφελον ὑπέρυθρον ἑβδομαῖον, ἀπολύει, τῶν λοιπῶν κατὰ λόγον ἐχόντων. τὸ δὲ λεπτὸν καὶ χολῶδες, καὶ τὸ μόλις γλίσχρον ἔχον ὑπόστασιν, καὶ τὸ μεταβάλλον ἐπὶ τὸ βέλτιον καὶ χεῖρον χρόνιον. ἐπιπλεῖον δὲ τοῦτο ἐπακολουθοῦν, ἢ περὶ κρίσιν χρόνων γενομένων οὐκ ἀκίνδυνον.

put duntaxat et cervix infudat. Nam et temporis diuturnitatem et periculum denunciat.

Sudor autem frigidus, cum acuta quidem febre exitium, cum mitiore vero diuturnum fore morbum significat.

Sudor una cum febre, acuto morbo urgente, malus.

Urina in febre album et laeve depositum habens sedimentum celerem liberationem denunciat. Celerem quoque quae diluta indiscretam quandam habet pinguedinem. Quae vero aliquantulum rubet, subrubrum habet sedimentum et laeve, si quidem ante septimum diem appareat, septimo die solutionem fore designat, post septimum autem tardiorem, aut plane diuturnam. Et quae quarto die subrubram nubeculam capit, septimo die liberat, dum reliqua pro ratione habeant. Tenuis autem et biliosa et aegre lentum habens sedimentum, et quae in melius ac deterius commutatur, temporis diuturnitatem postulat. Quod si istud diutius perseverat, aut ad judicationem temporis longinquitas requiratur, periculo non vacat.

©BIUM

Ed. Chart. II. [886.] Foës. I. 210. 211. Ed. Lind. I. (580. 581.)

[886] Ὑδατῶδες δὲ καὶ λευκὸν διατελέως ἐν χρονίοισι δύσκριτον γίνεται καὶ οὐκ ἀσφαλές.

Νεφέλαι δὲ ἐν οὔροισι λευκαὶ μὲν καὶ κάτω λυσιτελέες. ἐρυθραὶ δὲ καὶ μέλαιναι καὶ πελιαὶ δύσκολοι.

Κινδυνώδες τῶν οὔρων ἐστὶ τὸ χολῶδες, μὴ ὑπέρυθρον, ἐν τοῖσιν ὀξέσι, καὶ τὸ κριμνῶδες λευκὰς ἔχον ὑποστάσιας, καὶ τὸ ποικίλον χροιῇ καὶ ὑποστάσει, καὶ μάλιστα τοῖσιν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ῥευματισμοῖσι. κινδυνώδες δὲ καὶ τὸ ἐκ μέλανος μεθιστάμενον ἐς λεπτὸν χολῶδες, καὶ τὸ ἐξ ὑποστάσιος διασπώμενον, καὶ τὸ ἐκ τροφιώδεος ὑπόστασιν ἴσχον ὑποπέλιον, ἰλυώδεα. || ἆρα ἐκ τοιούτων ὑποχόνδριον ὀδυνῶνται; δοκέω δεξιόν. ἢ καὶ χολώδεες γί(581)νονται, καὶ τὰ παρ' οὖς ὀδυνώδεες. τούτοισιν ἐπὶ βραχὺ κοιλίη καταῤῥαγεῖσα ὀλέθριον.

Οὖρα ἐξαίφνης παραλόγως ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα φλαῦρα, καὶ ὅλως τὸ παραλόγως πέπον ἐν ὀξεῖ φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἐξέρυθρον ἐκ τούτων ἐπάνθισμα ἰῶδες κατεχόμενον.

Diluta vero et alba in diuturnis morbis perseverans difficilem et non ſecuram judicationem facit.

In urinis nubeculae, albae quidem et quae infimum locum tenent, utiles ſunt, rubrae vero, nigrae ac lividae, moleſtiam exhibent.

In praecipitibus morbis periculum denunciat urina bilioſa, neque aliquantulum rubra, et quae hordei toſti non exacte moliti craſſioribus fruſtulis ſimilia habet ſedimenta, alba, et quae colore ac ſedimento variat, praecipueque in iis quae ex capite fiunt defluxionibus. Perniciem etiam prae ſe fert quae ex nigra in bilioſam tenuem tranſit, et quae ſedimentum habet divulſum, quaeque ex his quae denſata per urinam feruntur, quod ſubſidet habet aliquantulum liveſcens et limoſum. Ac fortaſſe ex his quidem praecordia dextra dolor occupat, aut ex virore palleſcunt, aut abſceſſus ad aures cum dolore excitantur. In his paulo poſt effuſa alvus periculum denunciat.

Urinae derepente praeter rationem parum concoctae vitioſae ſunt. Ac in totum quae in morbo acuto urina praeter rationem cocta eſt, vitium denotat. In his quoque malo

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [886.] Foël. I. 211. 212. 213. Ed. Lind. I. (581.)
λευκὸν δὲ καὶ καταχεόμενον διαφανὲς οὖρον πονηρόν. μάλιστα ἐν φρενιτικοῖσιν ἐπιφαίνεται. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ μετὰ ποτὸν ταχέως διουρούμενον, καὶ μάλιστα πλευριτικοῖσι καὶ περιπλευμονικοῖσι. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ πρὸ ῥίγους ἐλαιώδες οὐρούμενον. πονηρὸν δ' ἐν τοῖσιν ὀξέσι καὶ τὰ χλοιώδεα μὴ ἐπὶ χροιῇ ἐόντα.

|| Ὀλέθριον δ' ἐστὶν τῶν οὔρων τό τε μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχον καὶ τὸ μέλαν. μᾶλλον δ' ἐν τοῖσι παισὶ τὸ λεπτὸν τοῦ παχέος. τοῖσι δὲ λεπτοῖσι τὸ ἀνάπαλιν τοῖσι συντεσταλμένοις, καὶ τὸ χαλαζῶδες γονοειδὲς διαχεόμενον. τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπίπονον. ὀλέθριον δ' ἐστὶ καὶ πᾶν τὸ λαθραίως οὐρούμενον. περιπλευμονικοῖσι δ' ἐστὶν ὀλέθριον καὶ τὸ ἐν ἀρχῇ μὲν πέπον, μετὰ δὲ τὴν τετράδα λεπτυνόμενον.

|| Πλευριτικοῖσιν οὖρον αἱματῶδες, ζοφῶδες, μεθ' ὑποστάσιος ποικίλης, ἀδιακρίτου, θανάσιμον ἐν δ' καὶ ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ὡς ἐπιτοπολύ. Θανάσιμον δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλευριτικοῖσι

est praerubra efflorescentia contenta atque aeruginosa. Alba vero effusa et perspicua urina mala est, praecipue in phreniticis apparens. Mala quoque quae post potionem celeriter mejitur, praesertimque in lateris doloribus et pulmonis inflammationibus. Mala etiam quae ante rigorem oleosa redditur. Malae quoque et in acutis morbis, et quae ex viridi pallescunt, nec in colore perstiunt.

Perniciem vero indicat urina in qua nigrum est quod subsidet, et quae nigra est. In pueris etiam tenuis potius quam crassa. (In tenuibus autem contra quam in commutatis urinis accidit.) Et quae grandinem refert et geniturae similis effunditur, itemque dolorem exhibet. Pernicios quoque est quaecunque insscio aegro redditur. At in pulmonum inflammationibus periculum indicat, quae initio coctionem habet, verum post quartum diem tenuis evadit.

In laterum doloribus urina cruenta, obscura, cum eo quod subsidet vario et indiscreto, ut plurimum in quatuordecim diebus mortem adfert. Laterum quoque dolore affectis in propinquo mortem esse significat, quae viridis nigrum

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [886.] Foës. I. 215. Ed. Lind. I. (581. 582.)

συντόμως, καὶ τὸ πρασοειδὲς μέλαιναν ἔχον ὑπόστασιν, ἢ πιτυρώδεα. καυσώδεσι δὲ κατόχως κάκιστον οὖρον ἐστὶ τὸ ἔκλευκον.

Οὖρον δὲ ὠμὸν πλεῖον χρόνον γινόμενον, τῶν ἄλλων σωτηρίων ἐόντων, ἀπόστασιν καὶ πόνον σημαίνει, καὶ μᾶλλον ἐν τοῖσιν ὑπὸ φρένα. ἀλγημάτων δὲ ἐν ὀσφύϊ (582) πλανωμένων, ἐς ἰσχίον καὶ ἐν πυρετῷ, καὶ ἄτερ πυρετοῦ. τὸ δὲ ἐκπεμπόμενον λίπος ἴσχον οὖρον ὑπόστασιν σημαίνει πυρετόν· τὸ δὲ αἱματῶδες ἐν ἀρχῇ οὐρηθὲν χρόνιον. τὸ δ' ἀνατεταραγμένον μεθ' ἱδρῶτος ὑποτροπήν. τὸ δὲ λευκὸν οἷον τῶν ὑποζυγίων κεφαλαλγίην. τὸ δ' ὑμενῶδες σπασμόν. τὸ δὲ πτυαλώδεας ἔχον ὑποστάσιας οὖρον, ἢ ἰλυώδεας, ῥίγεος δηλωτικόν. τὸ δὲ ἀραχνιῶδες συντήξιος. τὰ δ' ἐν πλανώδεσι πυρετοῖσι μέλανα νεφέλια τεταρταίου. τὰ δ' ἄχροα μέλασιν ἐνεωρεύμενα μετὰ ἀγρυπνίης καὶ ταραχῆς φρενιτικά. τὰ δὲ κονιώδεα μετὰ δυσπνοίης ὑδατώδεα.

habet ſedimentum, aut furfuribus ſimile. Febri vero ardente cum alto ſtupore, quem catochum dicunt, detentis, ex albida urina peſſima eſt.

Urina cruda, quae ſic diu perſeverat, ut reliqua ſigna ſalutaria ſint, abſceſſum et dolorem praecipueque infra ſeptum transverſum denunciat. Doloribus vero ad lumbos oberrantibus, ad coxam, idque in febre et ſine febre. At quae emittitur urina, in qua quod ſubſidet pinguedinem habet, febrem ſignificat, cruenta vero circa initia reddita morbi diuturnitatem. Returbida quoque cum ſudore morbi reverſionem. Alba autem qualis in veterino genere redditur, capitis dolorem: membranoſa convulſionem. Quae vero ſputo ſimilia habet ſedimenta, aut limoſa, rigorem denunciat, quae araneorum telis ſimilia quaedam habet, colliquationem. At in errantibus febribus nigrae nubeculae quartanam denunciant, decolores autem urinae ſuſpenſa quaedam in medio nigra habentes, cum pervigilio et perturbatione, phrenitidem, cineritiae vero cum ſpirandi difficultate, aquam inter cutem.

Ed. Chart. VIII. [886. 887.] Foës. I. 214. 215. Ed. Lind. I. (582. 583.)

|| *Οὖρον ὑδατῶδες ἢ τεταραγμένον ψαφερῇ τρηχύτητι, κοιλίην ὑγρὴν ἐσομένην σημαίνει. τὸ δὲ ἔκλεπτον οὖρον δασυνόμενον ἅρα ἱδρῶτα μέλλοντα δηλοῖ, γεγενημένον δὲ ἀφρῶδες ἐφ' αὑτὸ ἐφιστάμενον.*

[887] *Τὰ δ' ἐν τριταίοισι μετὰ φρίκης οἷα νεφέλια μέλανα φρίκης ἀκαταστάτου δηλωτικά. καὶ ὑμενώδεες οὐρήσιες, καὶ αἱ μετὰ φρίκης ὑφιστάμεναι σπασμώδεες.*

|| *Οὖρον χρηστὴν ἔχον ὑπόστασιν, ἐξαπίνης μὴ ἔχον, πόνον καὶ μεταβολὴν σημαίνει. τὸ δὲ ὑπόστασιν ἔχον, ἐπιταραχθὲν καθιστάμενον, ῥῖγος περὶ κρίσιν. τάχα δὲ καὶ ἐς τριταῖον ἢ τεταρταῖον μετάστασιν.*

Ἐν πλευριτικοῖσιν οὖρον, ὑπέρυθρον ἔχον λείην ὑπόστασιν ἀσφαλέα κρίσιν σημαίνει, τὸ δ' ὑπόχλωρον εὐανθὲς, λευκὴν ἔχον ὑπόστασιν καὶ ταχεῖαν. τὸ δὲ ἐρυθρὸν σφόδρα καὶ εὐανθὲς, ὑπόστασιν χλωρὴν ἔχον λείην, εἰ(583)λικρινέα, πολυχρόνιον, σφόδρα ταραχώδεα νοῦσον μεταβάλλουσαν ἐς ἄλλην,

Urina diluta aut arenida et facile diſſolubili aſperitate returbata, liquidam ſore alvum denunciant. Quae vero admodum tenuis ſpiſſa evadit, fortaſſe erupturum ſudorem indicat, jam autem erupiſſe, quae ſpumam in ſeipſam inſidentem habet.

In tertianis cum horrore nubeculis nigris ſimilia, inconſtantem horrorem indicat. Membranoſae quoque mictiones, et quae cum horrore ſubſidunt, convulſiones praedicunt.

Urina in qua quod ſubſidet bonum eſt, et derepente evaneſcit, dolorem ac mutationem denunciat. At quae ſedimentum habet, returbida, reſidens, rigorem circa judicationem, forte etiam et in tertianam aut quartanam tranſitum.

Laterum dolore affectis urina aliquantulum rubra, laevem habens ſubſidentiam, ſecuram judicationem praenunciat. Quae vero aliquantulum pallida, bene florulenta eſt, et albam habet ſubſidentiam, celerem quoque. At quae admodum rubra et bene florulenta, ſedimentum pallidum, laeve ac purum habet, diuturnum valdeque turbulentum morbum ſore et in alium tranſiturum, non tamen perniciоſum. Alba vero, diluta, hordei toſti non exacte moliti craſſioribus

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [887.] Foës. I. 215. 216. Ed. Lind. I. (583.)

οὐ μὴν ὀλέθριον. τὸ δὲ λευκὸν ὑδατῶδες κριμνώδεα πυρρὴν ἔχον ὑπόστασιν πόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει. καὶ τὸ χλωρὸν πυρρὴν ἔχον ὑπόστασιν κριμνώδεα χρόνον καὶ κίνδυνον σημαίνει.

Οὖρα τοῖσι παρ' ὦτα ταχὺ καὶ ἐπ' ὀλίγον πεπαινόμενα φλαῦρον. καὶ τὸ κατεψῦχθαι ὧδε πονηρόν.

Κύστις ἀποληφθεῖσα, ἄλλως τε καὶ μετὰ κεφαλαλγίης, ἔχει τι σπασμῶδες. τὰ ναρκώδεα ἐν τοιούτοισιν ἐκλυόμενα δύσκολα, ὀλέθρια. ἆρά τι καὶ παρακρούουσι;

Νεφρῶν ἐξαπίναιον ἄλγημα, μετὰ οὔρου ἐπισχέσιος, λιθιδίων οὔρησιν ἢ παχέων οὔρων σημαίνει.

Τρομώδεα πρεσβυτέροισιν ἐν πυρετῷ, καὶ οὕτως ἐπιφαινόμενα λιθίδιά που διουρέει.

Οὔρου ἀπόληψις καὶ βάρος ἐν νειαίρῃ σημαίνει ὡς τὰ πολλὰ στραγγουρίην ἐσομένην. εἰ δὲ μὴ ἄλλην, ἀῤῥωστίην ἣν εἴωθεν ἀῤῥωστεῖν.

|| Ἐν χολώδεσιν οὔρου ἀπόληψις κτείνει συντόμως.

fruſtulis ſimile habens ſedimentum, ſulvum, dolorem et periculum denunciat. At quae pallida, ſulvum habet ſedimentum, hordei toſti non exacte moliti craſſioribus fruſtulis ſimile, diuturnitatem ac periculum indicat.

In his quae circa aures abſcedunt, urinae quae celeriter et parvo tempore concoquuntur, damno ſunt. Quin et perfrigerari itidem malum eſt.

Veſica intercepta maximeque cum capitis dolore convulſionem quandam minatur. Quae in his cum torporis ſenſu exolvuntur, moleſtiam, non perniciem afferunt. Ac forte etiam aliquantulum deſipiunt.

Derepente obortus renum dolor cum urinae ſuppreſſione, calculorum aut urinae craſſae mictionem indicat.

Tremores ſenioribus in febre contingunt, atque ubi apparent, calculi fortaſſe per urinas excluduntur.

Urina intercepta et ad imum ventrem pondus ut plurimum futurum urinae ſtillicidium denunciat: ſin minus, alium aliquem morbum ex conſuetudine affligentem.

In biliofis urina intercepta mortem brevi affore ſignificat.

Ed. Chart. VIII. [887.] Foës. I. 216. Ed. Lind. I. (583. 584.)

Οὖρον ἐν πυρετῷ δάσος ἔχον διασπώμενον, ὑποτροπικόν, ἢ ἱδρῶδες.

Ἐν μακροῖσι πυρετοῖσι, λεπτοῖσι, πλανώδεσι, λεπτῶν οὔρων οὐρήσιες μηκύνουσι.

Ἐν πυρετῷ ἄλλοτε ἀλλοίων οὐρήσιες μηκύνουσι.

Τὰ οὐρούμενα μὴ ὑπομνησάντων, ἄλλως δὲ ὀλέθρια, ἆρα τούτοισιν οὐρεῖται οἷον εἰ τὴν (584) ὑπόστασιν ταράξειας.

Οἷσιν οὖρα ὀλίγα, θρομβώδεα, οὐκ ἀπυρέτοις, πλῆθος ἐκ τούτων ἐλθὸν λεπτὸν ὠφελεῖ. ἔρχεται δὲ τοιούτοις ἐξ ἀρχῆς, ἢ διὰ ταχέων ὑπόστασιν ἔχει.

Οἷσιν οὖρα ταχέως ὑπόστασιν ἴσχει ταχέως οὗτοι κρίνονται.

Ἐπιληπτικοῖς οὖρα λεπτὰ καὶ ἄπεπτα παρὰ τὸ ἔθος ἄνευ πλησμονῆς ἐπίληψιν σημαίνει, ἄλλως τε κἢν τις ἐς ἀκρώμιον, ἢ τράχηλον, ἢ μετάφρενον πόνος, ἢ σπασμὸς ἐμπεπτώκῃ, ἢ νάρκη περιγίνηται τοῦ σώματος, ἢ ταραχῶδες ἐνύπνιον ἑωράκῃ.

Febricitanti urina denſitatem habens divulſam morbi reverſionem aut ſudorem portendit.

In febribus longis, parvis, vagis, tenuium urinarum ejectiones lienis affectionem denunciant.

In febre variarum interdum urinarum mictiones morbum producunt.

Urinae quae non ſentientibus effluunt, alias perniciem denunciant. Animadvertendum num tales his reddantur quales fiunt ubi ſubſidentiam conturbaveris.

Quibus urinae paucae, grumoſae, non ſine febre, ſi ab iis tenues et copioſae prodierint, juvat. Talibus autem circa initia procedunt, aut non multo poſt ſedimentum habent.

Quibus in urinis cito aliquid ſubſidet, hi brevi judicantur.

Urinae praeter conſuetudinem tenues et crudae, absque repletione, in morbo comitiali obnoxiis, morbi inſultum denunciant, idque praecipue ſi in ſummum humerum, aut cervicem aut dorſum dolor aut convulſio indicat, aut torpor totum corpus occupet, aut turbulentum inſomnium viſum fuerit.

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 564 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [887. 888.] Foës. I. 216. 217. Ed. Lind. I. (584.)

Τὸ μικρὰ ἐπιφαίνεσθαι, οἷον στάξιας, καὶ οὖρον, καὶ ἔμετον, καὶ διαχωρήματα κακὸν μὲν πάντως, κάκιστον δὲ ἐγγὺς ἀλλήλων ἰόντα.

Διαχώρημα κοιλίης βέλτιστον μαλθακὸν, συνεστηκὸς, ὑπόπυῤῥον, μὴ σφόδρα δυσῶδες, διαχωρέον τὴν εἰθισμένην ὥρην. πλῆθος δὲ πρὸς λόγον τῶν εἰσιόντων. παχυνέσθω δὲ πρὸς τὴν κρίσιν. χρήσιμον δὲ καὶ ἕλμινθας στρογγύλας διεξιέναι, πρὸς κρίσιν προσάγον.

‖ Ἐν ὀξέσι τὸ ἀφρῶδες, περίχολον διαχώρημα κακόν. κακὸν δὲ καὶ τὸ ἔκλευκον. ἔτι δὲ καὶ κάκιον τὸ ἀλητοειδὲς, κοπριῶδες. κάρος ἐπὶ τούτοισι κακὸν, καὶ αἱματώδης διαχώρησις, καὶ κενεαγγίη παράλογος.

Κοιλίης ἀπόληψις μικρὴ, μέλανα, σπυραθώδεα, πρὸς ἀνάγκην χαλῶσα, μυκτὴρ τούτοισι ῥηγνύμενος κακόν.

Ἰλίσχιον ἄκρητον, ἢ λευκὸν διαχώρημα φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ἅλις ἐζυμωμένον, ὑποφλεγματῶδες, πονηρὸν δὲ

Quae parva copia apparent, velut ſtillae ſanguinis, urinae, vomitiones et dejectiones malam quidem penitus denunciant, peſſimum vero ſi exiguis intervallis ſeſe conſequantur.

Alvi recrementum optimum eſt molle, conſtans, aliquatenus ſulvum, nec admodum graveolens, eoque tempore quo per ſecundam valetudinem dejici ſolet, excretum, copia vero ingeſtis cibis reſpondens. Craſſum autem fieri oportet in judicationem eunte morbo. Utile quoque quod lumbricos teretes ad judicationem exire cogit.

In praecipitibus malis ſpumans et circumbilioſum alvi recrementum malo eſt. Malum quoque et exacte candicans. Adhuc vero deterius farinae molitiae inſtar et ſtercoroſum. Praeter haec ſopor malo eſt et cruenta alvi dejectio, ac immoderata vaſorum inanitio.

Ubi alvus modice intercepta, nigra ſtercoribus caprarum ſimilia, nec niſi coacta demittit, hoc caſu naſus erumpens, malo eſt.

Alvi recrementum glutinoſum, ſincerum, aut album, in vitio eſt. Vitioſum quoque quod abunde fermentatum eſt,

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [888.] Foes. I. 217. 218. Ed. Lind. I. (584. 585.)
καὶ ἐκ τροφιωδέων ὑπό(585)στασις ὑποπέλιος, πυώδης μετὰ χολώδεος.

Αἷμα λαμπρὸν διαχωρέειν κακόν, ἄλλως τε κἢν τις ὀδύνη παρῇ.

Τὸ ἀφρῶδες περίχολον διαχώρημα φλαῦρον, καὶ ἰκτεροῦνται δὲ ἐκ τοιούτων.

Ἐπὶ τοῖσι χολώδεσι τὸ ἀφρῶδες ἐπάνθισμα κακόν. μάλιστα δὲ ὁσφῦν πεπονηκότι καὶ παρενεχθέντι. ἆρα δὲ τούτοισι τὰ ἀλγήματα;

|| Λεπτὸν ὄπαφρον διαχώρημα ὑδατόχλοον ἴσχον ὑπόστασιν πονηρόν. πονηρὸν δὲ καὶ τὸ πυῶδες, καὶ τὸ μέλαν αἱματῶδες πονηρὸν σὺν πυρετῷ, καὶ ἄλλως καὶ τὸ ποικίλον κατακορὲς διαχώρημα φλαῦρον. καὶ χεῖρον ὅσῳ φορερώτερον τῇ χροιῇ, πλὴν ἐν φαρμακείῃσιν. ἐν δὲ ταύτῃσιν ἀκίνδυνον μὴ πλήθει ὑπερβάλλον, καὶ τὸ ψαφερὸν μαλθακὸν ἐν πυρετῷ διαχώρημα. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ ξηρὸν, ψαθαρὸν, ὄχλοον, καὶ

et aliquantulum pituitoſum. Pravum etiam cum ex his quae denſata feruntur, quod ſubſidet aliquantulum liveſcit, purulentum ac bilioſum eſt.

Sangui ſplendidus alvo per ſeceſſum rejectus malo eſt, praeſertimque ſi dolor aliquis adſit.

Spumans et bile obductum alvi recrementum vitio eſt. Quin et inde morbus regius contrahitur.

In bilioſis dejectionibus ſpumoſa efflorescentia malo eſt, iis vero praecipue quos antea lumborum dolor aut deſipientia vexarit. Forteque etiam dolores iis adſunt.

Tenue alvi excrementum et ſpumans, in quo quod ſubſidet aqueum eſt et ex pallido vireſcens, malo eſt, malum quoque purulentum. Nigrum etiam cruentum malum cum febre atque alias. Vitioſum quoque varium abunde coloratum alvi excrementum, eoque deterius quo colore formidandum magis, praeterquam in medicamenti potione. Tunc namque periculo vacat, copia non exuperans. Friabilis quoque mollis in febre alvi ſeceſſus vitio eſt. Vitioſus quoque ſiccus, qui facile diſſolvitur, nec cohaeret, decolor,

Ed. Chart. VIII. [888.] Foës. I. 218. Ed. Lind. I. (585. 586.)

ἄλλως καὶ ἢν κοιλίην καθυγραίνῃ. μελάνων δὲ προδιελθόντων κτείνει.

Ὑγρὸν διαχώρημα καὶ ἀθρόον κατὰ μικρὸν κακόν. τὸ μὲν γὰρ κακὸν καὶ ἀγρυπνίην, τὸ δὲ ἔκλυσιν τάχ' ἂν ποιήσῃ.

Ἔνυγρον ὑποψάφαρον διαχώρημα περιψυχόμενον μὴ ὀπύρῳ φλαῦρον. τὰ ἐπὶ τούτοισι ῥίγεα κύστιν καὶ κοιλίην ἐπιλαμβάνει. ὑδατῶδες δὲ σφόδρα διαχώρημα μὴ παυόμενον ἐν ὀξέσι κακόν. καὶ μᾶλλον εἰ καὶ ἀδιψήσει.

Ἐξέρυθρον ἐν περιπλύσει διαχώρημα φλαῦρον. φλαῦρον δὲ καὶ τὸ σφόδρα χλωρὸν, ἢ λευκὸν, ἢ ἀφρῶδες, ἢ ὑδαρές, καὶ τὸ μικρόν τε καὶ γλίσχρον, καὶ λεῖον καὶ ὑπόχλωρον κακόν. καὶ τὸ κω(586)ματώδεσι νεωθρευμένοισιν ὑγρὸν διαχώρημα κάκιστον. θανατῶδες δὲ καὶ αἱμορῥοεῖν αἱματῶδες πολὺ θρομβῶδες, λευκόν τε καὶ ὑγρὸν μετὰ κοιλίης μετεώρου.

Διαχώρημα μέλαν οἷον αἷμα καὶ σὺν πυρετῷ καὶ ἄνευ

idque praecipue ſi alvum humectet, lethalis vero, ſi nigra antea prodierint.

Liquidum alvi recrementum et brevibus intervallis cumulatum malo eſt. Partim namque vitium et inſomniam, partim vero exolutionem pariet.

Perliquidum et aliquantulum friabile alvi recrementum, cum ſummi totius corporis perfrictione, non ſine febre, vitioſum eſt. Rigores praeterea veſicam et alvum corripiunt. Valde vero aquoſa dejectio in praecipitibus malis non deſinens malo eſt, atque eo magis ſi ſitis vacuitatem fecerit.

Praerubrum in alvi proluvie excrementum vitio eſt. Vitioſum etiam admodum ex viridi palleſcens, aut albicans, aut ſpumans, aut aquoſum. Item malum eſt quoque exiguum, glutinoſum, laeve et ex viridi ſubpallidum. Peſſima quoque dejectio liquida in ſopore et torpore detentis. Lethale vero eſt etiam multum ſanguinem grumoſum ex alvo effluere, itemque candidum et liquidum excrementum cum alvi tumore.

Alvi excrementum nigrum velut ſanguis et cum febre

Ed. Chart. VIII. [888. 889.] Foës. I. 218. 219. Ed. Lind. I. (586.) πυρετοῦ πονηρόν. πονηρὸν δὲ καὶ πάντα τὰ ποικίλα, καὶ τὰ κατακορέα πονηρά.

Τὰ ἐς ἀφρώδεα ἄκρητα τελευτῶντα διαχωρήματα παροξυντικὰ μὲν πᾶσι, τοῖσι δὲ σπασμώδεσι καὶ πάνυ. ἐκ τοιούτων τὰ παρ' οὓς ἀνίστανται. τὰ δὲ ἐξυγραινόμενα καὶ πάλιν συνιστάμενα ἄκρητα, κοπρώδεα, μῆκος νούσου σημαίνει· τὸ δὲ ἐξέρυθρον ἐν πυρετῷ παρα[889]κοπήν. τὸ δὲ λευκὸν ||κοπρῶδες ἰκτέρῳ δύσκολον. τὸ δὲ ὑγρὸν ἐν τῷ τεθεῖναι λαβὸν ἔρευθος.

Αἱμορῤῥαγέσι γλίσχρον διαχώρημα μέλασι διαποίκιλον, κακόηθες, μάλιστα δὲ ἐκλεύκοις.

Ἔκλευκον διαχώρημα ἐν πυρετῷ οὐκ εὐκρινές.

Κοιλίη ταραχώδης σμικρῇσι πυκνῇσιν ἀναστάσεσι σιηγόνας ἐκτείνει. λύει δὲ καὶ ἐπὶ προσώπου γενόμενα ἐρυθήματα.

Κοπρώδης μετὰ τόνου διαχώρησις κοιλίης πονηρίην σημαίνει. φλεγματώδης δὲ ὀξέως μετὰ καρδιωγμοῦ δυσεντερίην.

et ſine febre malo eſt. Mala item quaecunque varia, et quae bile abunde ſunt ſaturata.

Alvi recrementa quae in ſpumoſa et ſincera deſinunt, omnibus quidem ingraveſcentis mali ſignificationem praebent, convulſione vero tentatis vel maxime. In hujusmodi caſibus ad aures tubercula oriri ſolent. At quae perliquida ac rurſus conſiſtentia, ſincera, ſtercoracea, morbi longitudinem denunciant, praerubrum vero in febre, delirium. Candicans autem ſtercoroſum in morbo regio moleſtiam exhibet, ac liquidum etiam, ubi reſederit ruborem adeptum.

Sanguinem effundentibus glutinoſum alvi recrementum, maculis nigris diſtinctum, malignitatem denotat, praecipueque in exalbidis.

Exacte candicans alvi recrementum in febre nullam bonam judicationem denunciat.

Alvus perturbata cum frequenti deſidenti labore maxillas intendit, rubores etiam faciei ſolvit.

Stercoracea alvi egeſtio cum tenſione alvum male affectam denunciat. Pituitoſa vero repente cum oris ventriculi dolore, inteſtinorum difficultatem, et fortaſſe etiam

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [889.] Foës. I. 219. Ed. Lind. I. (586. 587.)

τάχυ δὲ καὶ ὀσφυαλγίην. τοῖσι τοιούτοισι κοιλίης περίστασις πρὸς ἀνάγκην ὑγρὰ χαλῶσα τάχιον κυλλομένη, ἔχει τι σπασμῶδες. τὸ ἐπιῤῥιγοῦν τούτοισιν ὀλέθριον.

Οἶσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδροῦσι ψυχροῖς.

Οἶσι κοιλίη κατ' ἀρχὰς ταράσσεται, τὰ δὲ οὖρα μικρὰ, προαγόντων κοιλίη μὲν (587) ξηραίνεται, τὸ δ' οὖρον πληθύει λεπτὸν, τούτοισιν ἀποστάσιες ἐς ἄρθρα.

Αἱ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ῥιγώδεες. καὶ οἷς φλαῦρον διαχώρημα, δυσκολώτατον τεταρταίοισιν ἀρχόμενον.

Αἱ πυκναὶ κατὰ μικρὰ ἀναστάσιες ὑπόγλισχροι, ἔχουσαι μικρὰ κοπρώδεα, μεθ' ὑποχονδρίου καὶ πλευροῦ ἀλγήματος, ἰκτερώδεες. ὧρα ἐπιστάντων οὗτοι ἐκχλοιοῦνται. οἷμαι δὲ καὶ αἱμορῥοεῖν τούτους. τὰ δ' ἐς ὀσφῦν ἀλγήματα ἐν τούτοισιν αἱμορῥοοῦσιν αἷμα διαχωρέει λαμπρόν. μετὰ κάρου καὶ κεφαλαλγίης τὸ ἐπιχλιαίνεσθαι ὀλέθριον.

lumborum dolorem. In talibus alvus circumtenſa, ex neceſſitate liquida demittens, celeriter intumeſcens, quandam convulſionis ſignificationem prae ſe fert. In his novus ſubinde rigor periculum creat.

Quibus nigra per alvum ſecedunt, ii tenuibus et frigidis ſudoribus diffluunt.

Quibus circa initia alvus turbatur, urinae autem paucae ſunt, temporis progreſſu alvus quidem reſiccatur, urina vero tenuis abundat, his abſceſſus ad articulos fiunt.

Frequentes deſidendi labores rigorem adferunt, et quibus alvi recrementum vitioſum eſt, id maximam moleſtiam exhibet, ſi quarto die initium fecerit.

Frequentes et ex parvis intervallis deſidendi labores, aliquantulum glutinoſa excernentes, cum paucis ſtercoraceis, praecordiorum et lateris dolore, morbum regium praenunciant. Animadvertendum autem num ex iſtorum ſuppreſſione ii virore pallescant. Eos vero etiam exiſtimo ſanguinem profundere. Hos quoque lumborum dolores affligunt, et his ſanguinem profundentibus, ſanguis ſplendidus prodit. Cum ſopore et capitis dolore ſubinde incalescere perniciem denunciat.

Ed. Chart. VIII. [889.] Foës. I. 220. Ed. Lind. I. (586.)

|| Τὰ γλίσχρα, χολώδεα μᾶλλόν τι τὰς ἀποστάσιας παρ' οὓς ποιέει.

Ὅσα κοιλίης καθυγραινομένης οἰδήματα μετεωρίζεται μετὰ ἀλγημάτων κακόν. κοιλίης δ' ἐπιστάσης, ἄλλου δέ τινος μὴ νεωτερισθέντος, ταχέως καταῤῥήγνυνται, καὶ κακοηθέστερον, τὰ ἐμοίμενα ἐπὶ τούτοισι πονηρὰ καὶ θηριώδεα.

Οἷσιν ἐπὶ φλογώδεσι καὶ ἐξερύθροις λυομένοις, δυσῶδες, λάβρον, ὑπέρυθρον, ἐλπὶς ἐκμανῆναι.

Ὁ αὐχμώδης χρὼς σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην. ἐπὶ τούτοισιν ἐξέρυθρα σαρκόπυα μάλιστα δίεισιν.

Ἐπὶ κοιλίην χολώδη μαλθακὴν, κοπρώδη, καύματα ἐπιφανέντα, παρ' οὓς ἔπαρμα ποιέει.

Χολώδεα διαχωρήματα κώφωσις παύει. κώφωσιν δὲ παύει χολῶδες διαχώρημα.

Τὰ ἑρπητικὰ ὑπεράνω βουβῶνος πρὸς κενεῶνα καὶ ἥβην γινόμενα, σημαίνει κοιλίην πονηρευομένην.

Glutinoſae, bilioſae dejectiones magis quodammodo abſceſſus juxta aures excitant.

Tumores humescente alvo ſublati in altum cum doloribus, malo ſunt, alvo vero ſuppreſſa, dum ne quid aliud innovetur, celeriter rumpuntur et maligniores ſunt. In his vomitus pravi et maligni.

Quibus faciei incendium et intenſus rubor ſolvitur et graveolens eſt alvi egeſtio, redundans et ſubrubra, in his inſaniae metus eſt.

Cutis corporis ſquallida et plus aequo ſicca male affectae alvi index eſt. In his praerubrae carunculae purulentae fere ex alvo prodeunt.

In bilioſa alvo, molli, ſtercoracea egerente, apparentes aeſtus tumorem ad aures excitant.

Bilioſas alvi dejectiones ſurditas et ſurditatem bilioſa alvi dejectio ſedat.

Serpentia ulcera ſupra inguina ad laterum inanitatem et pubem enata male affectam alvum denunciant.

©BIUM

Ed. Chart. VIII [889. 890.] Foës. I. 220. 221. Ed. Lind. I. (587. 588.)

Ἔκλυσις ὀδύνην λύουσα κοιλίην (588) μάλα καθυγραίνει.

Τὰ καθ' ἕδρην ὀδυνώδεα ἐκπυήματα κοιλίην ἐπιταράσσει.

Θανατώδεά ἐστι τῶν διαχωρημάτων τὸ λιπαρὸν, καὶ τὸ μέλαν, καὶ τὸ πελιὸν μετὰ δυσωδίης, καὶ τὸ χολῶδες ἔχον ἐν ἑωυτῷ φακῶν ἢ ἐρεβίνθων ἐρίγμασι παραπλήσια, ἢ οἷον [890] θρόμβους αἵματος εὐανθεῖς, κατὰ τὴν ὀδμὴν ὅμοιον τῷ τῶν νηπίων, καὶ τὸ ποικίλον, τὸ δ' αὐτὸ καὶ χρόνιον. γίνοιτο δ' ἂν τοιοῦτον αἱματῶδες, ξυσματῶδες, χολῶδες, μέλαν, πρασοειδὲς, καὶ ὁμοῦ καὶ ἐναλλάξ. Θανατῶδες δὲ καὶ πᾶν ἐστὶ τὸ ἀναισθήτως διεξιόν.

|| Ποτὸν χαλεπῶς καταβρογχίζοντι πνεύματι βηχώδει, ἐρευγμὸς ὑποσπώμενος, εἴσω κατειλούμενος, σημαίνει πόνον κοιλίης. πονηρὸν δὲ καὶ ἐξέρυθρα ἰώδεα τεταρταίοισι, καὶ αἱ τοιαῦται αἱμόῤῥοιαι κωματώδεες. ἐκ τούτων σπασμῷ τελευτῶσι, μελάνων προδιελθόντων.

Οἷσι μέλανα διαχωρέει, ἐφιδροῦσι ψυχροῖς.

Virium exolutio dolorem ſolvens alvum maxime humectam reddit.

Quae circa ſedem cum dolore ſuppurant, alvum conturbant.

Exitialis eſt dejectio pinguis et nigra, ac livida cum odoris gravitate, itemque bilioſa ſimile quiddam lentium aut cicerum lomento continens, aut veluti bene florulentos ſanguinis grumos, et infantium egeſtionem odore referens, ac varia, eademque diu perſeverans. Talis etiam fuerit cruenta, ſtrigmentoſa, bilioſa, nigra, viridis, et ſimul et per vices excreta. Exitialis quoque quaecunque prodeundo ſenſum aegri fallit.

Potum aegre deglutienti cum ſpiritu tuſſiculoſo, eructatio quodammodo revulſa, intro convoluta, ventris dolorem denunciat. Vitioſae etiam ſunt praerubrae dejectiones, aeruginoſae quarto die apparentes, ac ejusmodi ſanguinis profluvia ſoporem inducunt. In his caſibus ex convulſione moriuntur, nigris ante prodeuntibus.

Quibus nigra per alvum ſecedunt, ii tenuibus et frigidis ſudoribus diffluunt.

Ed. Chart. VIII. [890.] Foës. I. 221. Ed. Lind. I. (588.)

Αἱ ἐξαίφνης παράλογοι ἐκλύσιες κοιλίης, ἐν τοῖσι τετηκόσι χρονίοισιν, ἅμα ἀφωνίῃ τρομώδει ὀλέθριοι.

Αἱ λεπταὶ μελάνων διαχωρήσιες αἱ φρικώδεες βελτίους τοῖσι τοιούτοισιν. αἱ τοιαῦται ὠφελοῦσι μάλιστα κατὰ τὴν ἡλικίην ἣ προακμάζουσι.

Πᾶσι τὰ κνησμώδεα μελάνων διαχώρησιν σημαίνει, καὶ ἔμετον θρομβώδεα. καὶ τρομώδεα σὺν δηγμῷ μετὰ κεφαλαλγίης. τὰ μέλανα διαχωρήματα πρὸ τῶν τοιούτων ἔμετος διέρχεται, καὶ ἐμέσασι συχνὰ τοιαῦτα προσκατασπᾶται.

Οἵσι δὲ ἐπὶ ταραχῆς κοιλίης παροξύνεται περὶ κρίσιν, κάτω μέλανα διέρχεται.

Ἐπὶ κοιλίῃ μακρῇ ἐμετώδεσι, χολώδεσιν, ἀποσίτοις, ἰδρὼς πολὺς μετὰ ἀδυναμίης ἐξαπίνης κτείνει.

Ἐν φαρμακείῃσιν ἐν περιῤῥῷ λεπτὸν συχνῶς αἷμα ἐκτηκόμενον φλαῦρον.

Τὰ κατὰ κοιλίην σκληρύσματα μετὰ πόνου, πυρετοῖσιν

In iis qui longo tempore conſumpti ſunt, temerariae et qui praeter rationem ſiniunt alvi exolutiones, una cum vocis defectione tremula, perniciem denunciant.

Tenues nigrorum dejectiones horrorem inducentes in talibus meliores. Tales praecipue juvant aetatem quae vigorem antecedit.

Pruritus omnibus nigrorum ſeceſſum denunciant et grumos vomitione reſuſos. Tremulae etiam affectiones cum morſu ac capitis dolore nigras dejectiones praedicunt. Tales vero praecedit vomitus, et ubi vomuerint, talia multa praeterea revelluntur.

Quibus autem cum alvi perturbatione ſub judicationem morbus ingraveſcit, iis nigra per alvum prodeunt.

Ex diuturno ventris affectu, vomentibus, biliosis, cibum averſantibus, copioſus ſudor obortus cum repentina virium impotentia lethalis.

In medicamentorum purgantium uſu et circumfluo humorum affluxu, ſanguis tenuis frequenter eliquatus vitio eſt.

Alvi durities cum dolore, una cum febribus horroris

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [890.] Foës. I. 221. 222. Ed. Lind. I. (588. 589.)
Ἅμα φρικώδεσιν, ἀποσιτοις, σμικρὰ ἐφυγραινομένης ἐς κάθαρσιν κοιλίης, οὐ τὰ ἐς ἐμπύησιν.

||Ἅμα πυρετῷ κοιλίη ταραχώδης τρόπον ἁλμυρώδεα, κωματώδεσι νωθροῖς οὐ πάνυ παρέπεται.

Ἐπὶ (589) κοιλίῃ ὑγρῇ, κοπιώδει, κεφαλαλγικῷ, διψώδει, ἄγρυπνοι, ἐξερύθρῳ χρώματι λυομένους ἐλπὶς ἐκμανῆναι, ἢν δύσπνοοι ἔωσι. πρὸς τὸ ἐκχλοιοῦσθαι εὔπνοον, σινόν τε κοιλίης ἐπεισελθούσης.

Τὰ καιματώδεα διαχωρήματα τόνον ἴσχοντα κοιλίην πονηρευομένην σημαίνει.

Τοῖσι χολώδεσι κοιλίη ταραχώδης, μικρὰ πυκνὰ διαδιδοῦσα, τονώδεα μικροῖσι μυξώδεσι, πόνον περὶ τὸ λεπτὸν ποιέουσι, καὶ οὖρον οὐκ εὐλύπως ἰὸν, ἐς ὕδρωπα ἐκ τοιούτων ἀποτελευτᾷ.

Αἱ τρομώδεες γλῶσσαι σημεῖον ἐνίοισι κοιλίης καταῤῥαγησομένης.

Οἷσι καῦμα γίνεται, ἐφιδροῦσι δὲ ἐλθόντων, πυρετὸς παροξύνεται.

ſenſu inſignibus, ac cibi faſtidio laborantibus, paulum humectata ad purgationem alvo, ad ſuppurationem non tendit.

Alvus perturbata ſalſuginoſa demittens, una cum febre non admodum ſopore et torpore oppreſſos conſequitur.

Ubi alvus humecta eſt, aegri laſſitudine, capitis dolore, ſiti, inſomnia torquentur, in praerubro colore liberatis inſaniam metuere oportet, ſi ſpirandi difficultas adfuerit. Quos etiam ex virore palleſcentes facilis ſpiratio juvat, alvo ſubinde prorumpente.

Aeſtuoſae dejectiones et cum contentione procedentes male affectam alvum praenunciant.

In bilioſis perturbata alvus, pauca crebro reddens et cum paucis mucoſis diſtenſionem facientia, oborto circa tenue inteſtinum dolore, nec facile prodeunte urina, ex his caſibus in aquam intercutem tendit.

Lingua tremula nonnullis prorupturae alvi ſignificationem praebet.

Qui aeſtum ſentiunt et progreſſis dejectionibus tenuibus ſudoribus diffluunt, iis febris ingraveſcit.

Ed. Chart. VIII. [890.] Foës. I. 222. Ed. Lind. I. (589.)

Ἐπὶ κοιλίῃσιν ὑγρῇσι κατάψυξις μεθ' ἱδρῶτος φλαῦρον.

Ἐπὶ κοιλίῃσιν ὑγρῇσι τὰ ἀπὸ οὐλῶν αἵματα ἐπιῤῥυέντα θανατῶδες.

Διαχώρημα καθαρὸν ἐπιγενόμενον λύει πυρετὸν ὀξὺν μεθ' ἱδρῶτος.

In humecta alvo perfrictio cum ſudore vitioſa.

Humeſcente alvo ſanguis ex gingivis effluens lethalis.

Alvi recrementum purum ſuccedens febrem acutam ſolvit cum ſudore.

©BIUM

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ.

Ed. Chart. III. [91. 99.] [Foës. I. 224. Ed. Lind. I. (263.)

Ὅστις μὲν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης προσωτέρω ἢ ὁκόσον αὐτέης ἐς ἰητρικὴν ἀφίκει, τουτέῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὅδε ὁ λόγος ἀκούειν. οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι οὔτε πῦρ οὔτε ὕδωρ οὔτε γῆν οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ὅ τι μὴ φανερόν ἐστιν ἓν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώτῳ, ἀλλὰ τοῖσι βουλομένοισι ταῦτα λέγειν παρίημι. [99] δοκέουσι δέ μοι οὐκ ὀρθῶς γινώσκειν οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες. γνώμῃ μὲν γὰρ τῇ αὐτέῃ πάντες χρέονται, λέγουσι δὲ οὐ ταὐτὰ,

HIPPOCRATIS DE NATVRA HOMINIS LIBER.

Qui de natura humana ſupra quam ad medicam facultatem attinet differentes audire conſuevit, huic certe minime eſt accommodata haec oratio. Neque enim in totum aerem hominem eſſe dixerim, neque ignem, neque aquam, neque terram, neque aliud quicquam, cum minime appareat unum in homine eſſe. Verum iis qui haec volent dicere, permitto. Nec vero qui talia affirmant, recte mihi ſentire videntur. Si quidem cum eadem omnes ſentiant, eadem tamen non

Ed. Chart. III. [99.] Foës. I. 224. Ed. Lind. I. (263. 264.)

ἀλλὰ τῆς μὲν γνώμης τὸν (264) ἐπίλογον τὸν αὐτὸν ποιέονται· φασὶ γὰρ ἓν τι εἶναι ὅ τι ἔστι καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ ἓν τε καὶ τὸ πᾶν, κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα οὐχ ὁμολογέουσι. λέγει δ' αὐτέων ὁ μέν τις φάσκων ἠέρα τοῦτο εἶναι τὸ ἓν τε καὶ τὸ πᾶν, ὁ δὲ πῦρ, ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν, καὶ ἐπιλέγει ἕκαστος τῷ ἑωυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε καὶ τεκμήρια ἃ γε ἔστιν οὐδέν. ὅτι μὲν γὰρ τῇ αὐτέῃ γνώμῃ πάντες προσχρέονται, λέγουσι δ' οὐ τὰ αὐτά, δῆλον ὅτι οὐδὲ γινώσκουσιν αὐτά. γνοίη δ' ἂν τῷδέ τις μάλιστα παραγενόμενος αὐτέοισιν ἀντιλέγουσι. πρὸς γὰρ ἀλλήλους ἀντιλέγοντες οἱ αὐτοὶ ἄνδρες τῶν αὐτέων ἐναντίον ἀκροατέων οὐδέποτε τρὶς ἐφεξῆς ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος περιγίνεται ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ, ἀλλὰ ποτὲ μὲν οὗτος ἐπικρατέει, ποτὲ δὲ οὗτος, ποτὲ δὲ ᾧ ἂν τύχῃ μάλιστα ἡ γλῶσσα ῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον. καί τοι δίκαιόν ἐστι τὸν φάντα ὀρθῶς γινώσκειν ἀμφὶ τῶν πραγμάτων παρέχειν αἰεὶ ἐπικρατοῦντα τὸν λόγον τὸν ἑωυτοῦ, εἴ περ ἐόντα γινώσκει καὶ ὀρθῶς ἀποφαίνεται. ἀλλ' ἐμοί γε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι ἄνθρωποι σφᾶς αὐτοὺς καταβάλλειν ἐν τοῖσιν ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτέων ὑπὸ ἀσυνεσίης, τὸν δὲ Με-

dicunt, ſed ſententiae ſuae eandem ratiocinationem adferunt. Ajunt enim unum quid eſſe quodcunque eſt et id ipſum tum unum eſſe tum univerſum, nominibus autem minime conſentiunt. Hic ſiquidem hoc unum et univerſum aërem eſſe aſſerit, alius ignem, ille aquam, alius terram. Tum unusquisque ſuam orationem teſtimoniis et indiciis confirmat quae nullius ſunt momenti. Quod enim eadem omnes ſentiunt, neque eadem dicunt, ex eo patet quod neque ea intelligunt. Idque vel ex eo maxime quis cognoverit, ſi eorum contentionibus interfuerit. Nam cum iidem inter ſe contendant coram iisdem auditoribus, nunquam in diſputando idem ter ordine ſuperior exiſtit, ſed modo hic vincit, modo ille, interdumque is cui potiſſimum volubilis lingua et ad popularem auram accommodata contigerit. Quanquam par eſt eum qui recte ſe de rebus ſentire profitetur ut ſemper in diſputatione ſuperiorem ſe praeſtet, ſi quidem de iis quae ſunt recte exiſtimat atque pronunciat. Sed ii quidem, ut mihi videtur, ſuis ipſorum quibus in differendo utuntur

©BIUM

Ed. Chart. III. [99. 101.] Foës. I. 224. 225. Ed. Lind. I. (265. 266.)
λίσσου λόγον ὀρθοῦν. περὶ μὲν οὖν τουτέων ἀρκεῖ μοι τὰ εἰρημένα. [101] τῶν δὲ ἰητρῶν οἱ μέν τινες λέγουσιν ὡς ὁ ἄνθρωπος αἷμα μοῦνόν ἐστιν, οἱ δ' αὐτέων χολὴν φασὶν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἔνιοι δέ τινες φλέγμα, ἐπίλογον δὲ ποιεῦνται καὶ αὐτοὶ πάντες τὸν αὐτόν· ἓν γάρ τι εἶναι φασὶν ὅ τι ἕκαστος ἠθέλησεν ὀνομάσαι αὐτέων. καὶ τοῦτο ἓν ἐὸν μεταλλάσσειν τὴν ἰδέην καὶ τὴν δύναμιν, (265) ἀναγκαζόμενον ὑπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, καὶ γίνεσθαι καὶ γλυκὺ καὶ πικρὸν καὶ λευκὸν καὶ μέλαν καὶ παντοῖον τι ἄλλο. ἐμοὶ δὲ οὐδὲ ταῦτα δοκέει ὧδε ἔχειν. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τοιαῦτά τινα καὶ ἔτι ἐγγύτατα τουτέων ἀποφαίνονται. ἐγὼ δὲ φημὶ εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν. || οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑπ' ὅτου ἀλγήσειεν ἓν ἐόν. εἰ οὖν καὶ ἀλγήσει, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι. νυνὶ δὲ πολλά. πολλὰ γάρ εἰσιν ἐν τῷ σώματι ἐόντα, ἃ ὁκόταν ὑπ' ἀλλήλων παρὰ φύσιν θερμαίνηταί τε καὶ ψύχηται, καὶ ξηραίνηταί τε καὶ ὑγραίνηται, νούσους τίκτει. ὥστε πολλαὶ μὲν ἰδέαι τῶν νουσημάτων, πολλὴ δὲ καὶ ἡ ἴησις αὐτέων ἐστίν. ἀξιῶ δὲ ἔγωγε τὸν φάσκοντα αἷμα εἶναι

verbis ſe ipſi prae imprudentia oppugnant, Meliſſi vero ſententiam reſtituunt. Ac de his quidem hactenus. At vero ex medicis hi quidem hominem ſanguinem ſolum, alii bilem, quidam etiam pituitam eſſe affirmant. Atque ii omnes eandem afferunt ratiocinationem. Unum enim eſſe quid affirmant quod eorum quisque appellare voluerit, atque id unum cum ſit a calido et frigido coactum, formam ac facultatem mutare, dulceque et amarum et album et nigrum vel aliud quidvis fieri. At haec aliter mihi ſe habere videntur. Plurimi igitur talia quaedam atque amplius his proxima pronunciant. Ego autem ſic ſentio, quod ſi homo unum eſſet, neutiquam doleret. Neque enim eſſet, cum unum exiſtat, a quo doleat. Quod ſi etiam doleat, neceſſe eſt et quod medetur unum eſſe. At nunc plura habentur, ſi quidem multa inſunt in corpore, quae cum mutuo inter ſe praeter naturam caleſcunt et refrigerantur, ſiccanturque et humectantur, morbos pariunt. Ex quo multae quidem ſunt morborum formae et multiplex quoque eorum curatio exiſtit. At mea quidem ſen-

Ed. Chart. III. [101.] Foës. I. 225. Ed. Lind. I. (265. 266.)
μοῦνον τὸν ἄνθρωπον καὶ ἄλλο μηδὲν δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μηδὲ γίνεσθαι παντοῖον, ἀλλ' ἢ ὥρην τινα τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἐνεὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γὰρ εἶναι μίαν τινὰ ὥρην ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ ἓν ἐόν. τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος φλέγμα εἶναι καὶ περὶ τοῦ χολὴν φάσκοντος. ἐγὼ μὲν γὰρ ἀποδείξω ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, καὶ κατὰ τὸν νόμον καὶ κατὰ τὴν φύσιν, εἰ ταῦτα ἐόντα ὅμοια, καὶ νέου ἐόντος καὶ γέροντος, καὶ τῆς ὥρης ἐούσης καὶ ψυχρῆς καὶ θερμῆς, καὶ τεκμήρια παρέξω καὶ ἀνάγκας ἀποφανῶ δι' ἃς ἕκαστον αὔξεταί τε καὶ φθίνει ἐν τῷ σώματι. πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγκη τὴν γένεσιν γίνεσθαι μὴ ἀφ' ἑνός. πῶς γὰρ ἕν γ' ἐὸν (266) τὶ γεννήσειεν, εἰ μή τινι μιχθείη; ἔπειτα οὐδὲ, ἂν μὴ ὁμόφυλα ἐόντα μίσγηται, καὶ τὴν αὐτὴν ἔχοντα δύναμιν γεννᾷ, οὐδ' ἂν ταῦτα ἡμῖν συντελέοιτο. καὶ πάλιν εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ μετρίως πρὸς ἄλληλα ἔξει καὶ ἴσως, ἀλλὰ θάτερον θατέρου

tentia, qui hominem ſanguinem ſolum, nihilque aliud eſſe affirmat et neque eum formam mutare, neque omne genus mutationum ſubire, oſtendere deberet. Sed vel tempus anni aliquod, vel hominis aetatem dare, qua ſanguis ſolus in homine ineſſe appareat. Conſentaneum namque rationi videtur ut unum aliquod tempus ſit, quo id ipſum per ſe unum exiſtere appareat. Eademque cenſeo de eo etiam qui pituitam et de eo qui bilem eſſe aſſeverat. Nam et ego quaecunque hominem eſſe dixero, ea et pro lege et pro rerum natura tam in juvene quam ſene, tum tempore tam calido quam frigido, ſemper ſimilia ineſſe demonſtrabo. Tum indicia etiam proferam et cauſas aperiam ex quibus neceſſario unumquodque in corpore auctionem et imminutionem accipit. Primum quidem igitur generationem non ab uno fieri neceſſe eſt. Quonam enim pacto unum cum exiſtat, aliquid generabit, niſi cum aliquo miſceatur? Deinde niſi ejusdem generis ſint quae miſcentur, eandemque facultatem obtineant, neque generent, neque ſimilia nobis efficiantur. Ac rurſus niſi calidum cum frigido et ſiccum cum humido mode-

©BIUM

Ed. Chart. III. [106. 107.] Foës. I. 225. Ed. Lind. I. (266.)

πολὺ προέξει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. [107] ὥστε πῶς εἰκὸς ἀπὸ ἑνός τι γεννηθῆναι; ὅτε γε οὐδ' ἀπὸ τῶν πλειόνων γεννᾶται, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τῆς κρήσιος πρὸς ἄλληλα. ἀνάγκη τοίνυν τῆς φύσιος τοιαύτης ὑπαρχούσης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἕκαστον τῶν ξυμβαλλομένων ἐς τὴν γένεσιν ἔχειν τινὰ δύναμιν ἐν τῷ σώματι, οἵην περ ξυνεβάλλετο. καὶ πάλιν γε ἀνάγκη ἀποχωρέειν εἰς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἕκαστον, τελευτῶντος ἀνθρώπου, τό τε ὑγρὸν πρὸς τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν. τοιαύτη δὲ καὶ τῶν ζώων ἐστὶν ἡ φύσις καὶ τῶν ἄλλων πάντων, γίνεταί τε ὁμοίως πάντα καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα. ξυνίσταται γὰρ αὐτέων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν προειρημένων πάντων, καὶ τελευτᾷ κατὰ τὰ εἰρημένα, εἰς τὸ τωυτὸ ὅθεν περ ξύνεστη ἕκαστον, ἐνταῦθα οὖν καὶ ἀπεχώρησε. τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν

rate et aequabiliter inter ſe reſpondeant, ſed alterum altero et valentius imbecilliore longe excellat, nulla generatio futura eſt. Quocirca quomodo rationi conſentaneum fuerit ut quid ab uno generetur, cum ne a pluribus quidem generetur, niſi probe mutua inter ſe temperie conveniant? Cum igitur ejusmodi ſit natura [cum reliquorum omnium tum hominis, non unum eſſe hominem neceſſe eſt, ſed eorum unumquodque quae ad generationem conferunt, talem in corpore vim qualem contulit obtinere. Rurſus cum homo interit, ſingula in ſuam naturam ſecedere neceſſe eſt, humidum nempe ad humidum, ſiccum ad ſiccum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum. Talis autem tum animantium tum reliquarum omnium rerum eſt natura, oriunturque ſimiliter omnia et ſimiliter occidunt. Eorum enim natura ex praedictis omnibus conſtat et ut praedictum eſt deſinit, in id ipſum unde conflatum eſt unumquodque, eodem etiam ſe recipiens. Hominis autem corpus in ſe ſanguinem et pituitam et bilem duplicem, flavam nempe et nigram,

Ed. Chart. III. [107. 112.] Foës. I. 225. 226. Ed. Lind. I. (266. 267.)
διττὴν, ἤγουν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. καὶ ταῦτ' ἐστὶν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος καὶ διὰ ταῦτα ἀλγέει καὶ ὑγιαίνει. ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, (267) ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος καὶ δυνάμιος καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ· ἀλγέει δὲ, ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ἢ πλεῖον εἴη, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι καὶ μὴ κεκρημένον ᾖ τοῖσι ξύμπασιν. [112] ἀνάγκη γὰρ, ὁκόταν τι τουτέων χωρισθῇ καὶ ἐφ' ἑαυτῷ στῇ, ἔνθέν τε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερὸν γίνεται, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἐπιχυθῇ, ὑπερπιμπλάμενον ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. καὶ γὰρ ὅταν τι τουτέων ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ πλεῖον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις. ἢν ταῦτα πάλιν ποιήσηται εἴσω τὴν κένωσιν καὶ τὴν μετάστασιν καὶ τὴν ἀπόκρισιν || ἀπὸ τῶν ἄλλων, πολλὴ αὐτέῳ ἀνάγκη διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθέν τε ἐξέστη καὶ ἔνθα ὑπερέβαλλεν. εἶπον δὴ ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφαίνειν ἀεὶ ταῦτα ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν. φημὶ δὴ εἶναι αἷμα καὶ φλέγμα καὶ χολὴν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. καὶ τουτέων πρῶτον μὲν κατὰ τὸν νόμον τὰ

continet, ex quibus corporis ipsius natura constat: et per haec dolet et sanum est. Sanum quidem vel maxime, cum haec moderatam inter se tum facultate tum copia temperationem habuerint, idque praesertim, si permixta fuerint. Dolet autem, ubi horum quicquam vel minus, vel copiosius fuerit, aut in corpore separatum, nec reliquis omnibus contemperatum. Cum enim horum aliquid secesserit et per se constiterit, necesse est non solum locum ex quo excessit morbo tentari, sed eum etiam in quem nimia copia influxerit dolore et labore vexari. Nam si quid horum amplius quam redundantia requirat extra corpus effluat, evacuatio ipsa dolorem exhibet. Sin contra intro vacuationem et transitionem ac ab aliis secretionem fecerit, duplicem sane dolorem, velut dictum est, ut concitet necesse est, et unde excessit et ubi redundat. At sane cum dixerim quaecunque hominem esse affirmaro, ea me semper talia esse et pro instituto et pro natura, demonstraturum. Iccirco affero sanguinem esse et pituitam et bilem tum flavam tum ni-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 580 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. III. [112.] Foës. I. 226. Ed. Lind. I. (267. 268.)

ὀνόματα διωρίσθαι φημὶ καὶ οὐδενὶ αὐτέων τωυτὸ οὔνομα εἶναι· ἔπειτα τὰς ἰδέας κατὰ φύσιν κεχωρίσθαι καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐδὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτα ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσορώμενα οὔτε τῇ χειρὶ ψαύοντι ὁμοίως δοκέει εἶναι; οὔτε γὰρ (268) θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν οὔτε ψυχρὰ οὔτε ξηρὰ οὔτε ὑγρά. ἀνάγκη τοίνυν ὅτι τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τήν τε ἰδέην καὶ τὴν δύναμιν μὴ ἓν αὐτὰ εἶναι, εἴ περ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ταὐτόν ἐστι. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε ὅτι οὐχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτέων ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν ἑωυτέου. ἢν γάρ τινι δίδως ἀνθρώπῳ φάρμακον ὅ τι φλέγμα ἄγει, ἐμέεταί σοι φλέγμα· καὶ ἢν δίδως φάρμακον ὅ τι χολὴν ἄγει, ἐμέεταί σοι χολήν. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν δίδως φάρμακον ὅ τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. καὶ ἢν τρώσῃς αὐτέῳ τοῦ σώματος μέρος τι, ὥστε τραῦμα γένεσθαι, ῥυήσεται αὐτέῳ αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει σοι πάντα πᾶσαν ἡμέρην καὶ νύκτα

gram. Atque horum quidem primum nomina inſtituto diſtincta eſſe aſſevero, nullique ipſorum idem eſſe nomen inditum. Deinde natura formas diſcrepare, nullamque pituitam ſimilem eſſe ſanguini, neque bilem ſanguini, neque pituitae bilem. Quaenam enim eorum inter ſe ſimilitudo eſſe poſſit, quae neque colore ad viſum, neque ad manus contactum ſimilia eſſe videntur, cum neque conſimiliter calida, neque frigida, neque ſicca, neque humida exiſtant? Itaque cum tantum inter ſe tum forma tum facultate differant, ea non unum eſſe neceſſe eſt, ſi quidem neque ignis et aqua idem ſunt. Ex his autem tibi conſtabit, quod haec omnia unum non ſint, ſed ſuam quodque ipſorum facultatem et naturam obtineat. Si enim alicui medicamentum exhibueris quod pituitam educat, pituitam tibi vomitione reddet, et ſi medicamentum quod bilem ducat exhibeas, bilem tibi evomet. Eadem quoque ratione atram bilem purgat medicamentum quod dederis atram bilem ducens. Quod ſi aliqua corporis parte ſauciata vulnus accipias, ſanguis inde effluet. Atque haec omnia tibi uſuvenient ſemper tam interdiu quam no-

©BIUM

Ed. Chart. III. [112. 116.] Foël. I. 226. Ed. Lind. I. (268. 269.)
καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος, μέχρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν εἰς ἑωυτὸν καὶ πάλιν μεθιέναι, δυνατὸς δὲ ἔσται, ἔστ' ἂν τινὸς τουτέων στερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων. ξυγγέγονε δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. πῶς γὰρ οὐ ξυγγέγονε; πρῶτον μὲν φανερόν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωυτῷ ταῦτα πάντα ἀεὶ ἕως ἂν ζῇ. ἔπειτα γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου ταῦτα πάντα ἔχοντος. ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ ταῦτα πάντα ἔχοντι ὁκόσα ἔγωγε νῦν φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι. [116] οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἓν ἐστιν ἄνθρωπος δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι, ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὰ φάρμακα καὶ ἀπολλυμένους ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι, (269) τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς δέ τινας φλέγμα, τοῦτο ἕκαστον αὐτέων ἐνόμισαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅ τι καθαιρόμενον εἶδον αὐτὸν ἀποθανόντα. καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι τὸν ἄνθρωπον τῇ αὐτέῃ γνώμῃ χρέονται, ὁρέοντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώπους καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τοῦ σώματος, τοῦτο νομίζουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ μαρτυρίοισι τουτέοισι πάντες χρέονται ἐν τοῖσι

ctu et hieme quam aeſtate, quoad ſpiritum ad ſe trahere viciſſimque reddere valebit. Valebit autem donec aliquo ex his, quae illi ſunt connata, privatus fuerit. Sunt autem quae diximus connata. Qua enim ratione connata non ſint? cum primum quidem haec omnia homo quoad vita fruitur, ſemper in ſe manifeſte contineat. Deinde ex homine natus ſit haec omnia obtinente. Poſtea in homine nutritus ſit, iſta omnia quae nunc quidem aſſevero et demonſtro habente. Qui vero unum eſſe hominem aſſerunt, ii mihi in hanc opinionem veniſſe videntur, quod ex iis qui epotis medicamentis per nimias purgationes interiiſſent, hos quidem bilem, illos pituitam evomere conſpicati, horum unumquodque hominem eſſe exiſtimarunt, in cujus purgatione eum morientem viderunt. Eadem etiam ratione nituntur qui ſanguinem eſſe hominem aſſeverant, cum jugulatis hominibus manantem ex corpore ſanguinem conſpicati, eum hominis animum eſſe exiſtimant, hisque argumentis omnes inter differendum utuntur. Quamquam pri-

©BIUM

Ed. Chart. III. [116.] Foës. I. 226. 227. Ed. Lind. I. (269. 270.)

λόγοισι. καὶ τοι πρῶτον μὲν ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσιν οὐθείς πω ἀπέθανε χολὴν μόνον καθαρθείς· ἀλλ' ὁκόταν τὶς πίῃ φάρμακον ὅ τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἐμέσει· ἔπειτα δὲ φλέγμα· ἔπειτα δὲ ἐπὶ τῇ χολῇ ἐμέουσι χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενοι· τελευτῶντες δὲ καὶ αἷμα ἐμέουσι καθαρόν. τὰ αὐτὰ δὲ πάσχουσι καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων. πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν· ἔπειτα χολὴν ξανθήν· ἔπειτα μέλαιναν· τελευτῶντες δὲ αἷμα καθαρὸν, καὶ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσιν· τὸ γὰρ φάρμακον ὁκόταν ἐσέλθῃ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει ὃ ἂν αὐτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων· ἔπειτα δὲ καὶ τἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει, ὥσπερ τὰ φυόμενά τε καὶ σπειρόμενα, ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ, ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ καὶ πικρὸν καὶ ἁλμυρὸν καὶ παντοῖον. πρῶτον μὲν οὖν πλεῖ(270)στον τουτέου εἵλκυσεν εἰς ἑωυτὸ ὅ τι ἂν ᾖ ἑωυτέῳ κατὰ φύσιν· ἔπειτα δὲ ἕλκει καὶ τἄλλα. τοιοῦτον δέ τι καὶ τὰ || φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι. ὁκόσα ἂν

mum quidem in immodicis purgationibus, ſola evacuata bile nullus unquam mortuus eſt. Verum epoto medicamento quod bilem ducat, primum ſane quis bilem vomitione refundet, mox etiam pituitam, deinde quoque praeter bilem, atram bilem, idque per vim, ſub mortem vero ſanguinem etiam purum evomit. Idem quoque contingit ex medicamentis pituitam ducentibus. Primum enim pituitam evomunt, mox bilem flavam, deinde atram, ſub exitum vero purum ſanguinem, ſub eoque moriuntur. Etenim cum medicamentum corpus ſubierit, primum quidem quodcunque ſibi ex omnibus quae in corpore inſunt, ſecundum naturam maxime familiare fuerit, educit, deinde vero reliqua etiam trahit et purgat, non aliter quam quae ex terra oriuntur et in eam conferuntur, ubi terram ſubierint, eorum quodque trahit quod ſuae naturae accommodatum in terra ineſt. Eſt autem et acidum et amarum et dulce et ſalſum et cujusque modi. Imprimis igitur ex eo plurimum quod ſuae naturae accommodatum fuerit ad ſe allicit, tum etiam reliqua attrahit. Tale quiddam etiam medicamenta in corpore faciunt. Quae enim

Ed. Chart. III. [116.] Foës. I. 227. Ed. Lind. I. (270.)
χολὴν ἄγῃ πρῶτον ἀκρητεστάτην ἐκάθηρε χολήν· ἔπειτα δὲ μεμιγμένην. καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει· ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. καὶ τοῖσιν ἀποσφαζομένοισι πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥέει, θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον· ἔπειτα δὲ ῥέει φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον. αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τὸ μὲν φλέγμα χειμῶνος. τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων. ψυχρότατον γάρ ἐστι. τεκμήρια δὲ τουτέων ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον· εἰ ἐθέλεις ψαῦσαι φλέγματος καὶ χολῆς καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐὸν καί τοι γλισχρότατόν ἐστι καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν. ὁκόσα δὲ βίῃ ἔρχεται θερμότερα γίνεται, ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης· ἀλλ' ὅμως καὶ πρὸς πάντα ταῦτα ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος γνοίης ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε καὶ ἀπομύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος, καὶ τὰ οἰδήματα λευκότατα γίνεται μάλιστα

bilem educunt, primum meraciſſimam quidem bilem purgant, deinde mixtam. Itemque quae pituitam reſpiciunt medicamenta, primum quidem eam meraciſſimam educunt, poſt etiam mixtam. Et in jugulatis primum quidem ſanguis tum calidiſſimus tum maxime ruber, mox vero magis pituitoſus magisque bilioſus profluit. Per hiemen vero augetur in homine pituita, cum ea ex omnibus quae in corpore inſunt, ad hiemis naturam maxime accedat, quod ſit frigidiſſima. Cujus rei haec ſunt indicia, pituitam eſſe frigidiſſimam, quod ſi pituitam et bilem et ſanguinem attingere voles, pituitam frigidiſſimam eſſe comperies. Quae quamvis eſt lentiſſima, nec niſi ſumma vi, ſecundum atram bilem, educitur, quae vero per vim veniunt, ea per violentiam compulſa calidiora redduntur, nihilominus tamen prae his omnibus pituita ſuapte natura frigidiſſima eſſe conſpicitur. Quod autem hieme corpus pituita repleatur, hinc conſtat, quod per hiemem homines maxime pituitoſa tum expuunt tum emungunt, hocque anni tempore praecipue tumores laxi et albi,

©BIUM

Ed. Chart. III. [116. 119.] Foës. I. 227. Ed. Lind. I. (270. 271.)
ταύτην τὴν ὥρην καὶ τἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα. [119]
τοῦ δὲ ἦρος τὸ φλέγμα ἔστι μὲν ἰσχυρότερον ἐν τῷ σώματι
καὶ τὸ αἷμα αὔξεται· τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει καὶ τὰ ὕδατα
ἐπιγίνεται. τὸ δὲ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται ὑπό (271) τε τῶν
ὄμβρων καὶ τῶν θερμημεριῶν. κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέων ταῦτα
ἐστὶ μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ. ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν.
γνοίης δ' ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος
μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται καὶ ἐκ τῶν ῥινέων
αἷμα ῥεῖ αὐτέοισι. καὶ θερμότατοι εἰσὶ καὶ ἐρυθροί. τοῦ δὲ
θέρεος τό τε αἷμα ἰσχύει ἔτι καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι
καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ τὸ
μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται, ἐναντίον γὰρ αὐτέου τὸ φθινόπωρον
τῇ φύσει ἐστίν, ἡ δὲ χολὴ τὴν θερίην κατέχει τὸ σῶμα καὶ τὸ
φθινόπωρον. γνοίης δ' ἂν τοῖσδε· οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι
ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι
χολωδέστερα καθαίρονται. δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι καὶ
τοῖσι χρώμασι τῶν ἀνθρώπων. τὸ δὲ φλέγμα τῆς θερίης ἀσθε-
νέστατόν ἐστιν αὐτὸ ἑωυτοῦ. ἐναντίη γὰρ αὐτέου ἐστὶ τῇ φύσει

οἰδήματα dicti, et reliqui morbi pituitoſi oriuntur. At vere adhuc quidem in corpore viget pituita, ſed ſanguis increſcit, quod et frigora remittant et imbres ſuccedant. Tuncque ſanguis augetur tum ex imbribus tum ex dierum calore. Eorum enim naturae id anni tempus, cum ſit calidum et humidum, maxime reſpondet. Quod hinc cognoſcas, quod homines verno aeſtivoque tempore potiſſimum inteſtinorum difficultatibus corripiantur, iisque ſanguis ex naribus profluat et ſint maxime calidi et rubicundi. Aeſtate vero ſanguis adhuc viget et bilis in corpore attollitur et in autumnum protenditur. At per autumnum modicus quidem ſanguis gignitur, quod illius naturae autumnus advcrſetur. Bilis autem aeſtate et autumno in corpore obtinet. Quod his indiciis cognoſcas, cum hac tempeſtate homines ſua ſponte bilem evomant et per medicamentorum potiones bilioſa repurgentur. Id quoque ex febribus et hominum coloribus patet. At pituita aeſtate longe imbecillior eſt, quod ea tempeſtate ob ſiccitatem et calidi-

Ed. Chart. III. [119. 121.] Foës. I. 227. Ed. Lind. I. (271. 272.)
ἡ ὥρη. ξηρή τε γάρ ἐστι καὶ θερμή. τὸ δὲ αἷμα τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ· ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φθινόπωρον καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ τοῦ φθινοπώρου πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστίν. [121] ὁκόταν δὲ ὁ χειμὼν καταλαμβάνῃ, ἥ τε χολὴ ψυχομένη ὀλίγη γίνεται καὶ τὸ φλέγμα αὔξεται πάλιν ἀπό τε τῶν ὑετῶν τοῦ πλήθεος καὶ ὑπὸ τοῦ μήκεος τῶν νυκτῶν. ἔχει μὲν οὖν ταῦτα πάντα αἰεὶ τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου, ὑπὸ δὲ τῆς περιϊσταμένης ὥρης ποτὲ μὲν πλείω γίνεται σφῶν αὐτὰ ἑωυτέων, ποτὲ δὲ ἐλάσσω ἕκαστα κατὰ μέρος καὶ κατὰ φύσιν. (272) ὥσπερ ὁ ἐνιαυτὸς μετέχει μὲν πᾶς πάντων καὶ τῶν θερμῶν καὶ τῶν ψυχρῶν καὶ τῶν ξηρῶν καὶ τῶν ὑγρῶν· οὐ γὰρ ἂν μείνειεν τουτέων οὐδὲν οὐδένα χρόνον ἄνευ πάντων τῶν ἐνεόντων ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ, ἀλλ' εἰ ἔν τι ἐκλίποι, πάντ' ἂν ἀφανισθείη. ἀπὸ γὰρ τῆς αὐτέης ἀνάγκης πάντα ξυνέστηκέ τε καὶ τρέφεται ὑπ' ἀλλήλων. οὕτω δὲ καὶ εἴ τι ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκλίποι τουτέων τῶν ξυγγεγονότων, οὐκ ἂν δύναιτο ζῆν ὁ ἄνθρωπος. ἰσχύει δὲ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ τοτὲ μὲν ὀχειμὼν μάλιστα, τοτὲ δὲ τὸ

tatem ejus naturae adverſetur. Per autumnum vero ſanguis pauciſſimus in homine gignitur, ſiquidem ſiccus eſt autumnus et hominem jam refrigerare incipit. Bilis autem atra autumno tum plurima tum vehementiſſima eſt. At ineunte hieme bilis perfrigerata pauca gignitur et pituita rurſus augetur, tum ob pluviarum copiam tum noctium longitudinem. Haec igitur omnia perpetuo hominis corpus obtinet, ſed pro circunſtantis anni temporis ratione, ſingula tum pro parte tum pro natura modo inter ſe augentur, modo etiam imminuuntur. Ut annus omnis omnium quidem et calidorum et frigidorum et ſiccorum et humidorum eſt particeps, neque enim eorum quicquam ne minimo quidem tempore ſine omnibus quae in mundo exiſtunt, perduraverit, verum ſi unum quodpiam deficiat, omnia aboleantur, cum ex eadem neceſſitate conſiſtant omnia et alantur invicem. Ita ſi quid ex his quae in homine ſunt connata defecerit, is utique vivere nequeat. In anno autem modo hiems maxime viget, modo ver, nunc

©BIUM

Ed. Chart. III. [121. 126.] Foës. I. 227. 228. Ed. Lind. I. (272. 273.) ἔαρ, τοτὲ δὲ τὸ θέρος, τοτὲ δὲ τὸ φθινόπωρον. || οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ τοτὲ μὲν τὸ φλέγμα ἰσχύει, τοτὲ δὲ τὸ αἷμα, τοτὲ δὲ ἡ χολὴ πρῶτον μὲν ἡ ξανθὴ, ἔπειτα δ' ἡ μέλαινα καλεομένη. μαρτύριον δὲ σαφέστερον, εἰ ἐθέλεις τῷ αὐτέῳ ἀνθρώπῳ δοῦναι τὸ αὐτὸ φάρμακον τετράκις τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἐμέεταί σοι τοῦ μὲν χειμῶνος φλεγματωδέστατα, τοῦ δὲ ἦρος ὑγρότατα, τοῦ δὲ θέρεος χολωδέστατα, τοῦ δὲ φθινοπώρου μελάντατα. ὀφείλει οὖν τουτέων ὧδε ἐχόντων, ὁκόσα μὲν τῶν νοσημάτων τοῦ χειμῶνος αἴξεται θέρεος λήγειν, ὁκόσα δὲ θέρεος αὔξεται χειμῶνος λήγειν, ὁκόσα μὴ αὐτέων ἐν περιόδῳ ἡμερέων ἀπαλλύσσεται. τὴν δὲ περίοδον αὖθις φράσω τὴν τῶν ἡμερέων. ὁκόσα δὲ ἦρος γίνεται νουσήματα, προσδέχεσθαι χρὴ φθινοπώρου τὴν ἀπαλλαγήν. ὁκόσα δὲ φθινοπωρινὰ νουσήματα, τουτέων τοῦ ἦρος ἀνάγκη τὴν ἀπάλλαξιν γενέσθαι. ὅ τι δ' ἂν τὰς ὥρας ταύτας ὑπερβάλλῃ νόσημα, εἰδέναι χρὴ ὡς ἐνιαύσιον (273) αὐτὸ ἐσόμενον. [126] καὶ τὸν ἰητρὸν οὕτω χρὴ ἰῆσθαι τὰ νοσήματα, ὡς ἑκάστου τουτέων ἰσχύοντος ἐν τῷ σώματι κατὰ τὴν ὥρην τὴν ἑωυτῷ κατὰ φύσιν οὖσαν μάλιστα. εἰδέναι

etiam aeſtas, nunc autumnus. Sic quoque in homine modo quidem pituita invaleſcit, modo ſanguis, interdum etiam bilis, primum quidem flava, mox quoque atra appellata. Cujus rei evidentius eſt argumentum, quod ſi eidem homini idem medicamentum quater in anno exhibere voles, hieme quidem maxime pituitoſa tibi evomet, vere autem valde humida, aeſtate admodum bilioſa et autumno nigerrima. Cum igitur haec ita ſe habeant, oportet morbos qui hieme angentur, aeſtate deſinere et eos qui aeſtate increſcunt, hieme ceſſare, niſi intra certum dierum circuitum ſolvantur. De hoc autem dierum circuitu alias nobis dicendum eſt. Morborum vero qui vere oriuntur liberatio ad autumnum expectanda eſt et autumnalium morborum diſceſſum vere fieri neceſſe eſt. Quod ſi quis haec anni tempora morbus ſuperaverit, hunc annuum fore ſciendum eſt. Atque ita medicum morbis mederi convenit, adhibita horum cujusque conſideratione, quod in corpore praevalet, pro anni temporis ratione, quod ſuae naturae maxime accommodatum exiſtit. Inſuper haec quoque noſſe oportet,

Ed. Chart. III. [126.] Foës. I. 228. Ed. Lind. I. (273.)

δὲ χρὴ καὶ τάδε πρὸς ἐκείνοισιν, ὅτι ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νοσήματα κένωσις ἰᾶται· ὁκόσα δὲ ἀπὸ κενώσιος γίνεται νοσήματα πλησμονὴ ἰᾶται· ὁκόσα δὲ ἀπὸ ταλαιπωρίης γίνεται ἀνάπαυσις ἰᾶται· ὁκόσα δ' ὑπ' ὀργίης τίκτεται ταλαιπωρίη ἰᾶται. τὸ δὲ ξύμπαν γνῶναι δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐναντίον ἵστασθαι τοῖσι κατεστεῶσι καὶ νουσήμασι καὶ εἴδεσι καὶ ὥρῃσι καὶ ἡλικίῃσι καὶ τὰ συντείνοντα λύειν καὶ τὰ λελυμένα συντείνειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ κάμνον ἀναπαύοιτο, ἥ τε ἴησις τοῦτό μοι δοκέει εἶναι. αἱ δὲ νοῦσοι γίνονται αἱ μὲν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ ἐσαγόμενοι ζῶμεν. τὴν δὲ διάγνωσιν χρὴ ἑκατέρων ὧδε ποιέεσθαι. ὁκόταν μὲν ὑπὸ νοσήματος ἑνὸς πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκονται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν αἰτίην χρὴ ἀνατιθέναι τουτέῳ ὅ τι κοινότατόν ἐστι καὶ μάλιστα αὐτέῳ πάντες χρεώμεθα. ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. φανερὸν γὰρ ἤδη ὅτι τὰ διαιτήματα ἑκάστου ἡμῶν οὐκ αἰτιά ἐστιν ὅτε ἅπτεται πάντων ἡ νοῦσος ἑξῆς, καὶ τῶν νεωτέρων καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν ὁμοίως, καὶ τῶν θωρησσομένων καὶ τῶν μᾶζαν ἐσθιόντων καὶ

quod morbos quos repletio parit, ſanat evacuatio, et qui ex evacuatione oriuntur, repletione curantur, et qui ex immoderato labore fiunt, eos quies ſanat, quique ex otio gignuntur, immoderato labore tolluntur. Omninoque medicum ſua prudentia obviam ire convenit morbis inſtantibus et naturis et anni temporibus et aetatibus, contentaque ſolvere et ſoluta intendere. Hac namque ratione vel maxime quod moleſtiam exhibet quieverit, eaque mihi curandi ratio eſſe videtur. Morbi vero partim ex vivendi ratione, partim etiam ex ſpiritu quem vivendo trahimus, proveniunt. At utrumque hac ratione diſcernas. Ubi complures uno morbo eadem tempeſtate vexantur, in id quod maxime commune eſt quoque omnes utimur potiſſimum rejicienda cauſa eſt. Id autem eſt quod inſpirando trahimus. Quod enim vivendi cujusque noſtrum ratio in cauſa non ſit, jam liquido conſtat, cum morbus omnes continenter attingat, et juvenes et ſenes et mulieres et viros, perindeque temulentos et abſtemios, tam eos qui maza quam qui pane victi-

©BIUM

Ed. Chart. III. [126. 132.] Foës. I. 228. 229. Ed. Lind. I. (273. 274.)

τῶν ἄρτον σιτεόντων καὶ τῶν πυλλὰ ταλαιπωρούντων καὶ τῶν ὀλίγα. οὐκ ἂν οὖν τά γε διαιτή(274)ματα αἴτια εἴη, ὁκόταν διαιτεύμενοι πάντας τρόπους οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῆς αὐτέης νόσου. [132] ὁκόταν δὲ αἱ νοῦσοι γίνωνται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματά ἐστιν αἴτια ἕκαστα ἑκάστοισι. καὶ τὴν θεραπίην χρὴ ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου, ὥσπερ μοι πέφρασται καὶ ἐτέρωθι, καὶ ἐκ τῶν διαιτημάτων μεταβάλλειν. δῆλον γὰρ ὅτι οἷσί γε χρῆσθαι εἴωθεν ὁ ἄνθρωπος διαιτήμασιν, οὐκ ἐπιτήδειά οἱ ἐστιν ἢ πάντα ἢ τὰ πλείω ἢ ἔν γέ τι αὐτέων. ἃ δεῖ καταμαθόντα μεταβάλλειν, καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου τὴν φύσιν τήν τε ἡλικίην καὶ τὸ εἶδος καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον, τὴν θεραπείαν ποιέεσθαι, ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ δὲ προστιθέντα, ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται πρὸς ἑκάστας τῶν ἡλικιέων καὶ τῶν ὡρέων καὶ τῶν ἰδεῶν καὶ τῶν νόσων, ἔν τε τῇσι φαρμακίῃσι προτρέπεσθαι καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασιν. ὁκόταν δὲ νουσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστήκῃ, δηλονότι || οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν, ἀλλ' ὃ ἀνα-

tant et eos qui multis, quam qui paucis exercitationibus utuntur. Non igitur victus rationi assignanda causa est, cum cujusvis generis victu utentes eodem morbo corripiuntur. Cum vero eodem tempore cujusque modi morbi oriuntur, sua proculdubio cuique vivendi ratio in causa est, adhibendaque curatio, adversus morbi causam instando, quemadmodum alias etiam a nobis dictum est, et victus rationem immutando. Quandoquidem constat victus genus quo quis utitur, aut ex toto, aut magna ex parte, aut in eorum aliquo minime ei esse accommodatum. Quo cognito immutare et adhibita in considerationem cujusque natura, aetate, forma, anni tempore et morbi genere, ad curationem aggredi oportet, nunc quidem detrahendo, nunc vero addendo, ita ut, quemadmodum jamdudum a me dictum est, ad singulas aetates et anni tempora et naturas et morbos contrariam tum medicamentorum tum victus rationem adhibeas. At vero ubi morbus aliquis populariter grassatus fuerit, non victus rationem in causa esse, sed quod spirando

Ed. Chart. III. [152.] Foës. I. 229. Ed. Lind. I. (274. 275.)

πνέομεν, τοῦτο αἴτιόν ἐστι, καὶ δῆλον ὅτι τοῦτο νοσηρήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον ἂν εἴη. τοῦτον χρὴ τὸν χρόνον τὰς παραινέσιας ποιέεσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισι τοιάσδε. τὰ μὲν διαιτήματα μὴ μεταβάλλειν, ὅτι γε οὐκ αἴτιά ἐστι τῆς νόσου, τὸ δὲ σῶμα ὁρᾶν ὅκως ἔσται ὡς ἀογκότατον καὶ ἀσθενέστατον, τῶν σιτίων τε ἀφαιρέοντα καὶ τῶν ποτῶν οἷσιν εἰώθει χρέεσθαι κατ' ὀλίγον. ἢν γὰρ μεταβάλλῃ ταχέως τὴν (275) διαιταν, κίνδυνος καὶ ἀπὸ τῆς μεταβολῆς νεώτερόν τι γίνεσθαι ἐν τῷ σώματι. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι μὲν διαιτήμασιν οὕτω χρέεσθαι, ὅτε γε φαίνονται μηδὲν ἀδικέοντα τὸν ἄνθρωπον· τοῦ δὲ πνεύματος ὅκως ἐλαχίστη ἡ ῥεῦσις ἐς τὸ στόμα ἐσίοι καὶ ὡς ξενοτάτη ἔσται προμηθέεσθαι, τῶν τε χωρίων τοὺς τόπους μεταβάλλοντα εἰς δύναμιν, ἐν οἷσιν ἂν ἡ νοῦσος καθεστήκῃ καὶ τὰ σώματα λεπτύνοντα. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα πολλοῦ τε καὶ πυκνοῦ πνεύματος χρήζοιεν οἱ ἄνθρωποι. ὁκόσα δὲ τῶν νοσημάτων ἀπὸ τοῦ σώματος γίνεται τῶν μελέων τοῦ ἰσχυροτάτου, ταῦτα δεινότατά ἐστι. καὶ γὰρ ἢν αὐτοῦ μένῃ ἔνθα ἂν ἄρξηται, ἀνάγκη τοῦ ἰσχυροτάτου τῶν μελέων πονεομένου, ἅπαν τὸ σῶμα πονέε-

ducimus manifeſtum eſt, ipſumque morboſam quandam excretionem plane obtinere. Eo igitur tempore his exhortationibus homines ſunt admonendi, ut ne victus quidem rationem immutent, cum morbi cauſa minime exiſtat. Provideant etiam ut corpus quam minime intumeſcat, ſitque attenuatiſſimum, tum cibos tum potus quibus uti conſueverint ſenſim demendo. Si quis enim ſubito victus rationem immutet, ne quid in corpore ex immutatione innovetur periculum eſt. Sed ſolita victus ratio ſervanda eſt, ubi nihil quidem laedere videtur, atque inſuper ut aëris quam minimum in corpus influat, isque ut maxime peregrinus ſit, providendum tum regionum loca, in quibus morbus conſiſtit, quoad ejus fieri poterit permutando, tum corpora extenuando. Ita enim minime multum ac frequentem ſpiritum homines ex neceſſitate attrahent. Morbi autem a validiſſima corporis parte orti graviſſimi exiſtunt. Etenim ſi unde originem ſumpſerunt, iſthic perſtiterint, cum pars valentiſſima laboret, corpus univerſum laborare neceſſe eſt. Quod ſi ad

©BIUM

Ed. Chart. III. [132. 135.] Foël. I. 229. Ed. Lind. I. (275. 276.)

σθαι. κἂν ἐπί τι τῶν ἀσθενεστέρων ἀφίκηται ἀπὸ τοῦ ἰσχυροτέρου, χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται. ὁκόσα δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ ἰσχυρότερα ἔλθοι εὐλυτώτερά ἐστιν. ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος ἀπαλλάσσεται ῥηϊδίως τὰ ἐπιῤῥέοντα. [135] αἱ παχύταται δὲ τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι. τέσσαρα ζεύγεά ἐστιν ἐν τῷ σώματι, καὶ ἓν μὲν αὐτέων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξωθεν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔνθέν τε καὶ ἔνθεν παρὰ τὰ ἰσχία ἀφικνέεται καὶ ἐς τὰ σκέλεα. ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων καὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας διήκει. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας τὰς ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ τοῖσιν ἰσχίοισιν ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. αἱ δ' ἕτεραι φλέβες ἔχουσιν ἐκ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα διὰ τοῦ αὐχένος, αἱ σφαγίτιδες καλέομεναι, εἴσωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρονται παρὰ τὰς ψόας ἐς τοὺς ὄρχιας καὶ ἐς τοὺς μηροὺς, (276) καὶ διὰ τῶν ἰγνύων ἐκ τοῦ ἔσωθεν μέρεος· ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων παρὰ τὰ σφυρὰ εἴσωθεν καὶ ἐς τοὺς πόδας. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας πρὸς τὰς ὀδύνας ποιέεσθαι τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὀρχίων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν εἴσωθεν. αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐ-

imbecilliorem aliquam ex validiſſima devenerint, difficiles habent abſolutiones. Quicunque vero ab imbecillioribus ad valentiores veniunt facilius ſolvuntur, quod quae influunt facile per vim liberantur. At venae craſſiſſimae hunc natura ortum ſortitae ſunt. Quarum cum ſint in corpore paria quatuor; unum quidem ex capite retro per cervicem, parte exteriore ad utraque ſpinae latera, indeque in coxendices et crura pervadit, deinde per tibias ad exteriores malleolos et pedes pervenit. In dorſi igitur et coxendicum doloribus ex poplitibus et malleolis exterioribus venae ſectiones fieri debent. Alterae autem venae ex capite exortae, juxta aures per cervicem jugulares dictae, intro ſecundum ſpinam utraque ex parte ad lumbos, in teſtes et femora et per poplites interiore ex parte, indeque per tibias ad malleolos internos et ad pedes deferuntur. Proinde in lumborum et teſtium doloribus ſanguis ex poplitibus et malleolis interioribus mittendus eſt. Tertium par venarum ex temporibus per cer-

Ed. Chart. III. [135. 140.] Foës. I. 229. Ed. Lind. I. (276.)

χένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας. ἔπειτα συμφέρονται ἐς τὸν πλεύμονα καὶ ἀφικνέονται ἡ μὲν ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐς τὰ ἀριστερά, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιά, καὶ ἡ μὲν δεξιὴ ἀφικνέεται ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ ἐς τὸν νεφρόν· ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιὰ ἐκ τοῦ πλεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸ ἧπαρ καὶ τὸν νεφρόν. τελευτῶσι δὲ εἰς τὸν ἀρχὸν αὗται ἑκάτεραι. αἱ δὲ τέταρται φλέβες ἀπὸ τῶν ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κληῖδας, ἔπειτα ὑπὲρ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν εἰς τὰς ξυγκαμπάς· ἔπειτα δὲ διὰ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν καὶ ἐπὶ τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους· ἔπειτα ἀπὸ τῶν δακτύλων πάλιν διὰ τῶν πηχέων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν εἰς τὰς ξυγκαμπὰς καὶ διὰ τῶν βραχιόνων τοῦ κάτωθεν μέρεος εἰς τὰς μασχάλας. καὶ ἀπὸ τῶν πλευρέων ἄνωθεν ἡ μὲν εἰς σπλῆνα ἀφικνέεται, ἡ δὲ εἰς τὸ ἧπαρ, ἔπειτα ὑπὲρ τῆς γαστρὸς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσιν ἀμφότεραι. καὶ αἱ μὲν παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε ἔχουσιν· εἰσὶ δὲ καὶ αἱ ἀπὸ τῆς κοιλίης φλέβες ἀνὰ τὸ σῶμα πάμπολλαί τε καὶ παντοῖαι, καὶ δι' ὧν ἡ τροφὴ ἐν τῷ σώματι ἔρχεται. [140] φέρουσι δὲ ἀπὸ

vicem ſubter ſcoptula operta, inde ad pulmonem defertur, et haec quidem ex dextris ad ſiniſtra, illa vero a ſiniſtris ad dextra pervenit. Et dextra quidem ex pulmone mammam ſubiens et ad lienem et ad renem tendit. Quae vero a ſiniſtris ad dextra procedit, ex pulmone mammam ſubiens et jecur et renem petit. Utraque poſtremo in rectum inteſtinum definit. Quartum par ex anteriore capitis parte et oculis ſub cervicem et claviculas, indeque per ſuperiora in brachiorum flexus tendit, poſteaque per cubitos ad primas manuum juncturas et digitos, rurſusque a digitis per cubitos et ſuperiores manuum partes in flexuras et per ſuperiorem brachiorum partem ad axillas, perque ſummas coſtas haec quidem ad lienem, altera vero ad jecur devenit, poſtea ſupra ventrem in pudendum utraque definit. Atque ea eſt venarum craſſiſſimarum natura. Exiſtunt etiam ex ventriculo permultae et variae venae, per quas in corpus alimentum transmittitur. Quod etiam ex craſſis venis tam externis

©BIUM

Ed. Chart. VIII. [140.] Foës. I. 229. 230. Ed. Lind. I. (276. 277.)

τῶν παχέων φλεβῶν εἰς τὴν κοιλίην καὶ εἰς τὸ ἄλλο σῶμα καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ ἀπὸ τῶν εἴσω. καὶ εἰς ἀλλήλας διδόασιν αἵ τε εἴσωθεν ἔξω καὶ αἱ ἔξω(277)θεν εἴσω. || τὰς οὖν φλεβοτομίας δεῖ ποιέεσθαι κατὰ τουτέους τοὺς λόγους. ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ τὰς τομὰς ὡς προσωτάτω τέμνειν ἀπὸ τῶν χωρίων, ἔνθα ἂν αἱ ὀδύναι μεμαθήκασι γίνεσθαι καὶ τὸ αἷμα συλλέγεσθαι. οὕτως γὰρ ἂν ἥ τε μεταβολὴ ἥκιστα μεγάλη γίνοιτο ἐξαπίνης καὶ τὸ ἔθος μεταστήσαις ἄν, ὥστε μηκέτι εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον ξυλλέγεσθαι. ὁκόσοι πῦον πολλὸν πτύουσιν, ἄτερ πυρετοῦ ἐόντες, καὶ ὁκόσοισιν ὑπὸ τὸ οὖρον πῦον ὑφίσταται πολλὸν, ἄτερ ὀδύνης ἐούσης, καὶ ὁκόσοισι τὰ ὑποχωρήματα αἱματώδεα, ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι καὶ χρόνια ἃ νέοισιν ἐοῦσι, πέντε καὶ τριήκοντα ἐτέων καὶ γεραιτέροισι, τουτέοισι πᾶσιν ἀπὸ τοῦ αὐτέου τὰ νουσήματα γίνεται. ἀνάγκη γὰρ τουτέους ταλαιπώρους τε γενέσθαι καὶ φιλοπόνους τῷ σώματι καὶ ἐργάτας νεανίσκους ἐόντας. ἔπειτα δὲ ἐξανεθέντας τῶν πόνων σαρκωθῆναι μαλθακῇ σαρκὶ καὶ πουλὺ διαφερούσῃ τῆς προτέρης, καὶ πολλὸν διακεκριμένον ἔχειν τὸ σῶμα τό τε προϋ-

quam internis in ventriculum et reliquum corpus deferunt, ſibique mutuo ſubminiſtrant internae externis, viciſſimque externae internis. Hae igitur mittendi ſanguinis rationes ſervandae ſunt, ſtudendumque eſt ut quam longiſſime a locis, in quibus dolores fieri et ſanguis colligi conſuevit, venarum ſectiones fiant. Hac namque ratione cum minime magna derepente mutatio continget tum etiam conſuetudinem tollendo effeceris ut ne amplius eodem colligatur. Qui pus copioſum citra febrem expuunt, quibusque absque dolore pus multum in urina ſubſidet et qui alvi dejectiones, velut in difficultatibus inteſtinorum, cruentas habent et diuturnas, quales in juvenibus annos quinque et triginta natis et grandioribus natu ineſſe ſolent, iis omnibus ex eadem cauſa morbi oriuntur. Hos namque immodicis corporis exercitationibus et laboribus addictos et cum juvenes eſſent operas exercuiſſe neceſſe eſt. Deinde dimiſſis laboribus molli carne et multum a ſuperiore differente expletos, tam longe inter ſe diſſidentem corporis habitum habere, ut priſtinus

Ed. Chart. III. [140. 143.] Foës. I. 230. Ed. Lind. I. (277. 278.)
πάρχον καὶ τὸ ἐπιτραφὲν, ὥστε μὴ ὁμονοεῖν. ὁκόταν οὖν νόσημά τι καταλάβῃ τοὺς οὕτω διακειμένους, τὸ μὲν παραχρῆμα διαφεύγουσιν, ὕστερον δὲ μετὰ τὴν νοῦσον χρόνῳ τήκεται τὸ σῶμα καὶ ῥέει διὰ τῶν φλεβῶν, ᾗ ἂν εὐρυχωρίη μάλιστα τύχοι, ἰχωροειδές. ἢν μὲν οὖν ὁρμήσῃ ἐς τὴν κοιλίην τὴν κάτω, σχεδὸν οἷόν περ ἐν τῷ σώματι ἐνείη, τοιοῦτον καὶ τὸ διαχώρημα γίνεται. ἅτε γὰρ τῆς ὁδοῦ κατάντεος ἐούσης, οὐχ ἵσταται πολλὸν χρόνον ἐν τῷ ἐντέρῳ. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὸ στῆθος ἐσρυῇ ὑπόπυοι γίνονται, (278) ἅτε τῆς καθάρσιος ἀνάντεος ἐούσης, καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πουλὺν ἐν τῷ στήθει κατασήπεται καὶ γίνεται πυοειδές. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται, ὑπὸ τῆς θερμότητος τοῦ χωρίου τοῦτο καὶ θερμὸν καὶ λευκὸν γίνεται καὶ διακρίνεται· καὶ τὸ μὲν ἀραιότατον ἐφίσταται ἄνω, τὸ δὲ παχύτατον κάτω· ὃ δὴ πῦον καλέεται. [143] γίνονται δὲ καὶ οἱ λίθοι τοῖσι παιδίοισι διὰ τὴν θερμότητα τοῦ χωρίου τουτέου καὶ τοῦ ὅλου σώματος· τοῖσι δὲ ἀνδράσιν οὐ γίνονται λίθοι διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ σώματος. εὖ γὰρ χρὴ εἰδέναι ὅτι ὁ ἄνθρωπος τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων θερμότατός ἐστιν

cum eo qui poſtea accrevit nulla in re conſentiat. Qui igitur ita affecti ſunt, ſi quando in morbum incidunt, ii confeſtim evadunt, ſed poſt a morbo temporis ſucceſſu corpus liquatur et per venas, qua latiſſime eſſe ſolent, ſaniei quiddam non diſſimile defluit. Si quidem igitur ad inferiorem alvum impetu deferatur, quale quid fere in corpore ineſt, tale etiam per dejectiones ſecedit. Neque enim cum via declivis ſit, diutius in inteſtinis ſubſiſtit. At quibus in pectus influit, ii purulenti fiunt, quod nimirum cum purgatio acclivis ſit et diutius moram trahens in pectore computreſcat et puris ſimile evadat. Quibus vero in veſicam effunditur, ex loci calore incaleſcit, exalbeſcit et ſecernitur, quodque rariſſimum exiſtit ſupra innatat, craſſiſſimum vero, quod ſane pus appellatur, ſubſidet. In pueris quoque ob loci hujus et totius corporis caliditatem gignuntur calculi, quod viris ob corporis frigiditatem minime uſuvenit. Iſtud enim probe noſſe convenit, hominem prima aetate in omni vita eſſe ea-

©BIUM

Ed. Chart. III. [143.] Foës. I. 230. Ed. Lind. I. (278. 279.)
αὐτὸς ἑωυτοῦ, τῇ δὲ ὑστάτῃ ψυχρότατος. ἀνάγκη γὰρ αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην θερμὸν εἶναι· ὁκόταν δὲ ἄρχηται μαραίνεσθαι τὸ σῶμα, καταῤῥέον πρὸς εὐπέτειαν ψυχρότερον γίνεται. κατὰ τουτέον τὸν λόγον, ὁκόσον τουτέων τῶν ἡμερέων τὴν πρώτην πλεῖστον αὔξεται ὁ ἄνθρωπος, τοσοῦτον θερμότερος γίνεται, καὶ τῇ ὑστάτῃ τῶν ἡμερέων ὅσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτον ἀνάγκη ψυχρότερον εἶναι. ὑγιέες δὲ γίνονται αὐτόματοι οἱ οὕτως διακείμενοι πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ, ἣν ἄρξωνται τήκεσθαι πέντε καὶ τεσσαρακονθήμεροι. ὁκόσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλλωσιν, ἐνιαυτῷ αὐτόματοι ὑγιέες γίνονται, ἢν μή τι ἄλλο κακουργεῖται ὁ ἄνθρωπος. ὁκόσα τῶν νοσημάτων ἐξ ὀλίγου γίνεται καὶ ὁκόσων αἱ προφάσιες εὔγνωστοι, ταῦτα δὲ ἀσφαλέστατά ἐστι προαγορεύεσθαι. τὴν δὲ ἴησιν χρὴ ποιέεσθαι αὐτέων ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νόσου. οὕτω γὰρ ἂν λύοιτο τὸ τὴν νοῦσον παρασχὸν ἐν τῷ σώματι. (279) ὁκόσοισι ψαμμοειδέα ὑφίσταται ἢ πῶροι ἐν τοῖσιν οὔροισι, τουτέοισι τὴν ἀρχὴν φύματα ἐγένετο πρὸς τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ καὶ διεπύησεν· ἔπειτα δὲ ἅτε

lidiſſimum, poſtrema vero frigidiſſimum. Siquidem quod augeſcit corpus et ad robur tendit calidum eſſe neceſſe eſt, at ubi marceſcere et ad exitium praecipitare coeperit, frigidius evadit. Atque hac ratione quo magis his primis diebus homo increſcit, eo calidior evadit, et quanto magis ultimis diebus marceſcit, tanto frigidiorem eſſe neceſſe eſt. Qui autem ſic affecti ſunt ſua ſponte ſaneſcunt, plerique quidem quo anni tempore colliqueſcere coeperint, quinto et quadrageſimo die. Qui vero hoc anni tempus ſuperaverint, anno convaleſcunt, niſi quid aliud hominem male habuerit. Qui morbi ex parvo temporis intervallo oriuntur et quorum cauſae cognitu ſunt faciles, ii ſecuriſſime praedicantur. Quorum curationem ſic inſtituere oportet, ut morbi cauſae occurramus. Ita ſiquidem quod morbum in corpore excitavit facile diſſolvatur. Quibus in urina arenulae vel lapilli ſubſident, iis per initia ad craſſam venam tubercula enaſcuntur et ſuppurant, deinde cum ea tubercula haud ita cito

Ed. Chart. III. [143. 147.] Foës. I. 230. 231. Ed. Lind. I. (279.)
οὐ ταχέως ἐκραγέντων τῶν φυμάτων, πῶροι συνετράφησαν ἐκ τοῦ πύου, οἵτινες ἔξω θλίβονται διὰ τῆς φλεβὸς, σὺν τῷ οὔρῳ ἐς τὴν κύστιν. ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα μὲν τὰ οὐρήματα, τουτέοισιν αἱ φλέβες πεπονήκασιν. [147] ὁκόσοισι δὲ ἐν τῷ οὐρήματι παχεῖ ἐόντι σαρκία μικρὰ τριχοειδέα συνέρχεται, ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν εἰδέναι χρὴ ἐόντα καὶ ἀπὸ ἀρθριτικῶν. || ὁκόσοισι δὲ καθαρὸν τὸ οὖρον ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, ὁκοῖον δὲ πίτυρα ἐπιφέρεται ἐν τῷ οὐρήματι, τουτέων ἡ κύστις ψωριᾷ. οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίνονται ἀπὸ χολῆς. εἴδεα δὲ σφέων εἰσὶ τέσσαρα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσιν ὀδύνῃσι γινομένων τῇσιν ἀποκεκριμένῃσιν. ὀνόματα δ' αὐτέοισίν ἐστι ξύνοχος, ἀμφημερινὸς, τριταῖος, τεταρταῖος. ὁ μὲν οὖν ξύνοχος καλεόμενος γίνεται ἀπὸ πλείστης χολῆς καὶ ἀκρητεστάτης καὶ τὰς κρίσιας ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ποιέεται. τὸ γὰρ σῶμα οὐ διαψυχόμενον οὐδένα χρόνον συντήκεται ταχέως, ἅτε ὑπὸ πολλοῦ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον. ὁ δὲ ἀμφημερινὸς μετὰ τὸν ξύνοχον ἀπὸ πλείστης χολῆς γίνεται καὶ ἀπαλλάσσεται τάχιστα τῶν ἄλλων. μακρότερος δέ ἐστι τοῦ ξυνόχου ὁκόσῳ ἀπὸ ἐλάσσονος γίνεται χολῆς, καὶ ὅτι ἔχει

rumpantur, lapilli ex pure coaleſcunt, qui per venam cum urina in veſicam foras extruduntur. At quibus urinae quidem cruentae ſunt, iis in venis vitium eſt. Quibus una cum urina craſſa prodeunt minutae carunculae capillamentorum ſpeciem referentes, eas a renibus et articulari morbo laborantibus prodire noſſe convenit. Quibus urina pura eſt et alias atque alias furfuracea quaedam per ſummam urinam feruntur, iis veſica ſcabie laborat. Febres magna ex parte a bile oriuntur, quarum genera ſunt quatuor, praeter eas quae dolores eximios comitantur. Earum autem nomina ſunt, continens, quotidiana, tertiana et quartana. Quae continens appellatur, ex copioſiſſima et meraciſſima bile provenit et perquam brevi judicatur. Corpus namque vehementi calore incaleſcens neque unquam refrigeſcens, celeriter colliqueſcit. Quotidiana ſecundum continentem ex plurima bile ortum habet et prae aliis citiſſime liberat, at continente eo longior quo ex pauciore bile provenit, quod-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 596 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. III. [147.] Foës. I. 231. Ed. Lind. I. (279. 280.)

ἀνάπαυσιν τὸ σῶμα, ἐν δὲ τῷ ξυνόχῳ οὐκ ἀναπαύεται οὐδένα χρόνον. ὁ δὲ τριταῖος μακρότερός ἐστι τοῦ ἀμφημερινοῦ καὶ ἀπὸ χολῆς ἐλάσσονος γίνεται. ὁκόσῳ (280) δὲ πλείονα χρόνον ἐν τῷ τριταίῳ ἢ τῷ ἀμφημερινῷ τὸ σῶμα διαναπαύεται, τοσούτῳ χρονιώτερος οὗτος ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφημερινοῦ ἐστίν. οἱ δὲ τεταρταῖοι τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, χρονιώτεροι δὲ μάλα τῶν τριταίων εἰσὶν, ὁκόσῳ ἔλαττόν τι μέρος μετέχουσι χολῆς τῆς τὴν θερμασίην παρεχούσης, τοῦ τε διαψύχεσθαι τὸ σῶμα πλεῖον μετέχουσι. προσγίνεται δὲ αὐτέοισιν ἀπὸ μελαίνης χολῆς τὸ περισσὸν τοῦτο καὶ δυσαπάλλακτον. μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν γλισχρότατον καὶ τὰς ἕδρας χρονιώτατας πεποίηται. γνώσῃ δὲ ἐν τῷδε ὅτι οἱ τεταρταῖοι πυρετοὶ μετέχουσι τοῦ μελαγχολικοῦ. φθινοπώρῳ γὰρ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι ἁλίσκονται ὑπὸ τῶν τεταρταίων καὶ ἐν τῇ ἡλικίῃ ἀπὸ πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτέων ἕως τῶν πέντε καὶ τεσσαράκοντα, ὅτι καὶ ἡ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται μάλιστα πασέων τῶν ἡλικιῶν, ἥ τε φθινοπωρινὴ ὥρη μάλιστα πασέων τῶν ὡρέων ἐπιτηδειοτάτη. ὁκόσοι δ' ἂν ἁλῶσιν ἔξω

que in ea corpus requietem habet, quod in in continente nullo unquam tempore quiescit. Tertiana vero quotidiana longior et a pauciore bile fit, quoque diutius in ea quam in quotidiana corpus quiescit, eo diuturnior haec febris est quam quotidiana. At quartanae in reliquis eandem rationem obtinent, sed tertianis tanto longiores sunt quanto minus bilis calorem exhibentis obtinent, tum quia in his corpus liberalius refrigeratur, iisque ab atra bile is cumulus accedit, ut non nisi aegre depelli possint. Bilis enim eorum omnium quae in corpore insunt cum sit glutinosissima, maxime diuturnas stationes facit. Quod autem quartanae humoris melancholici sint participes, ex eo cognosces quod autumno praecipue homines quartanis corripiantur et ea aetate quae est ab anno vigesimo quinto ad quadragesimum quintum, tum etiam quod haec aetas inter alias omnes atrae bili potissimum est obnoxia, ut et inter anni tempora autumnale maxime accommodatum. Si qui vero extra hoc anni tempus et

Ed. Chart. III. [147. 180.] Foës. I. 231. Ed. Lind. I. (280. 124. 125.) τῆς ὥρης ταύτης καὶ τῆς ἡλικίης ὑπό τε τεταρταίου, εὖ χρὴ εἰδέναι μὴ χρόνιον ἐσόμενον τὸν πυρετὸν, ἢν μὴ ἄλλο τι κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ.

[180] (124) Νόμος μὲν πάντα κρατύνει· ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. τούτου δὲ ἱστόριον τόδε, ὅτι ἀποκρίνεται τὸ ἰσχυρότατον, ὅτι ἐπὴν λαγνεύσωμεν σμικρὸν οὕτω μεθέντες, ἀσθενέες γινόμεθα. ἔχει δὲ οὕτω. φλέβες καὶ νεῦρα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος τείνουσιν ἐς τὸ αἰδοῖον, οἷσιν ὑποτριβομένοισι καὶ θερμαινομένοισι καὶ πληρευμένοισιν ὥσπερ κνησμὸς ἐμπίπτει καὶ τῷ σώματι παντὶ ἡδονὴ καὶ θέρμη ἐκ τούτου (125) παραγίνεται, τριβομένου δὲ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ἀνθρώπου κινευμένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι καὶ διαχέεται καὶ κλονέεται ὑπὸ τῆς κινήσιος καὶ ἀφρέει· καθάπερ καὶ τἆλλα ὑγρὰ σύμπαντα κλονεύμενα ἀφρέει. οὕτω δὲ καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἀποκρίνεται

eam aetatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas hanc febrem, nisi quid aliud hominem male habeat, minime diuturnam fore.

HIPPOCRATIS DE GENITVRA LIBER.

Lex quidem omnia sibi subjicit. At vero viri genitura ex universo humido, quod in corpore continetur, proficiscitur, ubi id, quod validissimum est, excernitur. Cujus rei istud est argumentum, quod ubi rem veneream exercemus, tantillo emisso imbecilles evadimus. Istud vero sic se habet. Ex toto corpore venae et nervi in pudendum procedunt, quorum attritu, excalefactione et repletione velut pruritus exoritur, indeque ad totum corpus voluptas et calor permanat. Trito autem pudendo et moto homine, humidum in corpore concalescit et diffunditur et motum agitatur et spumescit, non secus ac reliqua omnia humida agitata spumescunt. Sic vero etiam in homine quod validissimum est et

©BIUM

Ed. Chart. III. [180.] Foës. I. 231. 232. Ed. Lind. I. (125.)

ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος τὸ ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον, καὶ ἔρχεται εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. || τείνουσι γὰρ ἐς τοῦτον ἐκ παντὸς τοῦ σώματος. καὶ διαχέει ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου εἰς τὴν ὀσφῦν καὶ ἐς πᾶν τὸ σῶμα καὶ ἐς τὸν μυελὸν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τείνουσιν ὁδοὶ, ὥστε καὶ ἐπιέναι τοῦ ὑγροῦ ἐς αὐτὸν καὶ ἀποχωρέειν. ἐπὴν δὲ ἔλθῃ ἐς τοῦτον τὸν μυελὸν ἡ γονὴ, χωρέει παρὰ τοὺς νεφρούς. ταύτῃ γὰρ ἡ ὁδός ἐστι διὰ φλεβῶν. κὴν οἱ νεφροὶ ἑλκωθῶσιν, ἔστιν ὅτε καὶ αἷμα ξυμφέρεται. παρὰ δὲ τῶν νεφρῶν ἔρχεται διὰ τῶν ὀρχίων μεσάτων ἐς τὸ αἰδοῖον. καὶ χωρέει οὐχ ὅπῃ τὸ οὖρον, ἀλλά οἱ ἄλλη ὁδός ἐστιν αὐτῆς ἐχομένη. καὶ οἱ ἐξονειρώσσοντες διὰ τάδε ἐξονειρώσσουσιν· ἐπὰν τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι διακεχυμένον ἔῃ καὶ διάθερμον, εἴτε ὑπὸ ταλαιπωρίης, εἴτε ὑπὸ ἄλλου τινὸς, ἀφρέει. καὶ ἀποκρινομένου ἀπ' αὐτοῦ ὁρᾶν παρίσταται οἵῃ λαγνείῃ. ἔχει γὰρ τὸ ὑγρὸν τοῦτο ὅπερ λαγνεύοντι. ἀλλ' οὔ μοι περὶ ὀνειρωσσόντων καὶ παντὸς τοῦ νοσήματος τί ἐστὶ καὶ ὁκόσα ἐργάζεται καὶ διότι πρὸ λαγνείης,

pinguiſſimum, a ſpumeſcente humore ſecernitur et ad ſpinalem medullam progreditur. In hanc enim ex toto corpore viae quaedam feruntur et ex cerebro in lumbos, univerſum corpus et ſpinalem medullam diffunditur, ex eaque viae quaedam procedunt, ita ut ad eam humidum deferri et ex ea ſecedere queat. At ubi ad ſpinalem medullam genitura pervenerit, per venas quasdam quibus illi via patet, ad renes fertur, quibus exulceratis interdum etiam ſanguis una defertur. A renibus autem per medios teſtes ad pudendum pervenit, neque qua via urinae eſt prodit, ſed alia ipſi via eſt huic proxima. At vero qui per ſomnum veneris ludibrio tentantur, ideo per ſomnum venerea exercent, quod humidum in corpore diffuſum excalefactum, ſive ex vehementi exercitatione, ſive ex alia quavis cauſa, ſpumeſcat, dum ab ipſo exernitur, veneris imaginem quandam exhibet. Perinde enim ſe habet hoc humidum ut in eo qui venerem exercet. Sed neque de his qui per ſomnum venerem exercent, neque de toto morbo quid ſit, quaeve efficiat, neque cur coitus loco ha-

Ed. Chart. III. [180. 181.] Foës. I. 232. Ed. Lind. I. (125. 126.)
καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἰρέαται. [181] οἱ δὲ εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ λαγνεύουσιν, ὅτι σφέων ἡ δίοδος ἀμαλδύνεται τῆς γονῆς. (126) ἔστι γὰρ δι' αὐτῶν τῶν ὀρχίων ἡ ὁδός. καὶ νεῦρα τείνει λεπτὰ καὶ πυκνὰ ἐς τὸ αἰδοῖον ἐκ τῶν ὀρχίων, οἷσιν ἀείρεται καὶ καθίεται. καὶ ταῦτα ἐν τῇ τομῇ ἀποτέμνεται, διότι καὶ οὐχ ὑπάρχουσιν οἱ εὐνοῦχοι χρηστοί. τῶν δὲ τάδε ἐκτριβέντων ἡ ὁδὸς τῆς γονῆς ἐμπέφρακται· πωροῦνται γὰρ οἱ ὄρχιες· καὶ τὰ νεῦρα σκληρὰ καὶ μωρὰ γινόμενα ὑπὸ τοῦ πώρου οὐ δύναται τείνειν καὶ χαλᾶν. ὁκόσοι δὲ παρ' οὓς τετμημένοι εἰσὶν, οὗτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφίασιν· ὀλίγον δὲ καὶ ἀσθενὲς καὶ ἄγονον. χωρέει γὰρ τὸ πλεῖστον τοῦ γόνου ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὖατα ἐς τὸν νωτιαῖον μυελόν. αὕτη δὲ ἡ δίοδος ὑπὸ τῆς τομῆς οὐλῆς γενομένης στερεὴ γέγονεν. τοῖσι δὲ παιδίοισι λεπτὰ τὰ φλέβια ἐόντα καὶ πληρευμένα, κωλύει τὴν γονὴν ἰέναι. καὶ ὁ κνησμὸς οὐχ ὁμοίως παραγίνεται. διὰ ταῦτα οὐδὲ κλονέεται ἐν τῷ σώματι τὸ ὑγρὸν ἐς ἀπόκρισιν τῆς γονῆς. καὶ τῇσι

beatur, dicendum nobis eſt, et de his quidem hactenus. At vero eunuchi eam ob cauſam venerem minime peragunt, quia genituræ transitus ipſis aboletur. Per ipſos enim teſtes ei via eſt et nervi tenues et crebri ex teſtibus in pudendum feruntur, quibus aſſurgit et demittitur, iique in ipſa exectione dum caſtrantur reſcinduntur, ideoque ad obeundam venerem inutiles exiſtunt. Qui vero iſtorum attritionem paſſi ſunt, iis genituræ via obſtructa eſt. Callum enim contrahere teſtes ſolent, nervique a callo indurati et hebeſcentes, neque pudendum intendere neque laxare poſſunt. At qui juxta aures ſectionem experti ſunt, ii venerem quidem exercent, verum ſemen paucum, imbecillum et inſoecundum emittunt. Maxima ſiquidem ſeminis pars e capite ſecundum aures in ſpinalem medullam fertur, ipſe vero transitus ſectione ad cicatricem perducta, ſolidior evaſit. Pueris autem venæ exiles et plenæ genituram ferri prohibent, neque pruritus eodem modo excitatur, nec proinde humidum in corpore agitatur, ut genitura ſecerni queat. Virginibus quoque can-

©BIUM

Ed. Chart. III. [181.] Foës. I. 232. Ed. Lind. I. (126. 127.)

παρθένοισι, μέχρις ἂν νέαι ἔωσιν, οὐ χωρέει κὰ καταμήνια διὰ αἴτιον τὸ αὐτό. ἐπὴν δὲ αὔξωνται καὶ παρθένος καὶ παῖς, αἱ φλέβες αἱ ἐς τὸ αἰδοῖον τείνουσαι τοῦ παιδὸς καὶ τῆς παρθένου καὶ ἐπὶ τὰς μήτρας εὖροαι γίνονται ὑπὸ τῆς αὔξης καὶ στομοῦνται, καὶ ὁδὸς καὶ δίοδος διὰ στενῶν γίνεται. καὶ τὸ ὑγρὸν κλόνησιν τότε ἴσχει. εὐρυχωρίη γάρ οἱ τότε γίνεται ἔνθα κλονήσεται. καὶ τῷ παιδὶ χωρέει, ἐπὴν ἀνδρὸς ἔῃ, διὰ τόδε καὶ τῇ παρθένῳ τὰ καταμήνια. ταῦτα δέ μοι οὕτως ἀποπέφανται. (127) τὴν δὲ γονὴν φημὶ ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν καὶ ἀπὸ τῶν μαλθακῶν καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ, αἷμα, χολὴ, ὕδωρ καὶ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ἰδέας ἔχει ξυμφυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νόσοι γίνονται, ἢ αἱ ἐκ νόσων διακρίσιες. καὶ ταῦτα μὲν εἰρέαταί μοι περὶ γονῆς, ὁκόθεν γίνεται καὶ ὅκως καὶ διότι καὶ οἷσιν οὐ γίνεται ἡ γονὴ καὶ διότι οὐ γίνεται καὶ περὶ καταμηνίων παρθένων. τῇσι δὲ γυναιξὶν ἐν τῇ μίξει τριβομένου τοῦ αἰδοίου καὶ τῶν μητρέων κινευμένων,

dem ob cauſam intra pubertatis annos menſes minime prodeunt. Ubi vero adoleverint tum virgo tum puer, venae quae ad pueri pudendum et in virginis uterum feruntur, incremento accepto ampliores redduntur et aperiuntur, viaque et transitus per illarum anguſtias patet, tuncque humidum agitari incipit et ſpatia ampliora in quibus agitetur habet, pueroque, cum adultus fuerit, ob eam cauſam et virgini menſtrua prodeunt. Atque iſta mihi ad hunc modum ſe habere comperta ſunt. At vero genituram ex toto corpore et ex ſolidis et mollibus partibus et ex univerſo totius corporis humido ſecerni aſſevero. Humidi autem quatuor ſunt ſpecies, ſanguis, bilis, aqua et pituita. Homo enim tot ſibi cognatas ſpecies habet, ex quibus tum morbi fiunt tum dijudicantur. Atque haec mihi quidem de genitura dicta ſunt et unde et quanam ratione et quanam ex cauſa ortum habeat et in quibus et quare nulla inſit, ſimulque de virginum menſibus. Mulieribus autem in coitu attrito pudendo et

Ed. Chart. III. [181. 182.] Foës. I. 232. 233. Ed. Lind. I. (127. 128.)
ὥσπερ κνησμὸν ἐμπίπτειν ἐς αὐτὰς καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι ἡδονὴν καὶ θέρμην παρέχειν. μεθίει δὲ καὶ ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ σώματος ὁτὲ μὲν ἐς τὰς μήτρας, αἱ δὲ μῆτραι ὑγραλέαι γίνονται, ὁτὲ δὲ καὶ ἔξω, ἢν χάσκωσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ καιροῦ. || καὶ ἥδεται ἐπὴν ἄρξηται μίσγεσθαι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, μέχρις ἂν αὐτὴν μεθιῇ ὁ ἀνήρ· κἢν μὲν ὀργᾷ ἡ γυνὴ μίσγεσθαι, πρόσθεν τοῦ ἀνδρὸς ἀφίει, καὶ τὸ λοιπὸν οὐκ ἔτι ὁμοίως ἥδεται γυνή· ἢν δὲ μὴ ὀργᾷ, συντελέει τῷ ἀνδρὶ ἡδομένη· καὶ ἔχει οὕτως ὥσπερ εἴτις ἐπὶ ὕδωρ ζέον ἕτερον ψυχρὸν ὕδωρ ἐπιχέει, παύεται τὸ ζέον. οὕτω καὶ ἡ γονὴ πεσοῦσα τοῦ ἀνδρὸς ἐς τὰς μήτρας σβέννυσι τὴν [182] θέρμην καὶ τὴν ἡδονὴν τῆς γυναικός. ἐξαΐσσει δὲ ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ θέρμη ἅμα τῇ γονῇ πιπτούσῃ εἰς τὰς μήτρας, ἔπειτα λήγει· ὥσπερ εἴτις ἐπὶ φλόγα οἶνον ἐπιχέει, συμβαίνει πρῶτα μὲν ἐξαΐσσειν τὴν φλόγα καὶ (128) αὔξεσθαι δι' ὀλίγου πρὸς τὴν ἐπίχυσιν τοῦ οἴνου, ἔπειτα λήγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ γυναικὶ ἡ θέρμη ἐξαΐσσει πρὸς τὴν γονὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἔπειτα λήγει. ἧσσον δὲ πολλῷ ἥδεται ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς ἐν

commotis uteris, pruritus quidam in ſeipſis ſentitur et reliquo corpore voluptas calorque exoritur. Semen vero e corpore etiam emittit mulier, interdum quidem in uterum, ex quo humidus redditur, nonnunquam vero foras, ſi plus aequo uterus dehiſcat. Illa etiam ubi coire coeperit, toto tempore voluptatem percipit, dum vir ſemen emiſerit. Quod ſi coitum ardenter quidem mulier appetat, ante quam vir ſemen emittit, neque deinceps eadem voluptate perfunditur: ſin vero venerem non vehementer appetat, una cum viro voluptate affici deſinit. Ac habet ſe res ad hunc modum, ut ſi quis ad aquam ferventem frigidam affundat, fervere deſinit, ita etiam virile ſemen in uterum illapſum, mulieris calorem et voluptatem extinguit. Effertur autem voluptas et calor ſimul ac ſemen in uterum decidit, deinde deſinit, non ſecus ac ſi quis ad flammam vinum affundat, ea primum ad vini affuſionem attollitur et paulatim increſcit, deinde deſinit: eodem modo in muliere calor ad viri ſemen

©BIUM

Ed. Chart. III. [182.] Foël. I. 233. Ed. Lind. I. (128)

τῇ μίξει, πλείονα δὲ χρόνον ὁ ἀνήρ. διότι δὲ μᾶλλον ὁ ἀνὴρ ἥδεται, ἀποκρίνεται αὐτῷ ἐξαπίνης ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ ταραχῆς ἰσχυροτέρης ἢ τῇ γυναικί. ἔχει δὲ τόδε οὕτως τῇσι γυναιξίν, ἢν μὲν μίσγωνται ἀνδράσι, μᾶλλον ὑγιαίνουσιν· ἢν δὲ μὴ, ἧσσον. ἅμα μὲν αἱ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει, καὶ οὐ ξηραὶ ἐοῦσαι μᾶλλον τοῦ καιροῦ συστρέφονται ἰσχυρῶς. συστρεφόμεναι δὲ ἰσχυρῶς πόνον τῷ σώματι παρέχουσιν. ἅμα δὲ ἡ μίξις τὸ αἷμα θερμαίνουσα καὶ ὑγραίνουσα ποιέει ὁδὸν ῥηϊτέρην τοῖσι καταμηνίοισι. τῶν δὲ καταμηνίων μὴ χωρεόντων τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ἐπίνοσα γίνονται. διότι δὲ ἐπίνοσα γίνονται, εἰρήσεταί μοι ἐν τῇσι γυναικείῃσι νούσοισι. καὶ ταῦτα μέν μοι εἰρέαται ἐς τοσοῦτον. ἐπὴν δὲ μιχθῇ ἡ γυνὴ, ἢν μὲν δὴ μὴ μέλλῃ λήψεσθαι πρὸς ἑωυτὴν, πρὸς τῷ ἔθει χωρέει ἔξω ἡ γονὴ ἀπ' ἀμφοτέρων, ὁκόταν ἡ γυνὴ ἐθηλήσῃ· ἢν δὲ μέλλῃ λήψεσθαι, οὐ χωρέει ἔξω, ἀλλ' ἐμμένει ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἡ γονή. αἱ γὰρ μῆτραι δεξάμεναι καὶ μύσασαι ἔχουσιν ἐν ἑωυτῇσιν, ἅτε συσπασθέντος τοῦ

effertur, poſtea deſinit. At vero in venere exercenda longe minorem quam vir voluptatem mulier percipit, vir vero etiam diuturniorem. Cumque majorem vir percipiat voluptatem, ei repente ab humido majore agitatione quam mulieri ſecernitur. Sic autem ſe res habent mulierum, ſi quidem cum viris rem habeant, magis ſanae ſunt; ſin contra, minus bene habent. Nam et coitu uteri humidiores evadunt, qui ſi plus aequo ſicceſcant, vehementer contrahuntur, ſicque contracti corpori dolorem afferunt, ſimulque coitus ſanguinem excalefaciens et humectans, cauſa eſt ut menſes facilius profluant, quibus minime prodeuntibus, morbis obnoxiae mulieres redduntur. Cujus rei cauſam in morbis muliebribrus exponemus. Ac de his quidem haec dixiſſe ſatis ſit. Poſt coitum autem, ſiquidem mulier minime conceptura ſit, ſemen ab utrisque emiſſum pro more foras cum volet profluet. Quod ſi conceptura ſit, ſemen minime foras profluit, ſed in ipſo utero manet. Eo namque excepto uterus clauditur et retinet, ejus nimirum oſculo ob humiditatem con-

Ed. Chart. III. [182.] Foës. I. 233. Ed. Lind. I. (128. 129.)
στόματος ὑπὸ τῆς ἐκμάδος, καὶ μίσγεται ὁμοῦ τό τε ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐλθὸν καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικός· καὶ ἢν ἡ γυνὴ τόκων ἔμπειρος ἔῃ καὶ ἐντοήσῃ ὁκόταν ἡ γονὴ μὴ ἐξέλθῃ, ἀλλ' ἐμμείνῃ, εἰ(129)δήσει ᾗ ἡμέρῃ ἔλαβεν ἐς ἑωυτήν. ἔχει δὲ οὕτως καὶ τόδε. ὁτὲ μὲν ἰσχυρότερόν ἐστι τὸ μεθιέμενον ἀπὸ τῆς γυναικός, ὁτὲ δὲ ἀσθενέστερον· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς ὡσαύτως. καὶ ἔστι καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ τὸ θῆλυ σπέρμα καὶ τὸ ἄρσεν καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὁμοίως. ἰσχυρότερον δέ ἐστι τὸ ἄρσεν τοῦ θήλεος. ἀνάγκη οὖν ὑπὸ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. ἔχει δὲ καὶ τόδε οὕτω. ἢν μὲν ἀπ' ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ τικτόμενον· ἢν δὲ ἀσθενὲς, θῆλυ. ὁκότερον δ' ἂν κρατήσῃ κατὰ πλῆθος, ἐκεῖνο καὶ γίνεται. ἢν γὰρ πολλῷ πλέον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα τοῦ ἰσχυροτέρου, κρατέεται τὸ ἰσχυρὸν καὶ μιχθὲν τῷ ἀσθενεῖ ἐς θῆλυ περιηνέχθη· ἢν δὲ πλέον ἔῃ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ἀσθενέος, κρατηθῇ τε τὸ ἀσθενὲς, ἐς ἄρσεν περιηνέχθη. ὥσπερ εἴτις κηρὸν καὶ στέαρ μίξας ὁμοῦ, πλέον ποιήσας τὸ

tracto, ſimulque miſcetur tum quod a viro tum quod a muliere procedit. Quod ſi mulier partum aliquando experta fuerit et animadvertit quando genitura non exciderit, ſed intus remanſerit, ſciet qua die conceperit. Sic quoque ſe res habet. Quod a muliere emiſſum eſt, quandoque quidem robuſtius eſt, quandoque vero imbecillius. Similiter quoque quod a viro emiſſum eſt ſe habet. Et in viro tum muliebre tum maſculum ſemen ineſt, eodemque modo in muliere ſe habet. Maſculum vero foemineo robuſtius eſt. Generationem igitur a robuſtiore fieri neceſſe eſt. Hoc quoque modo ſe res habet. Si quod ab utroque ſemen prodit robuſtius fuerit, mas generatur, ſi debile, foemina. Utrumlibet vero copia ſuperarit, illud ipſum generat. Si namque debilius ſemen multo majore copia valentius ſuperet, evincitur quod valentius eſt et debili permixtum ad foeminam transfertur. Quod ſi validum debili copioſius fuerit, ſuperatur debile et ad marem redigitur. Ac veluti ſi quis ceram et adipem ſimul commiſceat et adipe multo majore copia addito, ea ad ignem liquefaciat, dum

©BIUM

Ed. Chart. III. [182. 183.] Foës. I. 233. 234. Ed. Lind. I. (129. 130.)

στέαρ τήξεται πρὸς πῦρ, μέχρις μὲν ὑγρὸν ᾖ, οὐ διάδηλον γίνεται τὸ κρατέον· ἐπὴν δὲ παγῇ, τότ' ἐμφανὲς γίνεται, ὅτι κρατέει τὸ στέαρ τοῦ κηροῦ κατὰ πλῆθος. οὕτως ἔχει καὶ τοῦ ἄῤῥενος καὶ τοῦ θήλεος ἡ γονή. ξυμβάλλεσθαι δὲ παρέχει ὅτι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ ἔστι γόνος καὶ θήλεος καὶ ἄρσενος τοῖσιν ἐμφανέσι γινομένοισι. πολλαὶ γὰρ γυναῖκες ἤδη ἐθηλυτόκησαν παρ' ἀνδράσιν ἰδίοις· παρὰ δὲ ἑτέροις ἀνδράσιν ἐλθοῦσαι ἐκουροτόκησαν. || καὶ οἱ ἄνδρες οἱ αὐτοὶ κεῖνοι παρ' οἷσιν ἐθηλυτόκεον αἱ γυναῖκες, ἑτέρων γυναικῶν ἐς μίξιν ἀπερχόμενοι ἄρσενα γόνον ἐποίησαν, καὶ οἷσιν ἄρσεν γόνος ἐγίνετο, εἰς ἑτέρας γυναῖκας μι(130)χθέντες θῆλυν γόνον ἐποίησαν. [183] οὕτως ὁ λόγος ἐρέει καὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν γυναῖκα ἔχειν καὶ θῆλυν γόνον καὶ ἄρσενα, παρὰ μὲν τοῖσιν ἐθηλυτόκεον, ἐκρατέετο τὸ ἰσχυρότερον, πλέονος γενομένου τοῦ ἀσθενέος, καὶ ἐγίνετο θήλεα· παρὰ δὲ τοῖσιν ἐκουροτόκεον, ἐκρατέετο τὸ ἀσθενέστερον, καὶ ἐγίνετο ἄρσενα. χωρέει δὲ οὐκ ἀεὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ αὐτέου ἀνδρὸς ἰσχυρή· ἀλλ' οὐδὲ ἀσθενὴς ἐς ἀεὶ, ἀλλ' ἄλλοτε ἀλλοίη. καὶ

quidem liquida fuerint, quod copia ſuperat manifeſtum non eſt, ubi vero concreta fuerint, tunc quod adeps ceram copia ſuperat conſpicuum eſt. Sic maris et foeminae genituram ſe habere exiſtimandum eſt. Quod autem tam in muliere quam viro tum foemineum tum maſculum ſemen inſit, ex his quae manifeſte contingunt conjicere licet. Pleraeque enim mulieres ſuis viris foeminas jam pepere, quae cum aliis congreſſae ex iis filios ſuſceperunt. Et viri illi ipſi quibus mulieres foeminas peperere, cum aliis mulieribus congreſſi, maſculam prolem genuerunt, et quibus maſculus foetus ſuſcipiebatur, cum aliis mulieribus congreſſi foeminas genuerunt. Eoque modo haec ratio demonſtrat tam virum quam foeminam et foemineum et maſculum ſemen continere. Siquidem quae foeminas ſuſcipiebant, in iis quod erat validius a debilioris copia ſuperabatur, et foemellae generabantur; quae vero mares ſuſcipiebant, in iis quod erat debilius ſuperabatur, et mares gignebantur. Neque vero ab eodem viro ſemen validum, neque ſemper debile procedit,

Ed. Chart. III. [183.] Foës. I. 234. Ed. Lind. I. (130. 131.)

τῆς γυναικὸς οὕτως ἔχει· ὡς μὴ θαυμάζειν τὰς αὐτὰς γυναῖκας καὶ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας γόνον καὶ ἄρσενα καὶ θῆλυν ποιέειν. ἔχει δὲ καὶ τοῖσι κτήνεσιν οὕτως τὰ περὶ γονῆς θήλεος καὶ ἄρρενος. καὶ ἐν αὐτῇ σφὶ τῇ γονῇ ἐξέρχεται καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος καὶ ἀπὸ τῶν ἀσθενέων ἀσθενὴς καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρή. καὶ τῷ τέκνῳ οὕτως ἐστὶν ἀνάγκη ἀποδίδοσθαι. καὶ ὁκόθεν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ ἀνδρὸς πλέον ἔλθῃ ἐς τὴν γονὴν ἢ τῆς γυναικὸς, τὸ τέκνον κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῷ πατρί· ὁκόθεν δὲ πλέον ἔλθῃ ἀπὸ τῆς γυναικὸς τοῦ σώματος, κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῇ μητρί. ἔστι δὲ οὐκ ἀνυστὸν πάντα τῇ μητρὶ ἐοικέναι, τῷ δὲ πατρὶ μηδὲν, ἢ τὸ ἐναντίον τούτου, μηδ' ἑτέρῳ ἐοικέναι μηδέν· ἀλλ' ἀμφοτέροισιν ἀνάγκη τίς ἐστιν ἐοικέναι τινὶ, εἴπερ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων τὸ σπέρμα χωρέει ἐς τὸ τέκνον. ὁκότερος δ' ἂν πλέον ξυμβάληται ἐς τὸ ἐοικέναι καὶ ἀπὸ πλειόνων χωρίων τοῦ σώματος, κείνῳ τὰ πλείονα ἔοικε. καὶ ἔστιν ὅτε θυγάτηρ γενομένη τὰ πλείονα ἔοικε κάλλιον τῷ πα(131)τρὶ ἢ τῇ μητρὶ, καὶ κοῦρος γενόμενος

sed alias aliud; et in muliere ad eundem modum se habet, ut proinde minus mirum videatur easdem mulieres eosdemque viros et masculam et foemineam prolem gignere. Eadem vero in brutis tum foeminam tum marem procreandi feminisque ipsius est ratio. Prodit autem et mulieri et viro ab universo corpore et ab imbecillibus imbecillum et a validis validum, eodemque modo foetui distribui necesse est. Cumque plus ex viri quam mulieris corpore ad genituram accesserit, foetus ille patris magis erit similis, cum vero plus ex muliere prodierit, matrem magis referet. Neque vero fieri potest ut per omnia matris similis sit, patrem nihil referat, aut contra, neque alterum referat. Verum utriusque aliqua in re similem esse necesse est, siquidem ex utrisque semen ad procreandum foetum provenit. Quisquis autem plus et ex pluribus corporis partibus ad similitudinem contulerit, illius pluribus in rebus similis erit. Ac interdum contingit ut nata filia majore ex parte patrem melius quam matrem referat, et editus filius nonnunquam

©BIUM

Ed. Chart. III. [183.] Foës. I. 234. Ed. Lind. I. (130.)

ἔστιν ὅτε κάλλιον ἔοικε τῇ μητρὶ ἢ τῷ πατρί. καὶ ταῦτά μοι καὶ τοσαῦτα ἐστὶν ἱστόρια τῶν προτέρων λόγων, ὅτι ἔνεστι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ καὶ κουρογονίη καὶ θηλυγονίη. γίνεται δὲ καὶ τόδε. ἔστιν ὅτε τὰ τέκνα λεπτὰ καὶ ἀσθενέα γίνεται, ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς παχέων τε καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων. κὴν μὲν πολλῶν ἤδη γενομένων τῶν παιδίων τοιοῦτον γένηται, δῆλον ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνόσησε τὸ ἔμβρυον καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς, ἢ τῆς αὔξης αὐτοῦ ἔξω παρῆει, τῶν μητρέων χανουσέων μᾶλλον καὶ διὰ τοῦτο ἀσθενὲς ἐγένετο. νοσέει δὲ ζώων ἕκαστον κατὰ τὴν ἰσχὺν ἑωυτοῦ. ἢν δὲ πάντα τὰ γενόμενα παιδία ἀσθενέα ἔῃ, αἱ μῆτραι αἴτιαι εἰσὶ, στενότεραι ἐοῦσαι τοῦ καιροῦ. ἢν γὰρ μὴ ἔχῃ εὐρυχωρίην ἔνθα τὸ ἔμβρυον τραφείη, ἀνάγκη ἐστὶν αὐτὸ λεπτὸν γενέσθαι, ἅτε οὐκ ἔχον τῇ αὔξῃ εὐρυχωρίην· ἢν δὲ ἔχῃ εὐρυχωρίην καὶ μὴ νοσήσῃ, ἐπιεικὲς ἐστι μεγάλων τοκέων μέγα τέκνον γίνεσθαι. ἔχει δὲ οὕτως ὥσπερ εἴτις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἐόντα δὲ νεογνὸν καὶ προσεόντα τῷ σικυηλάτῳ, θείη ἐς ἀρυστῆρα, ἔσται

matris magis quam patris ſimilis exiſtit. Atque haec mihi tamque multa ſunt ſuperioris ſententiae argumenta, quod tum in muliere tum in viro et maſculae et foemineae prolis generandae facultas ineſt. Quinetiam iſtud interdum contingit, ut tenues et imbecilli foetus ex parentibus craſſis et robuſtis gignantur. Quod ſi multis jam editis ejusmodi liberis accidat, foetum in utero aegrotaſſe perſpicuum eſt, vel a matre aliquid ejus incrementi foras prodiiſſe, utero nimirum dehiſcente proindeque debilem exiſtere. Animantium autem quodcunque pro virium ſuarum ratione aegrotare videtur. At vero ſi omnes editi liberi debiles extiterint, uteri plus aequo anguſti in cauſa eſſe exiſtimantur. Siquidem cum deſit amplum ſpatium in quo foetus nutriatur, ipſum debilem exiſtere neceſſe eſt, deficiente nimirum ſatis amplo ad incrementum ſpatio. Quod ſi neque deſit amplum ſpatium, neque foetus aegrotet, aequum eſſe videtur ut ex magnis parentibus magnus partus edatur. Iſtud autem hoc modo ſe habet, perinde ac ſi quis cucumerem jam defloreſcentem, tenellum tamen et adhuc cucumerario adhaereſcentem, in

Ed. Chart. III [183. 184.] Foës. I. 234. 235. Ed. Lind. I. (131. 132.)
τοῦ ἀρυστῆρος τῷ κοίλῳ ἶσος καὶ ὅμοιος. ἢν δέ τις εἰς ἄγγος θῇ μέγα, ὅ τι καὶ ἐπιεικές ἐστι σίκυον χαδέειν, ἀλλὰ μὴ πολλῷ κάρτα μέζον τῆς φύσιος τοῦ σικύου, ἶσος ἔσται ὁ σίκυος τοῦ ἄγγεος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος· ἐρίζει γὰρ ἐν τῇ αὔξῃ τῷ κοίλῳ τοῦ ἄγγεος. σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ (132) φύομενα οὕτως ἔχει, ὅκως ἄν τις καταναγκάσῃ αὐτά. οὕτω δὴ ἔχει καὶ τῷ παιδίῳ, ἢν μὲν εὐρυχωρίη οἱ ἔῃ ἐν τῇ αὔξῃ, μεῖζον γίνεται· ἢν δὲ στενοχωρίη, ἔλασσον. [184] τὸ δὲ πηρωθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον φημὶ αὐτὸ ἢ φλασθὲν πηρωθῆναι τῆς μητρὸς πληγείσης κατὰ τὸ ἔμβρυον, ἢ πεσούσης, ἢ ἄλλου τινὸς βιαίου παθήματος προσγενομένου τῇ μητρί. || ἢ δὲ φλασθῇ, ταύτῃ πηροῦται τὸ παιδίον. ἢν δὲ μᾶλλον φλασθῇ τὸ ἔμβρυον τοῦ ὑμένος ῥαγέντος τοῦ περιέχοντος αὐτό, φθείρεται τὸ ἔμβρυον· ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ τοιῷδε πηροῦται παιδία, ἐπὴν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατὰ τὸ χωρίον καθότι καὶ ἐπηρῶθη στενὸν ἔῃ, ἀνάγκη ἐν στενῷ κινευμένου τοῦ σώματος πηροῦσθαι κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον, ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων ὅσσα ἐν τῇ γῇ ἐόντα μὴ

vas aliquod anguſtum impoſuerit, aequalis ac ſimilis ipſius vaſis anguſti cavitati evadet. Ac ſi quis in vas amplum imponat, quod probe cucumerem capere poſſit, neque eo multo majus ſit, aequalis etiam et ſimilis vaſis cavitati cucumis evadet. Increſcendo enim vaſis capacitatem aemulatur et quae e terra fere naſcuntur omnia, eodem quo quis ipſa coegerit proveniunt modo. Ad eundem quoque modum in puero ſe habet, ſiquidem ampliore loco incrementum accipiat, major, ſin vero anguſtiore, minor evadit. At vero mutilari in utero puerum cenſeo vel colliſione, ſi circa foetum mater percuſſa fuerit, vel in eum ceciderit, vel aliam vim quampiam perpeſſa fuerit. Qua vero parte colliditur, ea mutilatur puer. Quod ſi vehementius etiam colliditur, ita ut quae eum continet membrana disrupta ſit, corrumpitur foetus. Quin et alio hujuſcemodi modo mutilantur pueri, ubi uteri locus in quo mutilati fuerint anguſtus fuerit, cum neceſſe ſit corpus quod anguſto loco movetur illic mutilum fieri, non ſecus ac arbores quae terra continentur, neque ſatis

©BIUM

Ed. Chart. III. [184. V. 310.] Foës. I. 235. Ed. Lind. I. (132. 133.) ἔχῃ εὐρυχωρίην, ἀλλ' ὑπὸ λίθου ἢ ὑπό τινος ἄλλου ἀπολη-φθῇ, ἀνατέλλον σκολιὸν γίνεται, ἢ τῇ μὲν παχὺ, τῇ δὲ λε-πτόν. οὕτω δὲ ἔχει καὶ τῷ παιδίῳ γίνεσθαι, ἢν ἐν τῇσι μή-τρῃσι κατά τι τοῦ σώματος στενότερον εἴη ἕτερον τοῦ ἑτέ-ρου. ὅτι καὶ ἐκ πεπηρωμένων ἀνθρώπων ὑγιέα τίκτονται τὰ παιδία ὡς ἐπιπλεῖστον συμβαίνει. ἔχει γὰρ τὸν ἀριθμὸν πάν-τα τὸ πεπηρωμένον τῷ ὑγιεῖ, ἐπὴν δέ τι οἱ νόσημα προσ-πέσῃ καὶ τοῦ ὑγροῦ αὐτῷ, ἀφ' οὗ σπέρμα γίνεται, τέσσαρες ἰδέαι ἐοῦσαι, ὁκόσαι ἐν φύσει ὑπῆρξαν, τὴν γονὴν οὐχ ὅλην παρέχουσιν, ἀσθενέστερον δὲ τὸ καὶ τὸ πεπηρωμένον, οὐ θαῦ-μα δέ μοι δοκέει καὶ πηρωθῆναι, καθάπερ (133) ὁ τοκεύς. ταῦτα δέ μοι εἰς τοῦτο εἰρέαται. ἀναβήσομαι δ' αὖθις ὀπίσω εἰς τὸν λόγον ὃν ἔλεγον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΠΑΙΔΙΟΥ.

[V. 310] Ἢν ἡ γονὴ μείνῃ ἀπ' ἀμφοῖν ἐν τῇσι μήτρῃσι τῆς γυναικὸς, πρῶτον μὲν μίσγεται ὁμοῦ, ἅτε τῆς γυναικὸς

amplum ſpatium habent, ſed vel a lapide vel alia quapiam re detinentur, cum exoriuntur, tortuoſae evadunt aut parte una craſſae, altera tenues. Sic certe circa puerum contingit, ſi pars quaedam corporis in utero anguſtiore loco quam antea contineatur. Ex mutilatis autem hominibus ut integri pueri naſcantur ut plurimum contingere ſolet, cum quod mutilatum eſt omnem partium numerum expleverit perinde ac ſanum. Verum ubi parentes morbo aliquo laborare contigerit, neque humidi ipſius ex quo ſemen oritur, ſpecies quatuor quae natura inſunt genituram totam praebuerint, ſed imbecillior ſit quae ex mutilato membro provenit, nil mirum videri debet, ſi ut parens ita et foetus mutiletur. Et haec mihi ea de re dicta ſatis ſunt. Jam vero quem initio propoſui ſermonem repetam.

HIPPOCRATIS DE NATVRA PVERI LIBER.

Si genitura ab utroque parente profecta in mulieris utero permanſerit, primum quidem cum mulier minime qui-

©BIUM

Ed. Chart. V. [310. 311.] Foës. I. 235. Ed. Lind. I. (133. 134.)
οὐκ ἀτρεμεούσης, καὶ ἀθροίζεται καὶ παχύνεται θερμαινομένη. ἔπειτα πνεῦμα ἴσχει, ἅτε ἐν θερμῷ ἐοῦσα, ἔπειτα τῆς μητρὸς πνεούσης, ἔπειτα δὲ τοῦ πνεύματος ὅταν πλησθῇ, ὁδὸν οἱ αὐτὸ ἑωυτῷ ἔξω ποιέει καὶ κατὰ μέσον τῆς γονῆς τὸ πνεῦμα ἔξεισιν. ὅταν δὲ ὁδὸς γένηται τῷ πνεύματι ἔξω θερμῷ ἐόντι, αὖθις ἕτερον ψυχρὸν εἰσπνέει ἀπὸ τῆς μητρός. καὶ τοῦτο ποιέει διὰ παντὸς τοῦ χρόνου. θερμαίνεται μὲν γὰρ ἅτε ἐν τῷ θερμῷ ἐοῦσα· ψυχρὸν δὲ ἴσχει ἀπὸ τῆς μητρὸς πνεούσης. πάντα δὲ ὁκόσα θερμαίνεται πνεῦμα ἴσχει. τὸ δὲ πνεῦμα ῥήγνυσι καὶ ποιέει οἱ ὁδὸν αὐτὸ ἑωυτῷ καὶ χωρέει ἔξω. αὐτὸ δὲ τὸ θερμαινόμενον ἕλκει ἐς ἑωυτὸ αὖθις ἕτερον πνεῦμα ψυχρὸν διὰ τῆς ῥαγῆς ἀφ' οὗ τρέφεται. τοῦτο δὲ γίνεται καὶ ἐπὶ τῶν ξύλων καὶ ἐπὶ τῶν φύλλων καὶ βρωτῶν καὶ ποτῶν ὁκόσα θερμαίνεται ἰσχυρῶς. [311] ἐννοῆσαι δὲ παρέξει ξύλα καιόμενα. ἅπαν(134)τα μὲν γὰρ ξύλα ποιήσει τοῦτο. μάλιστα δὲ τὰ ὑπόχλωρα. μεθίησι γὰρ κατὰ τὴν τομὴν πνεῦμα. τὸ δὲ πνεῦμα ὁκόταν ἔξω χωρήσει, ἑλίσσεται περὶ τὴν τομήν. καὶ τοῦτο γινόμενον ὁρῶμεν ἀεί. δῆλος οὖν ὁ ἐκλογισμός

esset, simul permiscetur, condensatur et calore incrassescit, deinde spiritum concipit, tum quia loco calido existit, tum quia mater spirat. Quae cum spiritus plena fuerit, viam ipse sibi foras facit, qua per mediam genituram exeat. Ubi vero via facta spiritus ille calidus foras eruperit, alium rursus frigidum a matre ad se attrahit idque toto tempore perseverat. Incalescit siquidem cum loco calido existat, matre autem spirante frigidum concipit. Quae vero calent omnia spiritum continent. Erumpit autem spiritus viamque ipse sibi aperit et foras fertur. Quod vero incalescit, alium rursus ad se spiritum frigidum, quo nutriatur, per scissuram attrahit. Quod etiam contingit in lignis, foliis et cibis et potibus, quae vehementer incalescunt. Id vero videre licet in lignis ardentibus. Quae quidem omnia istuc faciunt, tum vero praecipue ubi subviridia fuerint. Spiritum siquidem per sectionem emittunt, qui ubi foras prodierit, circa fissuram convolvitur, idque perpetuo fieri videmus. Bene igitur sub-

©BIUM

Ed. Chart. V. [311.] Foës. I. 235. 236. Ed. Lind. I. (134.)

ἐστι τοῦ πνεύματος, ὅτι ἐν τῷ ξύλῳ ἐὸν θερμὸν ἀντισπᾷ ἕτερον ψυχρόν, ἀφ' οὗ τρέφεται καὶ ὑπὸ ἑωυτοῦ ἀφίησιν. εἰ μὲν γὰρ μὴ ἀντέσπα, οὐκ ἂν τὸ πνεῦμα εἰλίσσετο ἔξω ἰόν. πᾶν γὰρ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ τρέφεται τῷ μετρίῳ. καὶ ὁκόταν διαθερμανθῇ τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῷ ξύλῳ ἐνεὸν, πνεῦμα γενόμενον χωρέει ἔξω· καὶ τῇδε ἐξιὸν ἔξω τὸ θερμὸν τὸ ἐν τῷ ξύλῳ ἐνεὸν ἀντισπᾷ ἕτερον ψυχρόν, ἀφ' οὗ τρέφεται. ποιέει δὲ τοῦτο καὶ φύλλα χλωρά· ὅταν δὲ καίεται, πνεῦμα ἴσχει. || ἔπειτα ῥήγνυσι τὸ πνεῦμα καὶ ὁδὸν ποιέεται καὶ χωρεῖ ἔξω ἑλισσόμενον. χωρέον δὲ ψόφον παρέχει, ἢ τὴν εἰσπνοὴν ποιέεται. καὶ χέδροπα καὶ σῖτος καὶ ἀκρόδρυα θερμαινόμενα πνεῦμα ἴσχει καὶ ἔξω ἐξέρχεται ῥαγὴν ποιησάμενον. καὶ ἢν νοτερὰ ἔῃ, πλέον τὸ πνεῦμα ἀφίησι καὶ τὴν ῥαγὴν μέζω ποιέεται. καὶ τί δεῖ μακρηγορέειν; πάντα γὰρ ὁκόσα θερμαίνεται, πνεῦμα ἀφίησι καὶ ἕτερον ψυχρὸν κατὰ τοῦτο ἀντισπᾷ ἀφ' οὗ τρέφεται. καὶ αὗται μοι ἀνάγκαι προηγμέναι εἰσὶν, ὅτι ἡ γονὴ θερμαινομένη ἐν τῇσι μήτρῃσι πνεῦμα ἴσχει καὶ ἀφίησι.

ducta ratione exiſtimare licet, quod ſpiritus in ligno cum calidus exiſtat alium frigidum a quo nutriatur attrahat et a ſe ipſo dimittat. Niſi enim attraheret, ſpiritus exiens minime convolveretur. Omne namque calidum frigido moderato nutritur. Et ubi percaleſactum fuerit humidum, quod in ligno ineſt, et in ſpiritum converſum fuerit, foras prodit, eademque via qua exit calor ille, qui in ligno exiſtit, alium frigidum quo nutriatur attrahit. Ad eundem quoque modum folia viridia cum uruntur ſpiritum concipiunt, qui poſtea erumpit et viam ſibi faciens foras convolutus prodit cumque exit ſtrepitum exhibet, qua parte inſpirationem facit. Quin et legumina, triticum et arborei fructus, ubi incaluerint, ſpiritum concipiunt, qui rima facta foras prodit, et ſi humida fuerint, copioſiorem ſpiritum emittunt et rupturam majorem efficiunt. Et quid longiore oratione opus eſt? Quaecunque enim incaleſcunt ſpiritum emittunt et alium frigidum viciſſim quo nutriuntur attrahunt. Atque eae quidem a me adductae rationes neceſſario efficiunt ut genitura in utero incalescens ſpiritum habere et emittere videatur, ſi-

Ed. Chart. V. [311.] Foës. I. 236. Ed. Lind. I. (134. 135.)
ἅμα δὲ καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς πνεούσης πνοὴν ἴσχει καὶ ἡ γονή. ὁκόταν γὰρ ἡ μήτηρ ψυχρὸν ἕλκύση ἐς ἑωυτὴν ἀπὸ τοῦ ἀέρος, ἐπαυρίσκεται ἡ (135) γονή. θερμὴ δέ ἐστιν ἅτε δὴ ἐν θερμῷ ἐοῦσα· καὶ τότε δὴ πνεῦμα ἴσχει καὶ ἀφίησι. καὶ ἡ γονὴ ὑμενοῦται φυσωμένη. περιτέτακται γὰρ ἀμφ' αὐτὴν τὸ ἔξωθεν, συνεχὲς γινόμενον, ἅτε γλίσχρον ἐὸν, ὥσπερ ἐπ' ἄρτῳ ὀπτωμένῳ, λεπτὸν ἐξίσταται ἐπιπολῆς ὑμενοειδές. θερμαινόμενος γὰρ καὶ φυσώμενος αἴρεται. ἢ δ' ἂν φυσᾶται, κείνη τὸ ὑμενῶδες γίνεται. τῇ δὲ γονῇ θερμαινομένῃ καὶ φυσωμένῃ πάσῃ ὑμὴν ἔξωθεν περιγίνεται, κατὰ δὲ τὸ μέσον τῆς γονῆς τῷ πνεύματι δίοδος καὶ ἔξω καὶ ἔσω γίνεται διὰ τοῦ ὑμένος. καὶ ταύτῃ τοῦ ὑμένος ἀπέχει τὸ λεπτὸν καὶ τῆς γονῆς ἐν αὐτοῖσιν ὀλίγιστόν ἐστιν. αὕτη δὲ ἡ ἄλλη γονὴ στρογγύλη ἐστὶν ἐν ὑμένι. καὶ μὴν ἓξ ἡμέρας μείνασαν ἐν τῇ γαστρὶ γονὴν καὶ ἔξω πεσοῦσαν αὐτὸς εἶδον. καὶ ὁκοίη μοι ἐφαίνετο ἐν τῇ γνώμῃ τότε, ἀπ' ἐκείνων τὰ λοιπὰ τεκμήρια ποιεῦμαι. ὡς δὲ εἶδον τὴν γονὴν ἑκταίην ἐοῦσαν ἐγὼ διηγήσομαι. γυναικὸς οἰκείης μουσοεργὸς ἦν πολύτι-

mulque a matre ſpirante ſpirationem habere. Cum enim mater aërem frigidum ad ſe attraxerit, eo genitura fruitur. Quae cum loco ſit calido, calida eſt, tuncque ſane ſpiritum concipit et emittit et ſpiritu diſtenta membrana obducitur. Ei enim exteriore parte quiddam obtenditur, quod cum viſcidum ſit, undique ſibi cohaeret et non ſecus ac in pane toſto, tenue quippiam ad inſtar membranae in ſuperficie extat, qui incaleſcens et inflatus attollitur. Qua vero parte inflatur, iſthinc quod membranam refert, exoritur. At vero ubi genitura tota incaluit et flatu intumuit, ei exteriore parte membrana circumducitur, per quam ad mediam genituram intro et foras ſpiritui transitus ſit, eaque parte membranae tenue quiddam a genitura recedit, quae in his locis pauciſſima ineſt, ipſa vero reliqua in membrana continetur. Equidem genituram ſex diebus in utero retentam et foras prolapſam ipſe vidi, et qualis tunc meo judicio viſa eſt, ex eo reliquorum conjecturam facio. Quanam autem ratione iſtud viderim, enarrabo. Mulieri nobis familiari perelegans erat

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 612 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. V. [311. 312.] Foës. I. 236. Ed. Lind. I. (135. 136.)

μος, παρ' ἄνδρας φοιτέουσα, ἦν οὐκ ἔδει λαβεῖν ἐν γαστρὶ, ὅκως μὴ ἀτιμοτέρη ἔῃ. ἠκηκόει δὲ ἡ μουσοεργὸς, ὁκοῖα γυναῖκες λέγουσι πρὸς ἀλλήλας· ἐπὴν γυνὴ μέλλῃ λήψεσθαι ἐν γαστρὶ, οὐκ ἐξέρχεται ἡ γονὴ, ἀλλ' ἐνδον μένει. ταῦτα ἀκούσασα ξυνῆκε καὶ τοῦτο ἐφύλασσεν ἀεί. καί πως ὡς ἥσθετο οὐκ ἐξιοῦσαν τὴν γονὴν καὶ ἔφρασε τῇ δεσποίνῃ, καὶ ὁ λόγος ἦλθεν (136) ἕως [312] ἐμέ. καὶ ἐγὼ ἀκούσας ἐκελευσάμην αὐτὴν πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι, καὶ ἑπταίη ἤδη ἐπεὶ ἐπεπήδητο, ἡ γονὴ κατερρύη ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ψόφος ἐγένετο. κἀκείνη δὲ ἰδοῦσα ἐθεᾶτο καὶ ἐθαύμασεν. ὁκοῖον δὲ ἦν ἐγὼ ἐρέω. οἷον εἴτις ὠοῦ ὠμοῦ τὸ ἔξω λεπύριον περιέλοι, ἐν τῷ ἔνδον ὑμένι τὸ ἔνδον ὑγρὸν διαφαίνοιτο. τρόπος μέν τις ἦν τοιοῦτος ἅλις εἰπεῖν. ἦν δὲ καὶ ἐρυθρὸν καὶ στρογγύλον. ἐν δὲ τῷ ὑμένι ἐφαίνοντο ἐνεοῦσαι ἶνες λευκαὶ καὶ παχεῖαι, εἰλημέναι ξὺν ἰχῶρι παχεῖ καὶ ἐρυθρῷ καὶ ἀμφὶ τὸν ὑμένα ἔξωθεν αἱμάλωπες. κατὰ δὲ μέσον τοῦ ὑμένος ἀπεῖχε λεπτὸν ὅ τί μοι ἐδόκεεν εἶναι ὀμφαλός· κἀκείνῳ τὴν πνοὴν καὶ εἴσω καὶ ἔξω ποιέεσθαι τὸ πρῶτον. καὶ

fidicina, quae cum viris converſabatur, et quam minime decebat gravidam eſſe, ne viliore loco haberetur. Haec audierat, quae mulieres inter ſe narrant, ſi quando mulier conceptura ſit, genituram intus manere, neque foras egredi. Quibus auditis et intellectis, ea ſemper in animo habuit, cumque aliquando genituram non exire percepiſſet, rem ad dominam detulit, quae ad me etiam pervenit. Quo audito ipſa ut in terram deſiliret juſſi. Quod cum jam ſepties feciſſet, genitura in terram cum ſonitu defluxit. Quam illa videns non ſine admiratione ſpectavit, ego vero qualis erat referam. Ut ſi quis ovo crudo externam teſtam undique auferat, in quo interiore membrana contentus humor pelluceat, ad hunc fere modum, ut uno verbo dicam, ſe habebat liquor ille, praetereaque ruber erat et rotundus. Conſpiciebantur autem fibrae albae et tenues in membrana cum ſanie craſſa et rubra contentae, et ipſa membrana exteriore parte cruore ad inſtar ſugillatorum ſuffuſa erat. In cujus medio tenue quiddam extabat, quod mihi umbilicus eſſe videbatur, et per illum primum reſpiraſſe, ex eoque pro-

Ed. Chart. V. [312.] Foël. I. 236. 237. Ed. Lind. I. (136. 137.)
γίνονται ὀδόντες σκληρότεροι τῶν ἄλλων ὀστέων, ὅτι οὐκ ἔστι τοῦ ψυχροῦ. καὶ οἱ μὲν πρῶτοι ὀδόντες φύονται ἀπὸ τῆς διαίτης ἐν τῇ μήτρῃ, καὶ ἐπὴν γένηται ἀπὸ τοῦ γάλακτος θηλάζοντι τῷ παιδίῳ. ἐπειδὰν δὲ οὗτοι ἐκπέσωσιν ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ τῶν ποτῶν. ἐκπίπτουσι δὲ ἐπειδὰν ἐπὶ τὰ ἕτεα εἴη τῆς πρώτης τροφῆς, ἔστι δὲ [illegible]οῖς πρότερον, ἢν ἀπὸ νοσερῆς τροφῆς φύσωσιν· τοῖς δὲ πλείστοισιν, ἐπειδὰν ἑπτὰ ἕτεα γένηται. οἱ δὲ μεταφύοντες συγκαταγηράσκουσιν, ἢν μὴ ὑπὸ νόσου διαφθαρῶσι. διὰ δὲ τοῦτο φύονται οἱ ὀδόντες ὕστερον τῶν ἄλλων. ἐν τῇ γνάθῳ φλέβες εἰσὶ καὶ ἐν τῇ κάτῳ κοιλίῃ μούνοισι τῶν ὀστέων αὗται τὴν τροφὴν παρέχουσι τῷ ὀστέῳ. || τὰ δὲ ὀστέα τοιαύτην αὔξησιν ὁποῖά πέρ ἐστι, καὶ τὰ ἄλλα δὲ πάντα τοιαύτην ἀποδίδωσιν αὔξησιν, ὁποῖα αὐτὰ ἐστίν. καὶ γὰρ αἱ φλέβες αἱ ἐκ τῆς νηδύος τῶν ἐντέρων, εἰς ἃ συλλέγεται τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ, ἐπειδὰν θερμανθῇ ταῦτα, ἕλκουσι τὸ λεπτότατον καὶ τὸ ὑγρότατον. τὸ δὲ παχύτατον αὐτέου καταλείπεται· καὶ γίνεται κόπρος ἐν τοῖσιν ἐντέροισι τοῖσι κάτω. τὸ δὲ λεπτότατον αἱ φλέβες ἕλκου-

ritur et dentes fiunt reliquis offibus duriores, quoniam nihil frigidi ineft. Ac primi quidem dentes ex victus ratione in utero nafcuntur et ubi in lucem editus eft puer, ex lacte, dum mammam fugit. Cum vero hi exciderint, ex cibo et potu. Excidunt autem ubi ad primi alimenti annos devenerint, quibusdam etiam prius, fi ex morbido alimento pullularint, plurimis vero, cum ad annos feptem pervenerint. At qui poftea nafcuntur, ad fenectutem usque remanent, nifi ex morbo corrumpantur. Iftam vero ob cauſam dentes reliquis partibus tardius oriuntur. In maxilla venae ſunt, eaeque huic offi inter omnia offa ex ventre inferiore alimentum exhibent. Offa autem qualia quidem ſunt, tale dant incrementum, ut et reliqua omnia tale exhibent incrementum, qualia ipſa exiſtunt. Venae enim quae per ventrem et inteſtina feruntur, in quibus cibi et potus coacervantur, ubi hi incaluerint, id quod eſt tenuiſſimum et humidiſſimum attrahunt, craſſiſſimum autem iſthic relictum in inferioribus inteſtinis in ſtercus abit. Tenuiſſimum, inquam, venae tra-

©BIUM

Ed. Chart. V. [306.] Foël. I. 252. Ed. Lind. I. (119. 120.)
σιν ἐκ τῆς νηδύος καὶ τῶν ἐντέρων τῶν ἄνωθεν τῆς νήστιος (120) θερμαινομένων τῶν σιτίων. ἐπὴν δὲ περήσῃ τὴν νῆστιν, ἐς τὰ κάτω ἔντερα ξυνεστράφη καὶ κόπρος ἐγένετο. ἡ δὲ τροφὴ ἐπειδὰν ἀφίκηται, ἕκαστον τοιαύτην ἀπέδωκε τὴν εἰδέην ἑκάστου ὁκοία περ ἦν. ἀρδόμενα γὰρ ὑπὸ τῆς τροφῆς αὔξεται ἕκαστα, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν καὶ τὸ κολλῶδες καὶ τὸ λιπαρὸν καὶ τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν καὶ τὰ ὀστέα καὶ τὰ ἄλλα ξύμπαντα ὁκόσα ἐν τῷ ἀνθρώπῳ ἐνῆ. διὰ τοῦτο ὕστερον οἱ ὀδόντες φύονται. εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον ὅτι μοῦναι τῶν ὀστέων αἱ γνάθοι φλέβας ἔχουσιν αὗται ἐν ἑωυταῖσι. καὶ διὰ τοῦτο τροφὴ ἕλκεται πλέον ἢ ἐς τὰ ἄλλα ὀστέα. καὶ πλέονα τὴν τροφὴν ἔχοντα καὶ ἀθρωτέρην τὴν ἐπιῤῥοὴν ἀποτίκτει αὔξησιν αὐτὰ ἀφ' ἑαυτέων τοιαύτην οἷά πέρ ἐστιν αὐτὰ τέως ἂν περ καὶ ἄνθρωπος οὖλος αὐξάνηται. αὐξάνεται δὲ ἐπὴν γένηται ἐπίδηλος. ἐπίδηλος δὲ μάλιστα γίνεται ἀπὸ ἑπταετέος μέχρι τεσσαρεσκαιδεκαταῖος. καὶ ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ οἵ τε μέγιστοι τῶν ὀδόντων φύονται καὶ ἄλλοι πάντες, ἐπὴν ἐκπέσωσιν οἳ ἐγένοντο ἀπὸ τῆς τροφῆς

hunt ex ventre et inteſtinis quae ſupra jejunum ſunt, ubi cibi incaluerint. Qui ſuperato jejuno in inferiora inteſtina collecti in ſtercus abeunt. At poſtquam alimentum eo pervenerit, unumquodque eam quam habuerat formam cuique reddit. Irrigata namque alimento ſingula incrementum accipiunt, calidum, frigidum, glutinoſum, pingue, dulce, amarum et oſſa et reliqua omnia quae in homine inſunt. Ideoque poſterius dentes producuntur. Dictum autem a me etiam eſt antea, maxillas ſolas inter oſſa venas in ſeſe habere, ut proinde copioſius ad alimentum quam ad reliqua oſſa trahatur. Et quae copioſius habent alimentum et uberiorem affluxum, eae tale ex ſe incrementum pariunt qualia ſane ipſa exiſtunt, quamdiu homo ad integritatem increſcit. Increſcit autem ubi conſpicuo adoleſcere cernitur, quod praecipue a ſeptennio ad decimumquartum annum apparet. Quo tempore tum maximi tum caeteri omnes dentes producuntur, poſtquam exciderint, qui ab ali-

©BIUM

Ed. Chart. V. [306. 307.] Foës. I. 252. Ed. Lind. I. (120. 121.

τῆς ἐν τῇ μήτρῃ. αὐξάνεται δὲ καὶ ἐς τὴν τρίτην ἑβδομάδα ἐν ᾗ νεηνίσκος γίνεται μέχρι τεσσάρων καὶ πέντε ἑβδομάδων. καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ δὲ ἑβδομάδι ὀδόντες φύονται δύο τοῖσι πολλοῖσι τῶν ἀνθρώπων, οὗτοι καλέονται σωφρονιστῆρες. αἱ δὲ τρίχες φύονται ὧδε. ὀστέα εἰσὶ καὶ ἐγκέφαλος ἀφ' ὧν ἡ τοιαύτη αὔξησις, ὅτι τοῦ πέριξ κολλώδεος ὅπως περ τοῖσι νεύροισι καὶ τοῦ λιπαροῦ οὐκ ἔνε(121)στιν. εἰ γὰρ ἐνῆν τοῦ λιπαροῦ, ἐξεκαίετο ἂν ἐκ τοῦ θερμοῦ. τάχα δὲ θαυμάσειεν ἄν τις ὅτι καὶ ἐν τῇσι μασχάλῃσι [307] καὶ ἐν τῷ ἐπισείῳ τρίχες πολλαὶ καὶ ἐν τῷ σώματι παντί εἰσιν. οἷσιν οὗτος λόγος περὶ τουτέου. ὅπου τυγχάνει τοῦ σώματος τὸ κολλῶδες ὄν, ἐνταῦθα αἱ τρίχες γίνονται ὑπὸ τοῦ θερμοῦ. ἀκούει δὲ διὰ τόδε. τὰ τρήματα τῶν οὐάτων προσήκει πρὸς ὀστέον σκληρόν τε καὶ ξηρὸν ὅμοιον λίθῳ. τοῦτο δὲ πέφυκε πρὸς ὀστέον κοίλωσις σηραγγώδης. οἱ δὲ ψόφοι ἀπερείδονται πρὸς τὸ σκληρόν. τὸ δὲ ὀστέον τὸ κοῖλον ἐπηχεῖ διὰ τοῦ σκληροῦ. τὸ δέρμα τὸ πρὸς τῇ ἀκοῇ πρὸς τῷ ὀστέῳ τῷ σκληρῷ λεπτόν ἐστιν ὥσπερ ἀράχνιον, ξηρότατον τοῦ ἄλλου δέρματος.

mento ex utero orti ſunt. Increſcit autem et ad tertium annorum ſeptenarium, in quo adoleſcens evadit, ad quartum usque et quintum ſeptenarium. Quin etiam hominibus plerisque quarto ſeptenario duo dentes enaſcuntur, qui moderatores nominantur. Capilli autem ad hunc modum oriuntur. Ab oſſibus et cerebro ejusmodi incrementum provenit, ab eo videlicet glutinoſo, quod circumcirca exiſtit, in quo pinguis nihil ineſt, quemadmodum et nervis accidit. Si quid enim pinguis ineſſet, a calido exuſtum eſſet. Ac fortaſſis mirum aliquem ſubeat, cur in axillis et pube et reliquo corpore pili multi ſuccreſcant. Cujus rei haec eſt ratio, quod ubicunque in corpore glutinoſum exiſtit, ibi pili a calore gignuntur. Hanc vero ob cauſam auditio fit. Aurium foramina ad os durum et ſiccum lapidi ſimile perveniunt, cui cavitas fiſtuloſa addita eſt. Soni autem in durum impingunt et os cavum per ipſum durum inſonat. Pellicula vero in ipſo meatu auditorio juxta os durum tenuis eſt, ad inſtar telae aranei, prae re-

©BIUM

Ed. Chart. V. [307.] Foës. I. 252. 253. Ed. Lind. I. (121. 122.) τεκμήρια δὲ πολλὰ ὅτι ξηρότατον ἠχεῖ μάλιστα. ὅταν δὲ μέγιστον ἠχήσῃ, τότε μάλιστα ἀκούομεν. καὶ εἰσί τινες οἳ ἔλεξαν φύσιν ξυγγράφοντες ὅτι ὁ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ ἠχέων. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένηται. αὐτός τε γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὑγρός ἐστι καὶ μῆνιγξ περὶ αὐτόν ἐστιν ὑγρὴ καὶ παχείη, καὶ περὶ τὴν μήνιγγα ὀστέα. οὐδὲ οὖν τῶν ὑγρῶν ἠχεῖ, ἀλλὰ ξηρά. τὰ δὲ ἠχέοντα ἀκοὴν ποιεῖ. ὀσφραίνεται δ' ὁ ἐγκέφαλος ὑγρὸς ἐὼν αὐτὸς τῶν ξηρῶν, ἕλκων τὴν ὀδμὴν ξὺν τῷ ἠέρι διὰ τῶν βρογχίων ξηρῶν ἐόντων. προήκει γὰρ ὁ ἐγκέφαλος τῆς ῥινὸς ἐς τὰ κοῖλα. καὶ ταύτῃ αὐτῷ οὐκ ἔστιν ἐπίπροσθεν ὀστέον οὐδὲν, ἀλλὰ χόνδριον μαλακὸν ὅκως περ σπόγγος, οὔτε κρέας οὔτε ὀστέον. καὶ ὅταν μὲν ξηρὰ ᾖ τὰ κοῖλα τῆς ῥινὸς, ὀσμᾶσθαι τῶν ξηροτέρων αὐτὸς ἑωυτοῦ ἀκριβέστερός (122) ἐστιν. ὕδατος γὰρ οὐκ ὀδμᾶται. || ὑγρότερον γάρ ἐστι τοῦ ἐγκεφάλου, ἐὰν μὴ σαπῇ. σηπόμενον γὰρ τὸ ὕδωρ παχύτερον γίνεται καὶ τὰ ἄλλα πάντα. ὁκόταν δὲ ὑγρανθέωσιν αἱ ῥῖνες, οὐ

liquis pelliculis ficciſſima. Quod autem ficciſſimum eſt, id ad ſonum concipiendum maxime facere, multis argumentis comprobari poteſt. Cum ergo plurimum reſonat, tum maxime audimus. Etſi nonnulli naturae hiſtoriam ſcriptis mandantes cerebrum ipſum ſonum facere dixerunt, quod tamen nullo modo fieri poteſt. Cerebrum enim ipſum humidum eſt et ipſum ambiens membrana humida et craſſa, eamque oſſa circumdant. Atqui nullum humidum ſonum facit, ſed quae ſicca ſunt. Quae vero reſonant auditionem faciunt. At vero cerebrum odorandi facultatem habet, cum humidum exiſtat, aridorum odorem cum aëre per cartilaginoſa corpora, quae ſicca ſunt, attrahens. Cerebrum enim ad naſi cavitatem progreditur, hacque parte nullum ei os obtenditur, ſed mollis cartilago ſpongiae inſtar, quam neque carnem neque os appellare queas. Et cum quidem narium cava ſicca fuerint, ipſum per ſe exquiſite magis rerum ſiccarum odorem percipit. Neque enim aquam olfacit, cum cerebro ſit humidior, niſi computruerit. Putrefacta namque aqua craſſior evadit et reliqua omnia. At cum nares humidae fuerint, olfacere nequit, cum ad ſe cerebrum

©BIUM

Ed. Chart. V. [307.] Foës. I. 253. Ed. Lind. I. (122.)

δύναται ὀσφραίνεσθαι. οὐ γὰρ τὸν ἠέρα ἕλκει αὐτὸς πρὸς ἑωυτόν. ταύτῃ δὲ καὶ ὅταν ἀποτήκῃ ὁ ἐγκέφαλος πλεῖστον αὐτὸς ἀφ' ἑωυτοῦ ἐς τὴν ὑπερώην καὶ τὴν φάρυγγα καὶ τὸν πνεύμονα καὶ ἐς τὴν ἄλλην κοιλίην, γινώσκουσιν οἱ ἄνθρωποι καὶ φασὶ καταῤῥέειν ἐκ τῆς κεφαλῆς. καταῤῥέει δὲ καὶ ἐς τὸ ἄλλο σῶμα. καὶ ἔστι τρόπῳ τῷ θερμῷ. ὁρῇ δὲ διὰ τοῦτο. ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου τῆς μήνιγγος φλὲψ καθήκει ἐς τὸν ὀφθαλμὸν διὰ τοῦ ὀστέου ἑκάτερον. διὰ ταύταιν ταῖν φλεβοῖν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διηθέεται τὸ λεπτότατον τοῦ κολλωδεστάτου. καὶ διὰ τοῦτο αὐτὸ περὶ αὐτὸ δέρμα ποιέει τοιοῦτον οἷόν περ περὶ αὐτό ἐστι τὸ διαφανὲς τοῦ ὀφθαλμοῦ τὸ πρὸς τοῦ ἠέρος, πρὸς ὃ προσβάλλει τὰ πνεύματα, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ὥσπερ περὶ τοῦ ἄλλου δέρματος ἔλεξα. πολλὰ δὲ ταῦτ' ἐστὶ τὰ δέρματα, πρὸ τοῦ ὁρέοντος διαφανέος, ὁκοῖόν περ αὐτό ἐστιν. τούτῳ γὰρ τῷ διαφανεῖ ἀνταυγέει τὸ φῶς καὶ τὰ λαμπρὰ πάντα. τουτέῳ οὖν ὁρῇ τῷ ἀνταυγέοντι. ὅτι δὲ μὴ λαμπρόν ἐστι, μηδὲ ἀνταυγῇ, τουτέῳ οὐχ ὁρᾷ. τὸ δὲ ἄλλο τὸ περὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς λευκὸν κρέας

aërem non attraeat. Ad eundem etiam modum cum cerebrum colliquatum plurimam materiam ex ſe in palatum et ſauces et pulmonem reliquumque ventrem detruſerit, id percipiunt homines et ex capite deſtillare dicunt, etſi in reliquum etiam corpus deſtillat, idque cum calore quodam contingit. At vero eam ob cauſam videt, quod a cerebri membrana vena ad utrumque oculum per os pertinet. Per has duas venas ex glutinoſo, quod eſt maxime tenue, ex cerebro veluti per collum transmittitur, atque ideo ipſam circum ſe tunicam quae aëri obverſatur et ad quam venti ingruunt, talem facit, quale eſt ipſum oculi pellucidum, eadem plane ratione quam de caeteris tunicis diximus. Sunt autem multae hae tunicae, quae oculi pellucido praetenduntur, ipſique ſint ſimiles. In hoc enim pellucido lumen et ſplendida cuncta lucem reflectunt. Per hoc igitur in quo lumen reflectitur, viſio fit. Quod vero minime eſt ſplendidum neque oblucet, per illud viſio non fit. Reliquum circum ocu-

©BIUM

Ed. Chart. V. [307. 308.] Foës. I. 253. Ed. Lind. I. (122. 123.)
ἐστίν. ἡ δὲ κόρη καλεομένη τοῦ ὀφθαλμοῦ μέλαν φαίνεται διὰ τοῦτο, ὅτι ἐν βάθει ἐστὶ καὶ χιτῶνες περὶ αὐτὸ εἰσὶ μέλανες. χιτῶνα δὲ καλέομεν τὸ ἐνεὸν ὥσπερ (123) δέρμα. ἔστι δὲ οὐ μέλαν ὄψει, ἀλλὰ λευκὸν διαφανές. τὸ δὲ ὑγρὸν κολλῶδες. [308] πολλάκις γὰρ ὀπώπαμεν ἐπὶ συῤῥαγέντος ὀφθαλμοῦ ἐξιὸν ὑγρὸν κολλῶδες. κὴν μὲν ᾖ ἔτι θερμὸν, ὑγρόν ἐστιν. ἐπειδὰν δὲ ψυχθῇ, ἐγένετο ξηρὸν ὥσπερ λιβανωτὸς διαφανὴς καὶ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν θηρίων ὅμοιόν ἐστι. τὸν δὲ ὀφθαλμὸν ἀνιᾷ πᾶν ὅ τι ἂν ἐμπέσῃ καὶ τὰ πνεύματα προσβάλλοντα καὶ τὰ ἄλλα ὅσα λαμπρότερα ἢ κατ' αὐτόν ἐστι. καὶ ἤν τις ἐν κρίσει διὰ τόδε, ὅτι ὁμόχροια ἐστίν. ὥσπερ τὸ στόμα καὶ ἡ γλῶσσα καὶ ἡ ἄλλη κοιλίη ἔνυγρά ἐστιν. διαλέγεται δὲ διὰ τὸ πνεῦμα ἕλκων εἴσω πᾶν τὸ σῶμα. τὸ πλεῖστον δὲ ἐς τὰ κοῖλα αὐτὸς ἑωυτῷ. αὐτὸ δὲ θύραζε ὠθεόμενον διὰ τὸ κενὸν ψόφον ποιέει. ἡ κεφαλὴ γὰρ ἐπηχεῖ· ἡ δὲ γλῶσσα ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἐν τῷ φάρυγγι ἀποφράσσουσα καὶ προσβάλλουσα πρὸς τὴν ὑπερώην καὶ πρὸς τοὺς

los album caro eſt. Pupilla autem oculi nominata nigra ob id apparet, quod in fundo ſita ſit et tunicae eam ambientes nigrae exiſtunt. Tunicam vero appellamus id quod velut pellicula ineſt, quae neutiquam ad conſpectum nigra eſt, ſed alba et pellucida et oculi humidum, glutinoſum. Saepe enim conſpeximus oculo diſrupto prodiiſſe humorem glutinoſum, qui quamdiu calidus eſt, liquidus exiſtit, ubi vero perfrixit, ſiccus evadit ad inſtar thuris transparens. Quod in hominibus et feris ad eundem modum ſe habet. At oculo infeſtum eſt quicquid in eum incurſat, et venti et quaecunque ſplendidiora quam in ſe ipſo ſint. Idque quis ideo fieri judicet, quod unius et ejusdem ſint coloris. Quemadmodum os et lingua et reliquus venter humida exiſtunt. Sermonis autem in homine cauſa eſt, quod totum corpus ſpiritum intro trahit, eumque plurimum in ſuas quisque cavitates. Is vero per inane foras pulſus ſtrepitum facit. Caput enim reſonat, lingua vero in faucibus interſeptum, ſuo appulſu format et ad palatum ac dentes impin-

©BIUM

Ed. Chart. V. [508.] Foës. I. 253. Ed. Lind. I. (123. 124.)

ὀδόντας ποιέει σαφηνίζειν. ἢν δὲ μὴ ἡ γλώσση ἀρθροῖ προσβάλλουσα ἑκάστοτε, οὐκ ἂν σαφέως διαλέγοιτο, ἀλλ' ἢ ἕκαστα φύσει τὰ μονόφωνα. τεκμήριον δέ ἐστι τουτέω, οἱ κωφοὶ οἱ ἐκ γενεῆς οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι, ἀλλὰ τὰ μονόφωνα μοῦνον φωνέουσιν, οὐδ' εἴ τις τὸ πνεῦμα ἐκπνεύσας πειρῷτο διαλέγεσθαι. δῆλον δὲ τόδε. οἱ ἄνθρωποι ὁκόταν βούλωνται μέγα φωνῆσαι, ἕλκοντες τὸ πνεῦμα τὸ ἔξω ὠθέουσι θύραζε καὶ φθέγγονται μέγα ὡς ἀντέχῃ τὸ πνεῦμα. ἔπειτα δὲ καταμαραίνεται τὸ φθέγμα. καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ (124) ὁκόταν δέῃ αὐτοῖς μακροφωνέειν, ἐπ' ἄκρον ἑλκύσαντες τὸ πνεῦμα ἔσω πουλὺ ἐκτείνουσι τὴν ἐκφορὰν καὶ φωνοῦσι καὶ φθέγγονται μέγα ὡς ἀντέχωσι τῷ πνεύματι. ἐπὴν δὲ τὸ πνεῦμα ἐπιλίπῃ, καταπαύονται. τουτέοισι δῆλον ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ φθεγγόμενον. εἶδον δὲ ἤδη οἵ σφάξαντες ἑωυτοὺς ἀπέταμον τὸν φάρυγγα παντάπασιν. οὗτοι ζῶσι μὲν, φθέγγονται δὲ οὐδὲν, εἰ μή τις συλλάβῃ τὸν φάρυγγα. οὗτοι δὲ φθέγγονται. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὸ πνεῦμα οὐ δύναται διατετμημένου τοῦ λάρυγγος ἕλκειν ἔσω ἐς τὰ κοῖλα, ἀλλὰ κατὰ

gens clarum reddit. Quod nisi lingua suo semper appulsu formaret, non distincte homo loqueretur, sed singula unam natura vocem ederent. Cujus rei indicio sunt muti a primo ortu, qui distincte loqui nequeunt, sed solam vocem edunt. Neque vero si quis spiritu foras emisso loqui conetur, id facere queat, quod hinc constat. Qui magnam volunt vocem edere, ii attractum externum spiritum foras propellunt et quamdiu perdurat spiritus, magnam vocem fundunt, quae postea deficit. Quinetiam citharoedi, si ut magna voce utantur opus sit, spiritum intro summopere attrahunt et plurimum emittunt ac vociferantur, vocemque quamdiu spiritus suffecerit, magnam edunt. Ubi vero spiritus defecerit desinunt. Ex quibus manifestum est, spiritum vocem edere. Vidi praeterea quosdam, qui cum seipsos jugulassent, guttur in totum sibi praesecuerant. Atque hi vivunt quidem, verum nullam vocem emittunt, nisi quis guttur constringat, ac tum demum ii vocem edunt. Quin et hoc patet quod praesecto summo gutture spiritus in ca-

©BIUM

Ed. Chart. V. [308. 309.] Foës. I. 253. 254. Ed. Lind. I. (124. 312.)
τὸ διατετμημένον ἐκπνέει.' οὕτως ἔχει περὶ φωνῆς ἴσως καὶ διαλέξεως. (312) ὁ δὲ αἰὼν ἐστι τοῦ ἀνθρώπου ἑπταήμερος. || πρῶτον μὲν ἐπὴν ἐς τὰς μήτρας ἔλθῃ ὁ γόνος, ἐν ἑπτὰ ἡμέρῃσιν ἔχει ὁκόσα περ ἐστὶν ἔχειν τοῦ σώματος. τοῦτο δέ τις ἂν θαυμάσειεν ὅκως ἐγὼ οἶδα. πολλὰ δὲ εἶδον τρόπῳ τοιῷδε. αἱ ἑταῖραι αἱ δημόσιαι αἵτινες αὐτέων πεπείρηνται πολλάκις, ὁκόταν παρὰ ἄνδρα ἔλθῃ, γινώσκουσιν ὁκόταν λάβωσιν ἐν γαστρί· κἄπειτ' ἐνδιαφθείρουσιν. ἐπειδὰν δὲ ἤδη διαφθαρῇ, ἐκπίπτει ὥσπερ σάρξ. ταύτην τὴν σάρκα ἐς ὕδωρ ἐμβαλὼν, σκεπτόμενος ἐν τῷ ὕδατι εὑρήσεις ἔχειν πάντα μέλεα καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὰς χώρας καὶ τὰ οὔατα καὶ τὰ γυῖα καὶ τῶν χειρῶν οἱ δάκτυλοι καὶ τὰ σκέλεα καὶ οἱ πόδες καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν, καὶ τὸ αἰδοῖον καὶ τὸ ἄλλο πᾶν σῶμα δῆλον. [309] εὔδηλον δὲ καὶ ὅταν λάβῃ ἐς γαστέρα τῇσιν ἐπισταμένῃσιν, αὐτίκα ἔφριξεν, καὶ θέρμη καὶ βρυγμὸς καὶ σπασμὸς ἔχει καὶ τὸ ἄρθρον καὶ τὸ σῶμα πᾶν καὶ τὴν ὑστέρην ὄκνος. καὶ ὁκόσαι καθαραί εἰσι τοῦτο πάσχουσιν.

vitates internas attrahi nequit, ſed praeſectam partem foras effertur. Ita ſane de voce ac ſermone ſimili modo ſe res habet. Hominis autem vita ſeptem dierum numero circumſcribitur. Ac primum quidem ubi genitura ad uteros pervenerit, habet intra ſeptem dies quaecunque ex corpore ei accedere neceſſe eſt. Id vero quomodo noverim fortaſſe quis mirabitur, verum multa ad hunc modum vidi. Meretrices publicae, quae in ſeipſis ſaepius id expertae ſunt, ubi cum viro congreſſae ſunt, noſcunt quando conceperint moxque conceptum intra ſe perdunt. Quo poſtea jam perdito veluti caro excidit. Eam in aquam conjectam ſi accuratius inſpexeris, membra omnia habere deprehendas, et oculorum regiones et aures et brachia. Quin et manuum digiti et crura et pedes et pedum digiti et pudendum et reliquum totum corpus in conſpicuo eſt. Liquido autem conſtat harum rerum peritis, quod mulier ubi concepit, ſtatim inhoreſcit et incaleſcit, ac dentibus ſtridet et articulum reliquumque corpus convulſio prehendit et uterum torpor, idque iis quae purae ſunt accidit. Quae vero craſſae et mu-

©BIUM

Ed. Chart. V. [309.] Foës. I. 254. Ed. Lind. I. (312. 315.)

ὁκόσαι δὲ πάσχουσι παχεῖαι καὶ τὸ βλεννώδεις, οὐ γινώσκουσι τουτέων τῶν γυναικῶν πολλαί. ἥ δέ μοι ἔδειξαν, κατὰ τοῦτο δὴ καὶ ἐπίσταμαι εἰδέναι. δῆλον δὲ τόδε, ὅτι ἑπτήμερος ὁ αἰὼν, εἴ τις ἐθέλει (313) ἑπτὰ ἡμέρας φαγέειν ἢ πιέειν μηδέν. οἱ μὲν πολλοὶ ἀποθνήσκουσιν ἐν αὐτῇσιν· εἰσὶ δέ τινες καὶ οἳ ὑπερβάλλουσιν, ἀποθνήσκουσι δ' ὅμως. εἰσὶ δέ τινες οἳ καὶ ἐπείσθησαν ὥστε μὴ ἀποκαρτερῆσαι, ἀλλὰ φαγέειν τε καὶ πιέειν· ἀλλ' ἡ κοιλίη οὐκέτι καταδέχεται. ἡ γὰρ νῆστις συνεφύη ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν· ἀλλὰ θνήσκουσι καὶ οὗτοι. ἔστι δὲ καὶ τόδε τεκμήρασθαι. τὸ παιδίον ἑπτάμηνον γόνον γενόμενον, λόγῳ γεγένηται καὶ ζῇ καὶ λόγον ἔχει τοιοῦτον καὶ ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. ὀκτάμηνον δὲ γενόμενον οὐδὲν βιοῖ πώποτε. ἐννέα δὲ μηνῶν καὶ δέκα ἡμερέων γόνος γίγνεται καὶ ζῇ καὶ ἔχει τὸν ἀριθμὸν ἀτρεκέα ἐς τὰς ἑβδομάδας. τέσσαρες δεκάδες ἑβδομάδων ἡμέραι εἰσὶν διηκόσιαι ὀγδοήκοντα. ἐς δὲ τὴν δεκάδα τῶν ἑβδομάδων ἑβδομήκοντα ἡμέραι. ἔχει δὲ καὶ τὸ ἑπτάμηνον γενό-

coſae iſtud experiuntur, earum pleraeque hoc non ſentiunt. Ac ſane quantum illae mihi ita indicarunt, tantum etiam me ſcire profiteor. Quod vero hominis vita ſeptem dierum numero circumſcribatur, hoc quoque manifeſtum eſt. Plerique quidem ex his qui ſeptem diebus nihil edere aut bibere volunt, in his moriuntur, quod ſi qui eos ſuperaverint, nihilominus tamen moriuntur. Nonnulli etiam ne per inediam a vita diſcederent, ſed ut commederent et biberent perſuaſi ſunt, verum venter non amplius admittit. Jejunum enim inteſtinum in his diebus cohaereſcit, quinetiam illi moriuntur. Quin et illud ipſum ex his conjicere licet. Puer ſeptimo menſe natus, certa ratione in lucem prodiit et vitalis eſt, cum is rationem et numerum exacte ad hebdomadas reſpondentem habeat. Octavo autem menſe natus nullus unquam vixit. Novem autem menſium et decem dierum foetus editur et vitalis eſt, numerumque ad hebdomadas exacte reſpondentem habet. Quatuor nempe decades hebdomadarum dies ſunt ducenti et octoginta. Hebdomadarum autem decuriam dies ſeptua-

Ed. Chart. V. [309.] Foës. I. 254. Ed. Lind. I. (313. 314.)
μενον τρεῖς δεκάδας ἑβδομάδων, ἐς δὲ τὴν δεκάδα ἑκάστην ἑβδομήκοντα ἡμέραι. τρεῖς δεκάδες δὲ ἑβδομάδων αἱ σύμπασαι δέκα καὶ διηκόσιαι. καὶ αἱ νοῦσοι οὕτω τοῖς ἀνθρώποις ὀξύταται γίνονται, ἡμερέων παρελθουσέων ἐν τῇσιν ἀνακρίνονται καὶ ἀπέθανον ἢ ὑγιέες ἐγένοντο. καὶ τριταῖοι ἕνδεκα ἡμέρῃσιν ἐν μιῇ ἑβδομάδι καὶ ἥμισυ ἑβδομάδος. καὶ τεταρταῖοι ἐν δυσὶν ἑβδομάσιν. καὶ αἱ πεμπταῖαι ἐν δυοῖν δέουσαι εἴκοσιν ἡμέρῃσιν. δυοῖν τε ἑβδομάδοιν καὶ ἥμισυ ἑβδομάδος. αἱ δὲ ἄλλαι νοῦσοι οὐκ ἔχουσι διὰ γνώμην ἐν ὁκόσῳ ὑγιέες ἔσονται ἀπο(314)φαίνεσθαι. οὕτω δὲ καὶ τὰ ἕλκεα τὰ μεγάλα τὰ ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ τὰ ἐν τῷ ἄλλῳ σώματι, τεταρταῖα φλεγμαίνειν ἄρχεται. ἐν ἑπτὰ δὲ καθίστανται φλεγμήναντα καὶ ἐν τεσσαρεσκαίδεκα δυοῖν δεούσῃσιν. ἢν δέ τις ἀνακῶς θεραπεύῃ καὶ μὴ καταστῇ ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ τὰ ἐν τῇσι κεφαλῇσι μεγάλα ἕλκεα, ἀποθνήσκουσιν οἱ ἄνθρωποι. θαυμάσειε δ' ἄν τις καὶ τοῦτο ὅστις ἄπειρος ἦ, εἰ ἑπτάμηνον γίνεται παιδίον. ἐγὼ μὲν οὖν αὐτὸ ὅπωπα καὶ συχνά.

ginta conſtituunt. At ſeptimo menſe editus partus tres hebdomadarum decurias obtinet et ad unamquamque decuriam dies concurrunt ſeptuaginta. Tres ita hebdomadarum decuriae in totum dies ducentos decem faciunt. Quin etiam morbi acutiſſimi ad hunc modum hominibus contingunt, volventibus diebus quibus judicantur et moriuntur aut convaleſcunt. Et tertianae diebus undecim, una et dimidia hebdomada. Quartanae duabus hebdomadis. Quintanae duodeviginti diebus, hoc eſt duabus hebdomadis et dimidia. In caeteris vero morbis quoto tempore homines ſani evadent, certa ſententia pronunciari non poteſt. Ad eundem autem modum ulcera quoque magna in capite et reliquo corpore, quarto die inflammatione tentari incipiunt, ſeptimo vero inflammatio ſedatur aut decimoquarto aut duodevigeſimo. Quod ſi quis diligentem curam adhibeat, neque ulcera capitis magna hoc tempore ſedentur, homines moriuntur. Ac forte quis harum rerum imperitus mirabitur foetum ſeptimo menſe naſci, atque id quidem certe et

©BIUM

Ed. Chart. V. [309. 342.] Foës. I. 254. 255. Ed. Lind. I. (314. 167.)
εἰ δέ τις βούλεται καὶ τοῦτο ἐλέγξαι, ῥηΐδιον πρὸς τὰς ἀκεστρίδας αἳ πάρεισι τῇσι τίκτουσι ἐλθὼν πυθέσθω. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο τεκμήριον. τοὺς ὀδόντας οἱ παῖδες ἑπτὰ ἐτέων διελθόντων πληροῦσι. καὶ ἐν ἑπτὰ ἔτεσιν. ἔστι δὲ λόγῳ καὶ ἀριθμῷ ἀτρεκέως δεκάδες ἑβδομάδων ἑξήκοντα καὶ τριηκόσιαι. τῆς δὲ φύσιος τὴν ἀνάγκην διότι ἐν ἑπτὰ τουτέων ἕκαστα διοικεῖται, ἐγὼ φράσω ἐν ἄλλοισιν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΠΤΑΜΗΝΟΥ.

[342] || (167) Οἱ δὲ ἑπτάμηνοι γίνονται ἐκ τῶν ἑκατὸν ἡμερέων καὶ ὀγδοήκοντα καὶ δύο καὶ προσόντος μορίου. ἦν γὰρ τοῦ πρώτου λογίσῃ μηνὸς πεντεκαίδεκα ἡμέρας, τῶν δὲ πέντε μηνῶν ρμ΄ καὶ ζ΄ καὶ ἥμισυ ἡμέρας. ἦν γὰρ ἑξήκοντα μιῆς δεούσης ἡμέρης ἐγγύτατα δύο μῆνες ἐκτελεῦνται. οὕτως οὖν τούτων ἐόντων ἐς τὸν ἕβδομον μῆνα περιγίνονται ἡμέραι πλεῖον ἢ εἴκοσιν, ἥμισυ τοῦ ἐνιαυτοῦ καὶ τῆς ἡμέρης, τοῦ μέρους τῷ μέρει ποστῷ γινομένῳ. ὁκόταν ἐς τὴν ἀρχὴν τῆς τελειώσεως ἔλθῃ, ταύτην ἀδρυνομένου τοῦ ἐμβρύου καὶ τὴν

saepius vidi. Quod si quis volet, id facile deprehendet, obstetrices quae parturientibus praesunt adeundo et percontando. Est vero et aliud argumentum. Pueri saepius septimo anno exacto dentes explent. Et septem annos pleno et justo numero exacte trecentae et quinquaginta hebdomades conficiunt. Quod autem horum singula septenariis a natura regantur alias declarabo.

HIPPOCRATIS DE SEPTIMESTRI PARTV LIBER.

Septimestres nascuntur diebus centum et octoginta duobus et insuper addita quadam diei particula. Si enim primi mensis dies quindecim supputaveris, quinque vero mensium dies centum quadraginta septem et dimidium, sexaginta namque diebus uno dempto fere duo menses constant, his sic se habentibus ad septimum mensem supersunt dies plus quam viginti, quod est anni dimidium, una cum aliquantula parte ad diei partem accedente. Cum foetus jam auctior ad hanc perfectionem devenerit et robur increverit,

Ed. Chart. V. [542. 543.] Foës. I. 255. Ed. Lind. I. (167. 168.)
ἰσχὺν πουλὺ ἐπιδιδόντος ἐν τῇ τελειώσει μᾶλλον ἢ ἐν τοῖς ἄλλοις χρόνοις· οἱ ὑμένες ἐν οἷς τὴν ἀρχὴν ἐτράφη, ὥσπερ καὶ τῶν ἀσταχύων, ὁπότ' ἐξεχάλασαν, πρό(168)σθεν ἀναγκαζόμενοι ἢ τελείως ἐξαδρυνθῆναι τὸν καρπὸν, τὰ μὲν ἰσχυρότατα καὶ ἀδρότατα τῶν ἐμβρύων βιησάμενα καὶ διαῤῥήξαντα τοὺς ὑμένας ἠνάγκασε τὸν τόκον γενέσθαι. καὶ τὰ μὲν πλεῖστα τουτέων ἀπώλλοντο. μικρὰ γὰρ ὄντα τῇ μεταβολῇ μείζονι χρέονται τῶν ἄλλων. καὶ τὴν τεσσαρακονθήμερον κακοπαθείην ἀναγκάζονται κακοπαθεῖν, ἐξελθόντα ἐκ τῆς μήτρης. καὶ τῶν δεκαμήνων πολ[343]λὰ ἀποκτείνει. ἔστι δὲ ἃ τούτων τῶν ἑπταμήνων καὶ περιγίνονται ἐκ πολλῶν ὀλίγα· ὅτι ὁ λόγος καὶ ὁ χρόνος ἐς ὃν ἐτράφη ἐν τῇ μήτρῃ κατέστησεν· ὥστε μετέχειν πάντων ὧν περ καὶ τὰ τελεώτατα μετέχει καὶ μάλιστα περιγινόμενα. καὶ ἐξήλλαξε τῆς μητρὸς πρόσθεν κυούσης, ἅτε ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ νενοσευμένα. τούτοις γὰρ τοῖς πόνοις ἦν ἐπιγίνονται, ὥστ' εἰς τοὐμφανὲς ἐλθεῖν τὸ παιδίον, ἀδύνατον περιγενέσθαι διὰ τὰς πάθας τὰς προειρημένας, ἃς ἐγώ φημι τοὺς ὀκταμήνους ἀποκτείνειν·

ipſo jam perfecte aucto magis quam caeteris temporibus membranae in quibus jam inde ab initio enutritus eſt elaxantur, non ſecus ac ſpicarum membranae, ad id vi impulſae, antequam fructus perfecte auctus fuerit, et fructus quidem robuſtiſſimi et maxime pleni vi illata membranas dilacerant, partimque accelerant et ex his plerique pereunt. Nam cum parvi exiſtant, majore quam caeteri utuntur mutatione et ex utero expreſſi per quadraginta dies ex neceſſitate male afficiuntur, quod etiam multos decimo menſe natos interimit. Ex his autem qui ſeptimo menſe nati ſunt, ſuperſunt quidam, licet ex multis pauci, propterea quod ratio et tempus quo enutriti ſunt in utero effecit ut ea omnia conſequantur quorum etiam perfectiſſimi et qui maxime ſuperſtites evadunt, compotes fiunt, tum etiam quod permutationem ſenſerunt, prius a matre in lucem emiſſi, quam octavo menſe aegrotarent. Etenim ſi hos labores ſuperant, ita ut in lucem puer prodeat, is tamen ſupereſſe nequit ob commemoratas affectiones, quas octavo menſe,

©BIUM

Ed. Chart. V. [545.] Foël. I. 255. Ed. Lind. I. (168. 169.)

πολλοὺς δὲ καὶ τῶν δέκα μηνῶν. τὰ δὲ πολλὰ τῶν ἐμβρύων τῶν ἐν αὐτῇ τῇ ἡλικίῃ τῇ ἑπταμήνῳ, ὅταν οἱ ὑμένες χαλῶσι, μετεχώρησαν ἐς τὸ ὑπεῖξαν, καὶ ἐνθαῦτα τὴν τροφὴν ποιέεται. τὰς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς πρώτας πονοῦντα τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον. διὰ δὲ τὴν μεταβολὴν τὴν ἐκ τῶν χωρίων τῶν θρεψούντων μετεβάλλετο καὶ ἀντὶ τοῦ ὀμφαλοῦ ἔσπασε καὶ μετεχώρησε· καὶ διὰ τῆς μητρὸς τοὺς πόνους. οἱ γὰρ ὑμένες τεινόμενοι καὶ ὁ ὀμφαλὸς σπασθεὶς ὀδύνας ποιέει τῇ μητρί. καὶ τὸ ἔμβρυον ἐκ τοῦ (169) παλαιοῦ συνδέσμου ἐκλυθὲν βαρύτερον γίνεται. πολλαὶ δὲ τῶν γυναικῶν καὶ ἐπιπυρεταίνουσι τούτων γινομένων. αἱ δὲ καὶ ἀπόλλυνται σὺν τοῖς ἐμβρύοις. χρῶνται δὲ πᾶσαι ἐν ὀλίγῳ περὶ τούτου. φασὶ δὲ τοὺς ὀγδόους τῶν μηνῶν καὶ χαλεπώτατα φέρειν τὰς γαστέρας, ὀρθῶς λέγουσαι. ἔστι δὲ ὄγδοος μὴν οὐ μόνον χρόνος οὗτος, ἀλλὰ καὶ ἡμέραι πρόσεισι ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς καὶ τοῦ ἐννάτου καὶ ἀπὸ τοῦ ἐνιαυτοῦ. ἀλλὰ τὰς ἡμέρας οὐχ ὁμοίως οὔτε λέγουσιν οὔτε γινώσκουσιν αἱ γυναῖκες. πλανῶνται γὰρ διὰ τὸ μήτε κατὰ ταὐτὸ γίνεσθαι,

multos quoque decimo natos interimere affirmo. Multi autem foetus ejus aetatis, quae eſt ſeptem menſium, cum laxatis membranis in id quod cedit ſecedunt, ibique alimentum capiunt, primis quidem quadraginta diebus hi quidem magis, alii minus laborant. Ac propter permutationem ex locis in quibus alebantur, alterationem ſentiunt et circa umbilicum vellicantur, alioque migrant, tum etiam propter matris labores. Membranae namque dum tenduntur et umbilicus vellicatur, dolores matri pariunt, foetusque priſtino vinculo exolutus gravior evadit. Pleraeque etiam mulieres ex hoc caſu inſuper febre corripiuntur, quaedam quoque una cum foetu pereunt, verum omnes hac febre paucis diebus tentantur. At vero ſe uteros difficillime geſtare nono menſe recte dicunt. Eſt autem octavus menſis non ſolum tempus hoc, verum etiam dies a ſeptimo menſe et nono et ab anno accedunt. Verum dies non eodem modo vel dicunt vel agnoſcunt mulieres. Ex eo enim decipiuntur, quod

©BIUM

Ed. Chart. V. [343.] Foës. I. 255. 256. Ed. Lind. I. (169. 170.) ἀλλ' ὁτὲ μὲν ἀπὸ τοῦ ἑβδόμου μηνὸς, πλέονας ἡμέρας προσγενέσθαι ἐς τὰς τεσσαράκοντα, ὁτὲ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐννάτου. τότε γὰρ ἀνάγκη γίνεσθαι, ὅκως ἂν τύχῃ ἡ γυνὴ ἐν γαστρὶ λαβοῦσα, τοῦ μηνός τε καὶ τοῦ χρόνου. ὁ δὲ μὴν ὁ ὄγδοος ἀναμφισβήτητός ἐστι. κατὰ τοῦτον γὰρ γίνεται, ὥστε δυσκρίτως ἔχειν· κατ' ἐμὲ καὶ τὸ μέρος ἐν τοῖς ἕνδε||κα μησὶ, μής ἐστιν, ὥστε τοῦτον οὐ μνημόνευτον εἶναι. χρὴ δὲ οὐκ ἀπιστεῖν ταῖς γυναιξὶ περὶ τῶν τόκων. λέγουσι γὰρ πάντα καὶ αἰεὶ λέγουσι καὶ αἰεὶ ἐρέουσιν. οὐ γὰρ ἂν πεισθείησαν οὔτ' ἔργῳ οὔτε λόγῳ, ἀλλ' ὅ τι γνῶναι ἐν τοῖσι σώμασιν αὐτέων γινόμενον. τὰς δὲ βουλομένας ἄλλο λέγειν ἔξεστιν, αἳ δὲ κρίνουσαι καὶ τὰ νικητήρια διδοῦσαι περὶ αὐτέου τοῦ λόγου, αἰεὶ ἐρέουσι καὶ φήσουσι τίκτειν καὶ ἑπτάμηνα καὶ ὀκτάμηνα καὶ ἐννεάμηνα καὶ δεκάμηνα, καὶ τουτέων τὰ ὀκτάμηνα οὐ περιγενέσθαι. (170) φήσουσι δὲ καὶ τοὺς τρωσμοὺς πλείστους ἐν τῇ πρώτῃ τεσσαρακοντάδι γίνεσθαι. καὶ τἆλλα τὰ καταγεγραμμένα ἐν τῇσι τεσσαρακοντάσι καὶ ἐν τοῖσι μησὶν

neque eodem modo ſe habent, verum etiam quod quandoque plures dies a ſeptimo ad quadraginta accedunt quandoque vero a nono. Sic enim pro ratione menſis ac temporis in quo mulier conceperit, contingere neceſſe eſt. At menſis octavus minime ambiguus eſt. Per hunc enim contingit, ut indicatio difficilis ſit. Mea ſententia pars in undecim menſibus menſis eſt, licet non admodum commemorari debeat. Mulieribus autem de partu fides habenda eſt. Nam et omnia narrant ſemperque dicunt et ſemper proferunt. Neque aut opere aut ſermone cujusquam ſe perſuaderi ſinunt, ſed ex eo quod ſibi contigiſſe norunt. Etſi vero volentibus aliud dicere licet, quae tamen decernendi, aut de hac ſententia pronunciandi victoriae poteſtatem habent, ſemper proferunt et affirmant ſeptimo menſe et octavo et nono et decimo et undecimo partus in lucem prodire, et ex his octavo menſe natos minime ſupereſſe. Quin et abortiones plurimas primis quadraginta diebus contingere aſſeverant et caetera quae in quadragenariis ac ſingulis menſi-

©BIUM

Ed. Chart. V. [343. 344.] Foës. I. 256. Ed. Lind. I. (170.)

ἑκάστοισιν. ὅταν δὲ τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ περιραγέωσιν οἱ ὑμένες καὶ τὸ ἔμβρυον μεταχωρήσῃ, ὑπέλαβον οἱ πόνοι οἱ περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον γενεαλογούμενοι καὶ περὶ τὴν ἑκτὴν τεσσαρακοντάδα. τούτου δὲ τοῦ χρόνου παρελθόντος ὁπόσαις μέλλει εὖ εἶναι, αἱ φλεγμοναὶ ἐλύθησαν καὶ τοῦ ἐμβρύου [344] καὶ τῆς μητρὸς, ὥστε γαστὴρ μαλαχθῇ καὶ ὁ ὄγκος ὑποκαταβῇ ἀπὸ τῶν ὑποχονδρίων καὶ τῶν κενεώνων εἰς τὰ κάτω χωρία ἐς εὐτρεπίην τὴν ἐπὶ τοὺς τόκους τροπήν. καὶ τὴν ἑβδόμην τεσσαρακοντάδα ἐντεῦθεν ἐστὶ τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου τὰ ἔμβρυα. τὰ γὰρ χωρία αὐτοῖς μαλθακὰ καὶ αἱ μετακινήσιες αὐτοῖς εὐπετέστεραι γίνονται καὶ πυκνότεραι. καὶ διὰ ταῦτα κατέστη πρὸς τὸν τόκον εὐλυτώτερα. καὶ πάσης τῆς τεσσαρακοντάδος ταύτας αἱ γυναῖκες φέρουσι τὰς τελευταίας ἡμέρας εὐπετέστερον τὰς γαστέρας, ἔστ' ἂν ἁρμόσῃ τὸ ἔμβρυον στρέφεσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα αἵ τε ὠδῖνες εἰσὶ καὶ οἱ πόνοι ἐπίκεινται, ἔστ' ἂν ἐλευθερωθῇ τοῦ παιδίου καὶ τοῦ ὑστέρου. ὅσαι δὲ τῶν γυναικῶν ἔτεκον πολλὰ παιδία καί τι αὐτέων ἐγένετο χωλὸν ἢ τυφλὸν ἢ ἄλλό τι κακὸν ἔχον, φή-

bus evenire conſcripta ſunt. Cum vero ſeptimo menſe disruptis membranis foetus ſedem mutarit, labores qui circa octavum menſem et circa ſextum quadragenarium in partu edendo fieri recenſentur, prehendunt. Quo tempore elapſo, quibus partus foeliciter ſucceſſurus eſt, inflammationes tum foetus tum matris diſſolvuntur, adeo ut venter emolliatur, tumorque ex praecordiis et laterum inanitate in loca inferiora deſcendat ad aptam converſionem, quae facilem partus progreſſionem faciat. Et ſeptimo quadragenario magnam temporis partem foetus illic permanent. Nam et loci ipſis molles ſunt et transmotiones ipſis faciliores et frequentiores contingunt, ideoque ad partum expeditiores redduntur. Et ex toto quadragenario per ultimos hos dies mulieres facilius uteros ferunt, quoad foetum converti contigerit. Poſtea vero partus dolores et labores incumbunt, donec puero et ſecundis mulier liberetur. Quae vero mulieres multos pueros pepererunt, in quibus aliquis claudus aut coecus aut alioqui male affectus fuit, eae affirmant ſe in his geſtandis

©BIUM

Ed. Chart. V. [544.] Foës. I. 256. Ed. Lind. I. (170. 171.)

σουσιν ἐπὶ τῶν τουτέων τοῦ παιδίου τὸν ὄγδοον μῆνα, χαλεπώτερον διαγαγεῖν ἢ ἐφ' ὧν ἔτεκεν, οὐδὲν κακὸν ἐχόντων. τὸ γὰρ ἔμβρυον τὸ πηρωθὲν ἐν τῷ ὀγδόῳ μηνὶ ἰσχυρῶς ἐνόση-(171)σεν, ὥστε καὶ ἀπόστασιν ἐποίησεν ἡ νοῦσος· ὡς καὶ τοῖς ἀνδράσιν αἱ ἰσχυραὶ νόσοι ἐποίησαν. ὅσα δ' ἂν τῶν ἐμβρύων ἐν ἄλλῳ χρόνῳ ἰσχυρῶς νοσήσῃ, ἀπόλλυται πρόσθεν ἢ αὐτέῳ ἀπόστασιν γενέσθαι· ὅσα δ' ἂν τῶν ὀκταμήνων ἐμβρίων μὴ σφόδρα νοσήσῃ, ἀλλὰ κατά ἕν τι ἐκ τῆς μεθόδου κακοπαθήσῃ, τὰς μὲν τεσσαράκοντα ἡμέρας διετέλεσεν ἐν ἀσθενείῃ. τὰ δὲ πλεῖστα ἐν τῇ μήτρῃ διὰ τὰς ἀνάγκας τὰς προειρημένας, ἐγένοντο δὲ ὑγιαίνοντα. ὅ τι δ' ἂν γένηται ἐν τεσσαράκονθ' ἡμέραις ταύταις, ἀδύνατον περιγενέσθαι. νοσέοντι γὰρ αὐτέῳ ἔτι ἐν τῇ μήτρῃ ἐπιγίνονται αἱ μεταβολαὶ καὶ αἱ κακοπάθειαι μετὰ τὸν τόκον. ὅ τι δ' ἂν ἀπονοσῆσαν ἐν τῇ μήτρῃ ἐς τὸν ἔννατον μῆνα ἔλθῃ καὶ ἐν τουτέῳ τῷ μηνὶ γένηται, περιγίνεται. περιγίνεται μὲν οὐκ ἔλασσον ἢ ἑπτάμηνα, ὀλίγα δὲ καὶ τουτέων ἐκτρέφεται. οὔτε γὰρ τὴν παχύτητα ἴσχει ἥνπερ τὰ

pueri octavum menſem moleſtius tuliſſe, quam in his quos nullo modo male affectos pepererunt. Mutilus enim foetus octavo menſe vehementer aegrotavit, adeo ut etiam morbus abſceſſum fecerit, non ſecus ac viris morbi graviſſimi facere conſueverunt. At foetus qui alio quovis tempore vehementer aegrotarint, ii prius intereunt quam ejusmodi abſceſſum morbus experiatur. Octimeſtres autem foetus qui non valde aegrotant, ſed una quapiam parte propter digreſſionem male affecti ſunt, eorum plerique per quadraginta quidem dies ob commemoratas cauſas neceſſarias in utero imbecilles ſunt, verum ſani evadunt. Qui vero intra hos quadraginta dies natus fuerit, is ſupereſſe nequit, cum huic adhuc in utero aegrotanti, poſt partum mutationes et afflictiones praeterea accedant. At qui in utero aegrotans ad nonum menſem pervenerit, eoque editus fuerit, is quidem ſupereſſe poterit. Et ſuperſunt quidem hi non minus quam ſeptimeſtres, quamquam etiam ex his pauci educantur. Neque enim eam habent corpulentiam, quam perfectiſſimi na-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 676 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. V. [344. 345.] Foës. I. 256. 257. Ed. Lind. I. (171. 172.)
τελεώτατα ἔχουσιν, οὔτε πόνοι οἱ ἐν τῇ μήτρῃ οὐ πάλαι πεπονημένοι εἰσὶν αὐτέοις, ὥστε λεπτὸν γενέσθαι. σωθείη δ' ἂν μάλιστα εἰ τοῦ ἐννάτου μηνὸς γένοιτο ἐν ἐξόδῳ. ἰσχυρότερον δ' ἂν γένοιτο καὶ πλεῖστον ἀπέχον τῶν νούσων τῶν τοῖς ὀκταμήνοις γενομένων. καὶ γὰρ τὰ ἐν ἑπτὰ τεσσαρακοντάσι τικτόμενα, τὰ δεκάμηνα καλεόμενα, διὰ ταῦτα μάλιστα ἐκτρέφεται, ὅτι ἰσχυρότατά ἐστι καὶ πλεῖστον ἀπέχει τῶν γνωρίμων παιδίων τοῦ χρόνου ἐν ᾧ ἐκακοπάθησε τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς νοσουμένας περὶ τὸν μῆνα τὸν ὄγδοον. σα(172) φηνίζει δὲ περὶ τῶν νοσημάτων καὶ παθημάτων τῶν τοῖς || ὀκταμήνοις γινομένων καὶ τὰ ἐννεάμηνα λεπτὰ τικτόμενα. κατὰ τὸ πλῆθος τοῦ χρόνου ἐγεγόνει κατὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος, ἐκ νόσων κακοπαθίης ἀφιγμένης, οὐχ ὥσπερ τὰ ἑπτάμηνα τίκτεται σεσαρκωμένα καὶ τὰ πάχος ἔχοντα εὐτραφέως, ἄνοσα διατετελεκότα ὃν χρόνον ἐκ τῇ μήτρῃ διεφέρετο. [345] ταῖς δὲ γυναιξὶν αἱ συλλήψιες τῶν ἐμβρύων καὶ οἱ τρωσμοί τε καὶ οἱ τόκοι ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ κρίνονται ἐν ᾧπερ αἵ τε νοῦσοι καὶ αἱ ὑγίειαι καὶ οἱ θάνατοι τοῖς σύμπασιν ἀνθρώποισιν. ταῦτα

cti ſunt et laboribus quos in utero non ita pridem pertulerunt conflictantur, ita ut tenues reddantur. Is vero potiſſimum foetus ſervatur, qui nono menſe jam affecto in lucem editur. Validior autem evadit plurimumque abeſt a morbis qui octimeſtribus contingere conſueverunt. Qui enim ſeptimo quadragenario in lucem eduntur, decimeſtres appellati, hanc ob cauſam praecipue educantur, quod validiſſimi ſunt, plurimumque abſunt ab uſitatorum puerorum tempore, in quo circa octavum menſem diebus quadraginta aegrotantes male habent. Quin et nonimeſtres tenues editi in lucem eorum qui octavo menſe nati ſunt morbos et affectiones declarant. Quamvis enim pro temporis longitudine corporis magnitudo exiſtit, accedente tamen morborum affectione neque eduntur carnoſi neque vegetam habent corpulentiam, velut ſeptimeſtres, qui geſtationis tempus in utero ſine morbis peregerunt. At vero mulieribus foetuum conceptiones et abortiones et partiones eodem tempore judicantur quo et morbi et ſanitas et mors cunctis mortali-

©BIUM

Ed. Chart. V. [545.] Foës. I. 257. Ed. Lind. I. (172. 173.)

δὲ πάντα τὰ μὲν καθ' ἡμέρας, τὰ δὲ κατὰ μῆνας ἐπισημαίνει, τὰ δὲ κατὰ τεσσαρακοντάδας ἡμερῶν, τὰ δὲ κατ' ἐνιαυτόν. ἐν πᾶσι γὰρ τοῖς χρόνοισι τουτέοισιν ἔνεστι πρὸς ἕκαστον πολλὰ μὲν ξυμφέροντα, πολλὰ δὲ πολέμια. ἐκ μὲν οὖν τῶν συμφερόντων αἵ τε ὑγίειαι γίνονται καὶ αἱ αὐξήσιες· ἐκ δὲ τῶν ἐναντίων αἵ τε νοῦσοι καὶ οἱ θάνατοι. αἱ μὲν οὖν ἡμέραι ἐπισημόταταί εἰσιν ἐν τοῖς πλείστοις αἵ τε πρῶται καὶ ἑβδομαῖαι, πολλαὶ μὲν περὶ νούσων, πολλαὶ δὲ καὶ τοῖς ἐμβρύοις. τρωσμοί τε γὰρ γίνονται καὶ οἱ πλεῖστοι ταύταις ταῖς ἡμέραις. ὀνομάζεται δὲ τὰ τηλικαῦτα ἐκρύσεις, ἀλλ' οὐ τρωσμοί αἱ δὲ ἄλλαι ἡμέραι ὅσαι ἐντὸς τῶν τεσσαρύκοντα, ἐπίσημοι μὲν ἧσσον, πολλαὶ δὲ κρίνουσιν. ἐν δὲ τοῖς μησὶ ταὐτά τε καὶ ἐν τῇ ἡμέρῃ γινόμενα ἔνεστι κατὰ λόγον. καὶ καταμήνια γυναιξὶ ταῖς ὑγιαινούσαις φαίνονται καθ' ἕκαστον τῶν μηνῶν, ὡς ἔχοντος τοῦ μηνὸς ἰδίην δύναμιν ἐν τοῖς σώμασιν. ἐξ ὧν (173) δὴ καὶ οἱ ἕβδομοι μῆνες ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις τὰ ἔμβρυα εἰς τὴν ἀρχὴν καθιστᾶσι τῆς τελειώσεως, τοῖσι δὲ παιδίοις ἑπταμήνοισιν ἐοῦσι καὶ ἄλλα διαφέροντα γίνονται ἐν τοῖς σώ-

bus contingunt. Sed iſtorum omnium alia quidem diebus, alia menſibus, alia quadragenariis, alia annuo ſpatio de ſe ſignificationem praebent. In his enim omnibus temporibus multa quidem cuique conferentia, multa quoque adverſa inſunt. Ex qnibus quae conducunt ſanitatem et incrementa, contraria vero morbos et mortem adferunt. Dies igitur inter alios maxime inſignes ſunt primi et ſeptimi ac multum quidem in morbis, multum etiam in foetibus poſſunt. Abortiones enim plurimae his diebus contingunt. Tales vero effluxiones nominatur, non abortus. Reliqui autem dies intra quadrageſimum minus quidem inſignes ſunt, multi tamen decernunt. In menſibus vero omnia, quae in diebus contingunt, eadem ratione. Et ſingulis menſibus bene valentibus mulieribus menſtrua comparent, tanquam peculiarem in corporibus vim menſis habeat. Ex quibus ſane ſeptimi menſes in praegnantibus foetibus perfectionis initium adferunt. Pueris vero, ubi ſeptem menſes attigerunt, tum alia eximia in corporibus fiunt tum eo tempore

©BIUM

Ed. Chart. V. [345.] Foës. I. 257. Ed. Lind. I. (173.)

μασι καὶ οἱ ὀδόντες φαίνεσθαι ἄρχονται ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ. ὁ δὲ αὐτὸς λόγος καὶ ἐπὶ κρισίμων, ἤν περ ἴσως καὶ τοῖσδέ τις συγχρέοιτο, ὁκοίας ἔλεξας ἱστορίας τε ἕνεκα εἰρήσθω. σκοπεῖν γὰρ χρὴ τὸν μέλλοντα ἰητρὸν ὀρθῶς στοχάζεσθαι τῆς τῶν καμνόντων σωτηρίας, θεωροῦντα μὲν περὶ τὰς πάσας, τῶν δὲ ἀρτίων τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην καὶ τὴν ὀγδόην εἰκοστὴν καὶ τεσσαρακοστὴν καὶ δευτέρην. οὗτος γὰρ ὁ ὅρος τίθεται τῷ τῆς ἁρμονίης λόγῳ πρός τινων καὶ ὁ ἀρτιφυὴς τε καὶ τέλειος ἀριθμός. δι' ἣν δὲ αἰτίην, μακρότερον ἂν εἴη ἐπὶ τοῦ παρόντος διεξελθεῖν. θεωρεῖν δὲ χρὴ οὕτως τριάσι τε καὶ τετράσι. ταῖς μὲν τριάσι συνημμέναις ἁπάσαις, ταῖς δὲ τετράσι δύο μὲν παρὰ δύο συνημμέναις, δύο δὲ παρὰ δύο συνεζευγμέναις. αἱ δὲ τεσσαρακοντάδες πρῶτον μὲν κρίνουσιν ἐπὶ τῶν ἐμβρύων. ὅ τι δ' ἂν ὑπερβάλλῃ τὰς τεσσαράκοντα ἡμέρας τὰς πρώτας, ἐκφεύγει τοὺς τρωσμοὺς ἐπὶ παντὸς γινομένους. πλέονες δὲ γίνονται ἐν τῇ πρώτῃ τεσσαρακοντάδι τρωσμοὶ ἢ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐούσαις. τοῦδε τοῦ χρόνου παρελθόντος ἰσχυρό-

dentes apparere incipiunt. Eadem quoque est ratio dierum judicatoriorum, si quis forte ea quae a me dicta sunt, quaeque cognitionis gratia dicentur, istis accommodare velit. Etenim medicum qui de aegrorum salute recte conjectare volet, animadvertere oportet ut omnes quidem dies in contemplationem adhibeat, ex paribus vero decimum quartum et vigesimum octavum et quadragesimum secundum. Hic enim terminus pro harmoniae ratione et integer perfectusque numerus a quibusdam ponitur. Quam vero ob causam, longum foret in praesentia referre. Ad hunc autem modum per ternarios aut quaternarios contemplari oportet, ternariis quidem omnibus copulatis, quaternariis vero duobus ad duos connexis, et duobus ad duos conjugatis. At vero quadragenariae primum quidem in foetibus indicant. Qui vero primos quadraginta dies superaverit, is abortiones quae ex quavis causa contingunt effugit. Plures autem primis quadraginta diebus quam aliis omnibus abortiones fiunt. Quo tempore praeterito, foetus va-

©BIUM

Ed. Chart. V. [345. 346.] Foës. I. 257. 258. Ed. Lind. I. (173. 174.)
τερά ἐστι τὰ ἔμβρυα καὶ διακρίνεται καθ' ἕκαστα τῶν μελέων τὸ σῶμα. καὶ τῶν μὲν ἀρσένων σφόδρα διάδηλα γίνεται πάντα, τὰ δὲ θήλεα ἐς τοῦτον τὸν χρόνον σάρκες φαίνονται ἀποφύσιας μοῦνον ἔχουσαι. πλείονα (174) γὰρ χρόνον τὰ ὅμοια ἐν τῷ ὁμοίῳ ὁμοιόν ἐστι καὶ κρίνεται βραδύτερον, διὰ τὴν συνήθειάν τε καὶ φιλότητα. [346] καίτοι τά γε ἄλλα ὅταν χωρισθῶσιν τῆς μητρὸς αἱ θυγατέρες τῶν κούρων θᾶσσον ἡβῶσι καὶ φρονέουσι καὶ γηράσκουσι διὰ τὴν ἀσθενείην τε τῶν σωμάτων καὶ τὴν δίαιταν. ἄλλη δὲ τεσσαρακοντὰς ἐν ᾗ περὶ τὸν ὄγδοον μῆνα τὰ ἔμβρυα ἐν τῇ μήτρῃ νοσέει, περὶ ὧν ὁ λόγος λέγεται ὧδε σύμπας. τρίτη δὲ ἐν ᾗ τὰ παιδία ὅταν γένηται τὰ κακοπαθήσαντα, ἢν περιφύγῃ τὰς τεσσαράκοντα || ἡμέρας, ἐφάνη ἰσχύοντα δῆτα μᾶλλον καὶ φρονέοντα. καὶ γὰρ τὰς αὐτὰς ὁρᾷ σαφέστερον καὶ τὸν ψόφον ἀκούει πρόσθεν μὴ δυνάμενα, ὡς ἐπίδοσιν ἔχοντος τοῦ χρόνου τούτου κατά τε ἄλλα καὶ κατὰ τὴν φρόνησιν τὴν διὰ τοῦ σώματος. τὸ μὲν γὰρ ἴδιον φρόνημα δῆλόν ἐστιν ἐὸν ἐν τῷ σώματι ἔν γε τῇ πρώτῃ

lentiores exiſtunt et ſingula corporis membra diſcernuntur. Et in maribus quidem valde manifeſta fiunt omnia. In foemellis vero per hoc tempus carnes conſpicuae ſunt, protuberantias tantum habentes. Longiore enim tempore ſimilia in ſimilibus ſimiliter ſe habent et propter familiaritatem ac amicitiam tardius diſcernuntur. Etſi in caeteris, ubi a matre ſejunctae fuerint, puellae citius quam pueri pubeſcunt, ſapiunt et ſeneſcunt, propter corporum imbecillitatem et victus rationem. Altera vero eſt quadragenaria, in qua per otavum menſem foetus in utero aegrotant, de quibus haec tota oratio ad hunc modum eſt inſtituta. Tertia vero, in qua, ſi naſcuntur pueri, licet male affecti, ſi quadraginta dies evaſerint, valentiores ſane magisque intelligentes eſſe videntur. Nam et ſplendorem plenius intuentur et ſtrepitum audiunt, cum antea non poſſent, tanquam hoc tempus plurimum conferat tum ad alia tum ad intelligentiam, quae in corpore ineſſe percipitur. Singularem ſiquidem intelligentiam in corpore ineſſe prima ſane die conſtat. Nam

©BIUM

Ed. Chart. V. [546.] Foël. I. 258. Ed. Lind. I. (174. 175.)

ἡμέρῃ. ἔν τε γὰρ τοῖς ὕπνοισιν ἐοῦσιν εὐθέως ἐπὴν γένωνται γελῶντα φαίνεται τὰ παιδία καὶ κλαίοντα. ἐγρηγορότα τε αὐτόματα εὐθέως γελᾷ τε καὶ κλαίει πρόσθεν ἢ τεσσαράκοντα ἡμέραι γενοίατο. οὐδε γελᾷ ψαυόμενά τε καὶ ἐρεθιζόμενα πρόσθεν ἢ αὐτὸς ὁ χρόνος οὗτος γένηται. ἀμβλύνονται γὰρ αἱ δυνάμεις ἐν ταῖς μύξησι. καί γε ὁ θάνατος διὰ τὴν μοιρίην ἔλαχεν. ὥστε παράδειγμα τοῖς πᾶσιν εἶναι ὅτι πάντα φύσιν ἔχει ἐκ τῶν αὐτέων ἐόντα μεταβολὰς ἔχειν διὰ χρόνων τῶν ἱκνουμένων. σαφηνίζεται δὲ ἐν ἑκάστοισι ἄλλο τῶν γινομένων καὶ ἀπογινομένων. ἐν δὲ τῷ ἐνιαυτῷ τελουμένῳ πολλαὶ μὲν νοῦσοι γίνονται, πολλαὶ δὲ ὑγεῖαι κατὰ λόγον τοῦ χρόνου, (175) πρὸς τοὺς μῆνάς τε καὶ τὰς ἡμέρας ἑκάστας τοῖς ἑβδόμοις, καὶ τἄλλα πολλὰ γίνεται διαφέροντα τοῖς σώμασι. τοῖσι δὲ παιδίοισιν οἱ ὀδόντες ἐκπίπτουσι καὶ ἕτεροι φύονται. τὰ γὰρ ἐπὶ σώμασι, τάδε γράψω.

et in ſomnis pueri ſtatim ubi nati ſunt, ridere et plorare conſpiciuntur. Quin etiam ſponte vigilantes ſtatim rident ac plorant, etiam prius quam diem quadrageſimum attigerint. Neque vero tacti aut irritati ante hoc ipſum tempus rident. Hebetantur enim vires muccorum copia. Quin et mors fatali ſorte contingit. Quod omnibus documento eſt, omnia quae exiſtunt, ex iisdem natura conſtare et mutationes per congruentia tempora obtinere. Quod ex ſingulis manifeſtum fit, quae partim oriuntur partim decedunt. Anno vero vertente multi quidem morbi, multae etiam ſanitates contingunt, pro temporis ratione quam habent menſes aut dies ſinguli ad ſeptenarios. Quin etiam multa alia eximia in corporibus fiunt, pueris vero dentes excidunt et alii oriuntur. Quae autem corporibus accidunt, haec a me ſcribentur.

Ed. Chart. V. [351.] Foës. I. 258. Ed. Lind. I. (175. 176.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΟΚΤΑΜΗΝΟΥ.

[351] Περὶ δὲ ὀκταμήνου γενέσιος φημὶ δισσὰς ἐφεξῆς κακοπαθείας γενομένας ἀδυνάτους εἶναι ποιέειν φέρειν τὰ παιδία, καὶ διὰ τοῦτο οὐ περιγίνεσθαι τὰ ὀκτάμηνα. συγκυρεῖ γὰρ αὐτοῖς ἐφεξῆς κακοπαθεῖν τήν τε ἐν τῇ μήτρῃ γενομένην κακοπαθείην καὶ τὴν ὅταν ὁ τόκος γένηται, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ὀκταμήνων οὐδὲν περιγίνεται. ἐπεὶ καὶ τὰ δεκάμηνα καλεόμενα λέγω ἐν ἑπτὰ τεσσαράκονθ' ἡμέραις μᾶλλον τίκτεσθαι· καὶ μάλιστα προσήκει ἐκτρέφεσθαι. καὶ τελεώτατον ἐστὶν ἐν ταῖς πρώταις τεσσαράκοντα ἡμέραις. ἐπὴν δὲ γένηται πλείω, ἀπόλλυται. ἀναγκάζεται γὰρ πολλὰ μεταλαμβάνοντα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰ νοσεῖν, ἐξ ὧν οἱ θάνατοι γίνονται. ἄρχεται δὲ πονέειν τὸ παιδίον πρὸς τοῦ τόκου γινόμενον καὶ κινδυνεύειν ἀπολέσθαι, ὅταν ἐν τῇ μήτρῃ στρέφηται. φύεται γὰρ πάντα ἄνω τὴν κεφαλὴν ἔχοντα. τίκτεται δὲ πολλὰ ἐπὶ κεφαλήν. καὶ ἀσφαλέστερον ἀπαλλάσσει τῶν ἐπὶ (176) πόδας τικτομένων. τὰ γὰρ συγκαμπτόμενα τοῦ σώματος ἐπὶ κεφαλὴν οὔπω κωλύει ἰόντος τοῦ παιδίου. ἀλλὰ μᾶλλον ὅταν ἐπὶ πόδας ὁρμήσῃ τὰ

HIPPOCRATIS DE OCTIMESTRI PARTV LIBER.

At vero quod ad partum qui octavo menſe editur attinet, fieri non poſſe aſſevero ut duas continenter conſequentes afflictiones pueri perferant, ideoque eos qui octavo menſe naſcuntur, minime ſupereſſe. Hic etenim accidit ut ea quae in utero eſt et ea quae in partu fit afflictione conſequenter laborent, proptereaque eorum qui octavo menſe eduntur, nullus eſt ſuperſtes. Quin et decimeſtres nuncupatos ſeptem dierum quadragenariis potiſſimum in lucem edi ſentio maximeque ut educentur convenire. Et perfectiſſimus foetus eſt primis quadraginta diebus; ſi vero plures acceſſerint, perit. Cum enim multa pauco tempore aſſumere coguntur, eos multum aegrotare neceſſe eſt, ex quibus mors conſequitur. Puer autem cum partus inſtat, laborare incipit et in vitae periculum venire, cum in utero vertitur. Producuntur ſiquidem omnes capita ſurſum, in lucem vero prodeunt in caput multi, ac multo ſecurius liberant quam qui in pedes eduntur. Neque enim corporis

©BIUM

Ed. Chart. V. [351. 352.] Foës. I. 258. 259. Ed. Lind. I. (176.)
ἐμφράγματα γίνονται. αἱ γὰρ στροφαὶ ἐν τῇ γαστρὶ καὶ ἄλλος κίνδυνος. καὶ οἱ ὀμφαλοὶ πολλάκις ἤδη τῶν παιδίων ἐφάνησαν περὶ τοὺς τραχήλους. [352] ἢν γὰρ κατὰ τὸ μόριον ὁπότερον ἂν τύχῃ ὁ ὀμφαλὸς τῇ μήτρῃ παρατεταμένος, μᾶλλον ταύτῃ τὸ παιδίον τῆς κεφαλῆς τὴν περιαγωγὴν τοῦ ὀμφαλοῦ στρεφόμενον ποιήσεται ἢ περὶ τὸν αὐχένα. ἢν δὲ κατὰ τὸν ὦμον τὴν περιβολὴν τοῦ ὀμφαλοῦ ἀντιτείνειν, τούτου δὲ γενομένου καὶ τὴν μητέρα ἀνάγκη πονῆσαι μᾶλλον καὶ τὸ παιδίον ἢ ἀπολέσθαι ἢ χαλεπώτερον ἐξελθεῖν. ὥστε ἤδη καὶ πολλὰ ἔνδον τὴν ἀρχὴν τῆς νόσου τῶν παιδίων ἦλθεν ἔχοντα, ἐξ ἧς τὰ μὲν ἀπώλετο, τὰ δὲ νοσήσαντα περιεγένετο. ὁκόσα δ' ἂν εὐπορήσῃ καὶ ἀσφαλέως καὶ ἐς τοὐμφανὲς ἐξίῃ, ἀνεθέντα ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἀνάγκης τῆς ἐν τῇ || γαστρὶ, παχύτερα καὶ μέζω παραυτίκα ἢ κατὰ λόγον ἐγένετο, οὐκ αὐξήματος, ἀλλ' οἰδήματος γενομένου, ἐξ ὧν δὴ πολλὰ ἀπώλετο. ἢν γὰρ μὴ συνίζῃ τὸ οἴδημα, θᾶσσον ἢ τριταῖον ἢ ὀλίγῳ πολυχρονιώτερον νοῦσοι γίνονται ἐπ' αὐτέου. ὥστε τροφαὶ καὶ ἀναπνοαὶ σφαλεραὶ μεταλλασσόμεναι.

flexiones puerum in caput procedentem impediunt. Verum ubi in pedes erumpit, obturamenta magis contingunt. Quin et converſiones in utero aliud creant periculum et puerorum umbilici jam ſaepe circa colla implicati conſpecti ſunt. Ad quamcunque enim partem umbilicus in utero ſe extenderit, per hanc, dum umbilicus vertitur, puer caput potius circumaget quam ſi circa cervicem convolvatur. Quod ſi ad humerum umbilici injectio obnitatur, tunc etiam matrem magis laborare et puerum aut interire, aut difficilius exire neceſſe eſt. Quare multi jam pueri morbi initium intus obtinentes, in lucem prodiere, ex quo alii quidem perierunt, alii vero morbum trahentes ſuperſuerunt. At vero qui facilem et tutum exitum nacti, derepente ſublata vi, quam in utero pertulerunt, in lucum exierunt, ii craſſiores et majores ſtatim quam ratio poſtulet evaſerunt. Quod cum iis non ex incremento, ſed ex corporis laxo tumore contingat, ex his ſane multi perierunt. Niſi enim citius quam tertio die, aut paulo longiore tempore ſubſidat, ex eo morbi oriuntur. Quin et lubricae ſunt alimenti

Ed. Chart. V. [352.] Foës. I. 259. Ed. Lind. I. (176. 177.)
ἤν τι γὰρ νοσηρὸν ἐπάγωνται, κατὰ τὸ στόμα καὶ κατὰ τὰς ῥῖνας ἐπάγονται. καὶ ἀντὶ τοῦ τοσαῦτα εἶναι τὰ ἐσιόντα ὅσα ἐξαρκέει καὶ μὴ περιγίνεσθαι, πολλῷ πλέω εἰσέρχεται, ὥστε ἀναγκάζεσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ἐσιόντων καὶ ὑπὸ τῆς διαθέσιος (177) ἧς διάκειται τὸ σῶμα τοῦ παιδίου ἤδη τὰ μὲν κατὰ τὸ σῶμά τε καὶ τὰς ῥῖνας πάλιν ἐξιέναι, τὰ δὲ κατὰ τὸ ἔντερον καὶ τὴν κύστιν κάτω περαιοῦσθαι, πρόσθεν οὐδενὸς τουτέων οὕτως γινομένων. καὶ ἀντὶ πνευμάτων τε καὶ χυμῶν οὕτω συγγενέων, οἷς δ' ἀνάγκη ἐν τῇσι μήτρῃσι γίνεσθαι συνηθείην τε ἔχοντα καὶ εὐμενείην, πᾶσι ξένοις χρῆται ὠμοτέροισι καὶ ξηροτέροισι καὶ ἧσσον ἐξηνθρωπισμένοισιν, ἐξ ὧν ἀνάγκη πόνους γίνεσθαι πολλοὺς, πολλοὺς δὲ καὶ θανάτους, ἐπεὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι πολλάκις αἱ μεταλλαγαὶ τῶν χωρίων τε καὶ τῶν διαιτημάτων τὰς νόσους ποιέουσιν. ὁ δ' αὐτὸς λόγος ἐστὶ καὶ περὶ τῶν ἐσθημάτων. ἀντὶ γὰρ τοῦ σαρκὶ καὶ χυμοῖς ἠμφιέσθαι χλιεροῖς τε καὶ ὑγροῖς καὶ συγγενέσι τοιαῦτα ἀμφιέννυται τὰ παιδία οἷά περ οἱ ἄνδρες. ὁ δὲ ὀμφαλὸς δι' οὗ αἱ εἴσοδοί εἰσι τοῖσι παιδίοισι μοῦνον τοῦ σώματος τῇ μήτρῃ

et reſpirationis permutationes. Nam ſi quid morboſum invehunt, per os et nares inducunt. Et ut tantum alimenti aſſumatur quantum ſatis ſit, ac minime ſuperet, multo plura ingeruntur, ita ut pro ingeſtorum copia et pro corporis pueri affectu alia quidem tum per os tum per nares rurſus exire cogantur, alia vero per inteſtinum et veſicam inferne transmitti, cum nihil tale antea contingeret. Quin et loco ſpirituum et tam cognatorum humorum, cum quibus familiaritatem ac amicitiam in utero interceſſiſſe neceſſe eſt, externis omnibus utitur, crudioribus, ficcioribus et ad uſum humanum minus accommodatis, ex quibus multos ſuboriri dolores, plerisque etiam mortes neceſſe eſt, quandoquidem et plerumque viris tum locorum tum victuum mutationes morbos pariunt. Eadem etiam de veſtibus eſt ratio. Pro eo enim quod carne et ſuccis veſtiebantur, tepidis et liquidis ac cognatis, iisdem quibus viri veſtibus induuntur pueri. Umbilicus autem, per quem ad pueros ingreſſus patet, ſolus ex reliquis corporis partibus matri adhaere-

©BIUM

Ed. Chart. V. [352. 353.] Foës. I. 259. Ed. Lind. I. (177. 178.)
[871] (590) Τὰ φύσει εὔτροφα τῶν παιδίων οὐκ ἀνάλογον τῆς σαρκώσεως καὶ τὸ γάλα θηλάζει. τὰ βορὰ καὶ πολὺ ἕλκοντα γάλα οὐ πρὸς λόγον σαρκοῦται. τὰ πουλὺ διουρέοντα τῶν θηλαζόντων ἥκιστα ἐνιαύσια. ὁκόσοισι πολλὴ φέρεται ἡ κοιλίη καὶ εὐπεπτοῦσιν, ὑγιεινότερα. ὁκόσοισιν ὀλίγη βορὸῖσιν ἐοῦσι καὶ μὴ ἀνάλογον τρεφομένοισιν, ἐπίνοσα. ὁκόσοισι δὲ πουλὺ γαλακτῶδες ἀπεμεῖται, κοιλίη ξυνίσταται. ὁκόσοισιν ἐν ὀδοντοφυίῃ ἡ κοιλίη πλείω ὑπάγει, ἧσσον σπᾶται ἢ οὕτως ὀλιγάκις. ὁκόσοισιν ἐπὶ ὀδοντοφυίῃ πυρετὸς ὀξὺς ἐπιγίγνεται, ὀλιγάκις σπῶνται. ὁκόσα ὀδοντοφυεῦντα εὔτροφα μένει καταφορικὰ ἐόντα, κίνδυνος σπασμὸν ἐπιλαβεῖν. τὰ ἐν χειμῶνι ὀδοντοφυεῦντα τῶν ἄλλων ὁμοίων ἐόντων βέλτιον ἀπαλλάσσει. οὐ πάντα τὰ ἐπὶ ὀδοῦσι σπασθέντα τελευτᾷ· πολλὰ δὲ καὶ διασώζεται. τὰ μετὰ βηχὸς ὀδοντοφυεῦντα χρονίζει· ἐν δὲ τῇ διακεντήσει ἰσχναίνεται μᾶλλον. ὁκόσα ἐν τῷ

HIPPOCRATIS DE DENTITIONE LIBER.

Pueri natura pleniores etiam pro corpulentiae ratione lac non fugunt. Voraces et qui magnam lactis copiam trahunt, non pro ratione incraſſantur. Ex lactentibus qui urinam multam reddunt, minime per annum durant. Quibus alvus multum devertur, ſi bene concoquunt, ii melius habent. At quibus parum fertur, ſi voraces fuerint, neque pro ratione nutriantur, ii morboſi ſunt. Quibus vero lacteus cibus multus vomitione refunditur, iis alvus ſiſtitur. Quibus cum dentes erumpunt, alvus crebrius demittit, minus convulſione tentantur quam quibus ſic raro alvus ſubducitur. Quibus in dentitione febris acuta accedit, ii raro convulſionibus tentantur. Qui cum dentitione bene habito corpore permanent, gravi ſomno premuntur, periculum eſt ne eos convulſio prehendat. Quibus hieme dentes erumpunt, ſi catera ſimiliter ſe habeant, ii melius degunt. Non omnes dentibus erumpentibus convulſione tentati moriuntur, plerique etiam ſervantur. Qui cum tuſſi dentiunt, iis tardius dentes erumpunt, in ipſa autem punctione, magis ex-

Ed. Chart. VII. [871. 872.] Foës. I. 267. Ed. Lind. I. (590. 591.)
ὀδοντοφυέειν χειμῶνας ἔχει, ταῦτα καὶ προσεχόντως ἠγμένα ῥᾷον φέρει ὀδοντοφυίαν. τὰ διουρεῦντα πλέον ἢ διαχωρεῦντα πρὸς λόγον εὐτροφώτερα. [872] ὁκόσοισιν οὐρεῖται μὴ πρὸς λόγον, κοιλίη δὲ πυκνῶς ὠμὸν ἐκ παιδίων παρηθῇ, (591) ἐπίνοσα. τὰ εὔυπνα καὶ εὔτροφα πουλὺ ἀναλαμβάνει καὶ παράκειται οὐχ ἱκανῶς διωκειμένον. τὰ παρεσθίοντα ἐν τῷ θηλάζειν ῥᾷον φέρει ἀπογαλακτισμόν. τὰ πολλάκις παρηθεῦντα δίαιμον καὶ ἄπεπτον κατὰ κοιλίην, πλεῖστα τῶν ἐν πυρετῷ ὑπνώδεα. τὰ ἐν παρισθμίοις ἕλκεα ἄνευ πυρετῶν γιγνόμενα ἀσφαλέστερα. ὁκόσοισιν ἐν τῷ θηλάζειν τῶν νηπίων βὴξ προσίσταται, σταφυλὴν εἴωθεν μείζονα ἔχειν. ὁκόσοισι ταχέως ἐν παρισθμίοις νομαὶ ἐφίστανται τῶν πυρετῶν μενόντων καὶ βηχίων, κίνδυνος πάλιν γενέσθαι ἕλκεα τὰ παλινδρομήσαντα ἐν ἰσθμίοις. ἕλκεα τοῖσιν ὁμοίοισι κινδυνώδη. τοῖσι παιδίοισιν ἀξιολόγοις ἕλκεσιν ἐν παρισθμίοισι, καταπινομένων, σωτηρίας ἐστίν. ὁκόσα δὴ μᾶλλον τῶν πρότερον μὴ δυναμένων καταπίνειν ἐν παρισθμίοισιν ἕλκεσι, πολὺ τὸ χο-

tenuantur. Quibus dentientibus hiems ſupervenit, ii ſi diligenter curentur, dentitionem facilius ferunt. Qui plus meiunt quam egerunt, ii pro ratione pleniores ſunt. Qui non pro ratione meiunt, alvus vero a puero cruda crebro transmiſit, ii morbis ſunt obnoxii. Qui bene dormiunt et bene habito ſunt corpore, ii copioſum alimentum aſſumunt et corpori apponitur non ſufficienter diſtributum. Qui interim dum lac ſugunt cibum capiunt, facilius a mamma depelluntur. Qui ſaepius cruentum et crudum per alvum transmittunt, plerique cum febricitant, ſomnolenti ſunt. Tonſillarum ulcera quae ſine febre contingunt, ſecuriora ſunt. Quos infantes dum lac ſugunt tuſſis urget, ii uvam majorem habere conſueverunt. Quibus in tonſillis ulcera ſerpentia cito ſuperveniunt, febribus et tuſſi perſeverantibus periculum eſt ne ulcera recurrentia ſuboriantur. His ulcera in faucium anguſtiis periculi plena. Pueri qui effatu digna habent tonſillarum ulcera, ſi deglutiant, ſalutis ſignum eſt. Qui vero in tonſillarum ulceribus magis quam priores devorare non poſſunt, iis bilem vomitione reſundere,

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 710 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VII. [872.] Foës. I. 267. 268. Ed. Lind. I. (591. 592.)

λῶδες ἀνεμεῖσθαι ἢ κατὰ κοιλίαν ἔρχεσθαι, κινδυνώδες ἐν τοῖσιν ἐν παρισθμίοισιν ἕλκεσιν, ἀραχνιῶδές τι ἐὸν οὐκ ἀγαθόν. ἐν τοῖσι παρισθμίοισιν ἕλκεσι μετὰ τοὺς πρώτους χρόνους διαῤῥεῖν φλέγμα διὰ τοῦ στόματος πρότερον οὐκ ὂν χρήσιμον, || ὅμως ἀνακτέον. ἢν δὲ ἄρξηται ξυνδιδῷ, πάντως ἀσμενιστέον. τὸ δὲ μὴ οὕτως διαῤῥέον εὐλαβητέον. ῥευματιζομένοις παρίσθμια κοιλίη κατενεχθεῖσα πλείω λύει τὰς ξηρὰς βῆχας. παιδίοισιν ἀνενεχθέν τι πεπεμμένον πλείω λύει. τὰ πολὺν χρόνον ἐν παρισθμίοις ἕλκεα ἀναυξῆ μένοντα ἀκίνδυνα πρὸ τῶν πέντε ἢ ἓξ ἡμερέων. τὰ πουλὺ γάλα τῶν θηλαζόντων (592) ἀναλαμβάνοντα, ὡς τὸ πολὺ ὑπνώδη. τὰ μὴ εὐτροφέα τῶν θηλαζόντων ἄτροφα καὶ δυσανάληπτα. ἕλκεα ἐν θέρει γιγνόμενα ἐν παρισθμίοις, χείρονα τῶν ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν. τάχιον γὰρ νέμεται. τὰ περὶ σταφυλὴν νεμόμενα ἕλκεα ἐν παρισθμίοισιν, σωζομένοισι τὴν φωνὴν ἀλλοιοῖ. τὰ περὶ φάρυγγα νεμόμενα ἕλκεα χαλεπώτερα καὶ ὀξύτερα, ὡς ἐπιπολὺ δύσπνοιαν ἐπιφέρει.

aut per alvum prodire, periculoſum. In tonſillarum ulceribus ſi quid araneoſum inſit, non bonum. In tonſillarum ulceribus poſt prima tempora pituitam per os defluere, quod antea non adfuit utile, educenda tamen eſt. Quod ſi cum incoeperit, poſtea omnino remittat, lubenter amplectendum. Si vero non ſic deſinat, verendum. Quibus tonſillae deſtillatione tentantur, plurimum ſubducta alvus tuſſes ſiccas diſcutit. Pueris quid concoctum ſuperne eductum magis ſolvit. Tonſillarum ulcera longo tempore citra augmentum manentia, ante quintum aut ſextum diem periculo carent. Qui dum mammam ſugunt, multum lactis aſſumunt, ut plurimum ſomnolenti ſunt. Qui cum mammam ſugunt, non bene habito ſunt corpore, ii macilenti permanent et aegre reficiuntur. Tonſillarum ulcera aeſtate ſuborta pejora ſunt quam quae aliis oriuntur temporibus, cito enim ſerpunt. Serpentia circa uvam tonſillarum ulcera, in iis qui ſervantur, vocem immutant. Serpentia circa fauces ulcera, quae magnam moleſtiam exhibent et acuta magis ſunt, ut plurimum ſpirandi difficultatem adferunt.

©BIUM

Ed. Chart. IV. [269.] Foës. I. 268. Ed. Lind. I. (289.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΚΑΡΔΙΗΣ.

[269]* (289) Καρδίη σχῆμα μὲν ὁκοίη πυραμὶς, χροιὴν δὲ κατακορὴς φοινικέα. καὶ περιβεβλέαται χιτῶνα λεῖον. καὶ ἔστιν ἐν αὐτέῳ ὑγρὸν σμικρὸν ὁποῖον οὖρον. ὥστε δόξειε ἐν κίστει τὴν καρδίην ἀναστρέφεσθαι. γεγένηται δὲ τούτου ἕνεκα, ὅκως θάλληται ῥωσκομένως ἐν φυλακῇ. ἔχει δὲ τὸ ὑγρασμα ὁκόσον μάλιστα καὶ πυρευμένη ἄκος. τοῦτο δὲ τὸ ὑγρὸν διουρέει ἡ καρδίη πίνουσα, ἀναλαμβανομένη καὶ ἀναλίσκουσα, λάπτουσα τοῦ πνεύμονος τὸ ποτόν. πίνει γὰρ ὥνθρωπος τὸ μὲν πολλὸν ἐς νηδύν. ὁ γὰρ στόμαχος ὁκοῖον χώνος καὶ ἐκδέχεται τὸ πλῆθος καὶ ὅσσα προαιρούμεθα. πίνει δὲ καὶ ἐς φάρυγγα· τιτθὸν δὲ οἷον καὶ ὁκόσον ἂν λάθοι διὰ ῥύμης ἐσρυέν. πῶμα γὰρ ἀτρεκὲς ἡ ἐπιγλωσσὶς οὐκ ἂν διήσει μεῖζον ποτοῦ οὐδέν. σημήϊον τοῦτο. ἢν γάρ τις κυανᾷ ἢ μίλτῳ φορύξας ὕδωρ δοίη δεδιψηκότι πάνυ πιεῖν, μάλιστα δὲ συΐ. τὸ γὰρ κτῆνος οὐκ ἔστιν ἐπιμελὲς, οὐδὲ φιλόκαλον, ἔπειτα δὲ εἰ ἔτι πίνοντος ἀνατέμνοις τὸν λαιμὸν, εὕροις ἂν τοῦτον κε-

HIPPOCRATIS DE CORDE LIBER.

Cor figura quidem metae ſimilis, colore autem admodum puniceo, tunica laevi circumtegitur, in qua humor modicus qualis urina ineſt, ut cor in veſica converſari exiſtimes. Ea vero de cauſa extitit, ut validum in cuſtodia vigeat. Humiditatem autem tantam habet, quanta maxime ad aeſtuantis medelam ſatis ſit. Hoc humidum cor in ſerum vertit, pulmonis potum elambendo ebibens, aſſumens et conſumens. Nam cum quis bibit, maximam partem in ventrem demittit. Gula enim velut infundibulum et potus copiam et quaecumque expetimus excipit. Cum bibit autem, in guttur demittit, verum quaſi ex mamma ſugens, quantum ſuo impetu influens latere poſſit. Epiglottis enim Graece dicta operculum exactum ne ampliorem quidem potum transmiſerit. Cujus rei hoc eſt indicium. Si quis enim aquam coeruleo colore aut minio inquinatam valde ſitienti potui exhibeat, praecipue vero ſui, hoc enim pecus neque curam adhibet et immundum eſt, deinde adhuc bibenti jugulum ſecuerit, hunc potu coloratum reperiet. Ve-

©BIUM

Ed. Chart. IV. [269. 270.] Foël. I. 268. Ed. Lind. I. (289. 290.)

χρωσμένον τῷ ποτῷ. ἀλλ' οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἡ χειρουργία. οὔκουν ἀπιστητέον ἡμῖν περὶ τοῦ ποτοῦ (290) εἰ εὐτρεπίζει τὴν σύριγγα τῷ ἀνθρώπῳ. ἀλλὰ πῶς ὕδωρ ἀναιδὲς ἔνουρον ὄχλον καὶ βῆχα παρέχει πολλήν; οὕνεκα, φημὶ, ἀπάντικρυ τῆς ἀναπνοῆς φέρεται. τὸ γὰρ διὰ τῆς ὁρμῆς ἐσρέον, ἅτε παρὰ τοῖχον ἰὸν, οὐκ ἐνίσταται τῇ ἀναφορῇ τοῦ ἠέρος, ἀλλά τινα καὶ λείην ὁδὸν οἱ παρέχει ἡ ἐπίτεγξις. τοῦτο δὲ τὸ ὑγρὸν ἀπάγει τοῦ πνεύμονος ἅμα τῷ ἠέρι. τὸν μὲν οὖν ἠέρα χρὴ γενόμενον θεραπείην ἀνάγκη ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐκβάλλειν ἔνθεν ἤγαγεν. [270] τὸ δ' ὑγρὸν τὸ μὲν εἰς τὸν κουλεὸν αὐτέης ἀποπίει, τὸ δ' αὖ ξὺν τῷ ἠέρι θύραζε χωρέειν ἐᾷ. ταύτῃ καὶ διαίρει τὸν οὐρανὸν, ὁκόταν παλινδρομέῃ τὸ πνεῦμα· παλινδρομέει δὲ κατὰ δίκην. οὐ γὰρ ἔστιν ἀνθρώπου φύσιος τροφὴ ταῦτα. κῶς γὰρ ἀνθρώπου τροφὴ ἄνεμος καὶ ὕδωρ τὰ ὠμά; ἀλλὰ μᾶλλον τιμωρίη ξυγγενέος πάθης. περὶ δὲ οὗ ὁ λόγος ἡ καρδίη μῦς ἐστι κάρτα ἰσχυρὸς, οὐ τῷ νεύρῳ, ἀλλὰ πιλήματι σαρκός. καὶ δύο γαστέρας ἔχει δια-

rum non cuivis hanc manuum actionem aggredi datur. Non igitur nobis fides eſt detrahenda de potu, qui in hominis arteriam convertatur. Verum quanam ratione aqua affatim incidens moleſtiam et multam tuſſim exhibet? hac ſane de cauſa quod ex adverſo reſpirationi occurrit. Nam quod per rimam influit, cum juxta parietem feratur, aëris ſurſum elationi non obſiſtit, ſed quandam vel laevem ipſi viam humectatio praebet. Hunc autem humorem una cum aëre a pulmone abducit. Aërem itaque, cum medela exiſtat, retro ut per eandem viam per quam adduxit, ex neceſſitate rejiciat oportet. Humoris vero partem quidem in ſuam vaginam abſorbet, partem etiam rurſus una cum aëre foras ferri permittit. Iſtaque via cum ſpiritus retrofertur palatum dividit. Juſta autem ratione retro recurrit. Neque enim haec hominem alere poſſunt. Qua vero ratione ventus et aqua, cruda cum ſint, in hominis alimentum cedant? Verum connatae affectioni potius moderantur. Sed ut ad inſtitutum ſermonem revertatur noſtra oratio, cor muſculus eſt validus admodum non nervo, verum carnis ſpiſſamento,

©BIUM

Ed. Chart. IV. [270.] Foës. I. 268. 269. Ed. Lind. I. (290. 291.) κεκριμένας ἐν ἑνὶ περιβόλῳ, τὴν μὲν ἔνθα, τὴν δὲ ἔνθα. οὐδὲν δὲ ἐοίκασιν ἀλλήλησιν. ἡ μὲν γὰρ ἐν τοῖσι δεξιοῖσι ἐπὶ στόμα κέεται ὁμιλέουσα τῇ ἑτέρῃ φλεβί, || ἡ δὲ δεξιὴ φημὶ τῶν ἐν λαιοῖς. ἡ γὰρ καρδίη τουτέοισι τὴν ἕδρην ἐμπεποίηται. ἀτὰρ ἥδε καὶ πάμπαν εὐρυκοίλιος καὶ λαγαρωτέρη πολλῷ τῆς ἑτέρης, οὐδὲ τῆς καρδίης νέμεται τὴν ἐσχατιὴν, ἀλλ' ἐγκαταλείπει τὸν οὔραχον καὶ στερεόν ἐστιν ὥσπερ (291) ἔξωθεν προσερράμμένη. ἡ δὲ ἑτέρη κέεται ὑπένερθεν μὲν μάλιστα καὶ κατ' ἰθυωρίην, μάλιστα μὲν μαζῷ ἀριστερῷ ὅπη καὶ διασημαίνει τὸ ἄλμα. περίβολον δὲ ἔχει παχὺν καὶ βόθρον ἐμβεβόθρωται τὸ εἶδος εἴκελον ὅλμῳ. ἀλλὰ γὰρ ἤδη καὶ τοῦ πνεύμονος ἐνδύεται μετὰ προσηνίης τε καὶ κολάζει τὴν ἀκρασίην τοῦ θερμοῦ περιβαλλομένη. ὁ γὰρ πνεύμων φύσει ψυχρός· ἀτὰρ καὶ ψυχόμενος τῇ εἰσπνοῇ. ἄμφω γε μὴν δασεῖαι τὰ ἔνδον καὶ ὥσπερ ὑποδιαβεβρωμέναι μᾶλλον τῆς δεξιῆς ἡ λαιή. τὸ γὰρ ἔμφυτον πῦρ οὐκ ἐν τῇ δεξιῇ, ὥστε θαῦμα τρηχυτέρην γενέσθαι τὴν λαιὴν ἐσπνέουσαν ἀκρήτου.

duos diſcretos habens in uno amictu ventriculos, utrinque quidem unum, qui nullo modo inter ſe ſunt ſimiles. Unus quidem in dextris ad os ſitum habet, alteram venam attingens, et hic dexter, inquam, in ſiniſtris. In his enim totum cor ſedem fixit. Quin etiam hic in totum ampliorem habet capacitatem et longe altero laxior eſt, neque cordis extremam partem occupat, ſed poſtremum mucronem relinquit, ſolidus item eſt, tanquam foris affutus. Alter vero ſub ſiniſtra quidem mamma praecipue ſitus eſt, cui maxime e directo reſpondet, ubi etiam ſaltu ipſo de ſe ſignificationem praebet. Septum autem habet craſſum et intus tanquam foſſicula excavatur, quae eſt ad inſtar pilae. Quin etiam pulmonem ſubit et ſuo circumjectu caloris incrementum blande moderatur. Pulmo enim natura frigidus; quin et inſpiratione perfrigeratur. Ac ambo quidem interiore parte ſunt aſperi ac velut aliquantulum eroſi et ſiniſter magis quam dexter. Connatus enim a natura ignis in dextro non eſt, ut mirum ſubeat ſiniſtrum aſperiorem fieri cum intemperatum aërem inſpiret. Sed hac parte ut calidi robur

©BIUM

Ed. Chart. IV. [270.] Foës. I. 269. Ed. Lind. I. (291. 292.)

ταύτη καὶ παχετὸν ἐνδεδόμηται φυλακῆς εἵνεκα τῆς ἰσχύος τοῦ θερμοῦ. στόματα δ' αὐτέοισιν οὐκ ἀνεώγασιν, εἰ μή τις ἀποκείρῃ τῶν οὐάτων τὴν καρδίην καὶ τῆς καρδίης τὴν κεφαλήν. ἢν δ' ἀποκείρῃ, φανήσεται καὶ δισσὰ στόματα ἐπὶ δυσὶ γαστίραιν. ἡ γὰρ παχείη φλὲψ ἐκ μιῆς ἀναθέουσα, πλανᾷ τὴν ὄψιν, ἢν ἀνατμηθῇ. αὗται πηγαὶ φύσιος ἀνθρώπου· καὶ οἱ ποταμοὶ ἐνταῦθα ἀνὰ τὸ σῶμα τοῖσιν ἄρδεται τὸ σκῆνος, οὗτοι δὲ καὶ ζωὴν φέρουσι τῷ ἀνθρώπῳ, κὴν αὐανθέωσιν, ἀπέθανεν ὥνθρωπος. ἀγχοῦ δὲ τῆς ἐκφύσιος τῶν φλεβέων σώματα τῇσι κοιλίῃσιν ἀμφιβεβήκασι, μαλθακὰ σηραγγώδεα, ἃ κληΐσκεται μὲν οὔατα, τρήματα δὲ οὐκ ἔστιν οὐάτων. ταῦτα γὰρ οὐκ ἐνακούουσιν ἰαχῆς· ἔστι δὲ ὄργανα τοῖσιν ἡ φύσις ἁρπάζει τὸν ἠέρα. καίτοι δοκέω τὸ (292) ποίημα χειρώνακτος ἀγαθοῦ. κατασκεψάμενος γὰρ σχῆμα στερεὸν ἐσόμενον τὸ σπλάγχνον διὰ τὸ πλατικὸν τοῦ ἐγχύματος, ἔπειτα πᾶν ἐὸν ἑλκτικόν, παρέθηκεν αὐτέῳ φύσας, καθάπερ τοῖσι χοάνοισιν οἱ χαλκέες. ὥστε διὰ τουτέων χειροῦται τὴν πνοήν. τεκμήριον δὲ τοῦ λόγου· τὴν μὲν γὰρ καρδίην ἴδοις ἂν ῥι-

custodiat, crassitudo intus extructa est. Eorum vero oscula aperta non sunt, nisi quis cordis auriculas ejusque caput praecidat, tuncque duplicia oscula in duobus ventriculis erunt conspicua. Vena enim crassa ex una decurrens, si secetur, visum fallit. Hi sunt humanae naturae fontes, hincque flumina excurrunt quibus corporis alveus irrigatur. Atque haec vitam homini conferunt, et si reliccata fuerint, homo perit. Prope autem venarum exortum, ventriculis circumobducta sunt corpora mollia, cava, quae aures quidem nominantur. Neque aurium foramina habent, non enim clamorem obaudiunt, verum instrumenta sunt, quibus aërem natura ad se rapit. Et certe praestantis artificis opus esse censeo. Qui cum speculatus fuisset, viscus ipsum ex sanguinis extra venas effusi distensione forma solida futurum, totumque trahendi facultate praeditum, huic selles admovit quemadmodum fornacibus fusoriis fabri assolent, per quos spiritum acciperet. Hujus autem orationis inde sumas argumentum, quod cor tota sua natura agitari cernas, aures

Ed. Chart. IV. [270. 271.] Foël. I. 269. Ed. Lind. I. (292.)

πταζομένην οὐλομελῆ, τὰ δὲ οὔατα κατ' ἰδίην ἀναφυσώμενά τε καὶ ξυμπίπτοντα. διὰ τοῦτο δέ φημι καὶ φλεβία μὲν ἐργάζεται τὴν ἀναπνοὴν ἐς τὴν ἀριστερὴν κοιλίην, ἀρτηρίη δ' εἰς τὴν ἄλλην. τὸ γὰρ μαλακὸν ἑλκτικώτερον καὶ ἐπιδοσίας ἔχον. ἔχρη δὲ ἡμῖν μᾶλλον τὰ ἐπικείμενα τῆς καρδίης διάψυχεσθαι βλήματα. ἔστι γὰρ τὸ θερμὸν ἐν τοῖσι δεξιοῖσιν. ὥστε διὰ τὴν πάθην οὐκ ἔλαβεν εὐπετὲς ὄργανον, ἵνα μὴ πάμπαν κρατηθῇ ὑπὸ τοῦ ἐσιόντος. λοιπός ἐστιν ὁ λόγος ὁ τῆς καρδίης ὑμένες ἀφανέες, ἔργον ἀξιαγαπητότατον. ὑμένες γὰρ καὶ ἄλλοι τινὲς ἐν τῇσι κοιλίῃσιν ὁκοῖον ἀράχναι διαπετέες ζώσαντες πάντη τὰ στόματα, κηδόνας ἐμβάλλουσιν ἐς τὴν στερεὴν καρδίην. οὗτοί μοι δοκέουσιν οἱ τόνοι τοῦ σπλάγχνου καὶ τῶν ἀγγείων [271] ἀρχαὶ τῇσιν ἀορτῇσιν. ἔστι δὲ αὐτέων ζεῦγος, οἳ θύρεσι μεμηχάνηνται τρεῖς ὑμένες ἑκάστη, περιφερέες ἐξ ἄκρου περ ὁκόσον ἡμίτομα κύκλου. οἵ τε ξυνιέντες θαυμάζουσιν ὡς κλείουσι τὰ στόματα τῶν ἀορτέων πέρας καὶ τὴν καρδίην ἀποθανόντος. ἤν τις ἐξεπιστά-

vero privatim tum intumeſcere tum concidere. Atque eam ob cauſam quod ſentio, venulae quidem in ſiniſtrum ventriculum reſpirationem efficiunt, arteria vero in alterum. Quod enim molle, magis attrahit et augetur. Nobis autem erat ex uſu ſuperinjecta cordi tegumenta magis perfrigerari. In dextris enim calor ineſt, adeoque ob affectionem non ſuscepérunt amplum inſtrumentum, ut ne in totum ab eo quod ingreditur ſuperarentur. Reliquae ſunt cordis membranae latentes oratione explicandae opus maxime utile. Aliae namque quaedam membranae in ventriculis, velut araneárum telae expanſae, oſcula undique cingunt et in ſolidam cordis ſubſtantiam filamenta immittunt. Hae mihi videntur viſceris eſſe nervi et vaſorum principia aortis exhibere. Eſt autem earum par unum. Tres enim membranae ad oſtiola ſingula excogitatae ſunt, in ſummo rotundae quantum dimidiatus circulus. Adeo ut qui rem intelligunt mirentur quomodo oſcula ipſa, hoc eſt aortarum fines claudant. Ac ſi quis veteris inſtituti probe gnarus, mortui animalis corde

©BIUM

Ed. Chart. IV. [271.] Foës. I. 269. 270. Ed. Lind. I. (292. 293.)
μενος, (293) τὸν ἀρχαῖον κόσμον ἀφελὼν, τὸν μὲν ἀποστερήσει, τὸν δὲ ἐπανακλινεῖ, οὔτε ὕδωρ ἂν διέλθοι εἰς τὴν καρδίην οὔτε φῦσα ἐμβαλλομένη. καὶ μᾶλλον τῶν τῆς ἀριστερῆς. τοιγὰρ ἐμηχανήθησαν ἀτρεκέστερον κατὰ δίκην. γνώμη γὰρ ἡ τοῦ ἀνθρώπου πέφυκεν ἐν τῇ λαιῇ κοιλίῃ, || καὶ ἄρχει τῆς ἄλλης ψυχῆς. τρέφεται δὲ οὔτε σιτίοισιν οὔτε ποτοῖσιν ἀπὸ τῆς νηδύος, ἀλλὰ καθαρῇ καὶ φωτοειδεῖ περιουσίῃ γεγονυίῃ ἐκ τῆς διακρίσιος τοῦ αἵματος. εὐπορέει δὲ τὴν τροφὴν ἐκ τῆς ἔγγιστα δεξαμένης τοῦ αἵματος διαβάλλουσα τὰς ἀκτῖνας. καὶ νεμομένη ὥσπερ ἐκ νηδύος τῶν ἐντέρων τὴν τροφὴν οὐκ ὂν κατὰ φύσιν. ὅκως δὲ μὴ ἀνακωχῇ τὸ σιτίον τὰ ἐνεόντα ἐν τῇ ἀρτηρίῃ ἐν ζάλῃ ἐὸν, ἀποκλείει τὴν ἐπ' αὐτὴν κέλευθον. ἡ γὰρ μεγάλη ἀρτηρίη βόσκεται τὴν γαστέρα καὶ τὰ ἔντερα καὶ γέμει τροφῆς οὐχ ἡγεμονικῆς. ὅτι δὲ οὐ τρέφεται βλεπομένῳ αἵματι ἡ μεγάλη ἀρτηρίη δῆλον ὧδε. ἀποσφαγέντος τοῦ ζώου σχισθείσης τῆς ἀριστερῆς κοιλίης ἐρημίη φαίνεται πᾶσα, πλὴν ἰχῶρός τινος καὶ χολῆς ξανθῆς καὶ τῶν ὑμέ-

exempto, hanc quidem demat, illam vero reclinet neque aqua in cor penetrare neque ſtatus emitti poterit. Eaeque praecipue in ſiniſtrae partis vaſis juſta ratione exactiorem ſunt molitionem adeptae. Mens enim humana in ſiniſtro ventriculo a natura inſita eſt et reliquae animae imperat. Neque vero nutritur cibis ac potibus, qui ex inferiore ventre prodeunt, verum ex pura et clara abundantia ex ſanguinis ſecretione orta. Alimentum autem ei abunde ſuppetit ex proximo ſanguinis conceptaculo, radios immittens et tanquam diſtribuens ex inferiore ventre inteſtinorum non naturale alimentum. Ne vero quae in arteria inſunt, cibum in fluctuatione conſtitutum remorentur, viam quae ad ipſam tendit concluſit. Arteria enim magna ventrem et inteſtina depaſcitur et alimento non primario referta eſt. Quod vero arteria magna non alatur eo ſanguine qui cernitur, ex hoc manifeſtum eſt. Jugulati animalis aperto ventriculo ſiniſtro, in totum ſolitudo apparet, praeterquam ſeroſi cujusdam humoris et flavae bilis et membranarum, de quibus jam a me

Ed. Chrta. IV. [271.] Foël. I. 270. Ed. Lind. I. (293. 294. 414.)
ων, περὶ ὧν ἤδη μοι πέφανται· ἡ δὲ ἀρτηρίη οὐ λειφαιμοῦσα οὐδὲ ἡ δεξιὴ κοιλίη. τουτέῳ μὲν οὖν τῷ ἀγγει κατ' ἐμὸν νόον ἥδε πρόφασις τῶν ὑμένων. τὸ δ' αὖ φερόμενον ἐκ τῆς δεξιῆς ζυγοῦται μὲν καὶ τοῦτο τῇ ξυμβολῇ τῶν ὑμένων, πλὴν οὐ κάρτα ἔθρωσκεν ὑπὸ ἀσθενείης. ὀλλ' ἀνοίγεται μὲν ἐς πνεύμονος ἀγγεῖα αἷμα παρασχεῖν αὐτοῖς τὴν τροφὴν, κλείεται δὲ ἐς τὴν καρδίαν οὐχ (294) ἁρμῷ, ὅκως ἐσίῃ μὲν ὁ ἠὴρ, οὐ πάνυ δὲ πολύς. ἀσθενὲς γὰρ ἐνταῦθα τὸ θερμὸν, δυναστευόμενον χρήματι ψυχροῦ. τὸ αἷμα γὰρ οὐκ ἔστι τῇ φύσει θερμὸν, οὐδὲ γὰρ ἄλλό τι ὕδωρ, ἀλλὰ θερμαίνεται. δοκέει δὲ τοῖσι πολλοῖσι φύσει θερμόν. περὶ δὲ καρδίης τοιαῦτα εἰρήσθω.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΔΕΝΩΝ.

(414) Περὶ δὲ ἀδένων οὐλομελίης ὧδε ἔχει. φύσις μὲν αὐτέοισιν ἥ σπογγώδες, ἀραιαὶ μὲν καὶ πίονες, καὶ ἔστιν οὔτε σαρκία ἴκελα τῷ ἄλλῳ σώματι, οὔτε ἄλλο τι ὅμοιον τῷ

dictum eſt. At arteria minime ſanguine deſtituta eſt, neque dexter ventriculus. Hoc igitur vas meo quidem judicio membranis occaſionem dedit. At rurſus quod ex dextro ventriculo fertur, id quidem etiam ipſum membranarum commiſſura conjungitur, ſed propter imbecillitatem non magno cum aſſultu impetit. Verum aperitur quidem in pulmones, ut eis ſanguinem ad alimentum praebeat, in cor autem clauditur, non confertim tamen, quo aër quidem ingrediatur, neque tamen admodum multus. Imbecillum enim his eſt calidum frigidi copia ſuperatum. Neque enim ſanguis natura calidus eſt, ut neque alia quaedam aqua, ſed caleſcit. Plerisque tamen natura calidus videtur. Et de corde iſta quidem a me dicta ſint.

HIPPOCRATIS DE GLANDVLIS LIBER.

Glandularum integra et abſoluta natura ſic ſe habet. Eadem quidem natura ſpongioſa, rarae ſiquidem et pingues et neque carnem habent reliquo corpori ſimilem, neque

©BIUM

Ed. Chart. IV. [271. 272.] Foës. I. 270. Ed. Lind. I. (414. 415.)
σώματι, ἀλλὰ ψαφαρὰ καὶ φλέβας ἔχει συχνάς. εἰ δὲ διατάμοις, αἱμορῤῥαγίη λάβρος· τὸ εἶδος λευκὴ καὶ οἷον φλέγμα, ἐπαφομένῳ δὲ οἷον εἰρία. κἢν ἐργάσῃ τοῖς δακτύλοις ἐπιπουλὺ βιησάμενος, ἢ ἀδὴν ὑγρὸν ἀφίησιν ἐλαιῶδες· καὶ αὐτὸ θρίπτεται πολλὰ καὶ ἐξαπόλλυται. πονέουσι δὲ οὐ κάρτα· ἀλλὰ τῷ ἄλλῳ σώματι. ἐπὴν πονέουσι δὲ ἢ δι' ἰδίην νοῦ[272]σον, παῦρα δὲ καὶ τῷ σώματι ξυμπονέουσιν, αἱ νοῦσοι φύματα γίνονται καὶ χοιράδες ἀναπηδῶσι καὶ πῦρ ἔχει τὸ σῶμα. πάσχουσι δὲ ταῦτα ἐπὴν ὑγρασίης πληρωθῶσι τῆς ἐπὶ τοῦ ἄλλου σώματος ἐπιῤῥεούσης εἰς αὐτάς. ἐπιῤῥέει δὲ ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος διὰ τῶν φλεβῶν, αἱ δι' αὐτῶν τέτανται πολλαὶ καὶ κοῖλαι, ὥστε ἀκολουθεῖν τὸ ὑγρὸν ὅ τι ἂν ἕλκωσιν εὐπετέως ἐς αὐτάς. κἢν πουλὺ εἴῃ καὶ νοσῶδες ἡ ῥοή, ξυντείνουσιν αἱ ἀδένες ἐπὶ σφᾶς τὸ ἄλλο σῶμα καὶ οὕτω πυρετὸς ἐξάπτεται καὶ ἀείρονται καὶ φλογῶσιν αἱ ἀδένες. ἀδένες δὲ ὕπεισιν ἐν τῷ σώματι πλείους ἢ μείζους ἐν τοῖσι κοίλοισιν αὐτέου ἢ ἐν τοῖσιν (415) ἄρθροισι, καὶ ὁκόσαι ἐν

aliud quicquam corpori ſimile, ſed friabilem et multis venis refertam. Quam ſi feces, ſanguis copioſius, ſpecie albus et velut pituita effunditur, ad tactum vero tanquam lana apparet. Ac ſi multa vi digitis contrectaris oleoſum humorem glandula emittit, ipſeque plerumque conteritur ac diſſolvitur. Neque vero admodum aegrotant, verum cum reliquo corpore. Cum autem vel proprio morbo laborant, parum namque etiam cum corpore affectionem communicant, morbi ſuboriuntur, tubercula et ſtrumae ſubſiliunt, febrisque corpus detinet. Quibus afficiuntur ubi humore ad eas ex reliquo corpore confluente impletae fuerint. Ex reliquo autem corpore influit per venas, quae per eas multae et rarae extenduntur, ita ut ad eas attractus humor facile conſequatur. Quod ſi copioſa et morboſa fluxio fuerit, glandulae etiam reliquum corpus diſtendunt eoque modo febris accenditur, glandulae attolluntur et inflammationem concipiunt. Glandulae autem in corpore ſubſunt plures et majores in ipſius cavitatibus quam in articulis et quaecunque in aliis

Ed. Chart. IV. [272.] Foës. I. 270. 271. Ed. Lind. I. (415.)
τοῖσι ἄλλοισιν ὑγρηδὸν καὶ κατὰ τὰ αἱματώδεα χωρία· αἱ μὲν ὡς τὸ ἐπιῤῥέον ἄνωθεν ἐς τὰ κοῖλα ἐπιδεχόμεναι ἐπὶ σφέας ἕλκωσιν, αἱ δὲ ὥστε τὴν αὖθις γινομένην ὑπὸ τῶν πόνων ἐργασίην ἐκδεχόμεναι, ἐν τοῖσιν ἄρθροισιν τὴν πληθὺν, || ἥντινα μεθίησι τὰ ἄρθρα· οὕτω πλάδος οὐκ ἔνι ἐν τῷ σώματι. εἰ γάρ τι καὶ γίνοιτο παραυτίκα, οὐκ ἂν ἐπιγίνοιτο πλάδος ὀπίσω. κατανασιμοῦται γὰρ καὶ τὸ πουλὺ καὶ τὸ ὀλίγον ἐς τὰς ἀδένας. καὶ οὕτως τὴν πλεονεξίην τοῦ ἄλλου σώματος αἱ ἀδένες κέρδος ποιεύμεναι, τροφὴ ξύντροφος αὐτέῃσιν ἐστίν. ὥστε ὅκου τελματώδεα, ἐκεῖ καὶ ἀδένες. σημεῖον. ὅκου ἀδὴν, ἐκεῖ καὶ τρίχες. ἡ γὰρ φύσις ποιέει ἀδένας καὶ τρίχας, ἄμφω χρέος τωὐτὸ λαμβάνουσιν, αἱ μὲν τὸ ἐπιῤῥέον ἐκδεχόμεναι, ὡς καὶ ἔμπροσθεν εἴρηται· αἱ δὲ τρίχες τὴν ἀπὸ τῶν ἀδένων ἐπικαιρίην ἔχουσαι φύονταί τε καὶ αὔξονται, ἀναλεγόμεναι τό τε περισσὸν καὶ ἐκβρασσόμενον ἐπὶ τὰς ἐσχατιάς. ὅκου δὲ αὖον ἐὸν τὸ σῶμα, οὔτε ἀδὴν οὔτε θρίξ· τὰ δὲ ἁπαλὰ καὶ πονεύμενα καὶ κάθυγρα, ἀδὴν ὧδε καὶ τρί-

humectis et ſanguine redundantibus locis continentur. Atque illae quidem ut id quod ex ſuperioribus locis in cavitates influit exceptum ad ſe trahant; hae vero ut in articulis ſubortam ex laboribus copioſam humiditatem, quamcunque articuli emittunt excipiant, ſicque ſuperflua humiditas in corpore minime redundet. Si quid enim ſtatim ſuboriatur, non tamen poſtea ſuccedet nimia corporis humectatio. Etenim tum multa tum pauca in glandulas expenditur. Eoque modo reliqui corporis abundantiam, glandulae in lucro ponunt et iis eſt alimentum accommodatum. Quare ubi uliginoſae corporis partes, ibi etiam glandulae ſunt. Quod hoc indicio conſtat, quoniam ubi glandula ibi etiam ſunt pili. Natura ſiquidem glandulas et pilos creat, ambo ejusdem utilitatis gratia. Illas quidem, ut quod influit, quemadmodum ante dictum eſt, excipiant; pilos vero, ut ex glandulis opportunitatem nacti, producantur et augeantur quodque in extremas partes redundat et expellitur colligant. Ubi autem corpus ſiccum, ibi neque glandula, neque pilus ineſt. Tenerae vero et labore agitatae partes ac humectae, glan-

©BIUM

Ed. Chart. IV. [272.] Foës. I. 271. Ed. Lind. I. (415. 416.)

χες. ἀδένες δὲ καὶ κατὰ τοῖν οὐάτοιν ἔνθα καὶ ἔνθα ἑκατέρωθεν κατὰ τὰς σφαγὰς τοῦ τραχήλου, τρίχες τε ἐνταῦθα ἑκατέρωθεν ἐπὶ ταῖς μασχάλησιν ἀδένες καὶ τρίχες. βουβῶνες καὶ ἐπίσειον ἰκέλως μασχάλησιν ἀδένας καὶ τρίχας. ταῦτα μὲν κοῖλα τῶν ἐν τῷ σώματι καὶ ῥηΐδια ἐς περιουσίην ὑγροῦ. καὶ γὰρ πονέει ταῦτα καὶ κινέεται μάλιστα τῶν ἐν τῷ σώματι. (416) τὰ δ' ἄλλα ὁκόσα ἀδένας ἔχει μοῦνον, οἷον ἔντερα, ἔχει γὰρ καὶ ταῦτα ἀδένας ἐς τὸ ἐπίπλοον μείζονας, τρίχας οὐκ ἔχει. καὶ γὰρ ἐν τοῖσι τέλμασι τῆς γῆς καὶ καθύγροισιν οὐ φύεται τὸ σπέρμα οὔτ' ἐθέλει ἀναβαίνειν τῆς γῆς ἄνω, ἀλλ' ἀποσήπεται καὶ ἀποπνίγεται τῇ πλεονεξίῃ. βιᾶται γὰρ τὸ σπέρμα. βιᾶται δὲ καὶ ἐν τοῖσιν ἐντέροισιν ἡ πληθὺς καὶ τὸ ὑγρὸν πουλὺ καὶ οὐκ ἂν φύσαι τρίχας. αἱ δὲ ἀδένες μείζονες ἢ κου ἄλλοθι τοῦ σώματος. καὶ νέμονται αἱ ἀδένες ἐν τοῖσιν ἐντέροισιν ἐκπιεζούμεναι τὸν πλάδον, τὰ δὲ ἔντερα ἐκ τῶν τευχέων ἐς τὰ ἐπίπλοα ἐνδέχεται καὶ καθίησι τὴν ὑγρασίην· τὸ δὲ ἐπίπλοον διαδιδοῖ τῇσιδε ἀδένεσιν.

dulas et pilos habent. Glandulae vero etiam ſunt ad utramque aurium partem, circa jugulares colli venas pili quoque ibidem. Sub alis utraque ex parte et glandulae et pili ſunt. Inguina et pubes non ſecus ac alae glandulas et pilos habent. - Hae quidem inter corporis partes cavae ſunt et facile humoris abundantiam excipiunt. Ex omnibus enim corporis partibus hae maxime laborant et moventur. Reliquae autem quae glandulas tantum habent, velut inteſtina, habent enim et haec glandulas ad omentum majores, pilos non habent. Neque enim in uliginoſis et humectis terrae locis ſemen naſcitur, neque ſurſum emergit, ſed humoris redundantia, quae vim ſemini infert, putreſcit et ſuffocatur. Quin etiam in inteſtinis redundantia et humoris copia vim infert, neque pilos exoriri ſinit. Glandulae vero majores ſunt quam alia corporis parte et expreſſam ex inteſtinis redundantem humiditatem depaſcuntur. At inteſtina ex vaſis ad omentum pertingentibus humiditatem excipiunt et emittunt, omentum vero his glandulis transmittit. Sed et renes glan-

Ed. Chart. IV. [272. 273.] Foës. I. 271. Ed. Lind. I. (416. 417.)
ἔχουσιν δὲ καὶ οἱ νεφροὶ ἀδένας· καὶ γὰρ οὗτοι κορίσκονται πολλῆς ὑγρασίης. μείζους δὲ αἱ ἀδένες ταύτῃ ἢ αἱ ἄλλαι ἀδένες ἐοῦσαι. οὐ γὰρ ἐμπίνεται τοῖσι νεφροῖσιν τὸ ὑγρὸν τὸ ἐπιῤῥέον, ἀλλὰ διαῤῥέει ἐπὶ κύστιν κάτω. ὥστε ὁτιοῦν ἀποκερδάνωσιν ἀπὸ τῶν ὀχετῶν, τοῦτο ἕλκουσι πρὸς σφέας. καὶ ἄλλαι δέ εἰσιν ἐν τῷ σώματι [273] ἀδένες σμικραὶ καὶ πάνυ, ἀλλ᾽ οὐ βούλομαι ἀποπλανᾶν τὸν λόγον. ἐς γὰρ τὰς ἐπικαίρους ἡ γραφή. νῦν δὲ ἀναβήσομαι τῷ λόγῳ καὶ ἐρέω περὶ ἀδένων οὐλομελίης τραχήλου. τράχηλος τὰ μέρεα αὐτοῦ ἑκάτερα ἔνθα καὶ ἔνθα ἀδένας ἔχει καὶ παρίσθμια καλέονται αἱ ἀδένες αὗται χροιῇ τοιῇδε. ἡ κεφαλὴ ὑπέρκειται ἄνω κοιλίη ἐοῦσα καὶ περιφερὴς καὶ τῆς περὶ αὐτὴν (417) ἀπὸ τοῦ ἄλλου σώματος ὑγρασίης, καὶ ὅμα ἀναπέμπει τὸ σῶμα ἀτμοὺς ἐς τὴν κεφαλὴν παντοίους ἄνω, οὓς αὖθις ἡ κεφαλὴ ὀπίσω ἀφίησιν· οὐ γὰρ δύναται ἐμμένειν τὸ ἐπιῤῥέον οὐκ ἔχον ἔνθα ἕδρην, ἢν μὴ τὴν κεφαλὴν πονέῃ, τότε οὐκ ἀνίησιν, ἀλλ᾽ αὐτοῦ κρατέει. ἐπὴν δὲ ἀνῇ τὴν ἕλξιν ἐς τὰς ἀδένας, ἡ ῥοὴ γίνεται καὶ οὐδὲν λυπέει τὸ ῥεῦμα, ἔστ᾽ ἂν ὀλί-

dulas habent, hi ſiquidem multa humiditate redundant Sunt autem hac parte majores quam aliae quaevis glandulae. Neque enim qui influit humor in renes imbibitur, ſed infra ad veſicam defluit. Quare quicquid ex ductibus lucriſaciunt, id ad ſeſe attrahunt. Sunt et aliae in corpore glandulae admodum parvae. Sed nolo mea oratione longius aberrare, cum ad inſignes tantum haec noſtra ſcriptio inſtituta ſit. Nunc igitur ut ad inſtitutum ſermonem revertar, de integra glandularum colli natura dicendum. Collum utraque ex parte hinc et hinc glandulas habet, tonſillas vocant, in hunc uſum comparatas. Caput cavum et rotundum ſuperiore parte ſitum eſt et humiditatem ex reliquo corpore circum ſe complectitur, ſimulque vapores cujuſvis generis ſurſum ad caput transmittit, quos rurſus caput retro demittit. Neque enim quod influit, cum illic ſedem non habeat, immorari poteſt niſi caput aegrotet. Tunc enim non dimittit, ſed illic retinet. Ubi vero quod attractum eſt remiſerit, fluxio fit in glandulas, quae nullam adfert moleſtiam, quoad

©BIUM

Ed. Chart. IV. [273.] Foës. I. 271. 272. Ed. Lind. I. (417. 418.)

γον τε ἢ καὶ ξύμμετρον καὶ ἐγκρατέες ἔωσιν αἱ ἀδένες. ἢν γὰρ πουλὺ ἐπιῤῥυῇ δριμὺ, ἢν μέγη δριμὺ καὶ χολῶδες, φλεγμαίνει καὶ ἀνοιδίσκεται καὶ ξυντείνει ὁ τράχηλος καὶ οὕτω προΐει ἐς οὖς. κἢν μὲν ἐς ἑκάτερα τὰ μέρεα, ἑκάτερον· ἢν δὲ ἐς θάτερον, πονέει θάτερον. ἢν δὲ ἢ φλεγματῶδες καὶ πουλὺ καὶ ἀργὸν ἡ ῥοὴ, φλεγμαίνει δὲ καὶ ἅδε. καὶ ἡ φλεγμονὴ, στάσιμον ἐὸν ὑγρὸν, χοιράδες || ἐγγίνονται, αὗται χείρους αἱ νοῦσοι τραχήλου. μασχάλῃσι δὲ ξυῤῥέει μὲν καὶ ἐνταῦθα, ἀλλ' ὅταν πλῆθος ἢ, δριμεῖς ἰχῶρες καὶ ὧδε γίνονται φύματα. κατὰ ταῦτα δὲ ἐν τοῖσι βουβῶσιν ἕλκει τὴν ἀπὸ τῶν ὑπερκειμένων ὑγρασίην ἡ ἀδήν· ἄλλως εἰ πλῆθος λάβοι, βουβωνοῦται καὶ διαπυΐσκεται καὶ φλεγμαίνει ἰκέλως μασχάλῃσί τε καὶ τραχήλῳ. τὰ δ' αὐτὰ καὶ δοκέει παρέχειν ἀγαθὰ καὶ κακά. καὶ ταῦτα μὲν ἀμφὶ τῶνδε. τὰ δὲ ἔντερα ἔχει κόρον πολὺν ἀπό τε σιτίων καὶ ποτῶν· ἔχει δὲ καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ δέρματος ὑγρασίην. αὕτη πᾶσα ἀπανασιμοῦται ἰκέλη τῆς (418) πρόσθεν. νούσους δὲ οὐ ποιεῖ τὰ πολλὰ, ὅκως περ καὶ ἐν

pauca et moderata fuerit eamque glandulae retineant. Si enim copiosa et acris fluxio fuerit et acris et glutinosa perseveret, inflammatur et intumescit collumque distenditur, sicque ad aurem procedit. Et si quidem ad utramque aurem, utraque auris, si vero ad alteram, altera dolet. Quod si pituitosa, copiosa ac lenta fluxio fuerit, sic etiam inflammationem concipit, ex qua, cum humor sit stabilis, strumae generantur, iique pessimi colli morbi numerantur. In alas autem tunc quidem etiam quid confluit, verum ubi copiosi et ferosi humores fuerint, ad hunc modum in ipsis quoque tubercula oriuntur. Quin et in inguinibus glandula ex superioribus partibus humiditatem trahit; alioqui si magna copia fuerit, inguinum tumores bubones dicti fiunt, qui pus colligunt et inflammationem concipiunt, non secus ac alae et collum. Atque haec tum bona tum mala praestare videntur. Et de his quidem hactenus. At vero intestina multum a cibis et potibus explentur. Quin et humiditatem sub cute continent, quae tota veluti prior absumitur. Morbos vero non facit, quemadmodum etiam in articulis contingit. Crebrae siqui-

Ed. Chart. IV. [273. 274.] Foës. I. 272. Ed. Lind. I. (418.)

τοῖσιν ἄρθροισιν γίνεται. συχναὶ γάρ τοι ἀδένες καὶ ἀναπετέες καὶ οὐ κοῖλαι καὶ οὐ πολὺ πλῆθος ἐπαυρισκόμεναι ἢ ἑτέρη τῆς ἑτέρης, ἐπεὶ μᾶλλον πλεονεκτεῖν ἐθέλουσα οὐδὲ μίη τότε πλῆθος ἔχειν δύναται, ἀλλ' ἐς ὀλίγον ἑκάστης ξυρρέον ἐς τὸ ἄρθρον ἐς πολλὰ διαιρεόμενον, ἰσότης ἐστὶν αὐτέῃσιν. ἡ κεφαλὴ καὶ αὕτη τὰς ἀδένας ἔχει, τὸν ἐγκέφαλον ἕκελον ἀδένι. ἐγκέφαλος γὰρ καὶ λευκὸς καὶ ψαφαρὸς, ὅκως περ καὶ ἀδένες, καὶ ταὐτὰ ἀγαθὰ τῇσιν ἀδέσι ποιεῖ τὴν κεφαλὴν ἐοῦσαν, διὰ τὰ εἰρημένα μοι, τιμωρέων ὁ ἐγκέφαλος ἀποστερέει τὴν ὑγρασίην καὶ ἐπὶ τὰς ἐσχατιὰς ἔξω ἀποστέλλει τὸ πλέον ἀπὸ τῶν ῥόων. μείζων δ' ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἄλλων ἀδένων καὶ αἱ τρίχες μείζους ἢ αἱ [274] ἄλλαι τρίχες. μείζων τε γὰρ ὁ ἐγκέφαλος καὶ ἐν εὐρυχωρίῃ κέεται τῇ κεφαλῇ. ποιέει δὲ νούσους καὶ ἥσσονας καὶ μείζονας ἢ αἱ ἄλλαι ἀδένες. ποιέει δὲ ὁκόταν ἐς τὰ κάτω τοῦ σώματος τὴν σφετέρην πλεονεξίην ἀποστείλῃ. ῥόοι δὲ ἀπὸ κεφαλῆς ἕως ἀποκρίσιος, δι' ὤτων κατὰ φύσιν, δι' ὀφθαλμῶν, διὰ ῥινῶν· τρεῖς οὗτοι. καὶ ἄλλοι δι' ὑπερώης ἐς φάρυγγα, ἐς στόμαχον.

dem glandulae et expaſſae neque cavae ſunt, neque admodum altera alterius copia fruitur, quando ſi qua plus abundare velit, neque tunc copiam continere queat. Sed quod in articulum influit, in ſingulas paucum et in multas partes diviſum, aequalitatem ipſis praebet. Caput quoque ipſum glandulas habet, cerebrum nempe glandulae ſimile. Cerebrum enim non ſecus ac glandulae album eſt et friabile, iisdemque commodis quibus glandulae ſunt praeditae caput afficit, cum id humiditate, quae ob praedictas a me cauſas ineſt, cerebrum velut auxilium adferens defraudat et ad extremitates magna ex parte per fluxiones foras emittit. Majus autem eſt cerebrum quam reliquae glandulae, et capilli etiam majores quam reliqui pili. Majus enim cerebrum et in amplo capitis ſpatio ſitum habet. Morbos autem et minores et majores parit quam reliquae glandulae. Parit vero cum ad inferiores corporis partes copiam qua redundat mandarit. De capite autem fluxiones velut ſecretione contingunt per aures ſecundum naturam, per oculos, per nares, tres numero. Aliae per palatum in fauces, in

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 724 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. IV. [274.] Foës. I. 272. Ed. Lind. I. 418. 419.) ἄλλοι διὰ φλεβῶν ἐπὶ νωτιαῖον, ἐς τὸ αἷμα, οἱ πάντες ἑπτά. οὗτοι τοῦ τε ἐγκεφάλου λύματά εἰσιν ἀπιόντες· καὶ εἰ μὴ ἀπίοιεν, τοῦσος αὐτέῳ. οὕτω δὲ καὶ τῷ ἄλλῳ (419) σώματι. ἢν δ' ἐς τὸ ἔνδον ἀπίωσι καὶ μὴ ἔξω, καὶ αὐτοῖς ὄχλος πολὺς χανδόθεν ἕλκει καὶ ἀδριμὺ μέτει, πρόοιτο ὁ ἐγκέφαλος ῥεῦμα, ὃ τὰς ἐπιῤῥοὰς ἐσθίει καὶ ἕλκοῖ. καὶ τὸ μὲν ἐπιὸν ἢν ᾖ πλῆθος κατιὸν, τέλος οὐκ ἂν ἔχοι ὁ ῥόος, ἔστ' ἂν εἰς ἀρία τε τὴν πληθὺν τοῦ κατιόντος. καὶ τὸ μὲν ἐπιῤῥέον ἀποπέμπων ἔξω, ἕτερον δὲ εἰσδεχόμενος ἐς τὸ ὅμοιον αἰεὶ καθιστάμενος· τά τε ὑγρὰ ἕλκει καὶ ποιέει νοὺσους. ἄμφω δὲ ἐν ἀκηδίῃ καταγυῇ τὴν φύσιν· καὶ ἢν πάθῃ, δύεστον κακία. τὰ μὲν γὰρ πάθη τῆς φύσεως οἱ προειρημένοι ῥόοι δυσφορέουσι τὸ πλῆθος καὶ ὀδάξονται τὸ ἄλογον καὶ ξύνηθες ὄν. ὁ δὲ ἐγκέφαλος πῆμα ἴσχει καὶ αὐτὸς οὐχ ὑγιαίνων. ἀλλ' εἰ μὲν δάκνοιτο, τάραχον πουλὺν ἴσχει καὶ ὁ νόος ἀφορεῖ καὶ ὁ ἐγκέφαλος σπᾶται καὶ ἕλκει τὸν ὅλον ἄνθρωπον. ἐν ἑωυτῷ δ' οὐ φωνέει καὶ πνίγεται, ἀποπληξίῃ τῷ πάθει τοὔ-

gulam, aliae per venas in ſpinalem medullam, in ſanguinem, omnes numero ſeptem. Eae ſi diſcedunt, cerebri purgamenta ſunt, et niſi diſcedant, ipſi morbum creant non ſecus ac reliquo corpori, ſi intro et minime foras diſceſſerint. Ac rurſus multa turbatio affatim attrahit, ſi quidem cerebrum acrem fluxionem emittat, quae caeteras fluxiones corrodit et attrahit. Et ſi quidem quod influit magna copia fuerit, deſcendens fluxio minime ceſſabit, quoad defluentem copiam exhauſerit. Et id quidem quod affluit foras emittens, alterum vero excipiens, ſemper eodem ſtatu conſiſtens, tum humores trahit tum morbos creat. Amboque magna moleſtia naturam debilitant, licet affectiones malitia diſtent. Praedictae ſi quidem fluxiones naturam affligentes, copiam moleſte admodum ferunt, et mordentur, ſi quid praeter rationem et conſuetudinem contingat. At cerebrum noxiam ſentit ipſumque etiam non bene habet. Sed ſi quidem mordeatur, multam turbationem habet et mens deſipit, cerebrumque convulſionem ſentit, totumque hominem trahit, neque in ſe vocem edit, ſed ſuffocatur, huicque affectioni apople-

Ed. Chart. IV. [274.] Foës. I. 272. 273. Ed. Lind. I. (419. 420.)

νομα. ἀλλ' ὅτε δὲ δριμὺ μὲν οὐ ποιέει αὐτῷ τὸ ῥεῦμα, πλῆθος δ' ὂν τὸ ἐμπεσὸν, πονέει τοῦτο καὶ ἡ γνώμη ταράττεται. καὶ παρίησιν ἀλλοῖα φρονῶν καὶ ἀλλοῖα ὁρέων· φέρων τὸ ἦθος τῆς νούσου σεσηρόσι μηδιήμασι καὶ ἀλλοκότοισιν φαντάσμασιν. ἄλλος ῥοῦς ἐπ' ὀφθαλμία. καὶ αἰδέουσιν αἱ ὄψεις. εἰ δὲ ἐπὶ (420) ῥῖνας ὁ κατάῤῥους, ὀδάξονται μυκτῆρες καὶ ἄλλο οὐδὲν δεινόν. αἵ τε γὰρ ὁδοὶ τουτέων εὐρέες καὶ ἱκαναὶ τιμωρέειν σφίσιν. πρὸς δὲ καὶ ἀσύστροφον τὸ ἀπιὸν αὐτέῃσι. τὰ δὲ οὖατα σκολιὸς μὲν πόρος καὶ στεινός· ὁ δ' ἐγκέφαλος πλησίον αὐτέου αὐτοῖσιν ἐμπιέζεται. || κώσεων δὲ τὴν νοῦσον ταύτην τὰ πολλὰ ἀποκρίνει καὶ τὸ οὖς ἀπὸ τῆς πυκινῆς ῥύης ἀτὰ χρόνον ὠμπιαί τε καὶ ῥέει δυσώδες πῦον. οὕτως ἐς τὰ ἔξω δῆλοι τῷ ὀφθαλμῷ ῥόοι καὶ οὐ πάμπαν θανατώδεες. ἢν δὲ τὸ ὀπίσω ῥεῦμα ᾖ δι' ὑπερώης τὸ ἀφικόμενον φλέγμα ἐς τὴν κοιλίην, ῥέουσι μὲν καὶ αἱ κοιλίαι τούτων, τοσέουσι δὲ οὔ. ἀναμένοντος κάτω τοῦ φλέγματος εἰλεοὶ τὰ πάθη χρόνια. ἄλλοις δι' ὑπερώης ἐπὶ φά-

xiae nomen eſt. Verum interdum etiam acris non eſt fluxio, ſed quod copioſum irruit, ipſum affligit et mens conturbatur et obambulat varia cogitans et varia videns, morbi mores circumferens effuſo riſu et peregrinis imaginationibus. Fluxio alia in oculos ophthalmia appellatur, in qua oculi intumeſcunt. Quod ſi ad nares defluxio decumbat, mordentur nares, nihilque aliud gravius accidit. Earum etenim amplae ſunt viae et quae ſibi auxilium ferre poſſint, praeterea vero minime coacervatum quod per illas fertur. At vero aurium meatus tortuoſus quidem et anguſtus, cerebrum vicinum habet, ipſis appreſſum. Quod cum afficitur hoc morbo, plurima excernit et auris cum tempore a frequenti fluxione circumſcribitur, effluitque pus graveolens. Sic ſe habent fluxiones ad exteriores partes oculis conſpicuae, neque omnino lethales. Quod ſi fluxio poſteriore parte procedat, aut per palatum pituita ad ventrem perveniat, iis quidem ventres fluunt, non tamen aegrotant. Sed ſi infra pituita permaneat, volvuli fiunt affectiones diuturnae. Aliis per palatum ad

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 726 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. IV. [274. 275.] Foël. I. 273. Ed. Lind. I. (420. 421.) ρυγγα, ἢν πουλὺ ῥυῇ, καὶ ἐπὶ πουλὺ αἱ νοῦσοι φθειράδες. κορίσκονται γὰρ τοῦ φλέγματος οἱ πνεύμονες καὶ γίνεται τὸ πῦον. τοῦτο διεσθίει τοὺς πνεύμονας, καὶ οἱ νοσέοντος οὐ ῥᾷον περιγίνονται. καὶ ἡ γνώμη τοῦ ἰητροῦ καὶ ἢν ἀγαθὸς καὶ ἢν ἀγχίνοος τὰ πολλὰ ξυνετέει τῆς προφάσιος. ἀλλ' ἡ νοῦσος διὰ φλεβῶν ἐπὶ νωτιαῖον ἀπὸ κατάῤῥου κεφαλῆς· ἀΐσσει δὲ ἐνταῦθ' ἐπὶ ἱερὸν ὀστέον ἄγων τὴν ἐπιῤῥοὴν ὁ νωτιαῖος καὶ ἐναπέθετο τῇσι κοτύλῃσι τῶν ἰσχίων· καὶ ἢν [275] ποιέῃ φθίσιν καὶ μαραίνεται ὁ ἄνθρωπος ὧδε καὶ ὧδε καὶ ζώειν οὐκ ἐθέλει. ταχὺ γὰρ πονέει τὴν σπάθην καὶ ἅμα τῷ πόδε καὶ μηρὼ παρέπονται. καὶ αἰεὶ τελέως ὄλλυνται χρόνῳ πολλῷ μελεδαινόμενοι καὶ οὔτε ἀπηύδηκε καὶ (421) θνήσκει. ταῦτά μοι περὶ ῥόων ἀπὸ κεφαλῆς εἴρηται. καὶ πάθεα ἐγκεφάλου καὶ ἄλλαι νοῦσοι, παραφροσύναι καὶ μανίαι καὶ πάντα ἐπικίνδυνα, καὶ πονέει ὁ ἐγκέφαλος καὶ αἱ ἄλλαι ἀδένες. ἔχει γὰρ καὶ τόνον καὶ ἄλλη ξύνοδος ἐνταῦθα πάλιν τοῦ σώματος. ἀλλὰ καὶ ἀδένες ἐν τοῖσι στήθεσι μαζοὶ καλέονται καὶ διείρονται καὶ γάλα ποιέουσιν. οἷς δὲ οὐ ποιέου-

fauces multa et frequens fluxio morbos tabificos facit. Pituita enim pulmones implentur, indeque pus gignitur quod pulmones exedit, neque aegroti facile evadunt et medicus ſua prudentia, ſi vir bonus et induſtrius fuerit, ut plurimum cauſam disquirit. Alius morbus ex defluxione capitis per venas in ſpinalem medullam, cum inde ad os ſacrum impetu fertur, ſpinali medulla eo fluxionem deducente et in coxendicum acetabula deponente. Quod ſi tabem fecerit et utroque modo homo contabeſcit, neque vivere expetit. Confeſtim enim ſcapulae dolent, ſimulque ambo pedes et crura conſequuntur, tandemque pereunt longo tempore curationem trahentes, neque viribus homo deficit et moritur. Atque illa mihi de fluxionibus a capite dicta ſint. Sunt etiam cerebri affectiones et alii morbi, deliria, inſaniae, periculique plena omnia, et dolet cerebrum et reliquae glandulae. Habet enim contentionem, et hic alia rurſus corporis congreſſio oritur. Sed et glandulae in pectoribus mammae vocantur et attolluntur et lac faciunt, quibusdam vero minime.

©BIUM

Ed. Chart. IV. [275.] Foës. I. 273. Ed. Lind. I. (421. 422.)

σιν γάλα, ποιέουσι μὲν αἱ γυναῖκες, οἱ δὲ ἄνδρες οὐ ποιέουσι, τῇσι μὲν γυναιξὶν ἀραιή τε ἡ φύσις καὶ κατὰ τῶν ἀδένων, ὥσπερ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ τὴν τροφὴν ἥν τινα ἕλκουσιν ἐπὶ σφᾶς ἀλλοιοῦσιν ἐς τὸ γάλα· καὶ ἀπὸ τῆς μήτρης παραγίνεται ἐπὶ τοὺς μαζοὺς ἐς τὴν μετὰ τὸν τόκον τῷ παιδίῳ τροφὴν, ἥν τινα ἀποπιέζει, εἰ καὶ ὑπερβάλλει τὸ ἐπίπλοον ἐς τὰ ἄνω, στενοχωρούμενον ὑπὸ τοῦ ἐμβρύου. τοῖσι δὲ ἄρρεσι καὶ ἡ στενοχωρίη καὶ ἡ πυκνότης τοῦ σώματος μετασυμβάλλεται μὴ εἶναι μεγάλας τὰς ἀδένας. τὸ γὰρ ἄρρεν ναστόν ἐστι καὶ οἷον εἶμα πυκνὸν καὶ ὀρέοντι καὶ ἐπαφομένῳ· τὸ δὲ θῆλυ ἀραιὸν καὶ χαῦνον καὶ οἱονεὶ ῥέον ὀρέοντι καὶ ἐπαφομένῳ. ὥστε τὴν ὑγρασίην οὐ μεθίησι τὸ ἀραιὸν καὶ μαλθακόν· τὸ δὲ ἄρσεν οὐκ ἄν τι προσδέξαιτο, πυκνόν τε ἐὸν καὶ ἀστεργὲς, καὶ ὁ πόνος κρατύνει αὐτοῦ τὸ σῶμα. ὥστε οὐκ ἔχει δι' οὗ λήψεται τὸ τῶν περισσῶν οὕτως. ἀναγκάζει δὲ ὁ λόγος καὶ στήθεα καὶ μαζοὺς καὶ τὸ ἄλλο σῶμα τῇσι γυναιξὶν χαῦνα καὶ μαλακὰ εἶναι (422) καὶ διὰ τὴν ἀργείην καὶ διὰ τὰ προειρημένα· τοῖσι δὲ ἀνδράσι τὰ ἐναν-

Et mulieres quidem lac habent, viri autem minime. Mulieribus ſiquidem rara eſt etiam glandularum natura, quemadmodum reliquum corpus et alimentum quod ad ſe trahunt in lac vertunt. Et ex utero ad mammas accedit, ad pueri poſt partum alimentum, quod ſane exprimit aut etiam ſurſum mittit omentum ad ſuperiores partes ab ipſo foetu compreſſum. At maribus et locorum coarctatio et corporis denſatio ad hoc ut ne glandulae magnae ſint plurimum confert. Mas enim confertim plenus eſt, ac veſtis inſtar tum viſu tum contactu denſus, foemina vero rara et laxa, ac veluti fluida tum ad viſum tum ad contactum. Quare cum rara ſit et mollis, humiditatem non remittit. Mas vero non ſuſcipit cum denſus ſit et humorem non deſideret, laborque ejus corpus roborat, ut non ſit quo ſuperflua excipiat. Sicque haec ratio neceſſario fateri cogit et pectora et mammas reliquumque corpus mulieribus laxa eſſe et mollia tum ob vitam deſidem tum ob praedicta, viris vero contra.

©BIUM

Ed. Chart. IV. [275. 1.] Foës. I. 273. 274. Ed. Lind. I. (422. 296. 297.)

τία. ποιέουσιν καὶ μαζοὶ φύματα, φλεγμονὰς, τὸ γάλα ἀποσήποντες. ἀγαθὰ δὲ ἔχουσιν τοῖσιν ἔμπροσθεν ὅμοια· ἀποστερίζουσι τὴν πλεονεξίην τοῦ ἄλλου σώματος. μαρτύριον τῇσι γυναιξὶν ἧσιν ἀφαιρεῖται νούσῳ ἢ ἄλλῃ τινὶ ξυμφορῇ μαζὸς καὶ ἡ φωνὴ θρασεῖα καὶ ὑγρὰ εἰς στόμαχον καὶ πτυελίζουσιν καὶ τὴν κεφαλὴν ἀλγέουσιν καὶ ἀπὸ τῶνδε νοσέουσιν. ἰὸν γὰρ ἀπὸ τῆς μητρὸς καὶ ἐπιῤῥέον τὸ γάλα, ὥσπερ μεθίη καὶ ἐμπροσθεν ἐς τὰ ἄνω τεύχεα, τὰ οἰκεῖα οὐκ ἔχων τεύχεα συντυγχάνει τοῖσι κυρίοις τοῦ σώματος, καρδίῃ, πνεύμονι, καὶ ἀποπνίγονται.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΟΣΤΕΩΝ ΦΥΣΙΟΣ.

[1] ‖ (296) Ὀστέα χειρὸς εἰκοσιεπτά. ποδὸς εἰκοσιτέσσαρα. τραχήλου ἐς τὸν μέγαν ἑπτά. ὀσφύος πέντε. ῥάχιος εἴκοσι. κεφαλῆς ξὺν ὀπωπίοις ὀκτώ. ξύμπαντα ϟά ξὺν ὄνυ-(297)ξιν ρια΄. ἃ δ' ἡμεῖς αὐτοὶ ἐξ ἀνθρώπου ὀστέων κατε-

Mammae etiam tubercula et inflammationes pariunt, lac ipsum putrefacientes. Commoda vero superioribus similia obtinent et reliqui corporis abundantiam intervertunt. Cujus rei testimonium praebent mulieres, quibus per morbum aut aliam quandam calamitatem mamma aufertur et vox ferox efficitur, humoresque ad gulam deferuntur, multa sputatione vexantur, caput dolent et ex iis aegrotant. Lac enim ab utero veniens et influens, quemadmodum etiam antea ad superiora vasa transmittebatur, cum ea propria non habeat, in principes corporis partes incidit, cor videlicet ac pulmonem, et suffocantur.

HIPPOCRATIS DE OSSIVM NATVRA LIBER.

Manus ossa septem et viginti numerantur; pedis quatuor et viginti; cervicis ad magnam vertebram usque septem; lumborum quinque; spinae viginti; capitis una cum oculorum ossibus octo. In totum unum et nonaginta, cum unguibus vero centum et undecim. Hominis vero ossa, ut

Ed. Chart. IV. [1.] Foës. I. 274. Ed. Lind. I. (297. 298.)
μάθομεν, σπόνδυλοι οἱ ἄνω τῆς κληΐδος σὺν τῷ μεγάλῳ ἑπτά. οἱ δὲ κατὰ τὰς πλευρὰς ὅσαι περ αἱ πλευραὶ ιβ΄. οἱ δὲ κατὰ κενεῶνας ἐκτὸς ἐν ᾧ τὰ ἰσχία ἐν τῇ ὀσφύϊ πέντε. τὸ δὲ σπέρμα οἷον κηρίον ἑκατέρωθεν τῆς κύστιος. ἐκ δ' αὐτῶν φλέβες ἑκατέρωθεν τοῦ οὐρητῆρος ἐς τὸ αἰδοῖον τείνουσι. ποτὸν διὰ φάρυγγος καὶ στομάχου. λάρυγξ ἐς πλεύμονα καὶ ἀρτηρίην. ἀπὸ δὲ τούτων ἐς ἄκρην κύστιν. ἧπατος πέντε λοβοί. ἐπὶ δὲ τοῦ τετάρτου λοβοῦ ἐπίκειται ἡ χολή, ἣ τὸ στόμα ἐπὶ φρένας καὶ καρδίην καὶ πλεύμονα φέρει. καρδίην, ὑμὴν περίεστι. τὰ κῶλα ἔχει κοινῶς μείζω· ἤρτηται δὲ ἐκ τῶν μεσοκώλων, ταῦτα δὲ ἐκ τείρων ἀπὸ τῆς ῥάχιος ὑπὸ τὴν γαστέρα. νεφροὶ, ἐκ νεύρων ἀπὸ ῥάχιος καὶ ἀρτηρίης. καρδίης πηγὴ ξυγγενής. φλὲψ τείνει διὰ φρενῶν, ἥπατος, σπληνός, νεφρῶν ἐς ἰσχίον· περὶ γαστροκνημίην ἐπὶ τὸν ταρσόν. ἑτέρη δὲ ἐκ καρδίης ὑπὸ μασχάλας, κληῖδας, σφαγὰς, κεφαλὴν, ῥῖνα, μέτωπον, παρὰ τὰ ὦτα, (298) ὦμους, μετάφρε-

didicimus, ſic habent. Vertebrae ſupra claviculam una cum magna ſeptem numerantur. Ad coſtas vero totidem quot et coſtae, duodecim numero. Ad laterum inanitatem exteriore parte, ubi coxendices et lumbi quinque. Semen vero velut favus ab utraque veſicae parte fertur. Ex his autem locis venae ab utraque meatus urinarii parte in pudendum feruntur. Potus per fauces et gulam, arteriae ſummum, quod larynx dicitur, in pulmonem et arteriam, ex quibus in ſummam veſicam. Hepar quinque ſummas fibras habet, fel autem quartae fibrae adhaereſcit, quod oſculo ſuo ad ſeptum transverſum, cor et pulmones fertur. Cor autem tunica circumveſtit. Homo inteſtina craſſa majora quam canis habet. Appendent autem ex medianis membranis, quae meſocῶla dicuntur. Hae vero ex nervis a ſpina ſub ventre procedentibus, renes ex nervis de ſpina. Cor arteriae fons cognatus. Vena per ſeptum transverſum fertur, hepar, lienem, renes, ad coxendicem circa poſteriorem tibiae partem carnoſam, ad primam ſummi pedis partem, quae ταρσὸς dicitur. Altera autem ex corde ſub alas, claviculas, jugula, caput, naſum, frontem, juxta aures, humeros, dorſum, pectus,

©BIUM

Ed. Chart. IV. [1. 2.] Foës. I. 274. Ed. Lind. I. (298.)

νον, στήθεα, γαστέρα. διὰ πήχεος. ἡ δὲ διὰ μασχαλῶν ἐπὶ πῆχυν, ἐπὶ ταρσόν. νεύρων ἔκφυσις ἀπὸ τοῦ ἰνίου ἄχρι παρὰ ῥάχιν. παρὰ ἰσχίον, ἐς αἰδοῖα, ἐς μηροὺς, πόδας, κνήμας, ἐς χεῖρας. ἄλλ' ἐς βραχίονας, τὰ μὲν [2] ἐς σάρκας, τὰ δὲ παρὰ τὴν περόνην ἐς τὸν μέγαν δάκτυλον. τὰ δ' ἐκ τῶν σαρκῶν ἐπὶ τοὺς ἄλλους δακτύλους. ἄλλ' ἐς ὠμοπλάτην, στῆθος, γαστέρα ὀστέοισι, συνδέσμοισιν. ἀπὸ δὲ αἰδοίου παρ' ἀρχόν. κοτυληδόνα τὸ μὲν ἄνωθεν μηροῦ, τὸ δὲ κάτωθεν ἐπὶ τὰ γούνατα. ἐντεῦθεν γούνατι ξυνταθὲν, ἐπὶ τένοντα, πτέρναν, πόδας. τὸ δὲ ἐς περόνην. ἄλλα δ' ἐς τοὺς νεφρούς. αὗται δὲ αἱ φλέβες ἐφ' ἑκάτερα διχῇ τὰ μέγιστα σχίζονται. τὰ μὲν ἔνθεν τοῦ νεφροῦ ἑκατέρου, τὰ δὲ ἔνθεν. καὶ διατέτρηνται ἐς τοὺς νεφρούς. καὶ εἶδος καρδίης οἱ νεφροὶ ἔχουσι καὶ οὗτοι κοιλιώδεες. ὁ δὲ νεφρὸς τὰ κοῖλα ἑωυτοῦ πρὸς τὰς φλέβας ἔχων κεῖται τὰς μεγάλας. ὅθεν ἐκπεφύκασιν ἐξ αὐτέου αἱ φλέβες αἱ ἐς κύστιν, ἧ εἵλκετο τὸ ποτὸν διὰ τῶν φλεβῶν ἐς τοὺς νεφρούς. ἔπειθ' ὥσπερ καὶ διὰ τῶν νεφρῶν διηθεῖται τὸ ὕδωρ. καὶ δι' αὐτέων τουτέων τῶν ἐντέ-

ventrem, per cubitum. Alia vero per alas ad cubitum, in ſummam manum. Nervorum exortus ab occipitio usque juxta ſpinam, juxta coxendicem fertur in pudenda, in femora, pedes, tibias et in manus. Quin et ad brachia partim quidem in carnes, partim vero juxta fibulam in magnum digitum, partim etiam ex carnibus ad reliquos digitos. Quin et ad latum ſcapularum os, pectus, ventrem, oſſibus, ligamentis connectuntur. A pudendo vero juxta podicem, ad coxendicis cavitatem, partim quidem ſupra femur, partim vero infra ad genua. Inde ad genu extentus ad tendinem, calcis os, pedes, alius vero ad fibulam, alii etiam ad renes. At vero venae ipſae utraque ex parte bifariam maxime dividuntur, partim quidem ab ipſa utriusque renis parte, partim vero ab altera et in renes foraminibus ſunt perviae. Ipſi vero cordis foramen iidemque cavitatem habent. Ren autem cavitate ſua ad magnas venas ſitus eſt, unde procedunt ex ipſo venae in veſicam, qua parte potus per venas ad renes trahitur, deinde per renes aqua velut excoletur et

Ed. Chart. IV. [2.] Foës. I. 274. 275. Ed. Lind. I. (298. 299.)

ρων ὧν ξυνεπακολουθεῖ. σπογγοειδὲς γάρ ἐστι τὸ ἀπ᾽ αὐτέων ἐς τὴν κύστιν. καὶ ἐνταῦθα διηθούμενον καὶ ἀποκρινόμενον ἀπὸ τοῦ αἵματος τὸ οὖρον, διὸ δὴ ἐρυθρόν ἐστιν. οὐδὲ γὰρ ἐς τοὺς νεφροὺς ἦσαν ἄλλαι φλέβες ἢ αἵ εἰρηνται. οὐδ᾽ ὅποι ἂν τὸ ποτὸν ξυντήκοιτο, ὅσον ἐγὼ οἶδα. αἱ περὶ τὰς πλευρὰς κατατείνουσαι κάτωθέν εἰσιν ἑκά(299)στης τῶν πλευρέων, οὐ πρὸς κεφαλῆς, κατωτέρω δὲ καὶ ἀπὸ ἀρτηρίης. ἀρτηρίη μὲν οὖν εἶθ᾽ ὑπορεύσασα διαδιδοῖ τῇσι πλευρῇσι. ἀπὸ δὲ τῆς παχείης ἀπὸ καρδίης παλινδρομέει μία ἐς τὰ ἀριστερὰ ἐγκεκλιεισμένη. ἔπειτα ἡ μὲν διὰ μέσων σπονδύλων μέχρις ἄκρων || πλευρέων πορεύεται, πλευρῇσιν οὐκ ἐξ ἴσου διαδιδοῦσα τοῖσι δεξιοῖσι τοῖσιν ἀριστεροῖσι διασχίδας, ἀλλ᾽ ἴσας μὲν, ἀνωτέρωθεν δὲ ἐν τοῖσι δεξιοῖσιν ἀποσχίζεται. παρὰ δὲ κληῖδος ἑκατέρης τῶν φλεβῶν δύο μὲν ἄνω, δύο δὲ ὑπὸ τὸ στῆθος, αἱ μὲν ἐς δεξιὰ, αἱ δὲ ἐς ἀριστερὰ ἀπεσχίσθησαν ἀποσχίδες, πρὸς αὐχένος μὲν μᾶλλον αὗται. δύο δὲ πρὸς καρδίην μᾶλλον, αἱ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, αἱ δὲ ἐπ᾽ ἀριστερά. ἀφ᾽ ἑκατέρης παρὰ τὰς πλευράς. καὶ ἀπ᾽ αὐτέων ὥσπερ αἱ κάτω

per ipſa inteſtina, per quae ſimul emittitur. Spongiae enim eſt ſimile quod ab his ad veſicam tendit, illicque urina a ſanguine percolatur et ſecernitur, eamque ob cauſam ſane rubra eſt. Neque enim in renes aliae venae feruntur quam quae dictae ſunt, neque, quantum ego ſentio, alius locus ubi potus colliquetur. Venae quae ad coſtas porriguntur ſub unaquaque coſta ſunt, non ad caput, ſed inferius et ab arteria. Arteria quidem igitur ſubtermeans in coſtas propagines ſuas transfundit. A craſſa autem vena ex corde recurrit una in ſiniſtram partem incluſa. Deinde huic quidem per medias vertebras ad ſummas usque coſtas incedit, non ex aequo ſuas ſectiones coſtis dextris ac ſiniſtris transmittens, ſed aequas quidem, ſuperne vero in dextris ſcinditur. Juxta vero claviculam utramque duae quidem venae ſurſum, duae etiam ſub pectore feruntur, et partim in dextram, partim quoque in ſiniſtram propagines diſcinduntur, ad cervicem hae quidem magis, duae vero ad cor magis, partim quidem ad dextram, partim vero ad ſiniſtram, ex utraque parte ad

©BIUM

Ed. Chart. IV. [2.] Foës. I. 275. Ed. Lind. I. (299. 300.)

ἐσχίζοντο μέχρις ὅτου ξυνέμιξαν τῇ κάτω παλινδρομησάσῃ ἀπὸ καρδίης. ἡ δὲ αἱμόῤῥους ἀπὸ τῆς ἀρτηρίης ταύτης διὰ τοῦτο ἐσχίσθη, ὅτι μετέωρος ἐνταῦθά ἐστι διὰ καρδίας πορευομένη. τὰ δὲ κάτω πλευρέων ἡ αἱμόῤῥους ἡ παχεία καλεομένη φλὲψ τοῖσι σφονδύλοισιν αὖθις ἐφ' ἑωυτῆς διαδιδοῖ καὶ ἐνταῦθα προσέχεται καὶ οὐκ ἔτι κρέμαται ὥσπερ ἄνω δι' ἥπατος ἰοῦσα. ἔστι δὲ κατὰ μὲν ὀσφῦν ἄνω ἡ ἀρτηρία, ὑποκάτω δὲ ἡ αἱμόῤῥους ἡ ἀπὸ τοῦ ἥπατος διὰ φρενῶν ἐλθοῦσα μετέωρος, παρὰ τὰ ἐπὶ δεξιὰ τῆς καρδίης φέρεται ἄχρι κληΐδων, ἁπλῆ, πλὴν ὅσον αὐτῇ τῇ καρδίῃ κοινωνέει. τὰ μὲν κατ' αὐτὴν σχιζόμενα ἐπιπολαιότερα, τὰ δὲ τὴν κοιλίην τῆς καρδίας διέχοντα, ἔπειτα ἀπὸ τῆς καρδίας τὸ ἐπ' ἀριστερὰ κάθηται ἁπλῆ πρὸς ῥάχιν παλινδρομέει. ἐς μὲν τὸ ἄνω τοῦ σώμα(300)τος ἄχρι τῶν ἀιωτάτω πλευρέων. καὶ ἀποσχίδας ἀφ' ἑωυτῆς ἔχει παρ' ἑκάστην πλευρὴν παρατεταμένας κατὰ φύσιν ἄχρι στήθεος συνοκωχῆς καὶ ἐπ' ἀριστερὰ καὶ ἐπὶ δεξιά. καὶ τὸ ἰθὺ αὐτέης πρὸς σφονδύλῳ μᾶλλόν

costas tendunt et ab his velut quae infra sunt scinduntur, donec ei quae infra a corde recurrit commisceantur. At vero quae sanguinem fundit ab arteria hac ideo scinditur, quod hic sublimis est per cor procedens. Sed infra costas quae sanguine fluit et crassa est appellata, rursus vertebris sese transmittit et illic adhaerescit, nec amplius pendet, velut supra cum per jecur fertur. Ad lumbos autem supra quidem est arteria, infra vero quae sanguinem fundit, quae de jecore per septum transversum sublimis procedit et ad cordis dextram partem, ad jugula usque simplex fertur, praeterquam quantum cum ipso corde communicationem habet, partim quidem juxta ipsum leviter scissa, partim vero cordis ventriculum penetrans. Deinde a corde in sinistram ad spinam simplex demittitur et ad superiora quidem corporis ad summas usque costas recurrit et propagines habet a seipsa, juxta unamquanque costam ad pectoris connexionem usque tum in dextram tum in sinistram naturaliter protensas, ipsiusque rectitudo magis ad vertebram vergit quam arte-

Ed. Chart. IV. [2. 3.] Foël. I. 275. Ed. Lind. I. (300.)

ἐστιν ἢ ὁ τῆς ἀρτηρίης τόνος καὶ ὁ τῆς ἀπὸ τοῦ ἥπατος φλεβός. πρὸς δὲ τὸ κάτω μέρος τῆς καρδίης ὁ μὲν ἰθὺς τόνος ἀπ' αὐτέης πρὸς σφονδύλων μᾶλλόν ἐστιν ἢ ὁ τῆς ἀρτηρίης. [3] ο δ' ἕτερος ὁ παρὰ καρδίην καὶ ἐς τὰ κάτω μέρη φρενῶν ἑτράπετο τὰ πρὸς ῥάχιος ἠρτημένα. ἐντεῦθεν δὲ ἀπόσχιδες ἐς ἰθὺ ἕκαστον ἐπιφέρονται, δι' ὀστέων καὶ σαρκῶν περαιωθεῖσαι ἀλλήλαις. αἱ φλέβες δὲ αἵ παχεῖαι ὧδε πεφύκασιν. ἐκ τοῦ ὀφθαλμοῦ παρὰ τὴν ὀφρῦν, διὰ τοῦ νώτου παρὰ τὸν πλεύμονα ὑπὸ τοῦ στήθους, ἡ μὲν ἐκ τοῦ δεξιοῦ ἐς τὸ ἀριστερὸν, ἡ δὲ ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ ἐς τὸ δεξιόν. ἡ μὲν οὖν ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ διὰ τοῦ ἥπατος ἐς τὸν νεφρὸν καὶ τὸν ὄρχιν, ἡ δὲ ἐκ τοῦ δεξιοῦ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ νεφρὸν καὶ ὄρχιν. ταύτῃσι δὲ τὸ στόμα αἰδοῖον. ἀπὸ δὲ τοῦ δεξιοῦ τιτθοῦ ἐς τὸ ἀριστερὸν ἰσχίον καὶ ἐς τὸ σκέλος. καὶ ἀπὸ τοῦ ἀριστεροῦ ἐς τὰ δεξιά. ὁ δὲ ὀφθαλμὸς ὁ δεξιὸς ἐκ τοῦ ἀριστεροῦ καὶ ὁ ὄρχις κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ τοῦ δεξιοῦ ὁ ἀριστερός. αἱ παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι. τέσσαρα ζεύγεά εἰσιν ἐν τῷ σώματι. καὶ αἱ μὲν αὐτέων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξω-

riae extenſio et venae quae ex hepate proficiſcitur. Ab inferiore vero cordis parte recta ipſius extenſio magis ad vertebras eſt quam quae arteriae. Altera autem juxta cor eſt et ad inferiores ſepti transverſi partes ad ſpinam appenſas convertitur. Hinc vero propagines ad unamquamque rectitudinem inferuntur, per oſſa et carnes ſe invicem trajicientes. Venae autem craſſae ſic ſe habere natura videntur. Ex oculo juxta ſupercilium per dorſum ſecundum pulmonem, ſub pectore altera quidem ex dextra in ſiniſtram fertur, altera vero ex ſiniſtra in dextram. Quae autem ex ſiniſtra procedit per hepar in renem ac teſtem deſcendit, quae vero ex dextra, in lienem, renem et teſtem. His pudendum pro oſculo eſt. A dextra vero mamma in coxendicem ſiniſtram et in crus fertur et ex ſiniſtra in dextram. Oculus vero dexter ex ſiniſtro recipit, ad eundemque modum teſtis ſiniſter ex dextro. At venae craſſiſſimae hoc modo naturaliter ſe habent. Earum quatuor paria ſunt in corpore et quaedam quidem ex capitis parte poſteriore, per cervicem, parte

©BIUM

Ed. Chart. IV. [3.] Foës. I. 275. 276. Ed. Lind. I. (300. 301.)
θεν παρὰ τὴν ῥάχιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν εἰς τὰ ἰσχία ἀφικνέεται καὶ ἐς τὰ σκέλεα. ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἐπὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας ἀφήκει. (301) δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. αἱ δὲ δεύτεραι φλέβες ἐκ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ ὦτα διὰ τοῦ αὐχένος, σφαγίτιδες καλεόμεναι, ἔσωθεν παρὰ τὴν ῥάχιν, ἑκατέρωθεν φέρουσι παρὰ τὰς ψόας ἐς τοὺς ὄρχιας καὶ ἐς τοὺς μηροὺς καὶ ἰγνύων ἐκ τοῦ ἔξωθεν μέρεος. ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων ἐπὶ τὰ σφυρὰ τὰ ἔσωθεν καὶ τοὺς πόδας. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ποιέεσθαι πρὸς τὰς ὀδύνας τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὀρχίων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν. αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος ἐπὶ τὰς ὠμοπλάτας, ἔπειτα ξυμφέρονται ἐς τὸν πλεύμονα. καὶ ἀφικνέονται ἡ μὲν || ἀπὸ τῶν δεξιῶν ἐς τὰ ἀριστερὰ ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ ἐς τὸν νεφρὸν, ἡ δὲ ἀπὸ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὰ δεξιὰ ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸ ἧπαρ καὶ ἐς τὸν νεφρόν. τελευτῶσι δὲ ἐς τὸν ἀρχὸν αὗται ἀμφότεραι. αἱ δὲ

externa juxta ſpinam ex utraque parte ad coxendices et crura deveniunt, deinde per tibias ad malleolos exteriores et pedes pertingunt. In dorſi igitur et coxendicum doloribus ex poplitibus et malleolis exterioribus venae ſectiones facere oportet. Alterae venae e capite juxta aures per cervicem, jugulares appellatae parte interiore ſecundum ſpinam, ad lumbos utraque ex parte in teſtes et femora tendunt et poplites interiores, deinde per tibias ad malleolos et pedes interiore ex parte. Ad lumborum igitur et teſtium dolores ex poplitibus et malleolis interioribus venae ſectiones facere oportet. Tertiae venae ex temporibus per cervicem in ſcoptula operta, deinde in pulmonem deferuntur perveniuntque una quidem a dextris in ſiniſtras ſub mammam et in ſplenem et in renem, altera vero a ſiniſtris in dextras ex pulmone ſub mammam, in jecur et renem. Hae autem ambae in rectum inteſtinum deſinunt. Quartae vero

Ed. Chart. IV. [3.] Foël. I. 276. Ed. Lind. I. (301. 302.)

τέταρται ἀπὸ τοῦ ἐμπροσθεν τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ ὑπὸ τὰς κληῖδας. ἔπειτα ἀπὸ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν ὑπὸ τὰς συγκαμπός. ἔπειτα διὰ τῶν πήχεων ἐς τοὺς καρποὺς καὶ τοὺς δακτύλους. ἔπειτα πάλιν ἀπὸ τῶν δακτύλων διὰ τῶν στηθέων καὶ τῶν πήχεων τῶν χειρῶν ἐς τὰς συγκαμπάς. διὰ δὲ τῶν βραχιόνων καὶ τοῦ κάτωθεν μέρεος ἐς τὰς μασχάλας καὶ ἐκ τῶν πλευρέων ἄνωθεν ἡ μὲν ἐς τὸν σπλῆνα ἀφικνέεται, ἡ δὲ ἐς τὸ ἧπαρ. ἔπειτα ὑπὲρ τῆς γαστρὸς ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσιν ἀμφότεραι. καὶ αἱ μὲν παχεῖαι τῶν φλεβῶν οὕτω πεφύκασιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κοιλίης (302) φλέβες ἀνὰ τὸ σῶμα πολλαί τε καὶ παντοῖαι, δι' ὧν ἡ τροφὴ τῷ σώματι ἔρχεται. φέρουσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν παχειῶν φλεβῶν ἐς τὴν κοιλίην καὶ τὸ ἄλλο σῶμα καὶ ἀπὸ τῶν ἐξωτάτω καὶ ἀπὸ τῶν ἐσωτάτω. καὶ ἐς ἀλλήλας διαδιδόασιν αἵ τε ἔσωθεν ἔξω καὶ αἱ ἔξωθεν ἔσω. τὰς οὖν φλεβοτομίας ποιέεσθαι χρὴ κατὰ τοῦσδε τοὺς τρόπους. ἐπιτηδεύειν δὲ δεῖ τὰς τομὰς, ὡς προσωτάτω ταμεῖν ἀπὸ χωρίων, ἔνθα ἂν αἱ ὀδύναι μεμαθήκασι γίνεσθαι καὶ τὸ αἷμα ξυλλέγεσθαι. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα ἥ τε μεταβολὴ γίνοιτο μεγάλη

venae ex anteriore capitis parte et oculis ſub pulmonem et claviculas feruntur, deinde ex brachiorum ſuperiore parte ſub flexuras et digitos. Poſtea rurſus ex digitis per manuum volas et cubitos ad flexuras, per brachia vero inferiore etiam ex parte ad axillas et ex coſtis ſuperiore parte, una quidem ad lienem pervenit, altera vero ad jecur. Deinde ſupra ventrem ambae in pudendum finiunt. Et craſſae quidem venae ad hunc modum a natura ſe habent. Multae autem et cujusvis generis venae ex ventre per corpus feruntur, per quas alimentum corpori accedit. Tendunt autem et a craſſis venis in ventrem et reliquum corpus, tum ab exterioribas tum ab interioribus et inter ſe mutuo internae foras et externae intro transfundunt. Ad eos igitur modos venae ſectiones faciendae: danda eſt autem opera uti quam maxime procul a locis in quibus dolores fieri et ſanguis colligi ſolet ſectiones faciamus. Ad hunc enim modum vel

©BIUM

Ed. Chart. IV. [3. 4.] Foës. I. 276. Ed. Lind. I. (302. 303.)

ἐξωπίης καὶ τὸ ἔθος μετασιήσειας ἄν, ὥστε μηκέτι ἐς τὸ αὐτὸ χωρίον ξυλλέγεσθαι. [4] ἡ δὲ ἡπατίτις ἐν ὀσφύι μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου, κἀιωθεν καὶ σπονδύλοισι προσδιδοῖεν. ἐντεῦθεν μετέωρος καὶ διὰ φρενῶν ἐς καρδίην. καὶ ἡ μὲν εὐθεῖα ἐς κληῖδας. ἐντεῦθεν δὲ αἱ μὲν ἐς τραχηλον, αἱ δ' ἐπ' ὠμοπλάτας, αἱ δὲ ἀποκαμφθεῖσαι κάτω, παρὰ σπονδύλους καὶ πλευρὰς ἀποκλίνουσιν. ἐξ ἀριστερῶν μὲν μία ἐγγὺς κληῖδων. ἐκ δεξιῶν δὲ ἐπί τι αὐτῆς χωρίον. ἄλλη δὲ ἑκατέρωθεν ἀποκαμφθεῖσα ἄλλη δὲ σμικρὸν κατώτερον ἀποκαμφθεῖσα, ὅθεν μὲν ἐκείνη ἀπέλιπε προσέδωκε τῆσι πλευρῆσιν, ἔστ' ἂν τῇ ἐπ' αὐτέης τῆς καρδίης προσιύχῃ ἐπικαμπτομένη ἐς τὰ ἀριστερά. ἀποκαμφθεῖσα δὲ κάτω ἐπὶ σφονδύλους καταβαίνει, ἔστ' ἂν ἀφίκηται. καὶ ἔνθεν ἤρξατο μετεωρίζεσθαι ἀποδιδοῦσα τῆσι πλευρῆσι καὶ τῆσιν ἐπιλοίποις ἁπάσαις καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀποσχίδας παρ' ἑκάστην διδοῦσα μία ἑοῦσα. ἀπὸ μὲν τῆς καρδίης ἐπί τι χωρίον ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσι μᾶλλον (303) ἑοῦσα. ἔπειτα ὑποκάτω τῆς ἀρτηρίης, ἔστ' ἂν καταναλωθῇ. ὅθεν ἡ ἡπατίτις ἐμετεωρίσθη.

minime magna repente mutatio continget et translata conſuetudine efficiet, ut ne amplius ad eundem locum coëat. Jecoraria autem per lumbos ad magnam usque vertebram deorſum fertur et verticulis ſe adjicit, indeque ſublata per ſeptum transverſum cor petit, et haec quidem recta ad jugula tendit. Hinc vero partim ad cervicem, partim ad ſcapulas, quaedam etiam inferius paulo reflexae, ad vertebras et coſtas declinant, a ſiniſtris quidem una prope jugula, a dextris vero in aliquem ipſius locum. Alia vero utrinque reflexa alia paulo inferius deflexa, ubi illa quidem deficit, coſtis ſe adjicit, donec ei quae ab ipſo corde procedit ad ſiniſtras deflexa ſe adjunxerit. Deorſum vero demiſſa ſecundum vertebras deſcendit, donec eo perveniat unde ſe ſublimem erigit, coſtis adhaereſcens et reliquis omnibus utrinque ſingulis per ſe ſola propagines mittens, a corde quidem in aliquem locum ad ſiniſtra magis deflectit: poſtea arteriae ſe ſubmittit, quousque conſumpta fuerit, eoque pervenerit unde jecoraria ſublimis emerſit. Quo antequam perveniat, ad extremas

Ed. Chart. IV. [4.] Foës. I. 276. Ed. Lind. I. (302.)
πρότερον δὲ πρὶν ἐνταῦθ' ἐλθεῖν, παρὰ τὰς ἰσχύας δύο πλευρὰς ἐδιχώθη. καὶ ἡ μὲν ἔνθα, ἡ δ' ἔνθα τῶν σφονδύλων ἐλθοῦσα κατηναλώθη· ἡ δὲ εὐθεῖα ἀπὸ καρδίης πρὸς κληῖδας τείνουσα ἄνωθεν τῆς ἀρτηρίας ἐστί. καὶ ἀπὸ ταύτης ὥσπερ καὶ παρ' ὀσφὺν κάτωθεν τῆς ἀρτηρίης. καὶ ἀπὸ ταύτης ἄϊσσει ἐς τὸ ἧπαρ ἡ μὲν ἐπὶ πύλας καὶ λοβὸν, ἡ δὲ ἐς τὸ ἄλλο. ἐξῆς ἀφορμῇ κεῖς σμικρὸν κάτωθεν φρενῶν. φρένες δὲ προσπεφύκασι τῷ ἥπατι, ὡς οὐ ῥᾴδιον χωρίσαι. δισσαὶ δ' ἀπὸ κληῖδων, αἱ μὲν ἔνθεν, αἱ δὲ ἔνθεν ὑπὸ στῆθος ἐς ἧτρον. ὅποι δὲ ἐντεῦθεν, οὔπω οἶδα. φρένες δὲ κατὰ τὸν σπόνδυλον τὸν κατὰ τῶν πλευρέων, ᾗ νεφρὸς ἐξ ἀρτηρίης ταύτῃ ἀμφιβεβήκοι. αἱ δὲ ἀρτηρίαι ἐκ τουτέου ἐκπεφύκασιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἀρτηρίῃσι τρόπον ἔχουσαι. ταύτῃ τῇ παλινδρομησάσῃ ἀπὸ καρδίης, ἡ ἡπατῖτις ἕλκεν. ἀπὸ δὲ τῆς ἡπατίτιδος διὰ τῶν φρενῶν αἱ μέγισται δύο, ἡ μὲν ἔνθεν, ἡ δὲ ἔνθεν φέρονται μετέωροι, πολυσχιδεῖς δὲ διὰ τῶν φρενῶν εἰσὶν ἀμφὶ ταύταις καὶ πεφύκασιν, ἄνωθεν δὲ φρενῶν

duas coſtas bifariam ſcinditur et in utranque verticulorum partem progreſſa ibi conditur. Altera vero recta ex corde jugula petens, ſupra arteriam evadit, indeque quemadmodum quae ad lumbos arteriae ſubtenſa eſt, in jecur inſilit et modo quidem ad portas et fibram, modo vero in id quod eſt reliquum deinceps excurrit paulo infra ſeptum transverſum, quod ita hepati adhaereſcit ut facile ſeparari non poſſit. Bipartito autem ad claviculas ſcinduntur et hinc et inde ſub pectus ad imum ventrem pertingunt. Quonam vero inde ferantur necdum mihi conſtat. Ad ſeptum transverſum ad vertebram juxta coſtas ſitum habet, qua parte renes ex arteria utrinque eminent. Arteriae vero ex his enaſcuntur quae utraque ex parte nervum habent. Eaque in parte cum ea quae a corde recurrit jecoraria deſinit. A jecoraria autem per ſeptum transverſum duae maximae venae hinc et inde ſublevantur, quae multifidam per ſeptum transverſum propaginem emittunt, eique complexa adhaerent, in ſuperna vero illius parte quodammodo magis conſpicuae cernuntur.

©BIUM

Ed. Chart. IV. [4. 5.] Foës. I. 276. 277. Ed. Lind. I. (303. 304.)
αὗται δὲ μᾶλλόν τι ἐμφανέες. || δύο δὲ παχεῖς τόνοι ἀπ' ἐγκεφάλου ὑπὸ τὸ ὀστέον τοῦ μεγάλου σφονδύλου ἄνωθεν καὶ πρὸς τοῦ στομάχου μᾶλλον ἑκατέρωθεν τῆς ἀρτηρίης παρελθὼν ἑκάτερος εἰς ἑαυτὸν ἦλθεν ὥκελος ἑνί. ἔπειτα οἱ σφόνδυλοι καὶ φρένες πεφύκασιν ἐνταῦθ' οὗ ἐτελεύτων. καί τινες ἐνδοιαστοὶ πρὸς ἧπαρ καὶ σπλῆνα (304) ἀπὸ τούτου τοῦ κοινωνήματος ἐδόκεον τείνειν. ἄλλος τόνος ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν κατὰ κληῖδα σφονδύλων περὶ ῥάχιν παρέτεινεν, ἐκ πλαγίου σφονδύλου, καὶ τῆσι πλευρῆσιν ἀπένεμεν. ὥσπερ αἱ φλέβες αὗται διὰ φρενῶν ἐς μεσεντέριόν μοι δοκέουσι τείνειν. ὅθεν δὲ αὗται ἐξέλιπον, αὖθις ἔνθεν φρένες ἐξεπεφύκεσαν ἀπὸ τοῦ ξυνεχέες ἐόντες, κατὰ μέσον κάτωθεν ἀρτηρίης. τὸ ἐπίλοιπον παρὰ σφονδύλους ἀπεδίδου. ὥσπερ αἱ φλέβες μέχρι καταναλώθησαν πᾶν διελθόντες τὸ ἱερὸν ὀστέον. [5] τὰ ὀστέα τῷ σώματι στάσιν καὶ ὀρθότητα καὶ εἶδος παρέχονται. τὰ δὲ νεῦρα κάμψιν καὶ ξίντασιν καὶ ἔκτασιν, αἱ δὲ σάρκες καὶ τὸ δέρμα πάντων ξύνδεσιν καὶ ξύνταξιν. αἱ φλέβες διὰ τοῦ σώματος κεχυμέναι πνεῦμα καὶ ῥεῦμα καὶ κίνησιν παρέχονται,

Duo autem craſſi nervi ex cerebro infra magnae vertebrae os ſuperiore parte gulam verſus magis, ab utraque arteriae parte uterque progreſſus in ſe velut in unum coëunt, deinde vertebrae et ſeptum transverſum ibi exoriuntur ubi deſinunt. Quidam tamen ambigunt et ab hac communione ad jecur et lienem ferri videntur. Alius nervus utrinque ex vertebris ad claviculas ſecundum ſpinam, per obliquam vertebrarum partem extenditur et coſtis diſtribuitur. Atque ii non ſecus ac venae ipſae per ſeptum transverſum ad meſenterium pertendere mihi videntur. Ubi vero ipſae deſinunt rurſus ab eo loco unde ſeptum transverſum exoritur, continuitate quadam per medium infra arteriam, quod eſt reliquum ad vertebras quemadmodum venae emittunt, quoad os ſacrum totum percurrentes ibi conſumpti condantur. Oſſa corpori firmitatem, rectitudinem ac formam praebent, nervi vero flexionem contractionem et diſtentionem. Carnes autem et cutis omnium colligationem ac connexionem. Venae per corpus diffuſae ſpiritum, fluxionem et motum exhi-

Ed. Chart. IV. [5.] Foës. I. 277. Ed. Lind. I. (304. 305.)

μιῆς πολλαὶ διαβλαστάνουσαι καὶ αὕτη μὲν ἡ μία ὅθεν ἤρται καὶ ᾗ τετελεύτηκεν οὐκ οἶδα. κύκλου γὰρ γεγενημένου ἀρχὴ οὐχ εὑρέθη. τὰς δ' ἀποφυάδας αὐτῆς, ὅθεν ἤρτηνται καὶ ᾗ παύονται τοῦ σώματος καὶ ὡς ἡ μίη ταύτησιν ὁμολογέει καὶ ἐν ὁποίοις τόποις τέτακται τοῦ σώματος, ἐγὼ δηλώσω. περὶ μὲν γὰρ τῆς κεφαλῆς κατὰ τὸ μέσον ἐκ πλαγίου περίκειται ἡ φλὲψ, αὐτὴ πλατεῖα καὶ λεπτὴ, οὐ πολύαιμος. τῷ γὰρ ἐγκεφάλῳ κατὰ τὰς ἁρμονίας ἐνερρίζωκε πολλὰ καὶ λεπτὰ φλέβια. καὶ περὶ τὴν ὅλην κεφαλὴν ἐκ τεσσάρσωται μέχρι τοῦ μετώπου καὶ τῶν κροτάφων. αὐτὴ δὲ ἀπίθυνται ἐς τοὔπισθεν τῆς κεφαλῆς ἐκτὸς παρὰ τῆς ἀκάνθης τὸ δέρμα. ἐντεῦθεν δὲ καθίενται παρὰ τὴν ἔξωθεν καὶ τὴν εἴσωθεν φλέβα τῶν ἐν τῇσι σφαγῇσι. (305) πέρην δὲ τῆς ἀκοῆς ὑποσχισθεῖσα ἀπὸ τῆς γένους ἔξωθεν τοίνυν παχείη. ἀπὸ δὲ ταύτης ἐς τὴν γλῶσσαν πολλαὶ καὶ λεπταί. πλὴν ἡ ὑπὸ τὴν γλῶσσαν ἡ ὑπὸ τοὺς γομφίους. αὐτὴ δὲ παχείη διὰ τῆς κληῖδος καθήκει ὑπὸ τὴν ὠμοπλάτην. καὶ ταύτη ἀπ' αὐτῆς βεβλάστηκε φλέψ διὰ τοῦ νεύρου τοῦ ὑπὸ τὴν ἐπωμίδα τῆς

bent, ab una multas propagines emittentes. Atque haec una unde exordium ſumat et ubi deſinat, non ſatis mihi compertum eſt. Circulo enim facto principium non invenias. Ejus autem appendices unde pendeant et qua corporis parte deſinant et quod una cum his communionem habeat et ad quae corporis loca diſponantur, ego declarabo. Capiti quidem ad medium ex obliquo vena lata et tenuis, non multi ſanguinis obducitur. In cerebrum enim ad ſuturas multae venulae et tenues radicibus infixae ſunt et circum caput totum ad frontem usque et tempora dilatantur. Ipſa vero retro caput, exteriore parte, ſecundum ſpinae cutem recta tendit, inde autem juxta exteriorem et interiorem venam ex his quae in jugulis ſunt demittitur, ultra aures vero diviſa a gena extra fertur craſſa. Ab hac multae et tenues ad linguam procedunt, praeter eam quae ſub lingua aut ſub maxillares dentes fertur, quae lata per claviculam ſubter ſcapulas pertingit, eaque parte ab ipſa pullulat vena humeralis appellata, per nervum qui ſummo humero ſup-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 740 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. IV. [5.] Foës. I. 277. Ed. Lind. I. (305.)

ἐπωμιαίης ὀνομαζομένης. αὐτὴ δὲ αἱμόῤῥους καὶ αἱματώδης καὶ δυσίητος, ἢν ῥαγῇ ἢ σπασθῇ. τῇ μὲν γὰρ αὐτέῃ νεῦρον περιέχει πλατὺ, τῇ δὲ χόνδρος. τὸ δὲ μεταξὺ αὐτῶν αὐτή τε ξυνέχει καὶ ὑμὴν ἀφρώδης. ἀσάρκου οὖν ἐόντος τοῦ τόπου, ῥηϊδίως ῥήγνυται οὐκ ἔχουσα περιφύεσθαι σάρκας. ἢν τε ὑποδράμῃ ἐς τὸ αἷμα τοῦτο μέρος ἐπιτυχὸν εὐρυχωρίης, οὐκ ἔχει ἀπαλλαγήν, ἀλλὰ σκληροῦται. σκληρυνθὲν δὲ νοῦσον παρέχει. αὐτὴ μὲν περαίνει ἧ πρότερον εἶπον. ἡ δὲ ὑπὸ τὴν ὠμοπλάτην ἀποβεβλάστηκεν ὑπὸ τοῖσι μαζοῖσι πυκνῇσι καὶ λεπτῇσι καὶ ἐπηλλαγμένῃσι φλεψί. καὶ διὰ τῆς ἐπωμιαίης παραλλάσσουσα τὸν χόνδρον, αὐτὴ νέρθεν ὑπονεμομένη ἐς τὸν βραχίονα τείνει, τὸν μῦν ἐν ἀριστερῇ ἔχουσα. ἡ δὲ δεξιὴ σχίζεται αὐτὴ περὶ τὸν ὦμον καὶ τοῦ ἀγκῶνος τὴν ἄνω μοῖραν. τὸ δ' ἐντεῦθεν διαπέφυκε τοῦ ἀγκῶνος ἑκατέρωθεν. ἔπειτα αὖθις παρὰ τὸν καρπὸν τῆς χειρός. ἐντεῦθεν δὲ ἤδη ἀποῤῥέουσα δι' ὅλου ἀνὰ τὴν χεῖρα πολυπλανῶς ἐῤῥίζωται. ἡ δ' ἀρχαίη φλὲψ, ἡ νεμομένη περὶ τὴν ἄκανθαν, διὰ δὲ τοῦ μεταφρένου τῆς ὀφαγῆς καὶ τοῦ βρόγχου ἐμπέφυκεν ἐς τὴν

ponitur. Haec autem ſanguine fluit et redundat, ruptaque et divulſa non niſi aegre curatur. Altera ſiquidem ex parte nervo lato connectitur, altera vero cartilago eſt. Medium vero horum locum ipſa continet et pellicula ſpumoſa. Loco igitur vacuo exiſtente, cum neque illi carnes adnaſcantur, facile frangitur. Quod ſi hanc in partem ſanguis ſuffundatur, locum amplum nactus liberationem non habet, ſed indureſcit. Induratus vero morbum et dolorem creat. Atque haec quidem qua prius dixi permeat. Illa vero ſub ſcapulis crebris et tenuibus, ac implicatis inter ſe venis, ſub mammas propagines emittit et per humerariam cartilaginem declinans ipſa ſubter diſtributa ad brachium tendit, muſculum ad ſiniſtram habens. Dextra vero circa humerum ſcinditur et cubiti ſuperiorem partem, inde cubitum utrinque interſecans, poſtea rurſus ad primam manus juncturam fertur, indeque jam defluens tota per manum pererrabunde radicibus inhaeret. At vero vena principalis, quae ſecundum ſpinam ſparſa, per dorſum jugula et gulam in cor in-

Ed. Chart. IV. [5. 6.] Foëſ. I. 277. 278. Ed. Lind. I. (306.)
καρδίην (306) ἀφ' ἑωυτῆς φλέβα εὐμεγέθεα πολύστομον κατὰ τὴν καρδίην. ἐντεῦθεν δὲ ἐς τὸ στόμα ἐσυρίγγωκεν. ἥ περ ἀρτηρίη διὰ τοῦ πλεύμονος || ὀνομάζεται, ὀλίγαιμός τε καὶ πνευματώδης. ἐν γὰρ εὐρυχωρίῃ καὶ ἀραιώσει σπλάγχνου πολλαχῇ μὲν τοῦ πλεύμονος ὀχετεύεται, χονδρώδης δὲ τοὺς ἄλλους πεποίηται. διὸ δὴ καὶ ἤν τι ἐς ταύτας κατηνέχθη τὰς διόδους τοῦ πλεύμονος τῶν ἀήθων, ἢ ἐν τῷ ποτῷ ἢ ἐν τῇ τοῦ πνεύματός τε καὶ αἵματος διόδῳ, ἅτε τῶν φλεβῶν τοιουτέων [6] ἐουσέων καὶ τοῦ σπλάγχνου σπογγοειδέος πολύ τε ὑγρὸν δυναμένου δέξασθαι ἄνω τε πεφυκότος. τῶν γὰρ εἰσιόντων ὑγρῶν νόμος καθέστηκεν. ἔτι τε τὸ αἷμα διὰ τῶν φλεβῶν τούτων οὐ πολὺ περισφύγγεται. καὶ οὐ ταχέως χωρέον οὐκ ἐξάγει τὰ ἐμπίπτοντα. οὐχ ὑπεξαγομένων δὲ αὐτῶν, ἀλλ' ἐμμενόντων γίνεται πῶρος. οὗτος δὲ ἀπολλύεται τὸ πλησιάζον τῆς τροφῆς ταύτης ἐούσης τῆς προσαγωγῆς τοῦ λάρυγγος καὶ πρὸς τὰ ἔξω. ἐγκαταλαμβανομένων δὲ τῶν διόδων ὑπὸ τοῦ πώρου ταχύπνοιά τε καὶ δύσπνοια ἴσχει. τῶν δὲ μὴ

ferítur, ex ſeſe venam inſignis magnitudinis et multa oſcula habentem circa cor emittit, inde vero ad os procedens fiſtulam fecit, quae arteria per pulmonem permeans nominatur, paucum quidem ſanguinem, ſed multum ſpiritum continens. Nam propter viſceris amplitudinem et raritatem multis quidem locis per pulmonem rivos deducit, caetera vero cartilaginea facta eſt. Quare ſi quid ſane vel in potu, vel in ſpiritus ac ſanguinis transitu, non conſuetum ad has pulmonis vias delatum fuerit, nimirum cum venae ejusmodi exiſtant et viſcus ad inſtar ſpongiae, multum humorem capere poſſit ſupraque ut ſit a natura comparatum habeat: cumque haec lex ſit humoribus ingredientibus conſtituta, praetereaque non multus ſanguis per has venas conſtringatur, neque cito procedens ea quae illabuntur educat, his non ſubductis, ſed intus remanentibus, colloſa concretio et durities enaſcitur, πῶρος Graecis dicitur. Sic autem deperit quicquid alimento vicinum eſt, cum ſummi arteriae capitis aditus etiam ad externas partes talis exiſtat. Atque interceptis a colloſa duritie transitibus, velox et difficilis ſpiratio

©BIUM

Ed. Chart. IV. [6.] Foës. I. 278. Ed. Lind. I. (306. 307.)

δυναμένων τὴν φύσιν ἔξεῖναι τῇδε οὐκ εὐπόρως ἐχόντων καταspᾶν, ἐκ δὴ τοιουτέων αἱ τοιαῦται νοῦσοι γίνονται οἷον ἄσθματα καὶ ξηραὶ φθινάδες. ἢν δὲ ἐν αὐτοῖσι ξυνιστόμενον πλέον τὸ ὑγρὸν κρατήσῃ, ὥστε μὴ δύνασθαι παχυνθὲν παγῆναι, καὶ σαπρὸν τὸν πλεύμονα ποιέει καὶ τὰ πλησιάζοντα καὶ γίνονται ἔμπυοί (307) τε καὶ φθινώδεες. γίνεται δὲ τὰ νουσήματα ταῦτα καὶ δι' ἄλλας αἰτίας. ἐντεῦθέν τε ἡ φλὲψ αὕτη κατέχει τὸν πλεύμονα. καὶ διὰ τῶν λοβῶν τῶν δύο τῶν μεγάλων τῶν ἔσω τετραμμένων ὑπὸ τὰς φρένας ἐπιτέταται τῇ ἀκάνθῃ λευκὴ καὶ νευρώδης, διαπέμπουσα φλέβια διὰ τοῦ ἄλλου σώματος πεπυκνωμένου. ἔντονα δὲ διά τε τῶν σφονδύλων πυκνοῖσι φλεβίοισιν ἐς τὸν νωτιαῖον μυελὸν ἐγκισσοεύεται. καὶ αἱ μὲν ἄλλαι φλέβες ἐν τῷ σώματι τεταγμέναι ἐκ πάντων τῶν μερῶν συντείνουσαι ἐς τὴν ἄκανθαν τὸ λεπτότατον καὶ εἰλικρινέστατον ἑκάστη ξυνάγουσα, ἐνταῦθ' ἐξερεύγεται. αὕτη δὲ ἡ ἐπιτεταμένη διὰ τῶν καθειμένων πλεκτανέων ἐς ταὐτὸ ξυνάγειν. ἐντεῦθεν δὲ καὶ ἐς τοὺς νεφροὺς ἀπερρίζωται παρὰ τὴν νόθον πλευρὴν λεπτῇσι καὶ ἰνώδεσι

corripit, cum hi ſpiritum neque per hanc viam emittere, neque facile attrahere queant. Ex quibus ſane hi morbi oriuntur, quales ſunt crebrae et denſae ſpirationes, ἄσθματα vocant, et tabes ſiccae. Quod ſi collecta in his humoris copia ſuperet, ita ut craſſior redditus cogi nequeat et putridum pulmonem vicinasque partes reddit, evaduntque ſuppurati et tabidi. Hujusmodi autem morbi ex aliis etiam cauſſis oriuntur. Inde autem vena haec pulmonem occupat et per duas magnas fibras ad interiora converſas, ſub ſepto transverſo ad ſpinam extenditur, alba et nervoſa in reliquum condenſatum corpus venulas emittens, indeque per vertebras crebris venulis in ſpinalem medullam hederae in modum convoluta inſeritur. Atque aliae quidem venae in corpus diſtributae ex omnibus partibus ad ſpinam contendunt, quarum unaquaeque quod tenuiſſimum eſt et puriſſimum colligens, hac effundit. Ipſa vero quae ſuper extenditur per demiſſos cirrhos in idem adducit, indeque in renes tenuibus ac fibroſis venis juxta ſpuriam coſtam radicibus

Ed. Chart. IV. [6.] Foël. I. 278. Ed. Lind. I. (307. 308.)

φλεψὶ, καὶ τὸ ἐντεῦθεν συντείνουσα συμπεπύκνωται. ἔπειτα καὶ νενεύρωται πρὸς τὸν ἀρχὸν, πιέσασά τε τοὺς ξυναγωγέας ἐμπέφυκεν αὐτῷ. τήν τε κύστιν καὶ τοὺς ὄρχιας καὶ τοὺς παραστάτας ἐῤῥίζωκε, πολυπλόκοισι λεπτῇσί τε καὶ στερεῇσι καὶ ἰνώδεσι φλεψίν. ἐντεῦθεν αὐτῆς τὸ παχύτατον καὶ ἰθύτατον ἀνάπαλιν τραπὲν, προσκεκαύληκεν ὅπερ ἐστιν αἰδοῖον. ἐν δὲ τῇ ἀνακάμψει ἐνῆρται ἐς αὐτὰ ταῦτα. καὶ διὰ τοῦ κτενὸς ἄνω ὑπὸ τὸ δέρμα τῆς γαστρὸς καὶ τῆς φλεβὸς αὐτέης ὥρμήκασι πρὸς τὰς κάτω φερούσας, αἳ ἐς ἀλλήλας ἐποχετεύονται. διαπεφύκασι δὲ καὶ διὰ τοῦ αἰδοίου φλέβες παχεῖαι καὶ λεπταὶ καὶ πυκναὶ καὶ καμπύλαι. τῇσι δὲ θηλείῃσιν αὐτὴ συντείνει ἐς τὰς μήτρας, ἐς τὴν κύστιν καὶ ἐς τὴν οὐρήθρην. ἐντεῦθεν (308) δὲ ἰθυπόρηκε, καὶ τῇσι γυναιξὶ μὲν περὶ τὰς μήτρας ἧρτηται, τοῖσι δὲ ἄῤῥεσι περὶ τοὺς ὄρχιας ἐσπείρωται. διὰ ταύτην τὴν φύσιν αὐτὴ ἡ φλὲψ καὶ τὰ γόνιμα πλεῖστα ξυλλαμβάνει. ἀπὸ γὰρ τῶν πλείστων καὶ εἰλικρινεστάτων μερῶν τρεφομένη, ὀλίγαιμός τε οὖσα καὶ κοίλη καὶ νευρόπαχυς καὶ πνευματώδης, ἐντεινομένη τε ὑπὸ τοῦ αἰδοίου τὰ καθή-

firmatur et hinc contendens condenſatur, poſtea etiam ad podicem in nervum abit, muſculosque adducentes comprimens ipſi inſeritur et in veſicam, teſtes et adſtites, multiplicibus intextis tenuibus et ſolidis ac fibroſis venis radices mittit. Inde craſſiſſima et rectiſſima ipſius pars retroverſa in caulem abiit, quod eſt pudendum. In reflexione autem ad eadem ipſa adaptatur et per pectinem ſupra, ſub ventris et venae ipſius cute, prorumpit ad eas quae deorſum feruntur, quaeque in ſeſe mutuo derivantur. Per pudendum autem enaſcuntur venae craſſae et tenues et denſae et incurvae. In foeminis vero ipſa ad uteros tendit, veſicam et urinae meatum, indeque recta procedit et mulieribus quidem circa uteros ſuſpenſa eſt, maſculis vero circa teſtes diſſeminatur. Ob eam ipſam naturam haec vena plurima vim genitalem habentia comprehendit. A plurimis enim et maxime ſinceris partibus nutrita, cum paucum ſanguinem contineat, cava et nervi inſtar craſſa, ſpirituque referta exiſtat, ſub pudendoque contenta, pertingentes ad ſpinam venulas

©BIUM

Ed. Chart. IV. [6. 7.] Foës. I. 278. 279. Ed. Lind. I. (308.)

μενα ἐς τὴν ἄκανθαν φλέβια βιάζεται, τὰ δὲ μὴ βιαζόμενα ὥσπερ σικύη ἐς ἑωϋτὰ πάντα ἐκδιδοῖ ἐς τὴν ἄνω φλέβα. συλλείβεται δὲ καὶ ἐκ τῶν ἄλλων μελῶν σώματος ἐς ταύτην. τὸ δὲ πλεῖστον, ὥσπερ εἴρηται, ἀπὸ τοῦ μυελοῦ τοῦτο συναλίζεται. ἡ δὲ ἡδονὴ τουτέῳ παραγίνεται τῆς φλε[7]βὸς ταύτης πληρευμένης τῆς γονῆς. εἰωθυίης οὖν τὸν ἄλλον || χρόνον ὑφαίμου τε εἶναι καὶ πνευματώδεος πληρευμένης τε καὶ θερμαινομένης, καὶ ξυῤῥέοντος κάτω τοῦ σπέρματος περισφίγγει τὰ ἐν ἑωυτῇ. τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἐνεὸν καὶ ἡ παροῦσα βίη καὶ ἡ θερμότης καὶ τῶν φλεβίων πανταχόθεν ἡ ξυντονίη γαργαλισμὸν ἐμποιέει. ἐκείνη δὲ ἡ ἀφ' ἑωϋτῆς διέβλασται, διά τε τοῦ μεταφρένου καὶ σφαγῆς παρὰ τὴν ἀκανθαν νεμομένη, πολλοῖσι φλεβίοισι τὰς πλευρὰς διαπέπλοχε. καὶ τοὺς σφονδύλους διὰ τῶν σαρκῶν ἐπηλλαγμένως ξυμπεπύκνωκεν, ὥστε τρόφιμός τε καὶ ἔναιμος εἶναι. αὐτὴ δὲ παρὰ τὸν γλουτὸν ἴεται, διὰ τοῦ μυὸς ὑπὸ τῷ μηρῷ ὑποβρυχίη. πρὸς δὲ τοῦ γλουτοῦ τῇ κοτυληδόνι τοῦ μηροῦ παρὰ τὴν κεφαλὴν ἐστερύπηκε φλεβὶ ἥ περ ἀναπνοὴν τῷ μηρῷ παρέ-

vi adducit. Quae vero non ſunt vi adducta, tanquam cucurbitula in ſe ipſas trahens, omnia in ſuperiorem venam emittit. De caeteris autem corporis partibus in hanc confluit, ejus vero pars multo maxima de medulla, velut dictum eſt, coacervatur. Ad id vero voluptas accedit, quod vena iſta geniturae ſit plena. Cum ergo per reliquum tempus aliquo ſanguine et ſpiritu abundare ſoleat, ea plena et calefacta deorſumque confluente ſemine, quae in ſe habet conſtringit. Spiritus autem quae ineſt, praeſensque vis et caliditas venularumque continens undique contentio, titillationem intus facit. Illa vero quae ex ſe propaginem deduxit et per dorſum et jugulum ſecundum ſpinam diſtribuitur, venulis multis coſtas involvit et vertebras per carnes alternatim obducit, ita ut bene nutrita et ſemine referta ſit. Ipſa autem juxta nates progreditur, per muſculum ſub femore alte demerſa, ad nates vero in coxae acetabulo juxta caput in venam perforatur, quae femori reſpirationem praebet et

©BIUM

Ed. Chart. IV. [7.] Foës. I. 279. Ed. Lind. I. (308. 309.)

χει, ἐκ πέρα τοῦ μηροῦ παρὰ τὴν πρὸς τὸ γόνυ καμπήν. (309) ἑτέρην δὲ παρὰ τὸν βουβῶνα καθῆκε πυκινόῤῥιζον καὶ δυστράπητον. ἡ δὲ διὰ τοῦ μυὸς τείνουσα περί τε τὸ γόνυ ἐσπείρωται καὶ διὰ τοῦ ὀστέου τοῦ κνημιαίου ἄκρου σεσυρίγγωκε φλέβα, ἣ τρέφει τὸν μυελὸν καὶ ἐξοχετεύεται διὰ τοῦ νερτάτου τοῦ κνημιαίου, παρὰ τὴν ἔνδεσιν τοῦ ποδός. αὐτὴ δὲ διὰ τῆς ἐπιγουνίδος ἐς τὸ ἐντὸς διὰ τῆς κνήμης τοῦ μυὸς βρυχίη τέταται. καὶ ἐμπέπλεχε διὰ τοῦ σφυροῦ. ἐντὸς παχέη καὶ ἔναιμος. καὶ ἐνταῦθα περὶ τὸ σφυρὸν καὶ τὸν τένοντα δυσκρίτους φλέβας μεμύρηκεν, αὐτὴ δὲ ὑποδεδράμηκε κάτωθεν τοῦ ποδὸς ὑπὸ τὸν ταρσόν. καὶ ἐνταῦθα διαπλέξασα καὶ ἐς τὸν μέγαν δάκτυλον ἐνερείσασα, διπλῆν ἔναιμον φλέβα ἄνωθεν ὑπὸ τὸ δέρμα ἐκ τοῦ ταρσοῦ ἀνακέκαμπται καὶ πέφανται παχυνθεῖσα παρὰ τὸ ἐκτὸς τοῦ σφυροῦ καὶ νέμεται ἄνω παρὰ τοῦ ἀντικνημίου τὴν ἀντιβεβλημένην κερκίδα. παρὰ δὲ τὴν γάστροκνημίην οἷον σφενδόνην πεποίηται. τὸ δ' ἐντεῦθεν τέταται παρὰ τοῦ γούνατος τὸ ἐντός. ἐπιβέβληκε δὲ καὶ τῇ ἐπιγουνατίδι φλέβας. καὶ κατὰ τὸ

ultra femur, flexuram verſus, quae eſt ad genu fertur. Alteram vero ad inguina demittit crebris radicibus et quae non facile convertitur. Quae autem per muſculum tendit, circum genu diſpergitur et per oſſis tibiae ſummam partem venam in fiſtulam excavat, quae medullam nutrit et per infernam tibiam juxta pedis connexionem deducitur. Ipſa vero per genu patellam, interiore parte per tibiae muſculum profunde extenditur et implicatur per malleolum, intus craſſa et ſanguine referta, hicque circum malleolum et tendinem aegre diſcretas venas convolvit. Ipſa vero ad inferiorem pedem ſub primam plantam decurrit, hicque implicata et ad magnum digitum innixa, duplicem venam ſanguine refertam, ſuperiore parte ſub cute ex prima planta reflectit et ad malleolum externum craſſa apparet, ſupraque diſtribuitur juxta oppoſitum anteriori tibiae radium. At juxta poſteriorem tibiae partem carnoſam fundam facit, quodque hinc eſt reliquum juxta internam genu partem extenſum eſt. Immittit etiam et in patellae genu venas et ad

©BIUM

Ed. Chart. IV. [7. 8.] Foës. I. 279. Ed. Lind. I. (309. 310.)
ἐντὸς τῆς ἐπιγουνατίδος; ἐπίκοιλον ἐμπέπλεχε φλέβα. ἤν τις εἰ πονήσῃ, τάχιστα ξυνάγει χελώδεα ἰχῶρα. διώρμηκε δὲ αὐτὴ κατὰ τὸ ἐντὸς καὶ κοῖλον τοῦ γούνατος. ἀποκεκάρπωκε δὲ καὶ εἰς τὰς ἰγνύας πολυπλόκους φλέβας, αἳ ἐντεῦθεν παρατείνουσαι κατὰ τὰ ὑποκάτω νεῦρα τοῦ μηροῦ καὶ κατερρίζωνται ἐς τοὺς ὄρχιας καὶ ἐς τὸν ἀρχόν. καὶ περὶ τὸ ἱερὸν δὲ ὀστέον λελεπτυσμέναι ἐνωμέναι περιτέτανται. ἡ δὲ ἀφιγμένη παρὰ τοῦ γούνατος τὸ ἐντὸς (310) ἄνω, παρὰ τοῦ μηροῦ τὸ ἐντὸς ἀνιοῦται ἐς τὸν βουβῶνα. καὶ διὰ τοῦ ἰσχίου πέρην πρὸς τὴν ἄκανθαν καὶ τὴν ψύαν ἐκτὸς ἔχουσα. παχεῖα καὶ πλατεῖα καὶ ἔναιμος ἄνω ὤρεκται πρὸς τὸ ἧπαρ. καὶ διακρέην ἐκφύσασα ἔναιμον, κατέχει ἐς τὸν νεφρὸν τὸν δεξιὸν λοβὸν τὸν ἡπατιαῖον. αὕτη δὲ ὑποκάτω τὰ τοῦ ἥπατος ὑπονεμησαμένη, ἀπέσχισται ἐς φλέβα παχέην. ἡ δ' ἀποκανθεῖσα ἐσπέφυκεν ἐς τὸ παχὺ τοῦ ἥπατος. καὶ τὸ μὲν αὐτῆς ἐπιπολάζον ἐπὶ τοῦ σπλάγχνου πέφυκεν, ἐν ὑπερ ἡ χολὴ ἐστί τε πολύρριζος διὰ τοῦ ἥπατος πεπλεκτανωμένη. τὸ δὲ διὰ τῶν ἐντὸς αὐτοῦ ὀχετεύεται. [8] δύο δὲ ἐκπεπλώκασι

interiorem patellae partem cavam, venam involvit, quam ſi quis dolore afficiat, celerrime bilioſum ac ferоſum humorem colligit, ipſa vero juxta internam genu cavitatem prorumpit. In poplites vero multas implicatas venas, velut ſtolones producit, quae inde juxta nervos femoris inferiores extenſae etiam in teſtes et in podicem radices emittunt et circa os ſacrum in unum circumtenduntur. Quae vero ad interiorem genu partem pervenit, ſurſum juxta internam femoris partem ad inguen tendit et per coxendicem ultra ad ſpinam et lumbum foras procedens, craſſa et lata ſanguineque referta, ſurſum porrigitur ad hepar et bifidam producens ſanguine plenam, dextram hepatis fibram ad renem continet. Ipſa vero ſubter hepatis regionem diſtributa in craſſam venam ſcinditur reflexaque in partem hepatis craſſiorem inſeritur, et altera quidem ipſius pars in viſceris ſuperficie adhaereſcens, ubi fel eſt, multis radicibus tanquam cirrhis per hepar eſt implicata, altera vero per internam ejus partem velut per rivos deducta. Duae vero venae in-

Ed. Chart. IV. [8.] Foëſ. I. 279. 280. Ed. Lind. I. (310. 311.)
φλέβες μεταξὺ δύο λοβῶν τῶν πλατέων. καὶ μία μὲν διὰ τῶν κορυφῶν καὶ τοῦ δέρματος διαχοῦσα ἐκ τοῦ ὀμφαλοῦ ἀνῆκται· ἡ δὲ ἑτέρη πιέσασα ἐς τὴν ἄκανθαν καὶ ἐς τὸν νεφρὸν ἠγκυροβόληται ἐς τήν κύστιν τε καὶ τὸ αἰδοῖον. ἐκ δὲ τοῦ ἰσχίου ἀρχομένη ἀνιέναι ἐπὶ τὸ ἧτρον πολλὰς ἀπεπλάνησε φλέβας. καὶ τάς τε πλευρὰς καὶ τοὺς σφονδύλους ἐνεκρίκωσε πρὸς τὴν ἄκανθαν καὶ τάς τε παραφυάδας ἐνεφλεβοτόμησε καὶ τὰ ἔντερα καὶ τὴν νηδὺν ἐνειλίξατο. καὶ αἱ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥτρου ἔς τε τοὺς μαζοὺς || καὶ ὑπὲρ ἀνθερεῶνα καὶ τὰς ἀκρωμίας ἐπορεξάμεναι κατεπλάκησαν· ἡ δ' ἀφιγμένη παρὰ τὸ παχὺ τοῦ ἥπατος καὶ ἀποσυριγγώσασα τὴν χολὴν ἄνω, ὑπὸ τὴν ἄκανθαν νέμεται διὰ τῶν φρενῶν ὁδὸν ποιησαμένη. ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν φλὲψ τὰ μὲν ἄλλα τὴν αὐτὴν φύσιν ἐρρίζωται τῇ ἐν τοῖσι (311) δεξιοῖσιν, ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐς τὸ ἧπαρ ἀνιοῦσα οὐκ ἐκβάλλει, ἀλλ' ἐς τὸν σπλῆνα ἐμπέφυκε κατὰ τὴν κεφαλὴν τὴν ἐν τῷ πάχει αὐτέου. ἐντεῦθεν δὲ κατεδύσατο ἐς τὸ ἐντὸς καὶ ἠραχνίωκε τοῦ σπληνὸς ἐναίμοισι φλεβίοισιν. ὁ δὲ ὅλος ἐκ τοῦ ἐπιπλόου αἰωρεῖται τοῖσιν

ter duas latas fibras ſe explicant et una quidem per vertices et cutem penetrans, ex umbilico emergit. Altera vero ſuo appreſſu ſpinam et renem attingens, in veſicam pudendumque ancorae in modum inſita eſt. De coxendice autem ſurſum procedens, ad imum ventrem multas errabundas venas deduxit, coſtasque et vertebras ad ſpinam annulorum modo connexuit et propagines in multas venas transmiſit, inteſtinaque ac ventrem inferiorem involvit. Et hae quidem ex imo ventre ad mammas et ſupra mentum ac ſummos humeros exporrectae connexae ſunt. Quae vero juxta hepatis craſſitudinem pervenit, ſupra ubi ſel in fiſtulam excavavit, ſub ſpinam diſtribuitur, via per ſeptum transverſum facta. At vero vena quae ex ſiniſtris tendit, caetera quidem juxta eandem naturam non ſecus ac ea quae de dextris prodit, radicibus firmatur. Ex ſiniſtris tamen aſcendens, in hepar propagines non emittit, ſed in lienem inſeritur ad caput quod in ipſius parte craſſa exiſtit. Inde intro ſubit et lienem ſanguinolentis venulis tanquam araneae telis intexuit.

©BIUM

Ed. Chart. IV. [8.] Foës. I. 280. Ed. Lind. I. (511.)

ἐξ ἑωϋτέου φλεβίοισιν ἐναιματώσασα αὐτό. αἱ δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ σπληνὸς πρὸς τὴν ἄκανθαν ἐγχρίπτουσαι διὰ τῶν φρενῶν διωρμήκασιν. ἐντεῦθεν δὲ κάτω καὶ ἡ δεξιὴ καὶ ἡ ἀριστερὴ ὑπὸ τὸν πνεύμονα ἐλήλαται. αἱ δὲ ἐναίμονες ἐοῦσαι ὑπ' αὐτὸν καὶ ἐξοχετεύονται ἐς αὐτόν. ὀλίγαιμοι δὲ καὶ λεπταὶ αἱ ἀπὸ πνεύμονος ἔσωθεν γενόμεναι τῇ φύσει ἀραιοῦ ἐόντος ἐς τὴν καρδίην, ἅτε ὑπ' αὐτοῦ ἐξαθελγόμεναι ἐγκεχαλίνωνται περὶ τὰ ὦτα αὐτέης. καὶ ἐς τὰ κοῖλα τὰ ἐντὸς διερρύηκασιν. ἐμβάλλουσι δὲ καὶ αἱ πρότεραι καὶ αὗται ἐς αὐτήν. ἐν γὰρ στενοχωρίῃ τῆς διόδου ἐνίδρυται ὡς ἐκ παντὸς τοῦ σώματος τὰς ἰνίας ἔχουσα. διὸ καὶ παντὸς τοῦ σώματος περὶ τὸν θώρηκα μάλιστά ἐστιν ἡ αἴσθησις. καὶ τῶν χρωμάτων αἱ μεταβολαὶ γίνονται, ταύτης ἀποσφιγγούσης τὰς φλέβας καὶ χαλώσης. χαλώσης μὲν οὖν ἐρυθρὰ τὰ χρώματα γίνονται καὶ εὔχροα καὶ διαφανέα, συναγούσης δὲ χλωρὰ καὶ πελιδνά. τὰ τοιαῦτα δὲ παραλλάσσει ἐκ τῶν παρεόντων ἑκάστοι χρωμάτων.

Totus autem ex omento elevatur, ipſum venulis de ſe ſanguine explens. At quae de lienis capite ad ſpinam impingunt, per ſeptum transverſum procedunt. Inde vero inferiorem in partem tum dextra, tum ſiniſtra ſub pulmonem ducta eſt. Quae autem ſanguine refertae ſunt, ſub ipſum et in ipſum velut rivi deducuntur. Pauci vero ſanguinis et tenues a pulmone intrinſecus exortae, cum rarus natura exiſtat, in cor, nimirum ab ipſo emulctae, circa ejus auriculas velut fraeni injiciuntur et in cavitates internas defluunt. Quin et hae priores in ipſum propagines immittunt. In anguſtia enim transitus intus collocatum eſt, velut ex omni corpore fibras habens. Quam ob rem ex omni corpore potiſſimum circa thoracem ſenſus ineſt, colorumque mutationes contingunt, hoc venas conſtringente et laxante. Laxante igitur colores rubicundi fiunt, bene colorati et pellucidi, conſtringente vero ex virore pallidi et lividi. Qui certe evariant prout praeſentes cuique adſunt colores.

Ed. Chart. VI. [187. 188.] Foës. I. 280. Ed. Lind. I. (327. 328.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΕΡΩΝ ΥΔΑΤΩΝ ΤΟΠΩΝ.

[187] (327) Ἰητρικὴν ὅστις βούλεται ὀρθῶς ζητεῖν τάδε χρὴ ποιέειν· πρῶτον μὲν ἐνθυμέεσθαι τὰς ὥρας τοῦ ἔτεος, ὅ τι δύναται ἀπεργάζεσθαι ἑκάστη. οὐ γὰρ ἐοίκασιν οὐθὲν, ἀλλὰ πολὺ διαφέρουσιν αὗταί τε ἑωυτῶν καὶ ἐν τῇσι μεταβολῇσιν. [188] ἔπειτα δὲ τὰ πνεύματα τὰ θερμά τε καὶ τὰ ψυχρά. μάλιστα μὲν τὰ κοινὰ πᾶσιν ἀνθρώποισιν, ἔπειτα δὲ καὶ ἐν ἑκάστῃ χώρῃ ἐπιχώρια ἐόντα. (328) δεῖ δὲ καὶ τῶν ὑδάτων ἐνθυμέεσθαι τὰς δυνάμιας. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ στόματι διαφέρουσι καὶ ἐν τῷ σταθμῷ, οὕτω καὶ ἡ δύναμις διαφέρει πολὺ ἑκάστου. ὥστε ἐς πόλιν ἐπειδὰν ἀφίκηταί τις ἧς ἄπειρός ἐστι, διαφροντίσαι χρὴ τὴν θέσιν αὐτέης, ὅκως κέεται καὶ πρὸς τὰ πνεύματα καὶ πρὸς τὰς ἀνατολὰς τοῦ ἡλίου. οὐ γὰρ τωὐτὸ δύναται ἥτις πρὸς βορέην κέεται καὶ ἥτις πρὸς νότον, οὐδ' ἥτις πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα, οὐδ' ἥτις πρὸς δύνοντα. ταῦτα δὲ ἐνθυμέεσθαι ὡς κάλλιστα. καὶ τῶν ὑδά-

HIPPOCRATIS DE AERE LOCIS ET AQVIS LIBER.

Qui artem medicam recta inveſtigatione conſequi volet, is primum quidem anni tempora in conſiderationem adhibere debet, quid horum quidque poſſit. Neque enim quicquam habent ſimile, ſed cum inter ſe plurimum differunt, tum etiam propter varias quae in eis contingunt mutationes. Deinde vero ventos tum calidos tum frigidos, praecipue quidem eos qui omnibus ſunt communes, ac deinceps eos qui cuique regioni ſunt familiares. Quin etiam aquarum facultates animo reputare oportet. Quemadmodum enim guſtu et pondere, ita et facultate ſingulae plurimum differunt. Quare ſi quis ad urbem ſibi ignotam pervenerit, is ejus ſitus curam habere debet, ut cognoſcat quomodo ad ventos aut ſolis exortum ſit expoſita. Neque enim easdem vires habet quae ad ſeptentrionem et quae ad auſtrum ſita eſt, ut neque ejus quae ad exorientem ſolem aut occidentem ſpectat. Et haec quidem optime animo concipienda ſunt

©BIUM

Ed. Chart. VI. [188.] Foës. I. 280. 281. Ed. Lind. I. (328. 329.)

των πέρι ὡς ἔχουσι, καὶ πότερον ἑλώδεσι χρέονται καὶ μαλακοῖσιν, ἢ σκληροῖσί τε καὶ ἐκ μετεώρων καὶ ἐκ πετρωδέων, εἴτε ἁλυκοῖσι καὶ ἀτεράμνοισιν. καὶ τὴν γῆν πότερον ψιλή τε καὶ ἄνυδρος, ἢ δασεῖα καὶ ἔφυδρος, καὶ εἴτε ἐν κοίλῳ ἐστὶ καὶ πνιγηρὴ, εἴτε μετέωρος καὶ ψυχρή. καὶ τὴν δίαιταν τῶν ἀνθρώπων, ὁκοίῃ ἥδονται· πότερον φιλοπόται καὶ ἀριστηταὶ καὶ ἀταλαίπωροι, ἢ φιλογυμνασταί τε καὶ φιλόπονοι || καὶ ἐδωδοὶ καὶ ἄποτοι. καὶ ἀπὸ τουτέων χρὴ ἐνθυμέεσθαι ἕκαστα. εἰ γὰρ ταῦτα εἰδείη τις καλῶς, μάλιστα μὲν πάντα, εἰ δὲ μὴ, τά γε πλεῖστα, οὐκ ἂν αὐτὸν λανθάνοι ἐς πόλιν ἀφικνεόμενον, ἧς ἄν ἄπειρος ᾖ, οὔτε νοσήματα ἐπιχώρια, οὔτε τῶν κοινῶν ἡ φύσις ὁκοίη τίς ἐστιν. ὥστε μὴ ἀπορέεσθαι ἐν τῇ θεραπείῃ τῶν νούσων μηδὲ δια(329)μαρτάνειν· ἃ εἰκός ἐστι γίγνεσθαι, ἢν μή τις ταῦτα πρότερον εἰδὼς πρόφρων τις ᾖ. περὶ ἑκάστου δὲ χρόνου προσιόντος καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ λέγοι ἄν ὁκόσα τε νοσήματα μέλλει πάγκοινα τὴν πόλιν κατασχήσειν ἢ θέρεος ἢ χειμῶνος· ὁκόσα τε ἴδια ἑκάστῳ κίνδυ-

et quomodo ad aquas habeant, num paluſtribus et mollibus utantur, an duris et ex ſublimi ac ſaxoſis locis ſcaturientibus, ſive ſalſis ac coctu difficilibus. Terra etiam ipſa inſpicienda, nudane ſit et aquis careat, an denſa et irrigua, et an cavo loco ſita ſit et aeſtuoſo, an vero ſublimi et frigido. Hominum quoque victus ratio, quanam maxime delectentur, inſpicienda, an potui et cibis et otio dediti, an exercitationibus et laboribus gaudeant, et an edaces ſint et a potu ſibi temperent. Et ex his ſingula reputare oportet. Haec enim praecipue quidem omnia, aut certe plurima probe qui agnoverit, cum ad urbem ſibi ignotam pervenerit, eum neque morbi regioni familiares, neque communium quae ſit natura latere poterit, ut neque in eorum curatione haeſitare aut aberrare poſſit. Quae certe contingere ſolent, ſi quis iſtorum cognitionem non ante animo perceptam habuerit. Qui vero iſta recte cognoverit, is cujusque temporis impendentis et anni ſtatum praedicere poterit et quinam morbi tam aeſtate quam hieme in urbe communiter ſint graſſa-

Ed. Chart. VI. [188. 189.] Foës. I. 281. Ed. Lind. I. (329.)

νος γίγνεσθαι ἐκ μεταβολῆς τῆς διαίτης. [189] εἰδὼς γὰρ τῶν ὡρέων τὰς μεταβολὰς καὶ τῶν ἄστρων ἐπιτολάς τε καὶ δύσιας, καθότι ἕκαστον τουτέων γίγνεται, προειδείη ἂν τὸ ἔτος ὁκοῖόν τι μέλλει γίγνεσθαι. οὕτως ἄν τις ἐρευνώμενος καὶ προγινώσκων τοὺς καιροὺς, μάλιστ' ἂν εἰδείη περὶ ἑκάστου καὶ τὰ πλεῖστα τυγχάνει τῆς ὑγιείης καὶ κατ' ὀρθὸν φέροιτο οὐκ ἐλάχιστα ἐν τῇ τέχνῃ. εἰ δὲ δοκέοι τις ταῦτα μετεωρόλογα εἶναι, εἰ μετασταίη τῆς γνώμης, μάθοι ἂν ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰητρικὴν, ἀλλὰ πάνυ πλεῖστον. ἅμα γὰρ τῇσιν ὥρῃσι καὶ αἱ κοιλίαι μεταβάλλουσιν τοῖσιν ἀνθρώποισιν. ὅκως δὲ χρὴ ἕκαστα τῶν προειρημένων σκοπεῖν καὶ βασανίζειν, ἐγὼ φράσω σαφέως. ἥ τις μὲν πόλις πρὸς τὰ πνεύματα κεῖται τὰ θερμά· ταῦτα δ' ἔσται μεταξὺ τῆς τε χειμερινῆς ἀνατολῆς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν δυσμέων τῶν χειμερινῶν, καὶ αὐτέῃ ταῦτα τὰ πνεύματά ἐστι ξύννομα, τῶν δὲ ἀπὸ τῶν ἄρκτων πνευμάτων σκέπη, ἐν ταύτῃ τῇ πόλει ἐστὶ τά τε ὕδατα πολλὰ καὶ ὕφαλα καὶ ἀνάγκη εἶναι μὴ μετέωρα, τοῦ μὲν θέρεος θερμά, τοῦ δὲ χειμῶνος

turi, tum etiam quinam cuique privatim ex victus mutatione impendere debeant. Qui enim temporum mutationes aſtrorumque ortus et obitus, ut horum quaeque eveniant, tenuerit, is utique futurum anni ſtatum praevidere poterit. Hac ratione inveſtigando qui temporum occaſiones praeſenſerit, is maxime cujusque naturam cognoverit et plerumque ſanitas illi ſuccedet, minimumque in arte a recta via aberraverit. Quod ſi cui iſta ad rerum ſublimium ſpeculationem pertinere videantur, is ſi ſententia deſtiterit, facile intelliget, ad artem medicam aſtronomiam ipſam non minimum, ſed plurimum potius conferre, quippe cum una cum anni temporibus hominum ventriculi mutationem accipiant. Quonam autem pacto quae diximus ſingula conſideranda et exploranda ſint, deinceps aperiam. Civitas quae ventis calidis eſt expoſita, iis videlicet qui inter brumalem ſolem exorientem et occidentem perfluant, eique ſunt peculiares, a ſeptentrionalibus autem ventis tecta eſt, ea aquarum ſubſalſarum copia abundat, quae cum e ſublimi ſcaturiant, eas

©BIUM

Ed. Chart. VI. [189. 190.] Foës. I. 281. Ed. Lind. I. (330.)

ψυχρά. (330) καὶ ὁκόσαι μὲν τῶν πόλεων κέονταί γε καλῶς τοῦ ἡλίου καὶ τῶν πνευμάτων, ὕδασί τε χρῶνται ἀγαθοῖσιν, αὗται μὲν ἧσσον αἰσθάνονται τῶν τοιουτέων μεταβολέων. ὁκόσαι δὲ ὕδασί τε ἑλείοισι χρέονται καὶ λιμνώδεσιν, κεῖνταί τε μὴ καλῶς τῶν πνευμάτων καὶ τοῦ ἡλίου, αὗται δὲ μᾶλλον. κὴν μὲν τὸ θέρος αὐχμηρὸν γένηται, θᾶσσον παύονται αἱ νοῦσοι· ἢν δὲ ἔπομβρον, πολυχρόνιοι γίνονται. καὶ φαγεδαίνας κοινῶς ἐγγίνεσθαι ἀπὸ πάσης προφάσιος, ἢν ἕλκος ἐγγένηται. τοῦ δὲ χειμῶνος ψυχροῦ, τούς τε ἀνθρώπους τὰς κεφαλὰς ὑγρὰς ἔχειν καὶ φλεγματώδεας, τάς τε κοιλίας αὐτέων πυκνὰ ἐκταράσσεσθαι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς τοῦ φλέγματος ἐπικαταῤῥέοντος. [190] τά τε εἴδεα ἐπὶ τὸ πλῆθος αὐτέων ἀτονώτερα εἶναι. ἐσθίειν δ' οὐκ ἀγαθοὺς εἶναι οὐδὲ πίνειν. ὁκόσοι μὲν γὰρ κεφαλὰς ἀσθενέας ἔχουσιν, οὐκ ἂν εἴησαν ἀγαθοὶ πίνειν. ἡ γὰρ κραιπάλη μᾶλλον πιέζει. νοσήματά τε τάδε ἐπιχώρια εἶναι. πρῶτον μὲν τὰς γυναῖκας νοσερὰς καὶ ῥοώδεας εἶναι. ἔπειτα πολλὰς ἀτόκους ὑπὸ νόσου καὶ οὐ φύσει, ἐκτιτρώσκεσθαί τε πυκνά. τοῖσί τε παιδίοισιν ἐπιπί-

aestate quidem calidas, hieme vero frigidas esse necesse est. Et urbes quidem quae soli et ventis probe sunt expositae et aquis probis utuntur, eae quidem hujusmodi mutationes minus sentiunt. Quae vero aquis palustribus ac lacustribus utuntur, neque probe ventis ac soli sunt expositae, eae magis sunt obnoxiae. Ac si quidem aestas sicca fuerit, morbi celerius definunt, sin vero imbribus scateat, diuturni fiunt ulceraque exedentia, phagedaenas vocant, ex quavis occasione in ulceribus suboriri est consentaneum. Hieme vero frigida homines capita humida et pituita redundantia habere aequum est, et pituita ex capite defluente eorum alvos crebro exturbari eosque ut plurimum habitu corporis esse debiliore ac neque probe edere nec bibere posse. Quibus enim capita debilia fuerint, ii nunquam egregii potores fuerint, quod eos crapula magis vexet. Morbi autem hi sunt patrii. Primum quidem mulieres morbis et fluxionibus sunt obnoxiae, deinde multae ex morbo non natura steriles crebrisque abortionibus conflictantur. Pueris vero convulsio-

Ed. Chart. VI. [190. 191.] Foës. I. 281. 282. Ed. Lind. I. (330. 331.)

πτειν σπασμοὺς καὶ ἄσθματα ἃ νομίζουσι τὸ παιδίον ποιέειν καὶ ἱερὴν νοῦσον εἶναι. τοῖσι δὲ ἀνδράσι δυσεντερίας καὶ διαῤῥοίας καὶ ἠπιάλους καὶ πυρετοὺς πολυχρονίους χειμερινοὺς καὶ ἐπινυκτίδας πολλὰς καὶ αἱμοῤῥοΐδας ἐν τῇ ἕδρῃ. πλευρίτιδες δὲ καὶ περιπνευμονίη καὶ καῦσοι καὶ ὁκόσα ὀξέα νοσήματα νομίζονται οὐκ ἐγγίνονται πολλά. οὐ γὰρ οἷόν τε ὁκου ἂν κοιλίαι ὑγραὶ ἔωσι, τὰς νούσους ταύτας ἰσχύειν. ὀφθαλμίαι τε ἐγγίνονται ὑγραὶ καὶ οὐ χαλεπαὶ, ὀλιγοχρόνιοι, ἢν (331) μή τι κατάσχῃ νόσημα πάγκοινον ἐκ μεταβολῆς || καὶ ὁκόταν τὰ πεντήκοντα ἔτεα ὑπερβάλλωσι, [191] κατάῤῥοοι ἐπιγενόμενοι ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου παραπληκτικοὺς ποιέουσι τοὺς ἀνθρώπους, ὁκόταν ἐξαίφνης ἡλιωθεῶσι τὴν κεφαλὴν ἢ ῥιγώσιωσι. ταῦτα μὲν τὰ νοσήματα αὐτόθισιν ἐπιχώριά ἐστιν. χωρὶς δὲ ἤν τι πάγκοινον κατάσχῃ νόσημα ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων, καὶ τουτέου μετέχουσιν. ὁκόσαι δ' ἀντικέονται τουτέων πρὸς τὰ πνεύματα τὰ ψυχρὰ μεταξὺ τῶν δυσμῶν τῶν θερινῶν τοῦ ἡλίου καὶ τῆς ἀνατολῆς τῆς θερινῆς, καὶ αὐ-

nes impendent et crebri anhelitus, quos puerilem affectum efficere et ſacrum eſſe exiſtimant. Viris autem inteſtinorum difficultates et alvi profluvia, febres algidae et hibernae diuturnae, puſtulae multae nocturnae epinyctides dictae et ſanguinis profluvia per ora venarum quae in ano ſunt, haemorrhoides vocantur. Morbi autem laterales pleuritides dictae et pulmonum inflammationes, febres ardentes et quicunque acuti morbi cenſentur, raro contingunt. Neque enim ejusmodi morbi, ubi alvi liquidae fuerint, invaleſcere poſſunt. Lippitudines vero humidae oboriuntur, neque moleſtae neque longae, niſi ex temporum immutatione morbus aliquis omnibus communis invadat. Ac ubi quinquageſimum annum exceſſerint, deſtillationes ex cerebro ſuperveniunt, quae homines aliqua corporis parte reſolutos reddunt, ubi caput derepente ſoli expoſitum, aut frigore correptum fuerit. Atque ii quidem morbi his ſunt patrii, praeterquam quod ſi morbus aliquis omnino communis ex anni temporum mutatione occupaverit, hujus etiam participes exiſtunt. At quae civitates his contrarium ſitum habent et

©BIUM

Ed. Chart. VI. [191. 192.] Foës. I. 282. Ed. Lind. I. (331. 332.)
τῇσι ταῦτα τὰ πνεύματα ἐπιχώριά ἐστιν, τοῦ δὲ νότου καὶ τῶν θερινῶν πνευμάτων σκέπη, ὧδε ἔχει περὶ τῶν πόλεων τουτέων. πρῶτον μὲν τὰ ὕδατα τὰ σκληρά τε καὶ ψυχρὰ ὡς ἐπὶ τὸ πλῆθος γλυκαίνεται. τοὺς δὲ ἀνθρώπους ἐντόνους τε καὶ σκελιφρούς ἀνάγκη εἶναι, τούς τε πλείους τὰς κοιλίας ἀτεράμνους ἔχειν καὶ σκληρὰς τὰς κάτω, τὰς δὲ ἄνω εὐρυτέρας, χολώδεάς τε μᾶλλον ἢ φλεγματίας εἶναι. τὰς δὲ κεφαλὰς ὑγιηρὰς ἔχουσι καὶ σκληράς. ῥηγματίαι τε εἰσὶν ἐπὶ τὸ πλῆθος. νοσεύματα δὲ αὐτέοισιν ἐπιδημεῖ τὰ πλευρίτιδές τε πολλαὶ, αἵ τε ὀξεῖαι νομιζόμεναι νοῦσοι. ἀνάγκη δὲ ὧδε ἔχειν, ὁκόταν κοιλίαι σκληραὶ ἔωσιν, ἔμπυοί τε πολλοὶ γίνονται ἀπὸ πάσης προφάσιος. τουτέου δὲ αἴτιόν ἐστι τοῦ σώματος ἡ ἔντασις καὶ ἡ σκληρότης τῆς κοιλίης. ἡ γὰρ ξηρότης ῥηγματίας ποιέει εἶναι καὶ τοῦ ὕδατος ἡ ψυχρότης. ἐδωδοὺς δὲ ἀνάγκη τὰς τοιαύτας φύσιας εἶναι καὶ οὐ πολυπότας. οὐ γὰρ οἷόν τε ἅμα πολυβόρους τε εἶναι καὶ πολυ[192]πότας. ὀφθαλμίας τε γί(332)γνεσθαι μὲν διαχρόνους, γίγνεσθαι δὲ σκληρὰς καὶ ἰσχυράς. καὶ εὐθέως ῥήγνυσθαι τὰ ὄμματα. ai-

ventis frigidis inter ortum et occaſum ſolis aeſtivum ſunt expoſitae, iisque hi venti ſunt patrii, ab auſtro autem et aeſtivis obtectae ſunt, de his ſic ſe res habet. Primum quidem aquae tum durae tum frigidae fere dulces evadunt. Homines autem robuſtos et exuccos eſſe neceſſe eſt et plerosque ventres inferiores indomitos et duros habere, ſuperiores vero fluxiliores bileque magis quam pituita redundare. Capita ſana et dura habent et pleraque vaſa ipſis intro rumpuntur. Morbi autem apud eos paſſim vagantur, laterales multi et qui acuti eſſe cenſentur. Quod ſic ſe habere neceſſe eſt, cum alvi durae exiſtant. Multi quoque quavis ex occaſione pus intro colligunt. Cujus rei cauſa eſt corporis diſtenſio et ventris durities. Siccitas enim et aquae frigiditas in cauſa ſunt ut vaſa intro rumpantur. Ejusmodi autem naturas cibis, non multis potibus obnoxias eſſe neceſſe eſt. Neque enim fieri poteſt ut ſimul multum edant aut bibant. Lippitudines autem iis quidem per intervalla contingunt, ita tamen aſperae ac vehementes ut confertim

Ed. Chart. VI. [192.] Foës. I. 282. Ed. Lind. I. (332.)

μορρόίας δὲ ἐκ τῶν ῥινέων τοῖσι νεωτέροισι τριήκοντα ἐτέων γίγνεσθαι ἰσχυρὰς τοῦ θέρεος. τά τε ἱερὰ νοσεύματα καλεύμενα, ὀλίγα μὲν ταῦτα, ἰσχυρὰ δέ. μακροβίους δὲ τοὺς ἀνθρώπους τουτέους μᾶλλον εἰκὸς εἶναι ἑτέρων. τά τε ἕλκεα οὐ φλεγματώδεα ἐγγίγνεσθαι οὐδὲ ἀγριοῦσθαι. τά τε ἤθεα ἀγριώτερα ἢ ἡμερώτερα. τοῖσι μὲν ἀνδράσιν τὰ νοσήματα ἐπιχώριά ἐστιν. καὶ χωρὶς ἤν τι πάγκοινον κατάσχῃ ἐκ μεταβολῆς τῶν ὡρέων. τῇσι δὲ γυναιξὶν πρῶτον μὲν στρυφναὶ πολλαὶ γίγνονται διὰ τὰ ὕδατα ὄντα σκληρά τε καὶ ἀτέραμνα καὶ ψυχρά. αἱ γὰρ καθάρσιες οὐκ ἐπιγίνονται τῶν ἐπιμηνίων ἐπιτήδειαι, ἀλλὰ ὀλίγαι καὶ πονηραί. ἔπειτα τίκτουσι χαλεπῶς. ἐκτιτρώσκουσί τε οὐ σφόδρα. ὁκόταν δὲ τέκωσιν τὰ παιδία ἀδύνατοι τρέφειν εἰσὶ, τὸ γὰρ γάλα ἀποσβέννυται ἀπὸ τῶν ὑδάτων τῆς σκληρότητος καὶ ἀτεραμνίης. φθίσιές τε γίνονται συχναὶ ἀπὸ τῶν τοκετῶν. ὑπὸ γὰρ βίης ῥήγματα ἴσχουσιν καὶ σπάσματα. τοῖς δὲ παιδίοισιν ὕδρωπες ἐγγίνονται ἐν τοῖσιν ὄρχεσιν, ἕως μικρὰ ἦ. ἔπειτα προϊούσης τῆς ἡλικίης ἀφανίζονται. ἡβῶσί τε ὀψὲ ἐν ταύτῃ τῇ πόλει. περὶ

oculi rumpantur. Aeſtate vero iis qui nondum trigeſimum annum attigerunt vehementes fiunt ſanguinis e naribus eruptiones. Morbi enim qui ſacri appellantur, pauci ii quidem, ſed vehementes. Hos longioris eſſe vitae quam caeteros aequum eſt, iisque ulcera citra inflammationem ſuboriri, neque admodum exaſperari moresque, agreſtes potius eſſe quam manſuetos. Ac viris quidem hi morbi ſunt familiares, praeterquam ſi quis omnes communiter ex temporum anni mutatione invadat. Quod autem ad mulieres attinet, multae ob aquas duras, coctu difficiles et frigidas durae ſunt. Neque enim commodae contingunt purgationes menſtruae, ſed paucae et pravae. Deinde non niſi aegre pariunt neque admodum abortionibus tentantur. Cum vero pepererunt, pueros enutrire non poſſunt. Lac ſiquidem aquarum duritate et cruditate extinguitur. Tabes etiam frequentes a partu contingunt. Prae violentia enim ruptis ac vulſionibus prehenduntur. Pueris vero dum parvi ſunt, teſtium tumores aquoſi ſuboriuntur, qui procedente aetate

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 756 sur 963

©BIUM

interdum violentior, moleſtior et calidior ſpirat, quem Cenchrona nominant. Boreas vero non admodum huc pervenit, quod ſi aliquando ſpiret, debilis tamen et valde lenis exiſtit. Atque hunc quidem in modum qui Aſiam et Europam incolunt tum natura tum forma inter ſe differunt. Quod autem ad animi ignaviam et mollitiem attinet, cur Aſiatici Europaeis minus pellicoſi exiſtant et moribus ſint lenioribus, anni tempeſtates in cauſa ſunt, quae non magnas tum ad calorem tum ad frigus permutationes faciunt, verum ſimiles permanent, unde neque mens ſtupore percellitur, neque corpus vehementer a ſuo ſtatu dimovetur. Ex quibus iram exaſperari, ac prudentiae et caloris compotes fieri magis aequum eſt, quam ſi eodem ſemper ſtatu permaneant. Mutationes enim inter omnia hominis mentem ſemper excitant, neque ſinunt quieſcere. Quas ob cauſas mihi Aſiaticorum genus omni ope deſtitutum videtur, quibus praeterea eorum inſtituta accedere debent. Multo enim maxima Aſiae pars regum imperio regitur. Qui vero ſui poteſtatem non ha-

Ed. Chart. VI. [207.] Foës. I. 290. 291. Ed. Lind. I. (351.)

δὲ αὐτόνομοι, ἀλλὰ δεσπόζονται, οὐ περὶ τουτέου αὐτέοισιν ὁ λόγος ἐστὶν, ὅκως τὰ πολέμια ἀσκήσωσιν, ἀλλ' ὅκως μὴ δόξωσι μάχιμοι εἶναι. οἱ γὰρ κίνδυνοι οὐχ ὅμοιοι εἰσίν. τοὺς μὲν γὰρ στρατεύεσθαι εἰκὸς καὶ ταλαιπωρέειν καὶ ἀποθνήσκειν ἐξ ἀνάγκης ὑπὲρ τῶν δεσποτῶν, ἄπο τε παιδίων καὶ γυναικὸς ἐόντας καὶ τῶν λοιπῶν φίλων. καὶ ὁκόσα μὲν ἂν χρηστὰ καὶ ἀνδρεῖα ἐργάσωνται, οἱ δεσπόται ἀπ' αὐτέων αὔξονταί τε καὶ ἐκφύονται, τοὺς δὲ κινδύνους καὶ θανάτους αὐτοὶ καρποῦνται. ἔτι δὲ πρὸς τούτοισιν τῶν τοιούτων ἀνθρώπων ἀνάγκη ἐρημοῦσθαι τὴν γῆν ὑπό τε πολεμίων καὶ ἀργίης, ὥστε καὶ εἴ τις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος καὶ εὔψυχος, ἀποτρέπεσθαι τὴν γνώμην ἀπὸ τῶν νόμων. μέγα δὲ τεκμήριον τούτων. ὁκόσοι γὰρ ἐν τῇ Ἀσίῃ Ἕλληνες ἢ βάρβαροι μὴ δεσπόζονται, ἀλλ' αὐτόνομοί εἰσι καὶ ἑωυτέοισιν ταλαιπωρεῦσιν, οὗτοι μαχιμώτατοι εἰσὶ πάντων. τοὺς γὰρ κινδύνους ἑωυτέων πέρι κινδυνεύουσιν. καὶ τῆς ἀνδρείης ἀντέοι τὰ ἆθλα φέρονται καὶ τῆς δειλίης τὴν ζημίην ὥσαύτως. || εὑρήσεις δὲ καὶ τοὺς Ἀσιηνοὺς διαφέροντας αὐτοὺς ἑωυτέων, τοὺς μὲν βελτίονας, τοὺς δὲ φαυλοτέρους ἐόντας. τουτέων δὲ αἱ

bent, neque ſui juris ſunt, ſed dominis ſubditi, ii rerum bellicarum nullam curam habent, ſed ut ne bellicoſi videantur. Neque enim aequalia pericula impendent. Hos ſiquidem pro dominis in militiam proficiſci et labores tolerare mortemque oppetere neceſſe eſt, relictis domi liberis, uxore ac reliquis amicis. Quod ſi probe ac viriliter ſe geſſerint, inde dominis opes augentur et creſcunt, ipſi praeter pericula et caedes nullum fructum percipiunt. Ad haec ab hujusmodi hominibus propter rei militaris inertiam ac otium, regionem relinqui neceſſe eſt, cum ut quisque natura fortis eſt et magni animi, ita maxime leges detrectat. Cujus rei hoc magnum eſt indicium, quod quicunque in Aſia Graeci ac barbari dominis minime ſunt ſubditi, ſed liberi et ſui laboris quaeſtum faciunt, ii omnium bellicoſiſſimi exiſtunt. Sibi enim ipſis pericula ſubeunt et ut fortitudinis praemia reportant, ita ignaviae poenas luunt. Aſiaticos autem plurimum inter ſe differre, et hos quidem nobiliores, illos vero ignobi-

Ed. Chart. VI. [207. 208.] Foës. I. 291. Ed. Lind. I. (351. 352.)
μεταβολαὶ αἴτιαι τῶν ὡρέων, ὥσπερ μοι εἴρηται ἐν τοῖς (352) προτέροισι. καὶ περὶ μὲν τῶν ἐν τῇ Ἀσίῃ οὕτως ἔχει. ἐν δὲ τῇ Εὐρώπῃ ἔστιν ἔθνος Σκυθικὸν, ὃ περὶ τὴν λίμνην οἰκεῖ τὴν Μαιῶτιν, διαφέρον τῶν ἐθνέων τῶν ἄλλων, Σαυρομάται καλεῦνται. τουτέων αἱ γυναῖκες ἱππάζονταί τε καὶ τοξεύουσιν καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις, ἕως ἂν παρθένοι ἔωσιν. οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι, καὶ οὐ πρότερον [208] συνοικέουσιν ἢπερ τὰ ἱερὰ θύουσαι τῷ ἐν νόμῳ. ἢ δ' ἂν ἄνδρα ἑωυτῇ ἄρηται, παύεται ἱππαζομένη, ἕως ἂν μὴ ἀνάγκη καταλάβῃ παγκοίνου στρατείης. τὸν δεξιὸν δὲ μαζὸν οὐκ ἔχουσιν. παιδίοις γὰρ ἐοῦσιν ἔτι νηπίοις αἱ μητέρες χάλκεον τετεχνημένον ἢ ἐπ' αὐτῷ τουτέῳ διάπυρον ποιέουσαι πρὸς τὸν μαζὸν τιθέασιν τὸν δεξιὸν καὶ ἐπικαίεται, ὥστε τὴν αὔξησιν φθείρεσθαι, ἐς δὲ τὸν δεξιὸν ὦμον καὶ βραχίονα πᾶσαν τὴν ἰσχὺν καὶ τὸ πλῆθος ἐκδιδόναι. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν Σκυθέων τῆς μορφῆς, ὅτι αὐτοὶ αὐτοῖσιν ἐοίκασι καὶ οὐδαμῶς ἄλλοις· ὠυτὸς λόγος καὶ περὶ τῶν

liores esse comperior. Quorum quidem causa ad anni tempestatum mutationes, quemadmodum antea diximus, referenda est. Atque sic quidem de his qui Asiam incolunt. In Europa autem gens est Scythica, quae Maeotim paludem incolit et a reliquis plurimum differt; Sauromatae appellantur. Eorum feminae equitant, arcu utuntur et ex equo jaculantur et cum hostibus bellum gerunt, quoad virgines existunt, neque ante virginitatem deponunt quam tres hostes interfecerint, neque prius cum viris congrediuntur quam sacra deo patrio more peregerint. Quod si qua sibi virum delegerit, equitatu soluta est, nisi communis expeditionis necessitas ingruat. Dextram autem mammam non habent. Puellis enim adhuc infantibus ferro ad id fabricato et candente dextrae mammae admoto eam matres exurunt, ut ne incrementum accipiat, sed ad dextrum humerum et brachium omne robur et copia transmittatur. De reliquis autem Scythis, cum forma inter se sint similes et aliis dissimiles, eadem

©BIUM

Ed. Chart. VI. [208.] Foës. I. 291. Ed. Lind. I. (352. 353.)

Αἰγυπτίων, πλὴν ὅτι οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ εἰσὶ βεβιασμένοι, οἱ δ' ἀπὸ τοῦ ψυχροῦ. ἡ δὲ Σκυθέων ἐρημίη καλευμένη πεδιάς ἐστι καὶ λειμακώδης καὶ ψιλὴ καὶ ἔνυδρος μετρίως. ποταμοὶ γάρ εἰσι μεγάλοι οἳ ἐξοχετεύουσι τὸ ὕδωρ ἐκ τῶν πεδίων. ἐνταῦθα καὶ οἱ Σκύθαι διαιτεῦνται, Νομάδες δὲ καλεῦνται ὅτι οὐκ ἔστιν οἰκήματα, ἀλλ' ἐν ἁμάξαις (353) οἰκεῦσιν. αἱ δὲ ἁμάξαι εἰσὶν αἱ μὲν ἐλάχισται τετράκυκλοι, αἱ δὲ ἑξάκυκλοι. αὗται δὲ πιλοῖς περιπεφραγμέναι. εἰσὶ δὲ καὶ τετεχνασμέναι ὥσπερ οἰκήματα τὰ μὲν ἁπλᾶ, τὰ δὲ τριπλᾶ. ταῦτα δὲ καὶ στενὰ πρὸς ὕδωρ καὶ πρὸς χιόνα καὶ πρὸς τὰ πνεύματα. τὰς δὲ ἁμάξας ἕλκουσι ζεύγεα τὰς μὲν δύο, τὰς δὲ τρία βοῶν κέρως ἄτερ. οὐ γὰρ ἔχουσι κέρατα ὑπὸ ψύχεος. ἐν ταύταις μὲν οὖν ταῖς ἁμάξαις γυναῖκες διαιτεῦνται. αὐτοὶ δ' ἐφ' ἵππων ὀχεῦνται οἱ ἄνδρες. ἕπονται δὲ αὐτέοις καὶ τὰ πρόβατα ἐόντα καὶ αἱ βόες καὶ οἱ ἵπποι. μένουσι δ' ἐν τῷ αὐτέῳ τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἂν ἀπόχρη ὠυτέοισιν τοῖς κτήνεσιν ὁ χόρτος· ὁκόταν δὲ μηκέτι, εἰς ἑτέρην χώρην ἔρχονται. αὐτοὶ δ' ἐσθίουσι κρέα ἑφθὰ καὶ πί-

ratio quae de Aegyptiis habenda eſt, niſi quod hi calore, illi frigore urgentur. At vero ſolitudo Scythica appellata in planitie ſita eſt et pratis abundat, nuda et modice aquoſa eſt. Magni enim fluvii aquam ex campis per rivos deducunt. In hac Scythae Nomades dicti degunt, quod domos nullas habeant, ſed in curribus habitent, quorum vel minimi quatuor, reliqui ſex rotis aguntur. Hi autem inſuper coactilibus ex lana craſſa compactis ſunt obducti et ad inſtar domorum fabricati, alii quidem ſimplici, alii etiam triplici tabulato, ipſique in anguſtum coarctati adverſus omnes aquarum, nivis ac ventorum injurias. Currus trahunt alios quidem duo boum paria, alios tria, atque hi prae frigore cornua non habent. His igitur in curribus mulieres degunt, ipſi vero viri in equis vehuntur. Eos ſequuntur pecorum greges et boves et equi. Tam diuque uno in loco ſubſiſtunt, quoad ipſis pecoribus pabulum ſufficit, quo deficiente ad aliam regionem commigrant. Carnibus coctis veſcuntur et

Ed. Chart. VI. [208.] Foës. I. 291. 292. Ed. Lind. I. (353. 354.)

νουσι γάλα ἵππων. καὶ ἱππάκην τρώγουσιν, τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων. τὰ μὲν εἰς τὴν δίαιταν αὐτέων οὕτως ἔχει καὶ τοὺς νόμους περί τε τῶν ὠρέων καὶ τῆς μορφῆς, ὅτι πολὺ ἀπήλλακται τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων τὸ Σκυθικὸν γένος καὶ ἔοικεν αὐτὸ ἑωυτέῳ, ὥσπερ τὸ Αἰγύπτιον. καὶ ἥκιστα πολύγονον ἐστίν· καὶ ἡ χώρη ἐλάχιστα θηρία τρέφει κατὰ μέγεθος καὶ πλῆθος. κεῖται γὰρ ὑπ' αὐταῖς ταῖς ἄρκτοις καὶ τοῖς ὄρεσιν τοῖς Ῥιπαίοισιν, ὅθεν ὁ βορέης πνέει. ὅ τε ἥλιος τελευτῶν ἐγγύτατα γίγνεται, ὁκόταν ἐπὶ τὰς θερινὰς ἔλθῃ περιόδους, καὶ τότε ὀλίγον χρόνον θερμαίνει. καὶ οὐ σφόδρα τὰ διαπνεύματα τὰ ἀπὸ τῶν θερμῶν πνέοντα ἀφικνεῖται, ἢν μὴ ὀλιγάκις καὶ ἀσθενέα, ἀλλ' ἀπὸ (354) τῶν ἄρκτων ἀεὶ πνέουσιν πνεύματα ψυχρὰ ἀπό τε χιόνος καὶ κρυστάλλων καὶ ὑδάτων πολλῶν. οὐδέποτε δὲ τὰ ὄρεα ἐκλείπει. ἀπὸ τουτέων δὲ δυσοίκητά ἐστιν. ἠήρ τε κατέχει πουλὺς τῆς ἡμέρης τὰ πεδία. || καὶ ἐν νότοισι διαιτεῦνται. ὥστε τὸν μὲν χειμῶνα ἀεὶ εἶναι, τὸ δὲ θέρος ὀλίγας ἡμέρας, καὶ ταύτας μὴ λίην. μετέωρα γὰρ τὰ πεδία καὶ ψιλὰ καὶ οὐκ ἐστεφάνωνται ὄρεσιν,

lacte equino in potu utuntur et hippaco, hoc eſt caſeo equino victitant. Ac de eorum victus ratione et curribus hactenus quidem dictum eſt, ſimulque de anni temporibus, quodque Scythica gens forma multum a reliquis hominibus diverſa eſt, ſibi ipſi ſimilis non ſecus ac Aegyptii. Minime foecundum eſt hoc hominum genus, ipſaque regio pauciſſimas feras alit neque magnitudine neque multitudine inſignes. Sub ipſis enim urſis Ripaeisque montibus, unde boreas ſpirat, eſt poſita, ſolque cum ad extremam converſionem aeſtivam venerit, proxime accedit et tunc quidem exiguo tempore calefacit. Neque venti ex calidis locis ſpirantes, niſi rari ac debiles huc admodum perveniunt, ſed venti frigidi ab urſis, nive, glacie et multis aquis perpetuo ſpirant, neque unquam montes deſerunt, unde non niſi aegre habitari poſſunt. Aërque multus tota die campos occupat, ipſique in humidis locis degunt. Quare perpetua fere illis eſt hiems, aeſtas vero pauciſſimis diebus, neque his admodum magna. Planities enim illis ſublimis eſt et nuda, neque montibus cincta, ſed

©BIUM

Ed. Chart. VI. [208. 209.] Foës. I. 292. Ed. Lind. I. (354. 355.)
ἀλλ' ἀνάντη ὑπὸ τῶν ἄρκτων αὐτόθι. καὶ τὰ θηρία οὐ γίγνεται μεγάλα, ἀλλ' οἷά τέ ἐστιν ὑπὸ γῆν σκεπάζεσθαι. ὁ γὰρ χειμὼν κωλύει καὶ τῆς γῆς ἡ ψιλότης. καίτοι οὐκ ἔστιν ἀλέα οὐδὲ σκέπη. αἱ γὰρ μεταβολαὶ τῶν ὡρέων οὐκ εἰσὶ μεγάλαι οὐδὲ ἰσχυραὶ, ἀλλ' ὅμοιαι καὶ ὀλίγον μεταβάλλουσαι. διότι καὶ τὰ εἴδεα ὅμοια αὐτὰ ἑωυτέοις εἰσίν. σίτῳ τε χρέονται ἀεὶ ὁμοίως, ἐσθῆτί τε τῇ αὐτέῃ καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος, τόν τε ἠέρα ὑδατεινὸν ἕλκοντες καὶ παχὺν, τά τε ὕδατα πίνοντες ἀπὸ χιόνος καὶ παγετῶν, τοῦ τε ταλαιπώρου ἀπεόντος. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ σῶμα ταλαι[209]πωρέεσθαι οὐδὲ τὴν ψυχὴν, ὅκου μεταβολαὶ μὴ γίγνονται ἰσχυραί. διὰ ταύτας τὰς ἀνάγκας τὰ εἴδεα αὐτῶν παχέα ἐστὶ καὶ σαρκώδεα, καὶ ἄρθρα καὶ ὑγρὰ καὶ ἄτονα, αἵ τε κοιλίαι ὑγρόταται πασέων κοιλιῶν αἱ κάτω. οὐ γὰρ οἷόν τε νηδὺν ἀναξηραίνεσθαι ἐν τοιαύτῃ χώρῃ καὶ φύσει καὶ ὥρης καταστάσει, ἀλλὰ διὰ πιμελήν τε καὶ ψιλὴν τὴν (355) σάρκα, τά τε εἴδεα ἔοικεν ἀλλήλοισιν τά τε ἄρσενα τοῖς ἄρσεσιν καὶ τὰ θήλεα τοῖς θήλεσι. τῶν γὰρ ὡρέων παραπλησίων ἐουσέων φθοραὶ οὐκ ἐγ-

ſub urſis acclivis. Neque ferae illis magnae, ſed quae ſub terra abſcondi poſſint naſcuntur. Hiems enim et terrae nuditas prohibet, quanquam et apricis et opacis locis caret. Nam neque magnae neque vehementes ſunt anni temporum mutationes, ſed ſimiles et parum differentes, unde et formas inter ſe ſimiles habent. Eodem etiam victu ſemper et amictu utuntur hieme et aeſtate, aëremque aquoſum et craſſum attrahunt et aquas ex nivibus et glacie bibunt, nullaque corporis exercitatione utuntur, cum vel corpus, vel animus exerceri nequeat, ubi mutationes non ſunt vehementes. Has ob cauſas eos habitu eſſe craſſo et carnoſo neceſſe eſt, articulis vero humidis et enervatis et ventribus maxime humidis, omnium tamen maxime inferiore alvo. In hac enim regione natura et tempeſtatum anni conſtitutione ipſa relicari nequit. Sed propter pinguedinem et carnis glabritiem forma inter ſe ſunt ſimiles tum mares maribus tum feminae feminis. Cum enim anni tempora ſimiliter ſe habeant,

Ed. Chart. VI. [209.] Foës. I. 292. Ed. Lind. I. (355.)

γίγνονται οὐδὲ κακώσιες ἐν τῇ τοῦ γονοῦ ξυμπήξει, ἢν μή τινος ἀνάγκης βιαίου τύχῃ ἢ νούσου. μέγα δὲ τεκμήριον ἐς τὴν ὑγρότητα παρέξομαι. Σκυθέων γὰρ τοὺς πολλοὺς, ἅπαντας ὅσοι Νομάδες, εὑρήσεις κεκαυμένους τούς τε ὤμους καὶ τοὺς βραχίονας καὶ τοὺς καρποὺς τῶν χειρέων καὶ τὰ στήθεα, ἰσχία καὶ τὴν ὀσφὺν, δι' ἀλλ' οὐδὲν ἢ διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος καὶ τὴν μαλακίην. οὐ γὰρ δύνανται οὔτε τοῖς τόξοις ξυντείνειν οὔτε τῷ ἀκοντίῳ ἐμπίπτειν τῷ ὤμῳ ὑπὸ ὑγρότητος καὶ ἀτονίης. ὁκόταν δὲ καυθῶσιν, ἀναξηραίνεται ἐκ τῶν ἄρθρων τὸ πολὺ τοῦ ὑγροῦ, καὶ ἐντονώτερα μᾶλλον γίνεται καὶ τροφιμώτερα καὶ ἠρθρωμένα τὰ σώματα μᾶλλον. ῥοϊκὰ δὲ γίνεται καὶ πλατέα πρῶτον μὲν ὅτι οὐ σπαργανοῦνται ὥσπερ ἐν Αἰγύπτῳ, οὐδὲ νομίζουσιν διὰ τὴν ἵππασίην ὅκως ἂν ἔνεδροι ἔωσιν. ἔπειτα δὲ διὰ τὴν ἕδρην. τά τε γὰρ ἄρσενα ἕως ἂν οὐχ οἷά τε ἐφ' ἵππου ὀχέεσθαι, τὸ πολὺ τοῦ χρόνου κάθηται ἐν τῇ ἁμάξῃ καὶ βραχὺ τῇ βαδίσει χρέονται, διὰ τὰς μετανασταίσιας καὶ περιελάσιας. τὰ δὲ θήλεα θαυμαστὸν οἷον ῥοϊκὰ εἶναι τὰ εἴδεα. πυῤῥὸν δὲ τὸ

nullae corruptiones neque vitia in prima feminis conformatione contingunt, nisi violento aliquo casu aut morbo id accidat. Eorum autem humiditatis magnum hoc est argumentum, quod Scythas plerosque ac praecipue Nomadas, humeris, brachiis, primis manuum juncturis, pectoribus, coxendicibus et lumbis exustis esse comperias, nullam sane aliam ob causam quam naturae humiditatem et mollitiem. Nam neque arcus intendere neque humero jaculum contorquere, ob humiditatem ac impotentiam possunt. Cum vero uruntur, ex articulis humoris copia reficcatur, eorumque corpora validiora, habitiora et firmioribus articulis reddantur, fluida vero fiunt et lata primum quidem quod fasciis non involvantur, quemadmodum fieri solet in Aegypto, neque id pro more habent ob equitationem, quo firmius equis insideant, deinde vero ob vitam sedentariam. Ex his namque mares quoad equis vehi nequeunt, longo tempore in curribus sedent parumque propter locorum transmutationes et peragrationes inambulant. At mulieres stupendum in

©BIUM

Ed. Chart. VI. [209.] Foël. I. 292. 293. Ed. Lind. I. (356.)

γένος (356) ἐστὶν τὸ Σκυθικὸν διὰ τὸ ψύχος, οὐκ ἐπιγενομένου ὀξέως τοῦ ἡλίου. ὑπὸ δὲ τοῦ ψυχεος ἡ λευκότης ἐπικαίεται καὶ γίγνεται πυρρή. πολύγονον δὲ οὐχ οἷόν τε εἶναι φύσιν τοιαύτην. οὔτε γὰρ τῷ ἀνδρὶ ἡ ἐπιθυμίη τῆς μίξιος γίνεται πολλὴ διὰ τὴν ὑγρότητα τῆς φύσιος καὶ τῆς κοιλίης τὴν μαλθακότητά τε καὶ τὴν ψυχρότητα, ἀπὸ τῶν ἥκιστα εἰκὸς εἶναι ἄνδρα οἷόν τε λαγνεύειν· καὶ ἔτι ὑπὸ τῶν ἵππων ἀεὶ κοπτόμενοι ἀσθενεῖς γίγνονται εἰς τὴν μίξιν. τοῖσι μὲν ἀνδράσιν αὗται αἱ προφάσιες γίγνονται· τῇσι δὲ γυναιξὶν ἥ τε πιότης τῆς σαρκὸς καὶ ὑγρότης. οὐ γὰρ δύνανται ἔτι ξυναρπάζειν αἱ μῆτραι τὸν γόνον. οὔτε γὰρ ἐπιμήνιος κάθαρσις αὐτέῃσιν γίγνεται ὡς χρεὼν ἐστιν, ἀλλ' ὀλίγον καὶ διὰ χρόνου, τό τε στόμα τῶν μητρέων ὑπὸ πιμελῆς ξυγκλείεται καὶ οὐχ ὑποδέχεται τὸν γόνον, αὗταί τε ἀταλαίπωροι καὶ πιεραὶ, καὶ αἱ κοιλίαι ψυχραὶ καὶ μαλακαί. || καὶ ὑπὸ τουτέων τῶν ἀναγκαίων οὐ πολύγονόν ἐστιν τὸ γένος τὸ Σκυθικόν. μέγα δὲ τεκμήριον αἱ οἰκέτιδες ποιέουσιν. οὐ γὰρ φθάνουσι παρὰ ἄνδρα ἀφικνεύμεναι καὶ ἐν γαστρὶ ἴσχουσι

modum habitu ſunt corporis fluxo. Gens autem Scythica propter frigus fulvo eſt colore, cum ad eos ſol vehemens non accedat. A frigore autem albedo exuritur ſitque fulva. Foecunda vero ejusmodi natura eſſe non poteſt. Neque enim viri multa coeundi cupiditate tenentur, ob corporis humiditatem ventrisque mollitiem et frigiditatem. Ex quibus viros minime venerem exercere poſſe par eſt. Eo accedit, quod perpetua equitatione fracti, ad coitum imbecilles redduntur. Atque eae quidem in viris cauſae ſunt. In mulieribus vero carnis pinguedo et humiditas. Neque enim uteri genitale ſemen ad ſe rapere queunt. Neque eis ut decet menſtrua purgatio, ſed parcior et longiore tempore contingit, ipſumque uteri os prae pinguitudine concluditur, ſemenque genitale mimime ſuſcipit. Ipſaeque nulla corporis exercitatione utuntur et praepingues ſunt, earumque ventres frigidi et molles. Ex quibus neceſſario conſequitur non admodum foecundam eſſe Scytharum gentem. Cujus rei magnam conjecturam praebent famulae, quae cum viro-

Ed. Chart. VI. [209. 210.] Foël. I. 293. Ed. Lind. I. (356. 357.)
διὰ τὴν ταλαιπωρίην καὶ ἰσχνότητα τῆς σαρκός. ἔτι τε πρὸς τουτέοισιν εὐνουχίαι γίνονται οἱ πλεῖστοι ἐν Σκύθῃσιν, καὶ γυναικεῖα ἐργάζονται καὶ ὡς αἱ γυναῖκες διαλέγονταί τε ὁμοίως. καλεῦνταί τε οἱ τοιοῦτοι ἀνανδριεῖς. οἱ μὲν ἐπιχώριοι τὴν αἰτίην προστιθέασι θεῷ καὶ σέβονται [210] τουτέους τοὺς (357) ἀνθρώπους καὶ προσκυνέουσι, δεδοικότες περί τε ὠυτέων ἕκαστοι. ἐμοὶ δὲ καὶ αὐτέῳ δοκεῖ ταῦτα τὰ πάθεα θεῖα εἶναι καὶ τἆλλα πάντα, καὶ οὐδὲν ἕτερον ἑτέρου θειότερον, οὐδὲ ἀνθρωπινώτερον, ἀλλὰ πάντα θεῖα. ἕκαστον καὶ ἔχει φύσιν τῶν τοιουτέων καὶ οὐδὲν ἄνευ φύσιος γίγνεται. καὶ τοῦτο τὸ πάθος ὡς μοι δοκέει γίγνεσθαι φράσω. ὑπὸ τῆς ἱππασίης αὐτέους κέδματα λαμβάνει, ἅτε ἀεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσίν. ἔπειτα ἀποχωλοῦνται καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία οἳ ἂν σφόδρα νοσήσωσιν. ἰῶνται δὲ σφᾶς αὐτοὺς τρόπῳ τοιῷδε. ὁκόταν ἄρχηται ἡ νοῦσος, ὄπισθεν τοῦ ὠτὸς ἑκατέραν φλέβα τάμνουσιν. ὅταν δὲ ἀποῤῥυῇ τὸ αἷμα, ὕπνος ὑπολαμβάνει ὑπὸ ἀσθενείας καὶ καθεύδουσιν. ἔπειτα ἀναγείρονται οἱ μέν τινες ὑγιεῖς ἐόντες, οἱ δ' οὔ. ἐμοὶ μὲν

rum congreſſum non appetant, propter exercitationem et carnis gracilitatem concipiunt. Ad haec quoque plerique Scythae eunuchi fiunt et munia muliebria obeunt, ac velut mulieres factitant et loquuntur vocanturque hi evirati aut effeminati. Ac regionis quidem incolae cauſam deo acceptam referunt et hujusmodi homines reverentur et colunt, ſibi quisque timentes ne quid tale contingat. At mea quidem ſententia hi omnes affectus divini ſunt, ut et reliqui omnes, nullusque altero divinior aut humanior exiſtit, ſed divini omnes, cum horum quodque ſuam naturam habeat, neque quicquam citra naturam fiat. Atqui quomodo hic affectus mihi contingere videatur enarrabo. Ex equitatione eos prehendunt diuturnae ex defluxione affectiones, quae *κέδματα* dicuntur, nimirum ſemper pendentibus exequis eorum pedibus. Deinde qui vehementer aegrotant, claudicant, iisque coxendices contrahuntur. Hac autem ratione ſibi medentur. Cum aegrotare coeperint, utramque venam poſt aures incidunt, cumque ſanguis effluxerit, prae imbecillitate ſomno corripiuntur et ob-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 788 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VI. [210.] Foës. I. 293. Ed. Lind. I. (357. 358.)

οὖν δοκέει ἐν ταύτῃ τῇ ἰήσει διαφθείρεσθαι. εἰσὶ γὰρ παρὰ τὰ ὦτα φλέβες, ἃς ἐάν τις ἐπιτάμῃ, ἄγονοι γίνονται οἱ ἐπιτμηθέντες. ταύτας τοίνυν μοι δοκέουσι τὰς φλέβας ἐπιτάμνειν. οἱ δὲ μετὰ ταῦτα ἐπειδὰν ἀφίκωνται παρὰ γυναῖκα, καὶ μὴ οἷοί τε ὦσι χρῆσθαι σφίσιν αὐταῖς, τὸ πρῶτον οὐκ ἐνθυμεῦται, ἀλλ' ἡσυχίην ἔχουσιν. ὁκόταν δὲ δὶς καὶ τρὶς καὶ πλεονάκις αὐτέοισι πειρωμένοισιν μηδὲν ἀλλοιότερον ἀποβαίνει, νομίσαντές τι ἡμαρτηκέναι τῷ θεῷ ὧν ἐπαιτιῶνται, ἐνδύονται στολὴν γυναικείην καταγνόντες ἑωυτέων ἀνανδρείην. (358) γυναικίζουσί τε καὶ ἐργάζονται μετὰ τῶν γυναικῶν ἃ καὶ ἐκεῖναι. τοῦτο δὲ πάσχουσιν Σκυθέων οἱ πλούσιοι, οὐχ οἱ κάκιστοι, ἀλλ' οἱ εὐγενέστατοι καὶ ἰσχὺν πλείστην κεκτημένοι διὰ τὴν ἵππασίην, οἱ δὲ πένητες ἧσσον· οὐ γὰρ ἱππάζονται. καίτοι ἐχρῆν, ἐπεὶ θειότερον τοῦτο τὸ νόσευμα τῶν λοιπῶν ἐστιν, οὐ τοῖς γενναιοτάτοις τῶν Σκυθέων καὶ τοῖς πλουσιωτάτοις προσπίπτειν μούνοις, ἀλλὰ τοῖς ἅπασιν ὁμοίως, καὶ μᾶλλον τοῖσιν ὀλίγα κεκτημένοισιν, οὐ τιμωμένοισιν ἤδη, εἰ χαίρουσιν οἱ θεοὶ καὶ θαυμαζόμενοι ὑπ' ἀνθρώπων καὶ

dormiscunt, deinde alii quidem ſani excitantur, alii minime. Ac mihi quidem videntur hac curatione ſeipſos perdere. Juxta aures enim venae ſunt, quas ſi quis incidat, ſectione ſterilitatem inducunt. Has igitur venas mihi ſecare videntur. Poſtea vero ubi ad uxorem accedunt, neque cum iis rem habere poſſunt, primum nil animo reputantes quiescunt, cum autem bis, ter aut ſaepius id tentantes nihil profecerint, dum in quem culpam conferunt ſe offendiſſe exiſtimantes, muliebri ſtola amicti, ſuam ignaviam accuſant, et cum mulieribus victitantes earum opera tractant. Qua affectione tentantur opulentiſſimi quique Scythae, minime vero infimi, ſed generoſiſſimi, et qui ad maximas opes per equitationem ascenderunt, pauperes autem, qui non equitant, minus. Quamquam oportebat, ſi haec affectio caeteris divinior eſſet, ut non generoſiſſimos et opulentiſſimos Scythas ſolos, ſed omnes ex aequo invaderet, idque potius eos qui paucas opes poſſident, neque honorem exhibent, ſi modo dii hominum cultu gaudent et pro eo his beneficia

Ed. Chart. VI. [210.] Foël. I. 293. 294. Ed. Lind. I. (358. 359.)
ἀντὶ τουτέων χάριτας ἀποδιδοῦσιν. εἰκὸς γὰρ τοὺς μὲν πλουσίους θύειν πολλὰ τοῖς θεοῖς καὶ ἀνατιθέναι ἀναθήματα ὄντων χρημάτων καὶ τιμᾶν, τοὺς δὲ πένητας ἧσσον διὰ τὸ μὴ ἔχειν. ἔπειτα καὶ ἐπιμεμφομένους ὅτι οὐ διδόασιν χρήματα αὐτέοισιν, ὥστε τῶν τοιουτέων ἁμαρτιῶν τὰς ζημίας τοὺς ὀλίγα κεκτημένους φέρειν μᾶλλον ἢ τοὺς πλουσίους. ἀλλὰ γὰρ, ὥσπερ καὶ πρότερον ἔλεξα, θεῖα μὲν καὶ ταῦτα ἐστὶν ὁμοίως τοῖς ἄλλοις· γίγνεται δὲ κατὰ φύσιν ἕκαστα. καὶ ἡ τοιαύτη νοῦσος ἀπὸ τοιαύτης προφάσιος τοῖς Σκύθαις γίνεται οἵην εἴρηκα. ἔχει δὲ καὶ κατὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ὁμοίως. ὅκου γὰρ ἱππάζονται μάλιστα καὶ πυκνότατα, ἐκεῖ πλεῖστοι ὑπὸ κεδμάτων καὶ ἰσχιάδων καὶ ποδαγριῶν ἁλίσκονται, λωγεύειν κάκιστοι εἰσί. ταῦτα δὲ τοῖσιδε Σκύθῃσι πρόσ(359)εστι καὶ εὐνουχοειδέστατοι εἰσὶν ἀνθρώπων διὰ τὰς προφάσιας, καὶ ὅτι ἀναξυρίδας ἔχουσιν ἀεὶ, || καὶ εἰσὶν ἐπὶ τῶν ἵππων τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου, ὥστε μήτε χειρὶ ἅπτεσθαι τοῦ αἰδοίου, ὑπό τε τοῦ ψύχεος καὶ τοῦ κόπου ἐπιλα-

conferunt. Divites enim cum pecunias quidem poſſideant, diis ſaepe ſacra facere et donaria offerre, eosque honoribus afficere aequum eſt, pauperes vero minus, cum nihil habeant, qui etiam eos incuſant, quod eis opes non ſuppeditent, ac proinde qui pauca poſſident, ſuorum ſcelerum poenas luere potius quam divites videantur. Verum, quemadmodum jam ante dixi, haec quidem divina ſunt, perinde ut reliqua, et ſecundum naturam quaeque accidunt. Et hic quidem morbus ob eam quam dixi cauſam Scythis contingit. Quin et in reliquis hominibus ad eundem ſe habet modum. Ubi enim plurimum et creberrime homines equitant, ibi plurimi diuturnis ex defluxione affectionibus, coxendicum morbis pedumque doloribus corripiuntur, et ad venerem exercendam peſſime ſe habent. Haec autem Scythis adſunt, et ob eas cauſas omnium ineptiſſimi ad coitum redduntur, tum etiam quod feminalia ſemper geſtant, et in equis magnam temporis partem degunt, ut ne quidem pudenda manu attrectare liceat, neque prae frigore et laſſi-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [210. 211.] Foës. I. 294. Ed. Lind. I. (359.)
θέσθαι τοῦ ἡμέρου καὶ τῆς μίξιος καὶ μηδὲν παρακινεῖν πρότερον ἢ ἀνανδρωθῆναι. περὶ μὲν οὖν τῶν Σκυθέων οὕτως ἔχει τοῦ γένεος. [211] τὸ δὲ λοιπὸν γένος τὸ ἐν τῇ Εὐρώπῃ διάφορον αὐτὸ ἑωυτῷ ἐστὶ, καὶ κατὰ τὸ μέγεθος καὶ κατὰ τὰς μορφὰς διὰ τὰς μεταλλαγὰς τῶν ὡρέων, ὅτι μεγάλαι γίνονται καὶ πυκναὶ, καὶ θάλπη τε ἰσχυρὰ καὶ χειμῶνες καρτεροὶ, καὶ ὄμβροι πολλοὶ καὶ αὖθις αὐχμοὶ πολυχρόνιοι καὶ πνεύματα, ἐξ ὧν μεταβολαὶ πολλαὶ καὶ παντοδαπαί. ἀπὸ τουτέων εἰκὸς αἰσθάνεσθαι καὶ τὴν γένεσιν ἐν τῇ συμπήξει τοῦ γόνου ἄλλην καὶ μὴ τῷ αὐτῷ τὴν αὐτέην γίγνεσθαι, ἔν τε τῷ θέρει καὶ τῷ χειμῶνι· μηδὲ ἐν ἐπομβρίῃ καὶ αὐχμῷ. διότι τὰ εἴδεα διηλλάχθη νομίζω τῶν Εὐρωπαίων μᾶλλον ἢ τῶν Ἀσιηνῶν. καὶ τὰ μεγέθη διαφορώτατα αὐτὰ ἑωυτοῖσι εἶναι κατὰ πόλιν ἑκάστην. αἱ γὰρ φθοραὶ πλείονες ἐγγίγνονται τοῦ γόνου ἐν τῇ ξυμπήξει ἐν ταῖς μεταλλαγαῖς τῶν ὡρέων πυκναῖς ἐούσαις ἢ ἐν τῇσι παραπλησίῃσι καὶ ὁμοίοισιν. περί τε τῶν ἠθέων ὁ αὐτὸς λόγος, τό τε ἄγριον καὶ τὸ

tudine coeundi appetentiam ſentiant, nilque aliud penſi habent quam ut virilitate priventur. Atque hactenus quidem de Scytharum gente. At reliquum in Europa hominum genus tum magnitudine tum forma inter ſe eſt diſſimile, propter magnas et crebras anni temporum mutationes. Habent enim calores vehementes et hiemes acres ac imbres multos rurſusque ſqualores diuturnos et ventos multos, ex quibus multae et omnis generis mutationes contingunt. Neque eſt a ratione alienum ex his aliam percipi generationem in feminis conformatione, neque ex eodem eandem eſſe, vel aeſtate, vel hieme, vel pluvioſo, vel ſicco tempore. Eaque de cauſa, ut exiſtimo, Europaei magis quam Aſiatici forma inter ſe variant, et per ſingulas urbes magnitudines maxime inter ſe ſunt differentes. Plures enim corruptiones circa feminis concretionem contingunt, ubi crebae fiunt anni temporum mutationes, quam ſi eaedem ſint et ſimiles. Eadem autem eſt de moribus ratio. Agreſtes, hominum ſocietate minime gaudentes, et animoſae hu-

Ed. Chart. VI. [211.] Foës. I. 294. Ed. Lind. I. (360.)

(360) ἀμίαντον καὶ τὸ θυμοειδὲς ἐν τῇ τοιαύτῃ φύσει ἐγγίγνεται. αἱ γὰρ ἐκπλήξιες πυκναὶ γιγνόμεναι τῆς γνώμης τὴν ἀγριότητα ἐντιθέασιν· τὸ δὲ ἥμερόν τε καὶ ἥπιον ἀμαυροῦσιν. διότι εὐψυχοτέρους νομίζω τοὺς Εὐρώπην οἰκοῦντας εἶναι ἢ τοὺς τὴν Ἀσίην. ἐν μὲν γὰρ τῷ αἰεὶ παραπλησίως αἱ ῥᾳθυμίαι ἔνεισιν, ἐν δὲ τῷ μεταβαλλομένῳ αἱ ταλαιπωρίαι τῷ σώματι καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ ἀπὸ μὲν ἡσυχίης καὶ ῥᾳθυμίης ἡ δειλίη αὔξεται, ἀπὸ δὲ τῆς ταλαιπωρίης καὶ τῶν πόνων αἱ ἀνδρεῖαι. διὰ τοῦτο εἰσὶ μαχιμώτεροι οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντες, καὶ διὰ τοὺς νόμους, ὅτι οὐ βασιλεύονται ὥσπερ οἱ Ἀσιηνοί. ὅκου γὰρ βασιλεύονται, ἐκεῖ ἀνάγκη δειλοτάτους εἶναι. εἴρηται δέ μοι καὶ πρότερον. αἱ γὰρ ψυχαὶ δεδούλωνται καὶ οὐ βούλονται παρακινδυνεύειν ἑκόντες εἰκῇ ὑπὲρ ἀλλοτρίης δυνάμιος. οὗτοι δὲ αὐτόνομοι, ὑπὲρ αὑτῶν γὰρ τοὺς κινδύνους αἱρεῦνται καὶ οὐκ ἄλλων, προθυμεῦνται ἑκόντες καὶ ἐς τὸ δεινὸν ἔρχονται. τὰ γὰρ ἀριστεῖα τῆς νίκης αὐτοὶ φέρονται. οὕτως οἱ νόμοι οὐχ ἥκιστα τὴν εὐψυχίην ἐργάζονται. τὸ μὲν οὖν ὅλον καὶ τὸ ἅπαν οὕτως ἔχει περί τε τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς

jusmodi naturae exiſtunt; frequentes enim mentis emotiones morum ferociam inducunt, lenitatem autem et comitatem retundunt. Quocirca eos qui Europam incolunt plus animi quam Aſiaticos habere cenſeo. Rerum ſiquidem uno ſe habentium modo aequabilitas ſocordiam ingenerat, varietas vero corpus et animum ad laborem excitat. Quin etiam ſocordia et quiete ignavia crescit, exercitatione vero et laboribus animi fortitudo. Hanc ob cauſam bellicoſiores ſunt qui Europam incolunt, jam etiam propter leges, quoniam regum imperio non parent Aſiatici. Qui enim regibus ſubjiciuntur, eos timidiſſimos eſſe neceſſe eſt, et velut antea a nobis dictum eſt, ſervitute preſſi animi, neque lubenter neque volentes temere ſeſe pro alieno imperio periculis objiciunt. Hi vero cum ſuis legibus vivant, ſibi, non aliis pericula ſubeunt et magna animi alacritate volentes ad gravia quaeque feruntur, cum pro re geſta victoriae praemia ſint accepturi. Ita ut conſtet leges ad animi magnitudinem plurimum facere. De Europa igitur et Aſia in genere ac toto

©BIUM

Ed. Chart. VI. [211.] Foës. I. 294. 295. Ed. Lind. I. (360. 361.)
Ἀσίης. ἔνεισι δὲ καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ φῦλα διάφορα ἕτερα ἑτέροις καὶ τὰ μεγέθεα καὶ τὰς μορφὰς καὶ τὰς ἀνδρείας. τὰ δὲ διαλλάσσοντα ταὐτά ἐστιν, ἃ καὶ ἐπὶ τῶν πρότερον εἴρηται. ἔτι δὲ σαφέστερον φράζω. ὁκόσοι μὲν χώρην ὀρεινήν τε οἰκοῦσι τρηχείην καὶ ὑψη(361)λὴν καὶ ἔνυδρον, καὶ αἱ μεταβολαὶ αὐτέοισι γίνονται τῶν ὡρέων μέγα διάφοροι, ἐνταῦθα εἰκὸς εἴδεα μεγάλα εἶναι καὶ πρὸς τὸ ταλαίπωρον καὶ τὸ ἀνδρεῖον εὖ πεφυκότα. καὶ τό τε ἄγριον καὶ τὸ θηριώδες αἱ τοιαῦται φύσιες οὐχ ἥκιστα ἔχουσιν. ὁκόσοι δὲ κοῖλα χωρία καὶ λειμακώδεα καὶ πνιγηρὰ καὶ τῶν θερμῶν πνευμάτων πλέον μέρος μετέχουσι ἢ τῶν ψυχρῶν, ὕδασί τε χρῶνται θερμοῖς, οὗτοι δὲ μεγάλοι μὲν οὐκ ἂν εἴησαν οὐδὲ κανονίαι. ἐς εὖρος δὲ πεφυκότες καὶ σαρκώδεες καὶ μελανότριχες. καὶ αὐτοὶ μέλανες μᾶλλον ἢ λευκότεροι, φλεγματίαι δὲ ἧσσον ἢ χολώδεες. τό τε ἀνδρεῖον καὶ ταλαίπωρον ἐν τῇ ψυχῇ, φύσει μὲν οὐκ ἂν ὁμοίως ἐνείη, νόμος δὲ προσγενόμενος ἀπεργάσοιτ' ἄν. || καὶ εἰ μὲν ποταμοὶ ἐνείησαν ἐν τῇ χώρῃ, οἵτινες

sic se res habet. Sunt autem in Europa gentes tum magnitudine, tum forma, tum magnanimitate inter se differentes. Varietatis causae eaedem quae supra dictae sunt, quasque jam manifestius aperiam. Qui regionem quidem montanam, asperam, altam et aquis carentem incolunt, et anni temporum mutationes habent admodum differentes, illic hominum formas magnas esse par est tum ad laborem, tum ad robur a natura optime esse comparatas, at agrestibus et ferinis moribus ejusmodi naturae non parum sunt praeditae. At qui loca concava, herbosa et aestuosa habitant, quique ventis calidis magis quam frigidis perflantur, et aquis utuntur calidis, hi magni quidem esse non possunt, neque recti et ventre substricto, in amplam vero corporis molem a natura producuntur, corpore sunt carnoso et capillis nigris, colore potius nigro quam candido et minus pituitosi quam biliosi. At animi robore et laborum tolerantia, non aeque a natura valent, sed accedens vitae institutum id efficit. Quod si flumina ea regio habeat, quae stagnantes et pluvias

©BIUM

Ed. Chart. VI. [211. 212.] Foës. I. 295. Ed. Lind. I. (361. 362.)
ἐκ τῆς χώρης ἐξοχετεύουσιν τό τε στάσιμον καὶ τὸ ὄμβριον, οὗτοι ἂν ὑγιηροί τε [212] εἴησαν καὶ λαμπροί. εἰ μέντοι ποταμοὶ μὲν μὴ εἴησαν, τὰ δὲ ὕδατα κρηναῖά τε καὶ στάσιμα πίνοιεν καὶ ὀδώδεα, ἀνάγκη τὰ τοιαῦτα τῆς γαστρὸς ἀτηρέα εἶναι καὶ σπληνός. ὁκόσοι δὲ ὑψηλήν τε οἰκέουσι χώρην καὶ λείην καὶ ἀνεμώδεα καὶ ἔνυδρον, εἴη ἂν εἴδεα μεγάλα καὶ ἐωυτοῖς παραπλήσια καὶ ἀνορθότερα, καὶ ἠπιώτεραι αἱ γνῶμαι. ὁκόσοι λεπτά τε καὶ ἄνυδρα καὶ ψιλά, ταῖς δὲ μεταβολαῖς τῶν ὡρέων οὐ κέκρηνται, ἐν ταύτῃ τῇ χώρῃ τὰ εἴδεα εἰκός τε σκληρά τε εἶναι καὶ ἔντονα καὶ ξανθότερα ἢ μελάντερα. καὶ τὰ ἤθη καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεις τε καὶ ἰδιογνώμονας. ὅκου γὰρ (362) μεταβολαί εἰσι πυκνότηται τῶν ὡρέων καὶ πλεῖστον διάφοροι αὗται ἑωυτέοισιν, ἐκεῖ καὶ τὰ εἴδεα καὶ τὰ ἤθεα καὶ τὰς φύσιας εὑρήσεις πλεῖστον διαφερούσας. μέγισται μὲν οὖν εἰσιν αὗται τῆς φύσιος διαλλαγαί. ἔπειτα δὲ καὶ ἡ χώρη ἐν ᾗ ἄν τις τρέφεται καὶ τὰ ὕδατα. εὑρήσεις γὰρ ἐπὶ τὸ πλῆθος τῆς χώρης τῇ φύσει ἀκολουθοῦντα καὶ εἴδεα τῶν ἀνθρώπων καὶ τοὺς τρόπους. ὅκου μὲν γὰρ ἡ γῆ

aquas educant, ii incolumes degunt et colore cutis ſunt ſplendido. Sin vero nulla ſint flumina, aquasque fontanas ſtatarias et male olentes bibant, has ventri et lieni noxias eſſe neceſſe eſt. Qui vero regionem altam, planam, ventis perflatam et aquoſam incolunt, ii corporis habitu ſunt praegrandi, inter ſe ſimiles et erecti et animo tranquilliore. At qui gracilia et arida loca, aquis carentia et nuda tenent, neque temperatas habent anni temporum mutationes, hac in regione homines duro et robuſto corporis habitu eſſe par eſt, et colore flavo potius quam nigro, moribus et animi appetitionibus ſibi nimis placentes et ſuperbos, et in concepta opinione permanentes. Ubi enim anni temporum mutationes tum crebrae, tum plurimum inter ſe differunt, ibi et formas et mores et naturas plurimum diverſas comperias. Atque hae quidem maximae cauſae ſunt, cur naturae permutentur, deinde etiam regio in qua quis nutritur et aquae. Magna enim ex parte hominum formas et mores regionis naturam imitari reperias. Ubi enim terra pinguis

©BIUM

Ed. Chart. IV. [212.] Foës. I. 295. Ed. Lind. I. (362.)

πιθηρὰ καὶ μαλθακὴ καὶ ἔνυδρος καὶ τὰ ὕδατα κάρτα μετέωρα, ὥστε θερμὰ εἶναι τοῦ θέρεος καὶ χειμῶνος ψυχρὰ καὶ τῶν ὡρέων καλῶς κέεται, ἐνταῦθα καὶ οἱ ἄνθρωποι σαρκώδεες εἰσὶ καὶ ἄναρθροι καὶ ὑγροὶ καὶ ἀταλαίπωροι καὶ τὴν ψυχὴν κακοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τό τε ῥᾴθυμον καὶ τὸ ὑπνηρόν ἐστιν ἐν αὐτέοισιν· ἔς τε τὰς τέχνας παχέες, οὐ λεπτοὶ οὐδ' ὀξέες. ὅκου δ' ἐστὶν ἡ χώρη ψιλή τε καὶ ἀνώχυρος καὶ τρηχείη καὶ ὑπὸ τοῦ χειμῶνος πιεζομένη καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου κεκαυμένη, ἐνταῦθα δὲ σκληρούς τε καὶ ἰσχνοὺς καὶ διηρθρωμένους καὶ ἐντόνους καὶ δασεῖς· τό τε ἐργατικὸν ὀξὺ ἔνθεν ἐν τῇ φύσει τῇ τοιαύτῃ καὶ τὸ ἄγρυπνον, τά τε ἤθη καὶ τὰς ὀργὰς αὐθάδεας καὶ ἰδιογνώμονας, τοῦ τε ἀγρίου μᾶλλον μετέχοντας ἢ τοῦ ἡμέρου, ἔς τε τὰς τέχνας ὀξυτέρους τε καὶ συνετωτέρους καὶ τὰ πολέμια ἀμείνους εὑρήσεις, καὶ τἄλλα τὰ ἐν τῇ γῇ φυόμενα πάντα, ἀκόλουθα ὄντα τῇ γῇ. αἳ μὲν ἐναντιώταται φύσιές τε καὶ ἰδέαι ἔχουσιν οὕτως. ἀπὸ δὲ τουτέων τεκμαιρόμενος τὰ λοιπὰ ἐνθυμέεσθαι, καὶ οὐχ ἁμαρτήσῃ.

est et mollis et aquosa, aquae vero valde sublimes, ita ut aestate sint calidae et hieme frigidae, quaeque ad anni tempora probe habet, ibi homines carnosi sunt, articulis non discreti, humidi, labores non ferentes, ac ut plurimum pravi animi. Quin etiam segnes sunt et somnolenti et ad artes crassi, neque subtiles, neque acuti. Ast ubi regio nuda est, non munita, aspera, quaeque hieme prematur et sole exuratur, ibi duros, graciles, articulis discretos, carnosos et hirsutos homines cernas, et qui ad aliquid agendum natura sunt industrii et vigilantes. Mores autem habent superbos, in iram proclives et pertinaces, magisque feritatis quam lenitatis participes, eosque ad artes acutiores et solertiores et ad res bellicas gerendas meliores deprehendas. Quin et reliqua omnia quae e terra producuntur, terrae ipsius naturam sequuntur. Atque maxime quidem contrariae naturae et formae sic se habent, ex quibus conjectura ducta, si reliqua consideres, minime aberrabis.

Ed. Chart. VI. [213.] Foës. I. 295. Ed. Lind. I. (399. 400.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΩΝ.

[213] (399) Εἰσὶ τινὲς τῶν τεχνέων αἳ τοῖσι μὲν κεκτημένοισιν εἰσὶν ἐπίπονοι, τοῖσι δὲ χρεομένοισιν ὀνηΐστοι, καὶ τοῖσι μὲν ἰδιώτῃσι ξυνὸν ἀγαθὸν, τοῖσι δὲ μεταχειριζομένοισιν (400) σφὰς λυπηραί. τῶν δὲ δὴ τοιούτων ἐστὶ τεχνέων καὶ ἣν οἱ Ἕλληνες καλέουσιν ἰητρικήν. ὁ μὲν γὰρ ἰητρὸς ὁρέει τὰ δεινὰ, θιγγάνει τε ἀηδέων καὶ ἐπ' ἀλλοτρίῃσιν ξυμφορῇσιν ἰδίας καρποῦται λύπας. οἱ δὲ νοσέοντες ἀπαλλάσσονται τῶν μεγίστων κακῶν διὰ τὴν τέχνην νούσων, πόνων, λύπης, θανάτου. πᾶσι γὰρ τουτέοισιν ἄντικρυς ἰητρικὴ εὑρίσκεται ἀκεστορίς. ταύτης δὲ τῆς τέχνης τὰ μὲν φλαῦρα χαλεπὸν γνῶναι, τὰ δὲ σπουδαῖα ῥηΐδιον. καὶ τὰ μὲν φλαῦρα τοῖσι ἰητροῖσι καὶ οὐ τοῖσιν ἰδιώτῃσιν· οὐ γὰρ σώματος, ἀλλὰ γνώμης ἔργα εἰσίν. ὅσα μὲν χειρουργῆσαι δεῖ χρὴ συνεθισθῆναι. τὸ γὰρ ἔθος τῇσι χερσὶ κάλλιστον διδασκαλεῖον. περὶ δὲ τῶν ἀφανεστάτων καὶ χαλεπωτάτων νουσημάτων δόξῃ μᾶλλον ἢ τέχνῃ κρίνεται· διαφέρει δὲ ἐν αὐτέοισι πλεῖστον

HIPPOCRATIS DE FLATIBUS LIBER.

Artes quaedam ſua quidem cognitione quibusdam multum laboris exhibent, uſu vero nonnullis utiles exiſtunt et vulgo quidem commune bonum conferunt, his autem qui eas tractant plenae ſunt moleſtiae. Ex quarum artium numero eſt quam Graeci medicinam appellant. Medicus enim non niſi quae periculo ſunt proxima intuetur et quae ſunt ingrata contrectat, ac ex aliorum calamitatibus ſibi dolorem conciliat. Aegrotantes vero artis opera maximis malis, morbis, laboribus, dolore et morte vindicantur. His enim omnibus medicina manifeſtam medelam adhibere deprehenditur. Hujus autem artis vilia noſſe difficile, ſeria vero facile. Ac vilia quidem ipſis medicis, vulgo autem minime ſunt cognita cum mentis quidem non corporis opera exiſtant. Quaecunque quidem manuum tractationem poſtulant, ea in uſum traducere oportet. Eſt enim manuum uſus optimus docendi magiſter. At obſcuriſſimos et maxime difficiles morbos opinio magis quam ars judicat, etſi in his

©BIUM

Ed. Chart. VI. [213. 214.] Foës. I. 295. 296. Ed. Lind. I. (400. 401.)
ἡ πείρη τῆς ἀπειρίης. || ἔν δή τι τῶν τοιούτων ἐστὶ τόδε. τί ποτε τὸ αἴτιόν ἐστι τῶν νούσων καὶ τίς ἀρχὴ καὶ πηγὴ γίνεται τῶν ἐν τῷ σώματι κακῶν. εἰ γάρ τις εἰδείη τὴν αἰτίην τοῦ νοσήματος, οἷός τ' ἂν εἴη προσφέρειν τὰ ξυμφέροντα τῶν ἐν τῷ σώματι, ἐκ τῶν ἐναντίων ἐπιστάμενος τὰ νουσήματα. [214] αὕτη γὰρ ἡ ἰητρικὴ μάλιστα κατὰ φύσιν ἐστίν. αὐτίκα γὰρ λιμὸς νοῦσος ἐστίν. ὅ τι γὰρ ἂν λυπέῃ τὸν ἄνθρωπον, τοῦτο καλέεται νοῦσος. τί οὖν λιμοῦ (401) φάρμακον; ὅ τι παύει λιμὸν, τοῦτο δ' ἐστὶ βρῶσις. τούτῳ ἄρα ἐκεῖνο ἰητέον. αὖθις αὖ δίψην ἔπαυσε πόσις. πάλιν αὖ πλησμονὴν ἴῆται κένωσις, κένωσιν δὲ πλησμονή. πόνον δὲ ἀπονίη. ἀπονίην δὲ πόνος. ἑνὶ δὲ συντόμῳ λόγῳ τὰ ἐναντία τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἰήματα. ἰητρικὴ γάρ ἐστι πρόσθεσις καὶ ἀφαίρεσις· ἀφαίρεσις μὲν τῶν ὑπερβαλλόντων, πρόσθεσις δὲ τῶν ἐλλειπόντων. ὁ δὲ κάλλιστα τοῦτο ποιέων ἄριστος ἰητρὸς, ὁ δὲ τουτέου πλεῖστον ἀπηλλαγμένος, πλεῖστον ἀπήλλακται καὶ τῆς τέχνης. τὰ μὲν οὖν ἐν παρέργῳ τοῦ λόγου τοῦ μέλλον-

plurimum imperitiae peritia praeſtat. In quibus ſane hoc praecipuum eſt, quaenam ſit morborum cauſa et ex quo principio ac veluti fonte corporis vitia oriantur. Qui enim morbi cauſam cognoverit, is utique ex his quae in corpore inſunt, adepta per contraria morborum cognitione, facile poterit quae conferunt offerre. Ipſa enim ars medica maxime a natura ineſt. Ne longe abeam, fames morbus eſt. Quicquid enim homini moleſtiam adfert morbus appellatur. Quodnam igitur famis eſt remedium? hoc certe quod famem ſedat. Id autem cibus facit, illius ergo hic medela eſt. Rurſus quoque ſitim potio ſedat. Plenitudinem itidem evacuatio ſanat, evacuationem vero plenitudo, laborem otium et otium labor. Atque ut uno verbo dicam, contrariorum contraria ſunt remedia. Medicina enim additio eſt et ſubtractio. Et eorum quidem quae exuperant ſubtractio, eorum vero quae deficiunt additio. Qui vero iſtud optime facit, is optimus medicus exiſtimandus eſt, quique plurimum abeſt ab eo praeſtando, is plurimum in arte medica deficere cenſetur. Atque haec quidem obiter praeter inſtituti ſermonis rationem

Ed. Chart. VI. [214.] Foës. I. 296. Ed. Lind. I. (401. 402.)

τος εἴρηται. τῶν δὲ δὴ νούσων ἁπασέων ὁ μὲν τρόπος ὁ αὐτὸς, ὁ δὲ τόπος διαφέρει. δοκέει μὲν οὖν τὰ νουσήματα οὐδὲν ἀλλήλοισιν ἐοικέναι, δια τὴν ἀλλοιότητα καὶ ἀνομοιότητα τῶν τόπων. ἔστι δὲ μία τῶν νουσέων ἁπασῶν καὶ ἰδέη καὶ αἰτίη ἡ αὐτή. τίς δέ ἐστιν αὕτη διὰ τοῦ μέλλοντος λόγου φράσαι πειρήσομαι. τὰ γὰρ σώματα τῶν τε ἀνθρώπων καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἀπὸ τρισσέων τροφῶν τρέφονται. ἔστι δὲ τῇσι τροφῇσι ταύτῃσι ταῦτα τὰ ὀνόματα, σῖτα, ποτὰ, πνεύματα. πνεύματα δὲ τὰ μὲν ἐν τοῖσι σώμασι φῦσαι καλέονται, τὰ δὲ ἔξω τῶν σωμάτων ἀήρ. οὗτος δὲ μέγιστός ἐστιν ἐν ἅπασι τῶν συμπτωμάτων δυνάστης. ἄξιον δὲ (402) αὐτοῦ θεάσασθαι τὴν δύναμιν. ἄνεμος γάρ ἐστιν ἠέρος ῥεῦμα καὶ χεῦμα. ὅταν οὖν πολὺς ἀὴρ ἰσχυρὸν τὸ ῥεῦμα ποιήσῃ, τά τε δένδρεα ἀνασπαστὰ πρόῤῥιζα γίνεται διὰ τὴν βίην τοῦ πνεύματος, τό τε πέλαγος κυμαίνεται, ὁλκάδες τε ἄπειροι τῷ μεγέθει ἐς ὕψος διωῤῥίπτονται. τοιαύτην μὲν οὖν ἐν τουτέοισιν ἔχει δύναμιν. ἀλλὰ μὴν ἐστί γε τῇ μὲν ὄψει ἀφανὴς, τῷ δὲ λογισμῷ φανερός. τί γὰρ ἄνευ τουτέου γένοιτο ἄν, ἢ

dicta ſunt. Morborum autem omnium cum idem modus ſit locus, tamen diverſus eſt. Morbi igitur ob locorum varietatem et diſſimilitudinem nihil inter ſe habere ſimile videntur. Eſt tamen una et eadem omnium morborum forma et cauſa, quam procedente oratione quaenam ſit declarare conabor. Hominum enim et reliquorum animantium corpora triplici alimento nutriuntur, cujus haec ſunt nomina, cibus, potus, ſpiritus. Ac ſpiritus quidem qui in corporibus inſunt, flatus nominantur, qui vero extra corpora, aër. Qui cum in omnia quae corpori accidunt plurimum habeat facultatis, illius vim inſpicere operae pretium videtur. Ventus enim eſt aëris fluxio et effuſio. Cum igitur copioſus aër vehementem fluxionem fecerit, tum et arbores vi ſpiritus e terra radicitus evelluntur, mare aeſtu fluctuat et immenſae naves onerariae in altum jactantur. Hanc igitur vim in iſta obtinet. Qui etſi oculis minime cernitur, ratione tamen conſpicuus eſt. Quid enim ſine hoc ſit tan-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [214.] Foës. I. 296. Ed. Lind. I. (402. 403.)

τίνος οὗτος ἄπεστιν; ἢ τίνι οὐ ξυμπάρεστιν; ἅπαν γὰρ τὸ μεταξὺ γῆς τε καὶ οὐρανοῦ πνεύματος συμπλέον ἐστί. τοῦτο καὶ χειμῶνος καὶ θέρεος αἴτιον, ἐν μὲν τῷ χειμῶνι πυκνὸν καὶ ψυχρὸν γινόμενον, ἐν δὲ τῷ θέρει πραῦ καὶ γαληνόν. ἀλλὰ μὴν ἡλίου καὶ σελήνης καὶ ἄστρων ὁδὸς διὰ τοῦ πνεύματός ἐστι. τῷ γὰρ πυρὶ τὸ πνεῦμα τροφή. τοῦ δὲ πνεύματος τὸ πῦρ στερηθὲν οὐκ ἂν δύναιτο ζώειν. ὥστε καὶ τὸν τοῦ ἡλίου δρόμον ἀένναον ἐόντα ὁ ἀὴρ ἀέννaος καὶ λεπτὸς ἐὼν τὸ εἶναι παρέχεται. ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ πελάγους ὅτι μέθεξιν ἔχει τοῦ πνεύματος παντί που δῆλον. οὐ γὰρ ἄν ποτε τὰ πλωτὰ ζῶα ζώειν ἠδύνατο μὴ μετέχοντα πνεύματος. μετέχοιεν δὲ πῶς ἂν ἄλλως ἀλλ' ἢ διὰ τοῦ ὕδατος καὶ ἐκ τοῦ ὕδατος ἕλκοντα τὸν ἀέρα; καὶ τῇ μήνῃ ἐπὶ τουτέου τὸ βάθριον, οὗτός γε τῆς γῆς ὄχημα, κενεόν τε οὐδέν ἐστιν τούτου. διότι μὲν τοῖσιν ἄλλοισιν ὁ ἀὴρ ἔῤῥωται εἴρηται. τοῖσι δ' αὖ θνητοῖσιν οὗτος αἴτιος τοῦ τε βίου καὶ τῶν νοσέων τοῖσι νοσέουσι. τοσαύτη δὲ τυγχάνει πᾶσι χρείη τοῖσι σώμασι (403) τοῦ πνεύματος ἐοῦσα, ὥστε τῶν μὲν ἄλλων

dem? aut a quonam hic abeſt, aut cui non praeſens eſt? Quod enim coelum et terram interjacet, id omne ſpiritu plenum eſt, idque hiemis et aeſtatis cauſa exiſtit, per hiemem quidem condenſatum et frigidum, per aeſtatem vero leve et tranquillum. Quin etiam ſolis, lunae et aſtrorum viam ſpiritus dirigit. Igni enim ſpiritus nutrimentum praebet, eoque privatus ignis vivere non poteſt. Atque adeo perennem ſolis curſum aër perennis et tenuis eſſe facit. Quin et in mari quandam eſſe ſpiritus communionem cuivis eſt manifeſtum. Neque enim natantia animantia ſine ſpiritu vivere poſſent. Quonam autem alio pacto cum illo commercium habeant, ſi non per aquam et ex aqua ſpiritum attraherent? Et lunae in eo ſedes eſt ac fundamentum, hicque terrae vehiculum neque quicquam ſpiritu eſt vacuum. Atque haec quidem cauſa cur in caeteris aër tantum poſſit dicta eſt. Mortalibus autem hic tum vitae, tum morborum aegrotis cauſa eſt. Tantaque corporibus omnibus ſpiritus ineſt neceſſitas, ut ſi quidem aliis omnibus et cibis,

Ed. Chart. VI. [214. 215.] Foës. I. 296. 297. Ed. Lind. I. (403.)
ἁπάντων ἀποσχόμενος ὁ ἄνθρωπος καὶ σιτίων καὶ ποτῶν δύναιτ' ἂν ἡμέρας δύο καὶ τρεῖς καὶ πλείονας διάγειν, [215] ἢν δέ τις ἐπιλάβοι τὰς τοῦ πνεύματος εἰς τὸ σῶμα διεξόδους ἐν βραχεῖ μέρει ἡμέρης, ἀπόλλοιτο ἂν ὡς μεγίστης χρείης ἐούσης τῷ σώματι τοῦ πνεύματος. || ἔτι τοίνυν τὰ μὲν ἄλλα πάντα διαλείπουσιν ἄνθρωποι πρήσσοντες. ὁ γὰρ βίος μεταβολέων πλέως ἐστὶ, τοῦτο δὲ μοῦνον ἀεὶ διατελέουσιν ἅπαντα τὰ θνητὰ ζῶα πρήσσοντα, τοτὲ μὲν ἐμπνέοντα, τοτὲ δὲ ἐκπνέοντα. ὅτι μὲν οὖν μεγάλη κοινωνίη ἅπασι τοῖσι ζώοισι τοῦ ἠέρος ἐστὶν εἴρηται. μετὰ τοῦτο τοίνυν εὐθέως ῥητέον ὅτι οὐκ ἄλλοθέν ποθεν εἰκός ἐστι γίνεσθαι τὰς ἀῤῥωστίας μάλιστα ἢ ἐντεῦθεν, ὅταν τοῦτο ἢ πλέον ἢ ἔλασσον ἢ καὶ ἀθρωώτερον καὶ μεμιησμένον νοσεροῖσι μιάσμασιν ἐς τὸ σῶμα ἐσέλθῃ. περὶ μὲν οὖν ὅλου τοῦ πρήγματος ἀρκεῖ μοι ταῦτα. μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς αὐτὰ τὰ ἔργα τῷ λόγῳ πορευθεὶς ἐπιδείξω τὰ νοσήματα τούτου ἀπόγονά τε καὶ ἔκγονα πάντα ἐόντα. πρῶτον δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοτάτου νοσήματος ἄρξομαι πυρετοῦ. τοῦτο γὰρ τὸ νόσημα πᾶσι ἐφεδρεύει τοῖσιν ἄλλοισιν νουσήμασι, μάλιστα δὲ

et potionibus quis abſtineat, duos tamen et tres, vel plures dies poſſit vitam ducere. At ſi quis ſpiritus in corpus vias intercipiat, vel exigua diei parte homini pereundum ſit. Adeo neceſſarius eſt uſus ſpiritus in corpore. Ad haec quoque cum ab omnibus aliis actionibus homines quiescant, quod mutationibus innumeris vita ſit expoſita, ab hac tamen ſola actione nunquam deſiſtunt animantia, quin aut ſpiritum adducant aut reddant. Quod igitur omnibus animantibus cum aëre maxima intercedit communio dictum eſt. Huic quoque orationi ſubjiciendum, morbos unquam vix aliunde quam ab aëre oriri poſſe, cum is aut copioſior, aut parcior, aut etiam plenior, aut et morbidis inquinamentis infectus in corpus ſubierit. De tota re igitur haec mihi ſufficere videntur. Deinceps autem ad opera ipſa oratione progreſſus, morbos omnes iſtius ſobolem eſſe et ab hoc oriundos demonſtrabo. Ac primum a febre maxime communi morbo exordium ducam, quae omnium aliorum morborum, praecipue

©BIUM

Ed. Chart. VI. [215.] Foës. I. 297. Ed. Lind. I. (403. 404.)

φλεγμονῇ. δηλοῖ δὲ τὰ γινόμενα προσκόμματα. ἅμα γὰρ τῇ φλεγμονῇ εὐθὺς βουβὼν καὶ πυρετὸς ἕπεται. ἔστι δὲ δισσὰ ἔθνεα πυρετῶν, ὡς ταύτῃ διελθεῖν, ὁ μὲν κοινὸς ἅπασι, καλεόμενος λοιμός· ὁ δὲ διὰ πονηρὴν δίαιταν ἰδίην τοῖσι πονηρῶς διαιτεσμένοισι γινόμενος. (404) ἀμφοτέρων δὲ τουτέων αἴτιος ὁ ἀήρ. ὁ μὲν οὖν κοινὸς πυρετὸς διὰ τοῦτο τοιοῦτός ἐστιν ὅτι τὸ πνεῦμα ταὐτὸ πάντες ἕλκωσιν. ὁμοίῳ δὲ ὁμοίως τοῦ πνεύματος τῷ σώματι μιχθέντος ὅμοιοι καὶ οἱ πυρετοὶ γίνονται. ἀλλ' ἴσως φήσει τις, διὰ τί οὖν οὐχ ἅπασι τοῖσι ζώοισι, ἀλλ' ἔθνει τινὶ αὐτέων ἐμπεριπίπτουσιν αἱ τοιαῦται νοῦσοι; διότι, φαίην ἄν, διαφέρει σῶμα σώματος καὶ φύσις φύσιος καὶ τροφὴ τροφῆς. οὐ γὰρ πᾶσι τοῖσιν ἔθνεσι τῶν ζώων ταὐτὰ οὔτ' ἀνάρμοστα οὔτ' εὐάρμοστά ἐστιν, ἀλλ' ἕτερα ἑτέροισι ξύμφορα. ὁκόταν μὲν οὖν ὁ ἀὴρ τοιουτέοισι πλησθῇ μιάσμασι ἃ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει πολέμια ἐστὶν, ἄνθρωποι τότε νοσέουσιν. ὅταν δὲ ἑτέρῳ τινὶ ἔθνει ζώων ὁ ἀὴρ ἀνάρμοστος ᾖ, τὸ νούσημα κεῖνο νοσέουσιν. αἱ μὲν οὖν

vero inflammationis comes eſt. Quod indicant ex pedum offenſionibus exortae noxiae. Mox enim cum inflammatione inguinum tumor et febris conſequitur. Febrium autem duo ſunt genera, ut id quoque hic attingam, unum quidem omnibus commune peſtis appellatur, alterum vero ob privatam cujusque malam victus rationem contingens. Horum autem utriusque aër auctor exiſtit. Communis igitur febris ideo communiter omnes invadit, quod eundem omnes ſpiritum attrahunt, et ſimili corpori ſpiritu ſimiliter permixto ſimiles oriuntur febres. At forte objiciat quispiam, cur igitur non omnibus animantibus, ſed alicui ipſorum generi ejusmodi morbi contingunt? Cujus rei cauſam eſſe dixerim, quod corpus a corpore, natura a natura, et alimentum ab alimento differt. Neque enim cuivis animantium generi eadem ſunt commoda aut incommoda, ſed alia aliis conveniunt. Cum igitur aër inquinamentis hujusmodi quae hominum naturae adverſantur plenus fuerit, tum homines aegrotant. Quando vero alteri cuidam animantium generi aër incommodus fuerit, tunc eo morbo corripitur. Quinam

Ed. Chart. VI. [215. 216.] Foës. I. 297. Ed. Lind. I. (404. 405.)

δημόσιαι οὖσαι τῶν νούσων εἴρηνται. καὶ ὅ τι καὶ ὅκως καὶ οἷσι καὶ ἀφ' οὗ γίνονται, τὸν δὲ διὰ πονηρὴν δίαιταν γινόμενον πυρετὸν διέξειμί σοι. πονηρὴ δέ ἐστιν ἡ τοιήδε δίαιτα· τοῦτο μὲν οὖν ὅταν τις πλείονας τροφὰς ἢ ὑγρὰς ἢ ξηρὰς δίδωσι τῷ σώματι ἢ τὸ σῶμα δύναται φέρειν καὶ πόνον μηδένα τῷ πλήθει τῶν τροφῶν ἀντιτίθησι, τοῦτο δὲ ὅταν ποικίλας καὶ ἀνομοίους ἀλλήλῃσιν ἐσπέμπῃ τροφάς. τὰ γὰρ ἀνόμοια στασιάζει, καὶ τὰ μὲν θᾶσσον, τὰ δὲ σχολαίτερον πέσσεται. μετὰ δὲ πολλῶν σιτίων ἀνάγκη καὶ πολλὸν πνεῦμα εἰσιέναι. μετὰ πάντων γὰρ τῶν (405) ἐσθιομένων καὶ πινομένων εἴσεισι πνεῦμα ἐς τὸ σῶμα ἢ πλέον ἢ ἔλασσον. φανερὸν δὲ τοῦτο τῷδε ἐστίν. ἐρευγμοὶ γὰρ γίνονται μετὰ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ τοῖσι πλείστοισιν. ἀνατρέχει γὰρ ὁ κατακλεισθεὶς ἀὴρ, ὁκόταν ἀναῤῥήξῃ τὰς πομφόλυγας ἐν ᾗσι κρύπτεται. ὅτε οὖν τὸ σῶμα σιτίων πλησθῇ καὶ πνεύματος πλησμονὴ ἐπὶ πλεῖον γίνεται, [216] τῶν σιτίων χρονιζομένων. χρονίζεται δὲ τὰ σιτία διὰ πλῆθος οὐ δυνάμενα διελ-

igitur populares ſint morbi, et quamnam ob cauſam et quanam ratione, ex quibus et unde oriantur dictum eſt, febrem autem quae ex prava victus ratione oritur tibi deinceps exponam. Eſt autem ejusmodi prava victus ratio, primum quidem cum quis copioſiores cibos, aut liquidos aut ſiccos corpori exhibeat quam ipſum ferre poſſit, neque labore aliquo ciborum copiam compenſat: deinde cum varios et diſſimiles inter ſe cibos immittat. Diſſimilia enim ſeditionem excitant, et alia citius, alia tardius concoquuntur. At cum multis cibis multum etiam ſpiritum ingeri neceſſe eſt. Nam cum omnibus his quae eduntur, aut bibuntur, ſpiritus aut copioſior, aut paucior ſubit. Atque id inde manifeſtum eſt, quod eructationes plerisque poſt aſſumptos cibos et potus accidunt, nimirum cum incluſus aër recurrat, ubi bullas in quibus latet perfregerit. Quando igitur corpus cibis expletum fuerit, tum ſpiritus quoque magna copia accedit, diutius immorantibus cibis, qui quidem cum prae multitudine exire nequeant diutius, immorantur. Obſtructo autem inferiore ventre in univerſum corpus flatus

©BIUM

Ed. Chart. VI. [216.] Foës. I. 297. 298. Ed. Lind. I. (405. 406.)

θεῖν. ἐμφραχθείσης δὲ τῆς κάτω κοιλίης εἰς ὅλον τὸ σῶμα διέδραμον αἱ φῦσαι. προσπεσοῦσαι δὲ τὰ ἐναιμότατα τοῦ σώματος ἔψυξαν. τουτέων δὲ τῶν τόπων ψυχθέντων ὅκου αἱ πηγαὶ καὶ αἱ ῥίζαι τοῦ αἵματός εἰσι, διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἡ φρίκη διῆλθεν. ἅπαντος δὲ τοῦ αἵματος ψυχθέντος ἅπαν τὸ σῶμα φρίσσει. διὰ τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον αἱ φρῖκαι γίνονται πρὸ τῶν πυρετῶν. ὅκως δ' ἂν ὁρμήσωσιν αἱ φῦσαι πλήθει καὶ ψυχρότητι, τοιοῦτον γίνεται καὶ ῥῖγος, || ἀπὸ μὲν πλειόνων καὶ ψυχροτέρων ἰσχυρότερον, ἀπὸ δὲ ἐλασσόνων καὶ ἧσσόν τι ψυχρῶν ἧσσον ἰσχυρόν. ἐν δὲ τῇσι φρίκῃσι καὶ οἱ τρόμοι τοῦ σώματος κατὰ τόνδε γίνονται τὸν τρόπον. τὸ αἷμα φοβεόμενον τὴν παροῦσαν φρίκην, συντρέχει καὶ διέξεισι κατὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐς τὰ θερμότατα. αὗται μὲν οὖν αἱ ἄλλαι. καθαλλομένου δὲ τοῦ αἵματος ἐκ τῶν ἀκρωτηρίων τοῦ σώματος τὰ σπλάγχνα τρομέουσι καὶ αἱ σάρκες. τὰ μὲν γὰρ τοῦ σώματος γίνεται (406) πολύαιμα, τὰ δὲ ἄναιμα. τὰ μὲν οὖν ἄναιμα διὰ τὴν ψύξιν οὐκ ἀτρεμέουσιν, ἀλλὰ πάλλονται. τὸ γὰρ θερμὸν ἐξ αὐτέων ἐκλέλοιπε. τὰ δὲ

percurrunt, et ad ſanguine refertas corporis partes illapſi eas refrigerant. At refrigeratis his locis, in quibus fontes et radices ſanguinis continentur, per univerſum corpus horror penetrat. Univerſo autem ſanguine perfrigerato totum quoque corpus horror occupat. Hanc igitur ob cauſam primum horrores ante febres oriuntur, et quo majore copia et frigiditate flatus irruperint, talis quoque rigor conſequitur, a pluribus quidem et frigidioribus vehementior, a paucioribus vero minusque frigidis minus quoque vehemens. Cum horroribus autem corporis quoque tremores ad hunc modum contingunt. Sanguis enim praeſentem horrorem metuens, per totum corpus perreptat, et ad maxime calidas partes concurrit. Atque hi ſunt ejus ſaltus. Deſiliente autem ab extremis corporis partibus ſanguine et viscera et carnes contremiscunt. Aliae enim corporis partes copioſo ſanguine refertae, aliae exangues exiſtunt. Atque exangues quidem ob frigus minime conquiescunt, ſed conculiuntur, quod eas calor deſtituerit. Quae vero ſanguine

Ed. Chart. VI. [216.] Foës. I. 298. Ed. Lind. I. (406.)

πολύαιμα διὰ τὸ πλῆθος τοῦ αἵματος τρέμουσι καὶ φλεγμονὰς ἐμποιέει. οὐ γὰρ δύναται πολλὸν γινόμενον ἀτρεμίζειν. χασμῶνται δὲ πρὸ τῶν πυρετῶν ὅτε πολὺς ἢ ὁ ἀὴρ ἀθροισθεὶς, ἀθρόον τε ἄνωθεν διεξιὼν ἐξεμόχλευσε καὶ διέστησε τὸ στόμα. ταύτη γὰρ εὐδιέξοδός ἐστιν. ὡς γὰρ ἀπὸ τῶν λεβήτων ἀτμὸς ἀνέρχεται πολὺς ἑψομένου τοῦ ὕδατος, οὕτω καὶ σώματος θερμαινομένου δίεισι διὰ τοῦ στόματος ὁ ἀὴρ ξυνεστραμμένος καὶ βίῃ φερόμενος. καὶ τά τε ἄρθρα διαλύονται πρὸ τῶν πυρετῶν. χλιαινόμενα γὰρ τὰ νεῦρα διΐστανται. ὁκόταν δὲ συναλισθῇ ἀθροισθὲν τὸ πλεῖστον τοῦ αἵματος, διαθερμαίνεται πάλιν ὁ ἀὴρ ὁ ψύξας τὸ αἷμα κρατηθεὶς ὑπὸ τῆς θερμότητος. διάπυρος δὲ καὶ μύδρος γενόμενος ἐν ὅλῳ τῷ σώματι τὴν θερμασίην ἐνειργάσατο. συνεργὸν δὲ αὐτῷ τὸ αἷμά ἐστι. τήκεται γὰρ πυρούμενον καὶ γίνεται πνεῦμα ἐξ αὐτοῦ. τοῦ δὲ πνεύματος προσπίπτοντος πρὸς τοὺς πόρους τοῦ σώματος οἱ ἱδρῶτες γίνονται. τὸ δὲ πνεῦμα συνιστάμενον ἐς ὕδωρ ἔρχεται καὶ διὰ τῶν πόρων διεξελθὸν ἔξω περαιοῦται τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ ἀπὸ

replentur ob ſanguinis copiam contremiscunt et inflammationes excitant. Neque enim fieri poteſt ut ſanguinis copia conquiescat. Oscitationes autem febres praecedunt, cum magna copia coacervatus aër fuerit, confertimque ad ſuperiora erumpens tanquam machinatione aliqua os diducit, quod hac ei facillimus exitus pateat. Quemadmodum enim ab aqua in lebetibus ebulliente vapor copioſus evehitur, ſic corpore concalefacto aër coacervatus et vi quadam delatus per os erumpit. Articuli quoque ante febres exolvuntur. Calefacti enim nervi relaxantur. Coacto autem cumulatim plurimo ſanguine aër ipſe qui ſanguinem refrigeravit a calore ſuperatur, rurſus incalescit incenſusque ac velut igneus exiſtens in toto corpore calorem excitat, ad id etiam ſubſerviente ipſo ſanguine. Quod enim incenſum eſt liquatur, ex eoque ſpiritus oritur, quo ad corporis meatus irrumpente ſudores fiunt. Coactus autem ſpiritus in aquam abit, et per meatus ſubiens ad eundem modum foras erum-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 804 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VI. [216. 217.] Foës. I. 298. Ed. Lind. I. (406. 407.)
τῶν ἐψομένων ὑδάτων ὁ ἀτμὸς ἐπανιὼν, ἢν ἔχῃ στερέωμα πρὸς ὅ τι χρὴ προσπίπτειν, παχύνεται καὶ πυκνοῦται καὶ σταγόνες ἀποπίπτουσιν ἀπὸ τῶν σωμάτων, οἷσιν ἂν ὁ ἀτμὸς προσ(407)πίπτῃ. πόνοι δὲ τῆς κεφαλῆς ἅμα τῷ πυρετῷ γίνονται διὰ τόδε. στενοχωρίῃ τῇσι διεξόδοισιν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ αἵματος γίνεται. πεπλήρωνται γὰρ ἠέρος. πλησθεῖσαι δὲ καὶ πρησθεῖσαι τὸν πόνον ἐμποιέουσι ἐν τῇ κεφαλῇ. βία γὰρ τὸ αἷμα βιαζόμενον διὰ στενῆς ὁδοῦ θερμὸν ἐὸν, οὐ δύναται περαιοῦσθαι ταχέως. πολλὰ γὰρ ἐμποδών ἐστιν αὐτῷ κωλύματα καὶ ἐμφράγματα. διὸ δὴ καὶ οἱ σφυγμοὶ γίνονται ἀμφὶ τοὺς κροτάφους. οἱ μὲν οὖν πυρετοὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔφην, γίνονται καὶ τὰ μετὰ τῶν πυρετῶν ἀλγήματα καὶ νοσήματα. [217] τῶν δὲ ἄλλων ἀῤῥωστημάτων ὁκόσοι μὲν ἂν εἰλεοὶ εἶεν, ἢ εἰλήματα ἢ στρόφοι ἢ ἕτερα ἀποστηρίγματα, φύσας εἶναι αἴτια ἅπασιν ἡγέομαι φανερὸν εἶναι. πάντων γὰρ τῶν τοιουτέων αἰτίη τοῦ πνεύματος ἡ διόδευσις. τοῦτο γὰρ ὁκόταν προσπέσῃ πρὸς τόπους ἁπαλοὺς καὶ ἀήθεας καὶ ἀθίκτους, ὥσπερ τόξευμα ἐγκείμενον διαδῦνον, διὰ τῆς σαρκὸς

pit, quo a ferventibus aquis ſublatus vapor, ſi ad ſolidum quiddam impingat, incraſſeſcit ac condenſatur, guttaeque ab his corporibus in qua vapor impegit decidunt. Capitis autem dolores una cum febre hanc ob cauſam oriuntur. Sanguinis in capite viis anguſtia contingit, cum aëre replentur eaeque repletae ac diſtentae capiti dolorem afferunt. Sanguis enim vi pulſus cum calidus exiſtat, per anguſtam viam tranſire celeriter nequit, quod eum multa remorentur quae impediunt et obſtruunt. Eamque ſane ob cauſam pulſationes circa tempora contingunt. Ad hunc ergo modum quem dixi febres contingunt, et cum febribus dolores et morbi. Aliarum autem aegritudinum, quales ſunt volvuli, aut inteſtinorum convolutiones, aut tormina, aut alii obfirmati et inhaerentes morbi, a flatibus cauſam dependere cuivis eſſe manifeſtum exiſtimo. Horum enim omnium ſpiritus trajectio cauſa eſt. Hic enim ubi ad loca tenera, inaſſueta nec prius attacta incubuit, ad inſtar ſpiculi infixi carnes ſub-

Ed. Chart. VI. [217.] Foës. I. 298. 299. Ed. Lind. I. (407. 408.)
προσπίπτει ποτὲ μὲν πρὸς τὰ ὑποχόνδρια, ποτὲ δὲ πρὸς τὰς λαπάρας, ποτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα. διὸ δὴ καὶ θερμαίνοντες ἔξωθεν πυριήμασι πειρῶνται μαλθάσσειν τὸν πόνον. ἀραιουμένου γὰρ ὑπὸ τῆς θερμασίης τοῦ χρωτὸς τοῦ πυριήματος, διέρχεται τὸ πνεῦμα διὰ τοῦ σώματος ὥστε παῦλάν τινα γενέσθαι τῶν πόνων. ἴσως δ' ἄν τις εἴποι, πῶς οὖν τὰ ῥεύματα γίνεται διὰ τὰς φύσας; ἢ τίνα τρόπον τῶν αἱμορραγιῶν τῶν περὶ τὰ στέρνα τοῦτο αἴτιον ἐστίν; οἶμαι δὲ καὶ ταῦτα δηλώσειν διὰ ταὐτὰ γινόμενα. ὅταν περὶ (408) τὴν κεφαλὴν αἱ φλέβες γεμισθῶσιν ἠέρος, πρῶτον μὲν ἡ κεφαλὴ βαρύνεται τῶν φυσέων ἐγκειμένων· ἔπειτα ἐνειλεῖται τὸ πνεῦμα κατὰ τὸ || αἷμα διὰ τὴν στενότητα τῶν ὁδῶν. τὸ δὲ λεπτότατον τοῦ αἵματος διὰ τῶν φλεβῶν ἐκθλίβεται. τοῦτο δὴ τὸ ὑγρὸν ὅταν ἀθροισθῇ, ῥεῖ δι' ἄλλων πόρων. ὅκου δ' ἂν ἀθρόον ἀφίκηται τοῦ σώματος, ἐνταῦθα ξυνίσταται ἡ νοῦσος. ἐπὴν μὲν οὖν ἐπὶ τὴν ὄψιν ἐλθῃ, ταύτης ὁ πόνος· ἢν δὲ ἐς τὰς ἀκοάς, ἐνταῦθ' ἡ νοῦσος· ἢν δὲ ἐς τὰς ῥῖνας,

bit, et interdum quidem ad praecordia, interdum etiam ad laterum inanitates, quandoque vero ad utramque partem irrumpit. Eam ſane ob cauſam etiam foris adhibitis calidis fomentis dolorem lenire conantur. Rareſacta enim cute per fomenti calorem ſpiritus extra corpus pervadit, ac proinde dolorem quies quaedam conſequitur. Ac fortaſſe dixerit quiſpiam, quanam ergo ratione fluxiones a flatibus contingunt? aut quonam modo ſanguinis eruptionum circa pectus cauſa exiſtunt? Haec autem iſtis de cauſis fieri me declaraturum exiſtimo. Cum capitis venae aëre repletae fuerint, primum quidem caput urgentibus flatibus gravatur. Deinde ſpiritus una cum ſanguine propter viarum anguſtiam intus convolvitur, id vero quod in ſanguine eſt tenuiſſimum per venas foras eliditur. Hoc ſane humidum ubi copioſum coacervatum fuerit, per alios meatus effluit, cumque conſertum ad aliquam corporis partem pervenerit, ibi morbus contrahitur. Ubi igitur ad oculos venerit, ii laborant; ſi ad aures, ibi morbus eſt; ſi ad

©BIUM

Ed. Chart. VI. [217.] Foës. I. 299. Ed. Lind. I. (408. 409.)

κόρυζα γίνεται· ἢν δὲ ἐς τὰ στέρνα, βράγχος καλέεται. τὸ γὰρ φλέγμα δριμέσι χυμοῖσι μεμιγμένον, ὅποι ἂν προσπέσῃ ἐς ἀήθεας τόπους, ἕλκοῖ. τῇ δὲ φάρυγγι ἁπαλῇ ἐούσῃ καὶ τὸ ῥεῦμα προσπῖπτον τραχύτητα ἐργάζεται. τὸ γὰρ πνεῦμα τὸ διαπνεόμενον διὰ τῆς φάρυγγος ἐς τὰ στέρνα βαδίζει καὶ πάλιν ἐξέρχεται διὰ τῆς ὁδοῦ ταύτης. ὅταν δὲ ξυμβάλλῃ τῷ πνεύματι τὸ ῥεῦγμα κάτωθεν τῷ ἀνιόντι, βὴξ ἐπιγίνεται καὶ ἀναῤῥίπτεται ἄνω τὸ φλέγμα. τουτέων δὲ τοιουτέων ὄντων ἡ φάρυγξ ἕλκοῦται καὶ τρηχύνεται καὶ θερμαίνεται καὶ ἕλκει τὸ ἐκ τῆς κεφαλῆς ὑγρὸν θερμὴ ἐοῦσα. ἡ δὲ κεφαλὴ πάλιν παρὰ τοῦ ἄλλου σώματος λαμβάνουσα ταύτῃ δίδωσιν. ὁκόταν γοῦν ἐθισθῇ τὸ ῥεῦμα οὕτως ῥέειν καὶ χαραδραθέωσιν οἱ πόροι, διαδίδωσι δὴ καὶ ἐς τὰ στέρνα. δριμὺ δὲ ὂν τὸ φλέγμα προσπῖπτόν τε τῇ σαρκὶ ἕλκοῖ καὶ ἀναῤῥηγνύει τὰς φλέβας. ὁκόταν δὲ ἐκχυθῇ τὸ αἷμα εἰς ἀλλότριον τόπον χρονιζόμενον καὶ σηπόμενον, γίνεται πῦον καὶ οὔτε ἄνω δύναται ἀνελ(409)θεῖν οὔτε κάτω ὑπελθεῖν. ἄνω γὰρ οὐκ εὔπορος ἡ πορείη προσάντης τὶς οὖσα ὑγρῷ πρήγματι καὶ ἑτέρῳ

nares, gravedo exoritur; ſi ad pectus, raucedo appellatur. Pituita namque acribus humoribus permixta, ubi in loca minime aſſueta irruperit, ea exulcerat. Cum vero ad fauces teneras etiam fluxio ingruit, eas exaſperat. Spiritus enim per fauces reſpiratione attractus ad pectus fertur, ac rurſus per eandem viam effertur. At ubi deorſum de lata pituita ſpiritui aſcendenti occurrerit, tuſſis ſupervenit et pituita ſuperne rejicitur. Quibus ita ſe habentibus fauces exulcerantur, exaſperantur et incenduntur, caleſactae vero humorem ex capite attrahunt, caput autem rurſus a reliquo corpore aſſumens iis transmittit. Cum igitur hunc in modum fluxio effluere conſueverit, meatusque velut in torrentis alveum excavati fuerint, ad pectus quoque transfundunt. Acris autem exiſtens pituita et in carnem irrumpens venas exulcerat et refringit. Sanguis vero in alienum locum effuſus mora computrescens in pus vertitur, neque ſurſum conſcendere, neque infra ſubire poteſt. Neque enim naturae humidae, ut neque quibusvis aliis rebus quae in ſe admix-

Ed. Chart. VI. [217. 218.] Foës. I. 299. Ed. Lind. I. (409.)
παντὶ βάρος ἔχοντι· κάτω δὲ κωλύει φραγμὸς ὁ τῶν φρενῶν. διότι δή ποτε τὸ ῥεῦμα τὸ ἄνευ πνεύματος ἀναῤῥηγνύμενον ἀναῤῥήγνυται τὸ μὲν αὐτόματον, τὸ δὲ διὰ πόνους· αὐτόματον μὲν οὖν ὅταν αὐτόματος ὁ ἀὴρ εἰσελθὼν εἰς τὰς φλέβας στενοχωρίην ποιήσῃ τῇσι τοῦ αἵματος διεξόδοισι. τότε γὰρ πιεζόμενον τὸ αἷμα πολὺ γενόμενον ἀναῤῥηγνύει τοὺς πόρους ᾗ ἂν ὡς τὰ μάλιστα βρίσῃ. ὁκόταν δὲ πλῆθος αἵματος ῥαγῇσαν καὶ τούτοισιν οἱ πόνοι πνεύματος ἐπλήσαν τὰς φλέβας, ἀνάγκη γὰρ τὸν πονέοντα τόπον κατέχειν τὸ πνεῦμα, τἄλλα τοῖσιν εἰρημένοισιν ὅμοια γίνεται. [218] τὰ δὲ ῥήγματα γίνεται διὰ τάδε. ὁκόταν ὑπὸ βίης διαστέωσιν αἱ σάρκες ἀπ' ἀλλήλων, ἐς δὲ τὴν διάστασιν ὑποδράμῃ πνεῦμα, τοῦτο τὸν πόνον παρέχει. ἢν δὲ διὰ τῶν σαρκῶν αἱ φῦσαι διεξιοῦσαι τοὺς πόρους τοῦ σώματος ἀραιοὺς ποιήσωσιν· ἕπεται δὲ τῇσι φύσεσιν ὑγρασίη, ἧς τὴν ὁδὸν ὁ ἀὴρ ἀπειργάσατο. διαβρύχου δὲ γενομένου τοῦ σώματος ὑπεκτήκονται μὲν αἱ σάρκες, οἰδήματα δὲ ἐς τὰς κνήμας καταβαίνει· καὶ λέγεται τὸ τοιοῦτον νόσημα ὕδρωψ. μέγιστον δὲ σημεῖον ὅτι

tam gravitatem habent, facilis eſt ſurſum via cum acclivis exiſtat. Infra autem ſubire ſeptum transverſum vetat. Quam ſane ob cauſam fluxionem interdum citra ſpiritum perrumpi contingit, et partim ſponte quidem, partim vero ob dolores. Ac ſponte quidem, cum aër ultro venas ſubiens ſanguinis vis coarctat. Compreſſus enim ſanguis ſua copia, qua maxime impreſſionem fecerit venas perrumpit. Ubi vero ſanguinis copia effuſa fuerit, in his etiam dolores ſpiritu venas complent. Affectum enim locum ſpiritum continere neceſſe eſt aliaque dictis ſimilia contingere. At vero ruptiones has ob cauſas contingunt, cum vi quadam a ſe invicem carnes discedunt ac divelluntur et in ipſam diſceſſionem ſpiritus dolorem inferens ſubierit. Quod ſi flatus per carnes perrumpentes corporis meatus rareſecerint, eos humiditas conſequitur, cui viam aër antea ſtruxit. Corpore autem madore perfuſo carnes quidem colliquescunt, tumores ad tibias deſcendunt, et morbus hic hydrops

©BIUM

Ed. Chart. VI. [218.] Foës. I. 299. 300. Ed. Lind. I. (409. 410.)

φῦσαι τοῦ νοσήματος εἰσὶν αἴτιαι τόδε ἐστίν. ἤδη τινὲς ὀλεθρίως ἔχοντες ἐκλύθησαν καὶ ἐκενώθησαν τοῦ ὕδατος. παραυτίκα μὲν οὖν τὸ ἐξιὸν ἐκ τῆς κοιλίης ὕδωρ πολὺ φαίνεται· χρονιζόμενον δὲ ἔλασσον γίνεται. διὰ τί δὴ γίγνεται καὶ τοῦτο δηλον· ὅτι παραυτίκα μὲν τὸ ὕδωρ (410) ἠέρος πλῆρές ἐστιν, ὁ δὲ ἀὴρ ὄγκον παρέχεται μέγαν, ἀπιόντος δὲ τοῦ πνεύματος ὑπολείπεται τὸ ὕδωρ αὐτό. διὸ δὴ φαίνεται μὲν μικρὸν ἐὸν, ἔστι δὲ ἶσον. ἄλλο δὲ αὐτῶν τόδε σημεῖον. κενωθείσης γὰρ παντελῶς τῆς κοιλίης οὐ τρεῖς ἡμέραι διέλθωσι καὶ πάλιν πλήρης γίνεται. τί οὖν ἄρα ἐστὶ τὸ πληρῶσαν ἀλλ' ἢ τὸ πνεῦμα; τί γὰρ ἂν οὕτως ἄλλο ταχέως ἐξεπλήρωσεν; οὐ γὰρ δήπου ποτὸν ἴσως τοσοῦτον ἐσῆλθεν ἐς τὸ σῶμα. καὶ μὴν οὐδὲ σάρκες ὑπάρχουσιν αἰτίαι ἀποτακησόμεναι. λείπεται γὰρ ὀστέα καὶ νεῦρα καὶ ἶνες, ἀφ' ὧν οὐδενὸς οὐδεμίη δύναιτ' ἂν αὔξησις ὕδατος γεγενῆσθαι. τὸ μὲν οὖν αἴτιον τοῦ ὕδρωπος ἤδη εἴρηται· || αἱ δὲ ἀποπληξίαι γίνονται καὶ αὗται διὰ τὰς φύσας. ὅταν γὰρ αἱ φῦσαι ψυχραὶ οὖσαι

dicitur. Quod autem hujus morbi cauſa ad flatum referri debeat id maximo eſt argumento quod jam pernicioſe affecti quidam aqua evacuata plane ſunt liberati. Quae quidem ſimulatque e ventre erumpit, multa apparet, paulum autem morata imminuitur. Cujus rei etiam cauſa manifeſta eſt, quod quae quidem ſtatim erumpit aqua aëre plena eſt, eoque valde intumescit. Cum autem ſpiritus deceſſerit eadem plane aqua relinquitur, quae ſane quidem pauca apparet, cum tamen aequalis ſit. Eſt et hoc aliud ejus rei indicium, quod venter penitus vacuatus intra tridui ſpatium rurſus impletur. Quidnam igitur aliud quam ſpiritus impleat? quidve aliud tam cito implere poſſit? Neque enim tanta potus copia in corpus ingeſta eſt, ac neque carnes quae colliquescent in cauſa eſſe poſſunt, cum oſſa ſuperſint et nervi et fibrae, ex quibus nulla quidem tanta aquae copia augeri poteſt. Atque hydropis quidem cauſa jam dicta eſt. At vero et ſiderationes corporis, apoplexiae dictae, ex flatibus oriuntur, nimirum quando fla-

Ed. Chart. VI. [218.] Foës. I. 300. Ed. Lind. I. (410. 411.)

καὶ πολλαὶ διαδύνωσι καὶ ἐμφυσήσωσιν ἐς τὰς σάρκας, ἀναίσθητα γὰρ ταῦτα γίνεται τοῦ σώματος, ἢν μὲν οὖν πολλαὶ φῦσαι ἐν ὅλῳ τῷ σώματι διατρέχωσιν, ὅλος ὁ ἄνθρωπος ἀπόπληκτος γίνεται· ἢν δὲ ἐν μέρει τινὶ, τοῦτο τὸ μέρος. καὶ ἢν μὲν οὖν ἀπέλθωσιν αὗται, παύεται ἡ νοῦσος, ἢν δὲ παραμένωσι, παραμένει. ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχει, χασμῶνται συνεχῶς. δοκεῖ δέ μοι καὶ τὴν ἱερὴν καλεομένην νοῦσον τοῦτο εἶναι τὸ παρεχόμενον. οἷσι δὲ λόγοισιν ἐμαυτὸν ἔπεισα τούτοισιν αὐτέοισι καὶ τοὺς ἀκούοντας πείσειν πειράσομαι. ἡγέομαι δὲ ἔμπροσθεν μηδὲν εἶναι μᾶλλον τῶν ἐν τῷ σώματι ξυμβαλλόμενων ἐς φρόνησιν ἂν ἢ τὸ (411) αἷμα. τοῦτο δὲ ὅταν ἐν τῷ καθεστηκότι σχήματι μένῃ, μένει καὶ ἡ φρόνησις· ἐξαλλόσσοντος δὲ τοῦ αἵματος μεταπίπτει καὶ τὸ φρόνημα. ὅτι δὲ ταῦθ' ὧδ' ἔχει πολλὰ τὰ μαρτυρέοντα. πρῶτον μὲν ὅπερ ἅπασι ζώοισι κοινόν ἐστιν, ὁ ὕπνος, οὗτος μαρτυρεῖ τοῖσιν εἰρημένοισιν. ὅταν γὰρ ἐπέλθῃ τῷ σώματι ὁ ὕπνος, τότε τὸ αἷμα ψύχεται. φύσει γὰρ πέφυκεν ὁ ὕπνος ψύχειν. ψυ-

tus frigidi et copioſi carnes ſubierint et inflarint. Hae enim corporis partes ſtupidae redduntur. Et ſiquidem multi flatus totum corpus permeant, totus homo attonitus redditur, ſi vero partem aliquam, pars illa. Atque ubi quidem flatus illi diſceſſerint, morbus ceſſat, ubi vero permanſerint, permanet et morbus. Haec autem ita ſe habere continuae oscitationes indicant. Ac mea quidem opinione hi etiam morbum ſacrum vulgo dictum producere videntur. Quibus autem rationibus adductus ſim, iisdem eos qui audire volent perſuadere conabor. Imprimis autem in animum induco, ex iis quae in corpore inſunt nihil magis ad intelligentiam conferre quam ſanguinem. Is namque ubi conſiſtente habitu perſiſtit, prudentia etiam conſtat. Permutato vero ſanguine, ſimul quoque intelligentia concidit. Cujus rei multa ſunt teſtimonia. Ac primum quidem ſomnus, qui animantibus omnibus communis eſt, quae dicta ſunt confirmat. Is enim ubi corpus corripuerit, tum ſanguis refrigeratur, cum ſuapte natura ſomnus refrigerare ſo-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [218. 219.] Foës. I. 500. Ed. Lind. I. (411. 412.)

χθέντος δὲ τοῦ αἵματος νωθρότεραι γίνονται αἱ διέξοδοι. δῆλον δέ. ῥέπει γὰρ τὰ σώματα καὶ βαρύνεται. πάντα γὰρ τὰ βάρεα πέφυκεν ἐς βυθὸν φέρεσθαι. καὶ τὰ [219] ὄμματα καίεται. καὶ ἡ φρόνησις ἀλλοιοῦται, δόξαι δέ τινες ἕτεραι ἐνδιατρίβουσιν, ἃ δὴ ἐνύπνια καλέονται. πάλιν ἐν τῇσι μέθῃσι πλέονος ἐξαίφνης γενομένου τοῦ αἵματος μεταπίπτουσιν αἱ ψυχαὶ καὶ τὰ ἐν τῇσι ψυχῇσι φρονήματα, καὶ γίνονται τῶν μὲν ὄντων κακῶν ἐπιλήσμονες, τῶν δὲ μελλόντων εὐέλπιδες ἀγαθῶν. ἔχοιμι δ' ἂν πολλὰ τοιαῦτα εἰπεῖν ἐν οἷς αἱ τοῦ αἵματος ἐξαλλαγαὶ τὴν φρόνησιν ἐξαλλάσσουσιν. ἢν μὲν οὖν παντελῶς ἅπαν ἀναταραχθῇ τὸ αἷμα, παντελῶς ἡ φρόνησις ἐξαπόλλυται. τὰ γὰρ παθήματα καὶ τὰ ἀναγνωρίσματα ἐθίσματα ἐστίν. ὅταν δὲ τοῦ εἰωθότος ἔθεος μεταστραφῶμεν, ἀναίρεται ἡμῖν ἡ φρόνησις. φημὶ δὲ τὴν ἱερὴν νοῦσον ὧδε γίνεσθαι· ὅταν πολὺ πνεῦμα κατὰ πᾶν τὸ σῶμα παντὶ τῷ αἵματι μιχθῇ, πολλὰ ἐμφράγματα γίνονται πολλαχῇ ἀνὰ τὰς φλέβας. ἐπειδὰν οὖν ἐς τὰς παχείας (412) καὶ

leat. Perfrigerato autem ſanguine tardiores ſunt ejus pertranſitus. Id vero inde fit manifeſtum, quod corpora ſua gravitate inclinentur, cum gravia omnia ad imum ferri natura ſoleant, oculi clauduntur et intelligentia permutatur, opiniones etiam alienae diutius immorantur, quae certe inſomnia appellantur. Rurſus vero per ebrietatem aucto repente ſanguine, animi functiones ejusque intellectus concidit, et malorum inſtantium obliti futurorum bonorum optimam ſpem concipiunt. Multa etiam ejusmodi commemorare poſſem, in quibus ſanguinis permutationes intelligentiam immutant. Perturbato igitur in totum ſanguine, prorſus quoque intelligentia deperit. Affectus enim et recognitiones inter conſuetudines numerantur. Cum vero a ſolita conſuetudine discedimus, intelligentia nobis tollitur. At ſacrum morbum ad hunc modum fieri cenſeo, cum ſpiritu copioſo per totum corpus univerſo ſanguini permixto obſtructiones multae multis modis circa venas contingunt. Cum igitur in craſſiores et ſanguine abundantes venas copioſus

Ed. Chart. VI. [219.] Foës. I. 300. Ed. Lind. I. (412.)

πολυαίμους τῶν φλεβῶν πολὺς ἀὴρ βρίσῃ, βρίσας δὲ μένῃ, κωλύεται τὸ αἷμα διεξιέναι. τῇ μὲν οὖν ἔστηκε, τῇ δὲ νωθρῶς διεξέρχεται, τῇ δὲ θᾶσσον. ἀνομοίης δὲ τῆς πορείης τοῦ αἵματος διὰ τοῦ σώματος γινομένης παντοῖαι ἀνομοιότητες. πᾶν γὰρ τὸ σῶμα πανταχόθεν ἕλκεται καὶ τετάρακται τὰ μέρη τοῦ σώματος, ὑπηρετοῦντος τῷ θορύβῳ καὶ ταράχῳ τοῦ αἵματος. ὑπὸ δὲ τῆς διαστροφῆς τοῦ αἵματος αἱ διαστροφαὶ τοῦ σώματος παντοίως γίνονται. κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν ἀναίσθητοι πάντων εἰσὶ, κωφοί τε τῶν λεγομένων καὶ τυφλοὶ τῶν γινομένων ἀνάλγητοί τε πρὸς τοὺς πόνους. οὕτω γὰρ ὁ ἀὴρ ταραχθεὶς ἀνετάραξε καὶ τὸ αἷμα καὶ ἐμίηνε. καὶ ἀφροὶ διὰ τοῦ στόματος ἀνατρέχουσι εἰκότως. διὰ γὰρ τῶν σφαγιτίδων φλεβῶν διαδύνων ὁ ἀὴρ ἔρχεται μὲν αὐτὸς, ἀνάγει δὲ μεθ' ὑυτοῦ τὸ λεπτότατον τοῦ αἵματος. τὸ δὲ ὑγρὸν τὸ περιμισγόμενον λευκοῦται. διὰ λεπτῶν γὰρ ὑμένων καθαρὸς ἐὼν ὁ ἀὴρ διαφαίνεται. διὸ δὴ λευκοὶ φαίνονται πάντες οἱ ἀφροί. ποτὲ μὲν οὖν παύονται τῆς νόσου

aër prorupit progreſſusque immoretur, ſanguinis pertransitus prohibetur, atque hic quidem ſiſtitur, ibi vero tardius permeat, alibi autem citius. Ex qua per corpus pervadentis ſanguinis inaequalitate variae inaequalitates contingunt. Totum enim corpus undique contrahitur, et corporis partes perturbantur, ſanguine ipſo ad tumultum et conturbationem ſubminiſtram operam ſuppeditante, et ex ſanguinis perverſione variae etiam undique corporis perverſiones oriuntur. Sub id vero tempus nihil omnino ſentiunt, neque quae dicuntur audiunt, neque quae fiunt vident, neque ullos dolores ſentiunt. Ad hunc enim modum conturbatus aër, ſimul quoque ſanguinem conturbavit et infecit. Quin etiam ſpuma per os non ſine cauſa excurrit. Per jugulares enim venas aër ſubiens exit quidem ipſe, ſecumque id quod in ſanguine eſt tenuiſſimum ſubvehit, humidum vero ſimul permixtum albescit. Aër enim purus per tenues membranas pellucidus apparet, eamque ſane ob cauſam ſpumae omnes albae conſpiciuntur. Qui igitur hoc morbo corripiun-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [219.] Foës. I. 500. 501. Ed. Lind. I. (412. 413.)
καὶ τοῦ παρεόντος χειμῶνος οἱ ὑπὸ τοῦ νοσήματος ἁλισκόμενοι ἐγὼ φράσω. ὁκόταν γυμνασθὲν ὑπὸ τῶν πόνων || τὸ σῶμα θερμανθῇ, θερμαίνεται καὶ τὸ αἷμα· τὸ δὲ αἷμα θερμανθὲν ἐξεθέρμανε τὰς φύσας· αὗται δὲ θερμανθεῖσαι (413) διαλύονται καὶ διαλύουσι τὴν ξύστασιν τοῦ αἵματος· αἱ μὲν οὖν ἐξελθοῦσαι μετὰ τοῦ πνεύματος, αἱ δὲ μετὰ τοῦ φλέγματος· ἀποζέσαντος δὲ τοῦ ἀφροῦ καὶ καταστάντος τοῦ αἵματος καὶ γαλήνης ἐν τῷ σώματι γενομένης πέπαυται τὸ νόσημα. φαίνονται οὖν αἱ φῦσαι διὰ πάντων τούτων πολυτροπώτεραι αἰτίαι οὖσαι, τὰ δ' ἄλλα πάντα συναίτια καὶ μεταίτια. τὸ δὲ αἴτιον τῶν νούσων ἐὸν τοῦτο ἐπιδέδεικταί μοι. ὑπεσχόμην δὲ τὸ αἴτιον τῶν νουσημάτων φράσαι. ἐπέδειξα δὲ τὸ πνεῦμα καὶ ἐν τοῖσι ἄλλοισι πράγμασι δυναστεῦον καὶ ἐν τοῖσι σώμασι τῶν ζώων. ἦγαγον δὲ τὸν λόγον ἐπὶ τὸ γνώρισμα καὶ τῶν νοσημάτων καὶ τῶν ἀῤῥωστημάτων, ἐν οἷσιν ἀληθὴς ὑπόθεσις ἐφάνη. ἀμφὶ δὲ τῶν ἀῤῥωστημάτων εἰ λέγοιμι, μακρότερος μὲν ὁ λόγος γένοιτο ἄν, ἀτρεκέστερος δὲ οὐδὲν ἧττον οὐδὲ πιστότερος.

tur quomodo morbo et praeſenti tempeſtate liberentur ego enarrabo. Cum laboribus exercitatum corpus incaluerit, incalescit etiam ſanguis, qui calefactus flatus quoque calefacit. Ii vero calefacti diſſolvuntur et ſanguinem coactum ſimul diſſolvunt, partimque cum ſpiritu, partim cum pituita foras prodeunt. At ubi deferbuit ſpuma et ſanguis conquievit tranquillitasque in corpore oborta eſt, morbus ceſſat. Horum igitur ſane omnium multis modis flatus cauſae eſſe videntur, caetera vero omnia vel adjuvantis vel conſequentis cauſae rationem habere. Haec vero eſſe morborum cauſa nobis eſt demonſtrata, quod me declaraturum receperam. Spiritum autem cum in aliis rebus, tum vel maxime in animantium corporibus plurimum poſſe demonſtravi. Orationem vero ad morborum et aegritudinum cognitionem perduxi, in quibus hoc argumentum verum eſſe apparuit. Quod ſi reliquas aegritudines oratione perſequi velim, prolixior ſane foret oratio, nihilo tamen minus aut veritatis aut fidei habitura.

Ed. Chart. X. [475.] Foës. I. 301. Ed. Lind. II. (324.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΙΕΡΗΣ ΝΟΣΟΥ.

[475] (324) Περὶ μὲν τῆς ἱερῆς νόσου καλεομένης ὧδ' ἔχει. οὐδέν τί μοι δοκέει τῶν ἄλλων θειοτέρη εἶναι νούσων οὐδὲ ἱερωτέρη, ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχει ἣν καὶ τὰ λοιπὰ νουσήματα ὅθεν γίνεται. φύσιν δὲ αὐτῇ καὶ πρόφασιν οἱ ἄνθρωποι ἐνόμισαν θεῖον εἶναι ὑπὸ ἀπειρίης καὶ θαυμασιότητος, ὅτι οὐδὲν ἔοικεν ἑτέρῃσι νούσοισι. καὶ κατὰ μὲν τὴν ἀπορίην αὐτοῖσι τοῦ μὴ γινώσκειν τὸ θεῖον αὐτῇ διασώζεται, κατὰ δὲ τὴν εὐπορίην τοῦ τρόπου τῆς ἰήσιος ἰῶνται· ἀπολύονται γὰρ ἢ καθαρμοῖσιν ἢ ἐπαοιδῇσιν. εἰ δὲ διὰ τὸ θαυμάσιον θεῖον νομιεῖται, πολλὰ τὰ ἱερὰ νουσήματα ἔσται καὶ οὐχὶ ἕν. ὡς ἐγὼ ἀποδείξω ἕτερα οὐδὲν ἧσσον ἐόντα θαυμάσια οὐδὲ τερατώδεα ἃ οὐδεὶς νομίζει ἱερὰ εἶναι. τοῦτο μὲν γὰρ οἱ πυρετοὶ οἱ ἀμφημερινοὶ καὶ οἱ τριταῖοι καὶ οἱ τεταρταῖοι, οὐδὲν ἧσσόν μοι δοκέουσιν ἱεροὶ εἶναι καὶ ὑπὸ θεοῦ γίνεσθαι ταύτης τῆς νούσου, κἂν οὐ θαυμασίως ἔχωσι. τοῦτο δὲ

HIPPOCRATIS DE MORBO SACRO LIBER.

De morbo ſacro vulgo appellato ſic ſe res habet, neque quicquam aliis morbis divinius aut ſacratius, ſed eandem ex qua reliqui morbi oriuntur naturam habere mihi videtur. Homines vero ex imperitia et admiratione ei naturam quandam et cauſam divinam ineſſe cenſuerunt, quod nulla in re reliquorum morborum ſimilis eſſet. Et per conſilii inopiam quod morbum non cognoscunt illi divinitatem aſſervant, per facile parabilem vero curationis modum ei medentur, cum expiationibus et incantationibus ab eo liberentur. Quod ſi ideo divinus eſſe cenſeatur quod admirabilitatem quandam habeat, multi morbi ſacri futuri ſunt et non unus, quos ego diverſos eſſe demonſtrabo, neque minus admirabiles, neque minus prodigioſos, eos tamen nemo ſacros eſſe exiſtimat. Ac primum quidem febres quotidianae et tertianae et quartanae neque minus ſacrae eſſe neque minus quam hic morbus a deo fieri mihi videntur, quam-

©BIUM

Ed. Chart. X. [475.] Foës. I. 301. 302. Ed. Lind. II. (324. 325.)
ὁρέω μαινομένους ἀνθρώπους καὶ παραφρονέοντας ἀπὸ μηδεμιῆς προφάσιος ἐμφανέος, (325) καὶ πολλά τε ἅμα καὶ ἄκαιρα ποιέοντας, ἔν τε τῷ ὕπνῳ οἶδα πολλοὺς οἰμώζοντας καὶ βοῶντας, τοὺς δὲ καὶ πνιγομένους, τοὺς δὲ καὶ ἀναΐσσοντάς τε καὶ φεύγοντας ἔξω καὶ παραφρονέοντας μέχρις ἂν ἐξεγειρέωνται, ἔπειτα δὲ καὶ ὑγιέας ἐόντας καὶ φρονέοντας ὥσπερ τοπρότερον, ἐόντάς τε αὐτοὺς ὠχρούς τε καὶ ἀσθενέας, καὶ ταῦτα οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πολλάκις, ἄλλά τε πολλά ἐστι καὶ παντοδαπά ὧν ἕκαστον λέγειν πολὺς ἂν εἴη λόγος. ἐμοὶ δὲ δοκέουσιν οἱ πρῶτοι τοῦτο τὸ νόσημα ἀφιερώσαντες τοιοῦτοι εἶναι ἄνθρωποι οἷοι καὶ νῦν εἰσὶ μάγοι τε καὶ καθάρται καὶ ἀγύρται καὶ ἀλαζόνες, ὁκόσοι δὴ προσποιέονται σφόδρα θεοσεβέες εἶναι καὶ πλέον τὶ εἰδέναι. οὗτοι τοίνυν παραμπεχόμενοι καὶ προβαλλόμενοι τὸ θεῖον τῆς ἀμηχανίης τὸ μὴ ἴσχειν ὅ τι προσενέγκαντες ὠφελήσουσιν, ὡς μὴ κατάδηλοι ἔωσιν οὐδὲν ἐπιστάμενοι, ἱερὸν ἐνόμισαν τοῦτο τὸ πάθος εἶναι || καὶ λόγους ἐπιλέξαντες ἐπιτηδείους τὴν ἴησιν κατεστήσαντο ἐς τὸ ἀσφαλὲς σφίσιν ἑωυτοῖσι, καθαρμοὺς

vis admirationem nullam habeant. Deinde vero furore correptos ac desipientes multos ex nulla manifesta causa cum multa tum simul etiam intempestiva facere videmus. Quin etiam multos in sommo lugentes et vociferantes vidi, quosdam etiam suffocatos, quosdam exilientes et fugientes ac desipientes quoad excitarentur, postea vero sanitati restitutos et ut antea resipiscentes, quamvis pallidos et debiles. Idque non semel, sed saepius contingere vidimus. Quin et multa sunt et varia, quae si sigillatim enumerare velimus, prolixa foret oratio. Ac mihi certe qui primi hunc morbum ad deos retulerunt, tales esse videntur quales sunt magi, expiatores, circulatores ac arrogantes ostentatores, qui se valde pios esse plurimumque scire simulant. Hi quippe divinitatis obtentu ac praetextu cum nulla ope prodesse possent, ne insciti am suam proderent, sacram hanc esse affectionem censuerunt, et additis idoneis rationibus, tutam sibi curationis viam proposuerunt, oblatis expiationibus et incantatio-

Ed. Chart. X. [475.] Foës. I. 302. Ed. Lind. II. (325. 326.)

προσφέροντες καὶ ἐπαοιδὰς, λουτρῶν τε ἀπέχεσθαι κελεύοντες καὶ ἐδεσμάτων πολλῶν καὶ ἀνεπιτηδείων ἀνθρώποισι νοσέουσιν ἐσθίειν, θαλασσίων μὲν τρίγλης καὶ μελανούρου, κεστρέος, ἐγχέλυος. οὗτοι γὰρ οἱ ἰχθύες εἰσὶν ἐπικαιρότατοι. κρεῶν δὲ αἰγείου καὶ ἐλαφείου καὶ χοιρείων καὶ κυνός. ταῦτα γὰρ κρεῶν ταρακτικώτατά ἐστι τῆς κοιλίης. ὀρνίθων δὲ ἀλεκτρυόνος καὶ τρυγόνος, ὠτίδος, ἔτι δὲ ὅσα νομίζεται ἰσχυρότατα εἶναι. λαχάνων δὲ μίνθης, σκορόδου καὶ κρομύου. δριμὺ γὰρ ἀσθενέοντι οὐδὲν ξυμφέρει. ἱμά(326)τιον δὲ μέλαν μὴ ἔχειν, θανατῶδες γὰρ τὸ μέλαν. μηδὲ ἐν αἰγείῳ κατακέεσθαι δέρματι μηδὲ φορέειν, μηδὲ πόδα ἐπὶ ποδὶ ἔχειν, μηδὲ χεῖρα ἐπὶ χειρί. ταῦτα γὰρ πάντα κωλύματα εἶναι. ταῦτα δὲ πάντα τοῦ θείου εἵνεκεν προστιθέασιν, ὡς πλέον τι εἰδότες καὶ ἄλλας προφάσιας προλέγοντες, ὅκως εἰ μὲν ὑγιὴς γένοιτο, αὐτῶν ἡ δόξα εἴη καὶ ἡ δεξιότης, εἰ δὲ ἀποθάνοι, ἐν ἀσφαλεῖ καθισταῖντο αὐτῶν αἱ ἀπολογίαι καὶ ἔχοιεν πρόφασιν ὡς οὐκ αἴτιοι εἰσὶν αὐτοὶ, ἀλλ᾽ οἱ θεοί. οὔτε γὰρ φαγέειν οὔτε πιέειν ἔδοσαν φάρμακον οὐδὲν, οὔτε λουτροῖσι

nibus, balneisque interdictis, et multis cibis ad laborantium uſum minime accommodatis. Ac marinis quidem, mullo melanuro, mugili et anguilla, qui pisces praecipue vitandi ſunt. Carnibus vero, caprina, cervina, ſuilla et canina. Nam et ejusmodi carnes ventriculum maxime conturbant. Ex volucribus gallo, turture et otide, praetereaque ab his quae valentiſſima eſſe cenſentur. Ex oleribus autem mentha, allio et caepa. Acrimonia enim aegrotanti nullo modo conducit. Veſtimento etiam nigro uti prohibent, quod niger color mortem ſignificet, aut in pelle caprina decumbere, aut eam geſtare, ac ne pedem pedi, aut manum manui ſuperimponere. Haec enim omnia curationem impedire. Quae omnia divinitatis gratia addunt, velut amplius quiddam ſcientes et alia in ſpecie praetexentes, uti ſi convalescat aeger, iſtud eorum gloriae et ſolertiae attribuatur, ſin vero moriatur, tutam ſibi proponant defenſionem et occaſionem nanciscantur quominus ii in cauſa, ſed dii eſſe videantur, cum nullum quidem medicamentum edendum aut biben-

©BIUM

Ed. Chart. X. [475.] Foës. I. 502. Ed. Lind. II. (326. 327.)

καθήψησαν, ὥστε δοκέειν αἴτιον εἶναι. ἐγὼ δὲ δοκέω Λιβύων τῶν τὴν μεσόγειον οἰκεόντων οὐδένα ὑγιαίνειν, ὅτι ἐν αἰγείοισι δέρμασι κατακείονται καὶ κρέασι αἰγείοισι χρῶνται, ἐπεὶ οὐκ ἔχουσι οὔτε στρῶμα οὔτε ἱμάτιον οὔτε ὑπόδημα ὅ τι μὴ αἴγειόν ἐστιν· οὐ γάρ ἐστιν αὐτοῖς ἄλλο προβάτιον οὐδὲν ἢ αἶγες καὶ βόες. εἰ δὲ ταῦτα προσφερόμενα καὶ ἐσθιόμενα τὴν νοῦσον αὔξει καὶ μὴ ἐσθιόμενα ἰᾶται, οὐκ ἔστιν ἄρα ὁ θεὸς αἴτιος οὐδενὸς, οὐδὲ οἱ καθαρμοὶ ὠφελέουσιν, ἀλλὰ τὰ ἐδέσματα τὰ ἰώμενά τε καὶ βλάπτοντα. τοῦ δὲ θείου ἀφανίζεται ἡ δύναμις. οὕτως οὖν ἔμοιγε δοκέουσι οἵτινες τούτῳ τῷ τρόπῳ ἐγχειρέουσιν ἰῆσθαι ταῦτα τὰ νοσήματα, οὔτε ἱερὰ νομίζειν εἶναι οὔτε θεῖα. ὅκου γὰρ ὑπὸ καθαρμῶν τοιούτων μετάστατα γίνεται καὶ ὑπὸ θεραπείης τοιῆσδε, τί κωλύει καὶ ὑφ' ἑτέρων τεχνημάτων ὁμοίων (327) τούτοισιν ἀπογίνεσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισι καὶ προσπίπτειν; ὥστε μηκέτι τὸ θεῖον αἴτιον εἶναι, ἀλλά τι ἀνθρώπινον. ὅστις γὰρ οἷός τε περικαθαίρων καὶ μαγεύων ἀπάγειν τοιοῦτον πάθος,

dum exhibuerint, neque balneis excoxerint, ut in eos cauſa rejici poſſit. Ac mea quidem opinione ex iis qui Africae mediterranea incolunt nullus ab hoc morbo ſanus evadet, quod in pellibus caprinis recumbant, et caprinis carnibus utantur, cum ne ſtragulum quidem neque veſtimentum neque calceamentum aliud habeant quam caprinum. Neque enim aliam ullam habent pecudem quam capras et boves. Quod ſi iſta oblata et cibo ſumta morbum augent, et cibo minime ſumta medentur, nullius ſane deus auctor eſt, neque expiationes juvant, ſed quae eduntur medentur et nocent numinisque vim obſcurant. Quare qui hoc modo ad iſtorum morborum curationem aggrediuntur, hos neque ſacros neque divinos reputare mihi videntur. Si enim hujusmodi expiationibus talique curatione tolluntur, quid prohibet quominus ex ſimilibus artibus ab hominibus removeantur, aut in eosdem incidant? Adeo ut non amplius divinum, ſed humanum quiddam in cauſa mihi eſſe videatur. Quisquis enim luſtrationibus et magicis artibus hujusmodi affectionem abigere valuerit, is etiam aliis artibus abiget,

Ed. Chart. X. [475.] Foës. I. 302. Ed. Lind. II. (327.)

οὗτος κἂν ἐπάγῃ ἕτερα τεχνησάμενος, πάντως κἂν τούτῳ τῷ λόγῳ τὸ θεῖον ἀπόλλυται. τοιαῦτα λέγοντες καὶ μεμηχανευμένοι προσποιέονται πλέον τι εἰδέναι, καὶ ἀνθρώπους ἐξαπατέουσι προστιθέμενοι τούτοισιν ἁγνείας τε καὶ καθαρότητας, ὅτε πουλὺ αὐτοῖσι τοῦ λόγου ἐς τὸ θεῖον ἀφήκει καὶ τὸ δαιμόνιον. καίτοι ἔμοιγε οὐ περὶ εὐσεβείης δοκέουσι τοὺς λόγους ποιέεσθαι, ὡς οἴονται, ἀλλὰ περὶ δυσσεβείης μᾶλλον, καὶ ὡς οἱ θεοὶ οὐκ εἰσὶ, τό τε εὐσεβὲς καὶ θεῖον αὐτῶν ἀσεβὲς καὶ ἀνόσιόν ἐστιν, ὡς ἐγὼ διδάξω. εἰ γὰρ σελήνην τε καθαιρεῖν καὶ ἥλιον ἀφανίζειν χειμῶνα τε καὶ εὐδίην ποιέειν καὶ ὄμβρους καὶ αὐχμοὺς καὶ θάλασσαν ἄφορον καὶ γῆν καὶ τἆλλα τὰ τοιουτότροπα πάντα ἐπιδέχονται ἐπίστασθαι, εἴτε καὶ ἐκ τελετέων εἴτε καὶ ἐξ ἄλλης τινὸς γνώμης ἢ μελέτης φασὶν οἷοί τε εἶναι οἱ ταῦτα ἐπιτηδεύοντες, δυσσεβέειν ἔμοιγε δοκέουσι καὶ θεοὺς οὔτε εἶναι νομίζειν οὔτε ὄντας ἰσχύειν οὐδὲν οὔτε εἴργεσθαι ἂν οὐδενὸς τῶν ἐσχάτων ποιέοντες ἕνεκά γε, πῶς οὐ δεινοὶ ἂρ' αὐτοῖσιν εἰσίν; εἰ γὰρ ἄνθρωπος μαγεύων τε καὶ θύων σελήνην τε καθαιρήσει

istaque ratione divinitatis opinio prorsus deperditur. Hac oratione et molitione multam scientiam prae se ferunt, hominesque decipiunt, his lustrationes et purificationes proponendo, cum multum faciant de divinitate et numine sermonem. Quanquam mihi quidem non de pietate, ut rentur, verum de impietate potius verba facere videntur, et deos non esse profiteri, eorumque pietas et divinitas, sicuti docebo, in impietatem et nefarium scelus vertitur. Si enim lunam deducere et solem obscurare, tempestatemque ac serenitatem inducere, et imbres ac siccitates mareque sterile et terram facere, caeteraque id genus se scire profitentur, sive ex sacrorum mysteriis, sive ex alio quovis consilio aut cura hanc sibi potentiam vendicent qui his rebus operam navant, mihi quidem impii esse videntur, neque deos esse existimare, neque si sint quicquam posse, neque aliquod summum malum propulsare posse. Cujus rei gratia cur non ipsis infesti sint? Si quis enim magicis artibus et sacrificiis lunam deducet et solem obscurabit, tempestatemque et se-

©BIUM

Ed. Chart. X. [475.] Foës. I. 502. 503. Ed. Lind. II. (527. 528.)
καὶ ἥλιον ἀφανίσει καὶ χειμῶνα καὶ εὐδίην ποιήσει, οὐκ ἂν ἔγωγε τὶ θεῖον νομίσαιμι τούτων εἶναι, || ἀλλ' ἀνθρώπινον, εἰ δὴ τοῦ θείου ἡ δύναμις ὑπὸ ἀνθρώπου γνώμης κρατέεται καὶ δεδούλωται. ἴσως δὲ οὐχ οὕτως (528) ἔχει ταῦτα, ἀλλ' ἄνθρωποι βίου δεόμενοι πολλὰ καὶ παντοῖα τεχνέονται καὶ ποικίλλουσιν ἔς τε τἆλλα πάντα καὶ ἐς τὴν νοῦσον ταύτην ἑκάστῳ εἴδει τοῦ πάθεος θεῷ τὴν αἰτίην προστιθέντες. οὐ γὰρ καθάπαξ, ἀλλὰ πλεονάκις ταὐτὰ μέμνηνται. κἢν μὲν γὰρ αἶγα μιμῶνται, κἢν βρύχωνται, κἢν τὰ δεξιὰ σπῶνται, μητέρα θεῶν φασὶ αἰτίην εἶναι. ἢν δὲ ὀξύτερον καὶ εὐτονώτερον φθέγγηται, ἵππῳ εἰκάζουσι, καὶ φασὶ Ποσειδῶνα αἴτιον εἶναι. ἢν δὲ καὶ τῆς κόπρου τὶ παρίῃ, ὃ πολλάκις τισὶ γίνεται ὑπὸ τῆς νούσου βιαζομένοισιν, Ἐνοδίου πρόσκειται ἡ προσωνυμίη. ἢν δὲ λεπτότερον καὶ πυκνότερον, οἷον ὄρνιθες, Ἀπόλλων νόμιος. ἢν δὲ ἀφρὸν ἐκ τοῦ στόματος ἀφίῃ καὶ τοῖσι ποσὶ λακτίζῃ, Ἄρης τὴν αἰτίην ἔχει. ὁκόσα δὲ δείματα νυκτὸς παρίσταται καὶ φόβοι καὶ παράνοιαι καὶ ἀναπηδήσιες ἐκ τῆς

renitatem inducet, non equidem horum quicquam divinum, ſed humanum eſſe cenſuerim, ſi utique divina potentia humano conſilio ſuperatur et in ſervitutem aſſeritur. Ac fortaſſis haec aliter ſe habent, ſed homines in vitae inopia multa et varia moliuntur, et tum ad reliqua omnia tum etiam ad hunc morbum varie ſe habent, in unaque affectionis ſpecie deo cauſam attribuentes. Neque enim ſemel, ſed ſaepius eadem meminerunt. Siquidem namque capram imitentur et balatum edant, dextramque in partem convellantur deorum matrem in cauſa eſſe aſſerunt. Si vero acutiorem et vehementiorem vocem edat aeger, equo ſimile eſſe dicunt et ad Neptunum cauſam referunt. Quod ſi ſtercoris aliquid emittat, quod nonnullis morbo preſſis contingit, Enodiae Hecates appellatio adhibetur. Sin autem tenuius et crebrius dejiciat, velut aves, Apollo Nomius. Si vero ſpumam ex ore demittat et pedibus calcitret, Mars auctor eſt. Pavores vero qui noctu adſunt, timores, deliria et terriculamenta, cum aegri e cubili exiliunt et fugiunt,

Ed. Chart. X. [477. 478.] Foës. I. 503. Ed. Lind. II. (528. 529.)

κλίνης καὶ φόβητρα καὶ φεύξιες ἔξω, Ἑκάτης φασὶν εἶναι ἐπιβουλὰς καὶ ἡρώων ἐφόδους, καθαρμοῖσί τε χρέονται καὶ ἐπαοιδῇσι, καὶ ἀνοσιώτατόν γε καὶ ἀθεώτατον ποιέουσιν, ὡς ἔμοιγε δοκέει, τὸ θεῖον. καθαίρουσι γὰρ τοὺς ἐχομένους τῇ νούσῳ αἵμασι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι μιάσμασιν ἔχοντας, ἢ ἀλάστορας ἢ πεφαρμαγμένους ὑπὸ ἀνθρώπων, ἢ τι ἔργον ἀνόσιον ἐργασμένους, οὓς ἐχρῆν τἀναντία τούτοισι ποιέειν, θύειν τε καὶ εὔχεσθαι καὶ εἰς τὰ ἱερὰ φέροντας ἱκετεύειν τοὺς θεούς. νῦν δὲ τούτων μὲν ποιέουσιν οὐδέν, καθαίρουσι δέ. καὶ τὰ μὲν τῶν καθαρμῶν γῇ κρύπτουσι, τὰ δὲ (329) ἐς [478] θάλασσαν ἐμβάλλουσι, τὰ δὲ ἐς τὰ οὔρεα ἀποφέρουσιν, ὅπη μηδεὶς ἅψηται μηδὲ ἐπιβήσηται. τὰ δ' ἐχρῆν ἐς τὰ ἱερὰ φέροντας τῷ θεῷ ἀποδοῦναι, εἰ δή θεός γε ἐστὶν αἴτιος. οὐ μέντοι ἔγωγε ἀξιῶ ὑπὸ θεοῦ ἀνθρώπου σῶμα μιαίνεσθαι, τὸ ὑποκηρότατον ὑπὸ τοῦ ἁγνοτάτου. ἀλλὰ κὴν τυγχάνῃ ὑπὸ ἑτέρου μεμιασμένον ἢ τι πεπονθὸς, ἐθέλοι ἂν ὑπὸ τοῦ θεοῦ καθαίρεσθαι καὶ ἁγνίζεσθαι μᾶλλον ἢ μιαίνεσθαι. τὰ γοῦν μέγιστα τῶν ἁμαρτημάτων καὶ ἀνοσιώτατα τὸ θεῖόν

Hecates insidias et heroum invasiones esse affirmant, expiationibusque et incantationibus utuntur, ac meo quidem judicio, sceleratissimum et maxime impium divinum numen faciunt. Morbo enim detentos expiant et sanguine aliisque quibusdam sceleribus inquinatos ac facinorosos et sceleratos, aut quibus ab hominibus est exhibitum venenum, aut eos qui nefarium aliquod facinus perpetrarunt, quos contra facere decuerat, sacra facere nimirum et precari, ad templa deducere et diis supplicare. Nunc vero horum quidem nihil faciunt, sed expiant et partim quidem expiationes in terra recondunt, partim in mare projiciunt, partim etiam in montes deportant, ubi eas nemo attingat aut conculcet. Has autem oportuerat, si quidem deus auctor est, ad templa delatas deo reddere. Neque tamen hominis corpus a deo inquinari existimo, impurissimum a purissimo. Quin si forte contingat ut ab alio coinquinetur aut quid patiatur, a deo expiari ac purificari magis quam inquinari cupiat. Maxima ergo et sceleratissima peccata deus expiat et

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 820 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. X. [478.] Foës. I. 503. Ed. Lind. II. (329. 330.)

ἐστι τὸ καθαῖρον καὶ ἁγνίζον καὶ ἔρυμα γενόμενον ἡμῖν, αὐτοί τε ὅρους τοῖσι θεοῖσι τῶν ἱερῶν καὶ τῶν τεμενέων ἀποδεικνύμενοι, ὡς ἂν μηδεὶς ὑπερβαίνοι ἢ μὴ ἁγνεύοι, εἰσιόντες τε περιῤῥαινόμεθα οὐχ ὡς μιαινόμενοι, ἀλλ' εἴ τι καὶ πρότερον ἔχομεν μύσος, τοῦτο ἀπαγνιούμενοι. καὶ περὶ μὲν τῶν καθαρμῶν οὕτω μοι δοκέει ἔχειν. τὸ δὲ νούσημα τοῦτο οὐδέν τί μοι δοκέει θειότερον εἶναι τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ φύσιν μὲν ἔχει ἣν καὶ τὰ ἄλλα νουσήματα, καὶ πρόφασιν ὅθεν ἕκαστα γίνεται. φύσιν δὲ τοῦτο καὶ πρόφασιν ἀπὸ ταὐτοῦ τὸ θεῖον γίνεσθαι ἀφ' ὅτου καὶ τἄλλα πάντα, καὶ ἰητὸν εἶναι, καὶ οὐδὲν ἧσσον ἑτέρων, ὅ τι μὴ ἤδη ὑπὸ χρόνου πολλοῦ καταβεβιασμένον ἔῃ, ὥστε ἤδη εἶναι ἰσχυρότερον τῶν φαρμάκων τῶν προσφερομένων. ἄρχεται δὲ ὥσπερ καὶ τἄλλα νουσήματα κατὰ γένος. εἰ γὰρ ἐκ τοῦ φλεγματώδεος φλεγματώδης, καὶ ἐκ χολώδεος χολώδης γίνεται, καὶ ἐκ φθινώδεος φθινώδης, καὶ ἐκ σπληνώδεος σπληνώδης, τί κωλύει ὅτου πατὴρ καὶ μήτηρ εἴχετο τούτῳ τῷ νοσήματι, τούτῳ καὶ τῶν ἐγγόνων ἔχεσθαι τινά; ὡς ὁ γόνος (330) ἔρχεται

purificat, tutelaque noſtra exiſtit, nosque diis ipſis templorum ac delubrorum terminos conſtituimus, quos nemo niſi purus transcendat et ingreſſi non tanquam inquinati reſpergimur, ſed ut ſi quod etiam antea ſcelus contraximus, illud expiemus. Ac de expiationibus quidem ad hunc modum ſe res habere mihi videtur. At vero hic morbus nihil mihi reliquis divinius, ſed eandem etiam quam alii morbi naturam et originis cauſam habere videtur, ejusque natura et cauſa ut aliorum omnium divina exiſtimanda eſt, nihiloque minus quam caeteri curationem recipit, niſi ex longo temporis ſpatio urgeat atque adeo invalescat, ut oblata medicamenta ſuperet. Initium autem ducit veluti alii morbi ſecundum cognationem. Si enim ex pituitoſo pituitoſus et xe bilioſo bilioſus oritur et ex tabido tabidus et ex lienoſo lienoſus, quid vetat ut cujus parentes hoc morbo detineantur, eo quoque et poſterorum aliquis corripiatur? Cum nempe genitura ab omnibus corporis partibus procedat, a ſanis

Ed. Chart. X. [478.] Foëſ. I. 303. 304. Ed. Lind. II. (330.)
πάντοθεν τοῦ σώματος, ἀπό τε τῶν ὑγιηρῶν ὑγιηρός, ἀπό τε τῶν νοσερῶν νοσερός. ἕτερον δὲ μέγα τεκμήριον ὅτι οὐδὲν θειότερόν ἐστι τῶν λοιπῶν νουσημάτων· τοῖσι γὰρ φλεγματώδεσι φύσει γίνεται· τοῖσι δὲ χολώδεσιν οὐ προσπίπτει. || καίτοι εἰ θειότερόν ἐστι τῶν ἄλλων, τοῖσιν ἅπασιν ὁμοίως ἔδει γίνεσθαι τὴν νοῦσον ταύτην, καὶ μὴ διακρίνειν μήτε χολώδεα μήτε φλεγματώδεα. ἀλλὰ γὰρ αὐτοῖσιν αἴτιος ὁ ἐγκέφαλος τούτου τοῦ πάθεος, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων νουσημάτων τῶν μεγίστων. ὁτέῳ δὲ τρόπῳ καὶ ἐξ οἵης προφάσιος γίνεται, ἐγὼ φράσω σαφέως. ὁ ἐγκέφαλος τοῦ ἀνθρώπου ἔστι διπλόος ὥσπερ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι ζώοισιν ἅπασι. τὸ δὲ μέσον αὐτοῦ διαιρέει μῆνιγξ λεπτή. διότι οὐκ ἀεὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τῆς κεφαλῆς ἀλγέει, ἀλλ' ἐν μέρει ἑκάτερον, ὁτὲ δὲ ἅπασα. καὶ φλέβες τε εἰς αὐτὸν τείνουσιν ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος, πολλαὶ καὶ λεπταὶ, δύο δὲ παχεῖαι, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος, ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ σπληνός. καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἥπατος ὧδ' ἔχει. τὸ μέν τι τῆς φλεβὸς κάτω τείνει διὰ τῶν ἐπὶ δεξιὰ παρ' αὐτὸν τὸν νεφρὸν καὶ τὴν ψυὴν ἐς τὸ ἐντὸς τοῦ μηροῦ, καὶ καθήκει ἐς τὸν πόδα καὶ

ſana et a morboſis morboſa. Eſt praeterea magnum aliud argumentum, hunc morbum reliquis nihilo diviniorem eſſe quod natura pituitoſis oboriatur, biliosis vero minime contingat. Quanquam ſi reliquis divinior eſſet, omnibus ex aequo morbum hunc contingere oporteret, neque bilioſorum et pituitoſorum discrimen facere. Sed enim ipſis hujus affectionis cerebrum, velut etiam aliorum magnorum morborum in cauſa eſt. Quod quonam modo et quanam ex cauſa contingat aperte enarrabo. Cerebrum homini ut reliquis omnibus animantibus duplex eſt. Cujus medium tenuis membrana dividit. Ideo non ſemper eadem capitis pars dolet, ſed ſigillatim utraque, interdum vero totum. Quin etiam venae multae et tenues ex univerſo corpore ad ipſum feruntur, duae vero craſſae, una quidem ab jecore, altera autem a liene. Et quae ex jecore ducitur ad hunc ſe habet modum. Una quidem venae pars ad dexteram, juxta ipſum renem et lumbum ad internam femoris partem deorſum fertur et ad pedem pertingit vocaturque vena cava. Altera

©BIUM

Ed. Chart. X. [478. 479.] Foës. I. 304. Ed. Lind. II. (330. 331.)
καλέεται κοίλη φλέψ. ἡ δὲ ἑτέρη ἄνω τείνει διὰ φλεβῶν τῶν δεξιῶν καὶ τοῦ πνεύμονος. ἀπέσχισται δὲ καὶ ἐς τὴν καρδίην καὶ ἐς τὸν βραχίονα τὸν δεξιόν. τὸ δὲ λοιπὸν ἄνω φέρει [479] διὰ τῆς κληΐδος εἰς τὰ δεξιὰ τοῦ αὐχένος, ἐς αὐτὸ τὸ δέρμα, ὥστε καταδηλός ἐστι. παρὰ δὲ τὸ οὖς κρύπτεται καὶ ἐνταῦθα σχίζεται, καὶ τὸ μὲν παχύτατον καὶ μέγιστον καὶ κοιλότατον ἐς τὸν ἐγκέφαλον τελευτᾷ, τὸ δὲ ἐς (331) τὸ οὖς τὸ δεξιὸν φλέβιον λεπτὸν, τὸ δὲ ἐς τὸν ὀφθαλμὸν τὸν δεξιὸν, τὸ δὲ ἐς τὸν μυκτῆρα. ἀπὸ μὲν τοῦ ἥπατος οὕτως ἔχει τῶν φλεβῶν. διατέτατται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς φλὲψ εἰς τὰ ἀριστερὰ καὶ κάτω καὶ ἄνω, ὥσπερ καὶ ἀπὸ τοῦ ἥπατος, λεπτοτέρη δὲ καὶ ἀσθενεστέρη. κατὰ ταύτας δὲ τὰς φλέβας καὶ ἐσαγόμεθα τὸ πουλὺ τοῦ πνεύματος. αὗται γὰρ ἡμέων εἰσὶν ἀναπνοαὶ τοῦ σώματος τὸν ἠέρα εἰς σφᾶς ἕλκουσαι, καὶ ἐς τὸ σῶμα τὸ λοιπὸν ὀχετεύουσαι, καὶ κατὰ τὰ φλέβια καὶ ἀναψύχουσι καὶ πάλιν ἀφιᾶσιν. οὐ γὰρ οἷόν τε τὸ πνεῦμα στῆναι, ἀλλὰ χωρέει ἄνω καὶ κάτω. ἢν γὰρ στῇ που καὶ ἀποληφθῇ, ἀκρατὲς γίνεται ἐκεῖνο τὸ μέρος ὅπου ἂν στῇ.

vero per venas dextras et pulmonem ſurſum tendit, et in cor et brachium dextrum discinditur. Reliqua autem parte per jugulum ad dextram cervicis partem ſurſum tendit in ipſam cutem, quo conſpicua fiat. Juxta aurem autem conditur, ibique ſcinditur et craſſiſſima, maxima et ampliſſima ſua parte in cerebrum deſinit, altera vero parte, quae vena tenuis eſt, ad aurem dextram fertur, altera ad oculum dextrum, altera ad naſum. Atque hoc modo venae ab jecore ſe habent. A liene autem vena etiam ad ſiniſtram deorſum et ſurſum contendit, non ſecus quam ab hepate, tenuior tamen et imbecillior. Per has vero venas plurimum ſpiritum adducimus. Haec enim corporis noſtri ſunt ſpiracula, cum aërem ad ſe trahant et in reliquum corpus deducant, ac per venulas refrigerent rurſusque emittant. Neque enim fieri poteſt ut ſpiritus conſiſtat, ſed eum ſurſum ac deorſum ferri neceſſe eſt. Ubi enim ſiſtitur et intercipitur, pars ea ad motionem impotens redditur. Cui rei hoc

Ed. Chart. X. [479.] Foës. I. 304. Ed. Lind. II. (331. 332.)

τεκμήριον δέ· ὁκόταν γὰρ καθημένῳ ἢ κατακειμένῳ φλέβια πιεσθῇ, ὥστε τὸ πνεῦμα μὴ διεξιέναι ἀπὸ τῆς φλεβὸς, εὐθὺς νάρκη ἔχει. περὶ μὲν τῶν φλεβῶν τῶν λοιπῶν οὕτως ἔχει· ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίνεται τοῖσι μὲν φλεγματίῃσιν, τοῖσι δὲ χολώδεσιν οὔ. ἄρχεται δὲ φύεσθαι ἐπὶ τοῦ ἐμβρύου ἔτι ἐν τῇ μήτρῃ ἐόντος. καθαίρεται γὰρ καὶ ἀνθέει ὥσπερ τἆλλα μέρεα πρὶν γενέσθαι καὶ ὁ ἐγκέφαλος. ἐν ταύτῃ δὲ τῇ καθάρσει ἢν μὲν καλῶς καὶ μετρίως καθαρθῇ καὶ μήτε πλεῖον μήτε ἔλασσον τοῦ δέοντος ἀπορρύῃ, οὕτως ὑγιεινοτάτην τὴν κεφαλὴν ἔχει. ἢν δὲ πλείων ἀπὸ παντὸς τοῦ ἐγκεφάλου γένηται ἡ ἀπότηξις, νοσώδεά τε τὴν κεφαλὴν ἕξει αὐξόμενος καὶ ἤχου πλέην, καὶ οὔτε ἥλιον οὔτε ψῦχος ἀνέξεται. ἢν δὲ ἀπὸ ἑνός τινος γένηται ἢ ἀπὸ ὀφθαλμοῦ ἢ οὔατος ἢ φλέψ τις συνισχνανθῇ, (332) ἐκεῖνος κακοῦται οὕτως ὁκοίως ἂν καὶ τῆς ἀποτήξιος ἔχῃ. ἢν δὲ κάθαρσις μὴ ἐπιγένηται, ἀλλὰ ξυστραφῇ τῷ ἐγκεφάλῳ, οὕτως ἀνάγκη φλεγματώδεα εἶναι. καὶ ὁκόσοισι μὲν παιδίοισιν ἐοῦσιν ἐξανθέει ἕλκεα ἐς τὴν κεφαλὴν καὶ ἐς τὰ οὔατα καὶ ἐς τὸν ἄλλον χρῶτα καὶ σια-

est indicio, cum ſedenti aut jacenti venulae ita comprimuntur ut ſpiritus a vena non irrumpat, ſtatim torpor occupat. At reliquae venae hoc modo ſe habent. Hic autem morbus pituitoſis contingit, biliosis vero minime. Ac originis initium ſumit cum adhuc foetus in utero exiſtit. Purgatur enim et adolescit etiam cerebrum, velut aliae partes, prius quam in lucem edantur. Quae purgatio ſi recte et moderate proceſſerit, neque plus minusve quam oporteat defluxerit, hoc modo maxime ſanum caput foetus habet. Sin vero a toto cerebro copioſior colliquatio facta fuerit, cum adoleverit, morbis obnoxium et ſonitus plenum caput habebit, neque ſolem neque frigus perferet. Sin vero unius cujusdam partis colliquatio facta fuerit, nimirum oculi aut auris, aut una aliqua gracilis reddita fuerit, ſic ille male afficitur prout ſane ex colliquatione ſe habebit. Quod ſi purgatio non acceſſerit, ſed in cerebro collecta fuerit, hoc modo pituitoſum foetum eſſe neceſſe eſt. Ac quibus quidem in puerili aetate ulcera in caput, in aures et reliquum corpus

©BIUM

Ed. Chart. X. [479. 480.] Foël. I. 504. 505. Ed. Lind. II. (332.)

λώδεα γένηται καὶ μυξόῤῥοα, ταῦτα μὲν ῥήϊστα διάγει προϊούσης τῆς ἡλικίης. ἐνταῦθα γὰρ ἀφίει καὶ καταίρεται τὸ φλέγμα, ὃ ἔχρῆν ἐς τὴν μήτρην καθαρθῆναι. καὶ τὰ οὕτω καθαρθέντα οὐκ ἐπίληπτα γίνεται ταύτῃ τῇ νούσῳ ὡς ἐπιτοπολύ. ὁκόσα δὲ καθαρά ἐστι καὶ μήθ' || ἕλκος μηδὲν μήτε μύξα μήτε σίαλον προέρχεται μηδὲν, μήτε ἐν τῇσι μήτρῃσι πεποίηται τὴν κάθαρσιν, τοῖσι τοιούτοισιν ἐπικίνδυνόν ἐστιν ἁλίσκεσθαι ὑπὸ ταύτης τῆς νούσου. ἢν δὲ ἐπὶ τὴν καρδίην ποιήσηται ὁ κατόῤῥους τὴν πορείην, παλμὸς ἐπιλαμβάνει καὶ ἄσθματα καὶ τὰ στήθεα διαφθείρεται, ἔνιοι δὲ καὶ κυφοὶ γίνονται. ὁκόταν γὰρ ἐπικατέλθῃ τὸ φλέγμα ψυχρὸν ἐπὶ τὸν πνεύμονα ἢ ἐπὶ τὴν καρδίην, ἀποψύχεται τὸ αἷμα. αἱ δὲ φλέβες πρὸς βίην ψυχόμεναι, πρὸς τῷ πνεύμονι καὶ τῇ καρδίῃ πηδῶσι. καὶ ἡ καρδίη πάλλεται ὥστε ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ταύτης τὰ ἄσθματα ἐπιπίπτειν καὶ τὴν ὀρθοπνοίην. οὐ γὰρ δέχεσθαι τὸ πνεῦμα ἐθέλει, μέχρις ἂν κρατηθῇ ὑπὸ τοῦ φλέγματος τὸ ἐπιῤῥυὲν καὶ διαθερμανθὲν διαχυθῇ ἐς τὰς φλέβας. ἔπειτα παύεται τοῦ παλμοῦ καὶ τοῦ ἄσθματος. παύ-

erumpunt, ſi ſalivoſi mucoſique extiterint, ii procedente quidem aetate facillime degent. Tunc enim pituita, quam in utero repurgari oportuerat, emittitur et purgatur, quique ſic purgati fuerint, fere hoc morbo comitiali minime corripiuntur. Qui vero puri fuerint, ut neque ulcus ullum habuerint, neque mucus aut ſaliva ulla prodierit, neque in utero repurgati fuerint, periculum eſt ne ii hoc morbo corripiantur. Quod ſi defluxio ad cor viam affectarit, cordis palpitatio et anhelationes prehendunt, pectus corrumpitur, quidam etiam incurvantur. Ubi enim pituita ad pulmonem et cor devenerit, refrigescit ſanguis venaeque per vim refrigeratae ad pulmonem et cor reſiliunt, corque palpitat, indeque neceſſario anhelatio et ſpiratio, quae erecta cervice trahitur, incidit. Neque enim ſpiritum ſuscipere poteſt, donec quod influxit a pituita ſuperatum et caleſactum per venas diffuſum fuerit. Deinde palpitatio et anhelatio ceſſat, idque prout ejus copia ſe habuerit. Si

Ed. Chart. X. [480.] Foës. I. 305. Ed. Lind. II. (332. 333.)

εται δὲ ὅκως ἂν τοῦ πλήθεος ἔχῃ. ἢν μὲν γὰρ πλέον ἐπικαταῤῥυῇ, σχολαίτερον, ἢν δὲ ἔλασσον, θᾶσσον. καὶ ἢν μὲν πυκνότεροι ἔωσιν οἱ κατάῤῥοι, πυκνότερα ἐπίληπτος γίνεται, ἢν δὲ μὴ, (333) ἀραιότερα. ταῦτα μὲν οὖν πάσχει, ἢν ἐπὶ τὸν πνεύμονα καὶ τὴν καρδίην ἴῃ. ἢν δὲ ἐς τὴν κοιλίην, διάῤῥοιαι λαμβάνουσιν. ἢν δὲ τουτέων μὲν τῶν ὁδῶν ἀποκλεισθῇ, εἰς δὲ τὰς φλέβας ἃς προείρηκα τὸν κατάῤῥοον ποιήσηται, ἄφωνός τε γίνεται καὶ πνίγεται. καὶ ἀφρὸς ἐκ τοῦ στόματος ἐκρέει, καὶ οἱ ὀδόντες συνήρκασι, καὶ αἱ χεῖρες συσπῶνται, καὶ τὰ ὄμματα διαστρέφονται, καὶ οὐδὲν φρονέουσιν. ἐνίοισι καὶ ὑποχωρέει ἡ κόπρος κάτω. καὶ ταῦτα γίνεται ὁτὲ μὲν ἐπ' ἀριστερὰ, ὁτὲ δὲ ἐς τὰ δεξιὰ, ὁτὲ δὲ ἐς ἀμφότερα. ὅκως δὲ τούτων ἕκαστον πάσχει ἐγὼ φράσω. ἄφωνος μέν ἐστιν ὁκόταν ἐξαίφνης τὸ φλέγμα ἐπικατελθὸν ἐς τὰς φλέβας ἀποκλείσῃ τὸν ἀέρα καὶ μὴ παραδέχηται μήτε ἐς τὸν ἐγκέφαλον μήτε ἐς τὰς φλέβας τὰς κοίλας μήτε ἐς τὰς κοιλίας, ἀλλ' ἐπιλάβῃ τὴν ἀναπνοήν. ὅταν γὰρ ἐπιλάβῃ ἄνθρωπος κατὰ τὸ στόμα καὶ τοὺς μυκτῆρας, τὸ πνεῦμα πρῶτον μὲν ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἔρχεται, ἔπειτα δὲ ἐς τὴν κοι-

enim magna copia defluxerit, tardius, ſi panciore, citius. Et ſiquidem crebriores defluxiones fuerint, frequentior morbi inſultus ſit, ſin minus, rarior. Atque hoc modo afficiuntur, cum pulmonem et cor defluxio petierit. Quod ſi ad ventrem feratur, alvi profluvia corripiunt. Sin vero his quidem viis excludatur, ſed ad commemoratas venas defluxionem fecerit, tum voce deficitur tum ſuffocatur, ſpumaque ore effluit, et dentes inter ſe cohaerent, manus contrahuntur, et oculi pervertuntur ac nihil intelligunt, nonnullis etiam ſtercus per inferiora demittitur. Atque haec quidem interdum ſiniſtra, interdum dextra, quandoque etiam utraque parte contingunt. Quanam autem ratione in ſingulis afficiatur enarrabo. Vox quidem deficit, ubi pituita derepente in venas ſubiens, ſpiratione intercepta aërem excluſerit, neque in cerebrum, neque in venas cavas, neque in ventriculos receperit. Cum enim ſpiritum ore et naribus homo accipiat, primum quidem cerebrum petit, deinde magna ex parte in

©BIUM

Ed. Chart. X. [480.] Foës. I. 305. Ed. Lind. II. (333. 334.)

λίην τὸ πλεῖστον μέρος, τὸ δὲ ἐπὶ τὸν πνεύμονα, τὸ δὲ ἐπὶ τὰς φλέβας. ἐκ τουτέων δὲ σκίδναται ἐς τὰ λοιπὰ μέρεα κατὰ τὰς φλέβας. καὶ ὅσον ἐς μὲν τὴν κοιλίην διαψύχει καὶ ἄλλο τι οὐδὲν ξυμβάλλεται, τοῦτο δ' ἐς τὸν πνεύμονα. ὃ δὲ ἐς τὰς φλέβας ἀὴρ ξυμβάλλεται ἐς τὰς κοιλίας εἰσιὼν καὶ ἐς τὸν ἐγκέφαλον. καὶ οὕτω τὴν φρόνησιν καὶ τὴν κίνησιν τοῖσι μέλεσι παρέχει. ὥστε ἐπειδὰν ἀποκλεισθῶσιν αἱ φλέβες τοῦ ἠέρος ὑπὸ τοῦ φλέγματος καὶ μὴ παραδέχωνται, ἄφωνον καθιστᾶσι καὶ ἄφρονα τὸν ἄνθρωπον. αἱ δὲ χεῖρες ἀκρατέες γίνονται καὶ σπῶνται, τοῦ αἵματος ἀτρεμίσαντος καὶ μὴ διαχεομένου ὥσπερ εἰώθει. καὶ οἱ (334) ὀφθαλμοὶ διαστρέφονται τῶν φλεβίων ἀποκλειομένων τοῦ ἠέρος καὶ σφύζονται. ἀφρὸς δὲ ἐκ τοῦ στόματος προέρχεται ἐκ τοῦ πνεύμονος. ὅταν γὰρ τὸ πνεῦμα μὴ εἰσίῃ ἐς ἑωυτόν, ἀφρέει καὶ ἀναβλύει ὥσπερ ἀποθνήσκων. ἡ δὲ κόπρος ὑπέρχεται ὑπὸ βίης πνιγομένου. πνίγεται δὲ τοῦ ἤπατος καὶ τῆς κοιλίης ἄνω πρὸς τὰς φρένας προσπεπτωκότων καὶ τοῦ στομάχου τῆς γαστρὸς ἀπειλημμένου. προσπίπτει δὲ ὁκόταν τὸ πνεῦμα μὴ εἰσίῃ ἐς τὸ

ventriculum fertur, pars quidem ad pulmonem, pars etiam ad venas, indeque per venas ad reliquas partes diſpergitur. Quique ad ventriculum fertur refrigerat, nihilque aliud confert, quod etiam ad pulmonem delatus praeſtat. Aër vero qui ad venas pervenit, cerebrum ſubiens ad ventriculos accedit, ſicque intelligentiam et motionem membris praebet. Quare ubi pituita a venis aërem incluſerit, eumque minime admiſerint, voce defectum et minime intelligentem hominem efficiunt. Manus autem ad motionem impotentes redduntur et contrahuntur, ſanguine conquieſcente, neque ut conſuevit diffuſo. Oculi pervertuntur cum venae aëre excluduntur et contorquentur. Spuma autem ex pulmone per os prodit. Cum enim ſpiritus in ipſum minime ſubit, velut moriens ſpumescit et ebullit. Stercus vero ſubmittitur, dum violenter ſuffocatur. Quod fit cum hepar et ventriculus ad ſeptum transverſum irrumpit et os ventris occluditur. Irrumpit vero cum ſpiritus non quantus ſole-

Ed. Chart. X. [480. 481.] Foës. I. 305. 306. Ed. Lind. II. (334. 335.)
στόμα ὅσον εἰώθει. λακτίζει δὲ τοῖσι ποσὶν ὁκόταν ὁ ἀὴρ ἀποκλεισθῇ ἐν τοῖσι μέλεσι καὶ μὴ οἷός τε ἔῃ διεκδυῆναι ἔξω ὑπὸ τοῦ φλέγματος. ἀΐσσων διὰ τοῦ αἵματος ἄνω καὶ κάτω σπασμὸν ἐμποιέει καὶ ὀδύνην, διὸ λακτίζει. ταῦτα δὲ πάσχει πάντα ὁκόταν τὸ φλέγμα ψυχρὸν παραῤῥυῇ ἐς τὸ αἷμα θερμὸν ἐόν. ἀποψύχει γὰρ καὶ ἵστησι τὸ αἷμα. κἢν μὲν τὸ ῥεῦμα πουλὺ ἔῃ καὶ παχὺ, αὐτίκα ἀποκτείνει. || κρατέει γὰρ τοῦ αἵματος τῷ ψύχει καὶ πήγνυσιν. ἢν δὲ ἔλασσον ἔῃ, τὸ μὲν παραυτίκα κρατέει ἀποφράξαν τὴν ἀναπνοήν. ἔπειτα τῷ χρόνῳ ὁκόταν σκιδνασθῇ κατὰ τὰς φλέβας καὶ μιγῇ τῷ αἵματι πολλῷ ἐόντι καὶ θερμῷ, ἢν κρατηθῇ οὕτως, ἐδέξαντο τὸν ἠέρα αἱ φλέβες καὶ ἐφρόνησαν. [481] καὶ ὁκόσα μὲν παιδία σμικρὰ κατάληπτα γίνεται τῇ νούσῳ ταύτῃ, τὰ πολλὰ ἀποθνήσκει, ἢν πουλὺ τὸ ῥεῦμα ἐπιγένηται καὶ νότιον ἔῃ. τὰ γὰρ φλέβια λεπτὰ ἐόντα οὐ δύναται παραδέχεσθαι τὸ φλέγμα ὑπὸ πάχεος καὶ πλήθεος, ἀλλ' ἀποψύχεται καὶ πήγνυται τὸ αἷμα καὶ οὕτως ἀποθνήσκει. ἢν δὲ (335) ὀλίγον ἐὸν ἐς ἀμφοτέρας τὰς φλέβας τὸν κατάῤῥοον ποιήσηται, ἢ

bat in os ingreditur. Pedibus autem calcitrat, cum aër in membris intercluſus foras prae pituita emergere non valet, et cum ſanguine ſurſum ac deorſum impetu delatus convulſionem et dolorem infert, ideoque calcitrat. Atque haec quidem omnia patitur, cum pituita frigida in ſanguinem calidum defluens eum ſiſtit et refrigerat. Et ſi quidem fluxio copioſa et craſſa fuerit, ſtatim necat. Sanguinem enim frigore ſuperat et congelat. Sin vero paucior extiterit, in praeſentia quidem ſuperat et reſpirationem intercipit; deinde temporis ſpatio cum per venas diſperſa et copioſo ſanguini ac calido permixta fuerit, ſi hoc modo ſuperetur, venae aërem ſuſcipiunt aegrique ad intelligentiam redeunt. Qui aetate parvula hoc morbo corripiuntur, plerumque intereunt, ſi copioſa et humida fluxio contingat. Venae namque cum tenues exiſtant, pituitam craſſam et copioſam recipere nequeunt, ſed refrigeratur et condenſatur ſanguis, hocque modo pereunt. Quod ſi pauca fuerit et in utrasque, aut alterius partis defluxionem fecerit, ſuperſtites evadunt,

©BIUM

Ed. Chart. X. [481.] Foës. I. 306. Ed. Lind. II. (335.)

ἐς τὰς ἐπὶ θάτερα, περιγίνεται ἐπίσημα ἐόντα. ἢ γὰρ στόμα παρασπᾶται ἢ ὀφθαλμὸς ἢ αὐχὴν ἢ χεὶρ, ὁκόθεν ἂν τὸ φλέβιον πληρωθὲν τοῦ φλέγματος κρατηθῇ καὶ ἀπισχνωθῇ. τούτῳ οὖν τῷ φλεβίῳ ἀνάγκη ἀσθενέστερον εἶναι καὶ ἐνδεέστερον τοῦτο τοῦ σώματος τὸ βλαβέν. ἐς δὲ τὸν πλείονα χρόνον ὠφελέει ὡς ἐπιτοπολύ. οὐ γὰρ ἔτι ἐπίληπτον γίνεται, ἢν ἅπαξ ἐπισημανθῇ, διὰ τόδε ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ταύτης αἱ φλέβες αἱ λοιπαὶ κακοῦνται καὶ μέρος τι συνισχναίνονται, ὡς τὸν μὲν ἠέρα δέχεσθαι, τὸν δὲ τοῦ φλέγματος κατάῤῥοον μηκέτι ὁμοίως παραῤῥέειν. ἀσθενέστερα μέντοι ὁμοίως τὰ μέλεα εἰκὸς εἶναι, τῶν φλεβῶν κακωθεισῶν. ὁκόσοισι δ' ἂν τελείοισί τε καὶ πάνυ ὀλίγον παραῤῥυῇ καὶ ἐς τὰ δεξιὰ, ἀσήμως περιγίνονται. κίνδυνος δὲ ξυντραφῆναι καὶ ξυναυθῆναι, ἢν μὴ θεραπευθῶσι τοῖσιν ἐπιτηδείοισι. τοῖσι μὲν οἶν παιδίοισιν οὕτω γίνεται, ἢ ὅτι τούτων ἐγγυτάτω. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους οὐκ ἀποκτείνει ὁκόταν ἐπιγένηται οὐδὲ διαστρέφει. αἵ τε γὰρ φλέβες εἰσὶ κοῖλαι καὶ αἵματος μεσταὶ θερμοῦ, διό-

nota ex morbo impreſſa relicta. Aut enim os contrahitur, aut oculus, aut cervix, aut manus, quacunque parte venula pituita repleta ſuperata et extenuata fuerit. Hanc igitur venulam debiliorem eſſe, iſtamque corporis partem laeſam viribus deficere neceſſe eſt. At vero id longius tempus plerumque juvat. Neque enim ſi ſemel notam ex morbo impreſſam habuerit, amplius morbo corripitur. Eam ob cauſam venae reliquae neceſſario male afficiuntur, ſimulque quadam ex parte graciles efficiuntur, ita ut aërem quidem ſuscipiant et pituitae defluxio non amplius ſimiliter affluat. Venis tamen male affectis membra ſimili modo debilia eſſe par eſt. Quibus autem grandiori aetate et valde etiam pauca pituita, et in dextram partem affluxerit, ii citra notam ex morbo relictam ſuperſunt, periculum tamen eſt ne morbus familiaris reddatur et ſimul increſcat, niſi accommodata curatio adhibeatur. Pueris igitur iſta aut his proxima contingunt, grandiores vero natu cum ſupervenerit, neque interficit, neque contorquet. Nam et venae amplam habent

Ed. Chart. X. [481. 482.] Foës. I. 306. Ed. Lind. II. (335. 336.)
τι οὐδὲ δύναται ἐπικρατῆσαι τὸ φλέγμα, οὐδ' ἀποψῦξαι τὸ αἷμα, ὥστε καὶ πῆξαι, ἀλλ' αὐτὸ κρατέεται καὶ καταμίγνυται τῷ αἵματι ταχέως. καὶ οὕτω παραδέχονται αἱ φλέβες τὸν ἠέρα καὶ τὸ φρόνημα γίνεται, τά τε σημήϊα τὰ προειρημένα ἧσσον ἐπιλαμβάνει διὰ τὴν ἰσχύν. τοῖσι δὲ πρεσβυτάτοισιν ὁκόταν ἐπιγένηται τοῦτο (336) τὸ νόσημα, διὰ τοῦτο ἀποκτείνει ἢ παράπληκτον ποιέει, ὅτι αἱ φλέβες κεκένωνται καὶ τὸ αἷμα ὀλίγον τέ ἐστι καὶ λεπτὸν καὶ ὑδαρές. ἢν μὲν οὖν πολὺ καταῤῥυῇ καὶ χειμῶνος ᾖ καιρὸς, ἀποκτείνει. ἀπέπνιξε γὰρ τὰς ἀναπνοὰς καὶ ἀπέπηξε τὸ αἷμα, ἢν ἐπ' ἀμφότερα ὁ καταῤῥοος γένηται. ἢν δὲ ἐπὶ θάτερα, μοῦνον παράπληκτον ποιέει. οὐ γὰρ δύναται τὸ αἷμα ἐπικρατῆσαι τοῦ φλέγματος λεπτὸν ἐὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ὀλίγον, ἀλλ' αὐτὸ κρατηθὲν ἐπάγῃ, ὥστε ἀκρατέα εἶναι ἐκεῖνα καθ' ἃ τὸ αἷμα διαφθαρῇ. ἐς δὲ τὰ δεξιὰ μᾶλλον καταῤῥέει ἢ ἐς τὰ ἀριστερὰ, ὅτι αἱ φλέβες εἰσὶ κοιλότεραι καὶ πλείονες ἢ ἐν τοῖσιν ἀριστεροῖσιν. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἥπατος τείνουσι καὶ ἀπὸ τοῦ σπληνός. [482] ἐπι-

cavitatem et ſanguine calido refertae ſunt, ideoque neque ſuperare pituita poteſt, neque ſanguinem refrigeratum cogere, ſed ipſa ſuperatur et celeriter ſanguini permiscetur, hocque modo venae aërem ſuscipiunt, et intelligentia permanet, et propter virium robur ſigna prius commemorata minus prehendunt. Valde ſenes autem cum ſupervenerit hic morbus, ideo interficit aut parte aliqua reſolutos reddit, quod venae jam vacuae redditae paucum ſanguinem tenuem et aquoſum continent. Siquidem igitur copioſa fluxio fuerit et hiems inſtet, interficit. Suffocando enim ſpirationem intercipit et ſanguinem congelat, ſi in utramque partem defluxio contingat, ſin vero in alteram partem tantum, parte quadam ſideratum reddit. Neque enim ſanguis tenuis cum ſit, frigidus et paucus, pituitam ſuperare poteſt, ſed ſuperatus ipſe congelatur, ut proinde partes illae in quibus corruptus ſanguis fuerit, ad motionem impotentes evadant. In partem autem dextram magis quam in ſiniſtram defluxio fit, quia venae ampliores ſunt et plures quam in ſiniſtris, cum de jecore et liene tendant. Pueris autem maxime

©BIUM

Ed. Chart. X. [482.] Foës. I. 306. 307. Ed. Lind. II. (336. 337.)
καταῤῥέει δὲ καὶ ἀποτήκεται τοῖσι μὲν παιδίοισι μάλιστα, οἷσι δ' ἂν διαθερμανθῇ ἡ κεφαλὴ ἢν τε ὑπὸ ἡλίου, ἢν τε ὑπὸ πυρὸς, ἢν τε καὶ ἐξαπίνης φρίξῃ ἡ ἐγκέφαλος, καὶ τότε ἀποκρίνεται τὸ φλέγμα. ἀποτήκεται μὲν γὰρ ἐκ τῆς θέρμης καὶ διαχύσιος τοῦ ἐγκεφάλου. ἀποκρίνεται δὲ ἀπὸ τῆς ψύξιός τε καὶ ξυστάσιος, καὶ οὕτως ἐπικαταῤῥέει. τοῖς μὲν αὕτη ἡ πρόφασις γίνεται, τοῖσι δὲ καὶ ἐπειδὰν ἐξαπίνης μετὰ βόρεια πνεύματα νότος μεταβάλῃ, ξυνεστηκότα τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἀσθενέοντα ἔλυσεν καὶ ἐχάλασεν ἐξαίφνης, ὥστε πλημμυρεῖν τὸ φλέγμα, καὶ οὕτω τὸν κατάῤῥουν || ποιέεται. ἐπικαταῤῥέει δὲ καὶ ἐξ ἀδήλου φόβου γινομένου, ἢν δείσημεν ἢ βοήσαντός τινος, ἢ καὶ μεταξὺ κλαίων μὴ οἷός τε ἔῃ τὸ πνεῦμα ταχέως ἀναλαβεῖν. οἷα γίνεται παιδίοισι πολλάκις. ὅ τι ἂν τούτων αὐτῶν γίνεται εὐθὺς ἔφριξε τὸ (337) σῶμα, καὶ ἄφωνος γενόμενος τὸ πνεῦμα οὐχ εἵλκυσεν, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα ἠρέμισε καὶ ὁ ἐγκέφαλος ξυνέστη καὶ τὸ αἷμα ἔστη καὶ οὕτως ἀπεκρίθη καὶ ἐπικατεῤῥύη τὸ φλέγμα. τοῖσι μὲν παιδίοισιν αὗται αἱ προφάσιες τῆς ἐπιλήψιος εἰσὶ τὴν ἀρχήν, τοῖσι δὲ

defluxio fit et eliquatur, quibus ſane ſive ex ſole, ſive ex igne caput concaluerit, ſive etiam derepente cerebrum inhorruerit, tum etiam pituita excernetur. Colliquescit ſiquidem calore et cerebri diffuſione, frigore autem et concretione excernitur, ſicque defluxio fit. Et haec quidem quibusdam cauſa eſt, quibusdam etiam cum poſt aquilonares ventos auſter mutationem fecerit, concretum ac debile cerebrum derepente ſolvitur et laxatur, ita ut pituita exundet, ſicque defluxionem faciat. Inſuper etiam defluit, ſi obscurus aliquis metus contingat, ſi vociferante quidem aliquo terreatur, aut etiam cum plorat, ſi ſpiritum quidem cito recipere nequeat, qualia frequenter pueris contingunt. Ex quibus ſane totum corpus inhorreſcit, vox aegrum deſicit et ſpiritum non attrahit, ſed ſpiritus conquiescit et cerebrum concrescit ſanguisque ſiſtitur, ſicque pituita excernitur et defluit. Ac pueris quidem hae per initia comitialis morbi cauſae ſunt. Grandio-

©BIUM

Ed. Chart. X. [482.] Foës. I. 507. Ed. Lind. II. (337.)

πρεσβύτησι χειμὼν πολεμιώτατός ἐστιν. ὅταν γὰρ παρὰ πυρὶ πολλῷ διαθερμανθῇ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸν ἐγκέφαλον, ἔπειτα ἐν ψύχει γένηται καὶ ῥιγώσῃ καὶ ἐκ ψύχεος εἰς ἀλέην ἔλθῃ καὶ παρὰ πῦρ καθίσῃ, καὶ αὐτὸ τοῦτο πάσχει. καὶ οὕτως ἐπίληπτος γίνεται κατὰ τὰ προειρημένα. κίνδυνος δὲ πολὺς καὶ ἦρος παθέειν τὸ αὐτὸ τοῦτο, ἢν ἡλιωθῇ ἡ κεφαλή. τοῦ δὲ θέρεος ἥκιστα. οὐ γὰρ γίνονται μεταβολαὶ ἐξαπιναῖοι. ὁκόταν δὲ εἴκοσιν ἔτεα παρέλθῃ, οὐκ ἔτι ἡ νοῦσος αὕτη ἐπιλαμβάνει, ἢν μὴ ἐκ παιδίου σύντροφος ἔῃ, ἀλλ' ἢ ὀλίγους ἢ οὐδένα. αἱ γὰρ φλέβες μεσταί εἰσιν αἵματος. καὶ ὁ ἐγκέφαλος συνέστηκεν καὶ ἔστι στρυφνὸς, ὥστε οὐκ ἐπικαταῤῥέει ἐπὶ τὰς φλέβας. ἢν δ' ἐπικαταῤῥύῃ, τοῦ αἵματος οὐκ ἐπικρατέει, πολλοῦ καὶ θερμοῦ ἐόντος. ᾧ δὲ ἀπὸ παιδίου συνηύξηται καὶ συνέτροφεν, ἔθος πεποίηκεν ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων τοῦτο πάσχειν καὶ ἐπίληπτον ὡς τὰ πολλὰ γίνεσθαι, καὶ μάλιστα ἐν τοῖσι νοτίοισιν, ἥ τε ἀπάλλαξις χαλεπὴ γίνεται. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος ὑγρότερος γίνεται τῆς φύσιος καὶ πλημμυρεῖ ὑπὸ τοῦ φλέγματος, ὥστε τοὺς μὲν

ribus autem natu hiems maxime eſt infenſa. Cum enim ad multum ignem caput et cerebrum concalefecerit, deinde ex frigore rigore correpſus fuerit, et ex frigore ad locum tepidum acceſſerit, et juxta ignem ſederit, hoc idem etiam patitur. Atque hoc morbo, velut ante eſt commemoratum, ad hunc modum corripitur. Multum autem periclitatur, ne idem per ver patiatur, ſi caput ad ſolem exponatur, per aeſtatem vero minime, cum tunc repentinae mutationes non contingant. Cum vero vigeſimum annum praeterierit, non amplius prehendit hic morbus, aut certe paucos aut nullum, niſi pueritae fuerit familiaris. Venae enim ſanguine refertae ſunt, et cerebrum compactum eſt et rigidum, ita ut non defluat in venas. Quod ſi defluxerit, ſanguinem copioſum et calidum minime ſuperat. In quo vero una a puero increvit et adolevit, is per ventorum mutationes id pati conſuevit et plerumque hoc morbo corripi, praecipueque auſtrali temporis conditione difficilis ejus liberatio contingit. Cerebrum enim humidius quam pro natura exiſtit et pituita

©BIUM

Ed. Chart. X. [482. 483.] Foës. I. 507. Ed. Lind. II. (337. 338.)
καταῤῥόους πυκνοτέρους γίνεσθαι, ἐκκριθῆναι δὲ μηκέτι οἷόν τε εἶναι τὸ φλέγμα, μηδὲ ἀναξηρανθῆναι (338) τὸν ἐγκέφαλον, ἀλλὰ διαῤῥέχεσθαι καὶ εἶναι ὑγρόν. γνοίη δ' ἄν τις τόδε μάλιστα τοῖσι προβάτοισι τοῖσι καταλήπτοισι γινομένοισιν ὑπὸ τῆς νόσου ταύτης καὶ μάλιστα τῇσιν αἰξίν. αὗται γὰρ πυκνότατα λαμβάνονται. ἢν διακόψῃς τὴν κεφαλήν, εὑρήσεις τὸν ἐγκέφαλον ὑγρὸν ἐόντα καὶ ἰδρῶτος περίπλεων καὶ κακὸν ὄζοντα. καὶ ἐν τούτῳ δηλονότι γνώσῃ ὅτι οὐχ ὁ θεὸς τὸ σῶμα λυμαίνεται, ἀλλ' ἡ νόσος. οὕτω δ' ἔχει καὶ τῷ ἀνθρώπῳ. ὁκόταν γὰρ ὁ χρόνος γένηται [483] τῇ νούσῳ, οὐκ ἔτι ἰήσιμος γίνεται. διεσθίεται γὰρ ὁ ἐγκέφαλος ὑπὸ τοῦ φλέγματος καὶ τήκεται. τὸ δὲ ἀποτηκόμενον ὕδωρ γίνεται. καὶ περιέχει τὸν ἐγκέφαλον ἐκτὸς καὶ περικλύζει. καὶ διὰ τοῦτο πυκνότερον ἐπίληπτοι γίνονται καὶ ῥᾷον. διὸ δὴ πολυχρόνιος ἡ νοῦσος, ὅτι τὸ ἐπιῤῥέον λεπτόν ἐστιν ὑπὸ πολυπληθίης. καὶ εὐθὺς κρατέεται ὑπὸ τοῦ αἵματος καὶ διαθερμαίνεται. ὁκόσοι δὲ ἤδη ἐθάδες εἰσὶ τῇ νούσῳ, προγινώσκουσιν ὁκόταν μέλλωσι λήψεσθαι καὶ φεύγουσι ἐκ τῶν ἀνθρώ-

exundat, ita ut crebriores defluxiones contingant, neque amplius fieri possit ut pituita excernatur, neque ut cerebrum resiccetur, sed irriguum et humidum esse necesse est. Id ipsum autem praecipue ex ovibus hoc morbo correptis quis cognoscere queat, ac praesertim capris, quae frequentissime hoc morbo prehenduntur. Harum si caput secueris, cerebrum humidum et sudore redundans et male olens deprehendes, ex quo certe cognosces morbum, non deum corpus infestare. Sic etiam in homine se res habet. Cum enim inveteraverit morbus, amplius curari non potest. Cerebrum enim a pituita eroditur et colliquescit. Quod colliquatum est in aquam vertitur, foris cerebrum ambit et circumcirca alluit. Ideoque frequentius et facilius hoc morbo corripiuntur. Diuturnus vero ob id morbus est, quoniam quod affluit prae copia tenue est, et statim a sanguine superatur et incalescit. Quibus vero morbus jam in consuetudinem venit, ii se correptum iri praesentiunt, et hominum con-

Ed. Chart. X. [483.] Foës. I. 307. 308. Ed. Lind. II. (338. 339.)

πων, ἢν μὲν ἐγγὺς αὐτῶν ὁ οἶκος ἔῃ οἰκαδε, ἢν δὲ μὴ, ἐς τὸ ἐρημότατον, ὅπῃ μέλλουσιν ὄψεσθαι αὐτὸν ἐλάχιστοι πεσόντα, εὐθύς τε ἐγκαλύπτεται. τοῦτο δὲ ποιέει ὑπ' αἰσχύνης τοῦ πάθεος καὶ οὐχ ὑπὸ φόβου, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι, τοῦ δαιμονίου. τὰ δὲ παιδάρια τὸ μὲν πρῶτον πίπτουσιν ὅπῃ ἂν τύχωσιν ὑπὸ ἀηθίης. ὅταν δὲ πλεονάκις κατάληπτοι γίνωνται, ἐπειδὴν προαίσθωνται, φεύγουσι παρὰ τὰς μητέρας ἢ παρὰ ἄλλον ὁντινα μάλιστα γινώσκουσιν ὑπὸ δέους καὶ φόβου τῆς πάθης. τὸ γὰρ αἰσχύνεσθαι παῖδες ὄντες οὔπω γινώσκουσιν. (339) ἐν δὲ τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων || διὰ τάδε φημὶ ἐπιλήπτους γίνεσθαι, καὶ μάλιστα τοῖσι νοτίοισιν, ἔπειτα καὶ τοῖσι βορείοισιν, ἔπειτα καὶ τοῖσι λοιποῖσι πνεύμασι. ταῦτα δέ ἐστιν ὅσα τῶν πνευμάτων ἰσχυρότατά ἐστι καὶ ἀλλήλοισιν ἐναντιώτατα κατὰ τὴν στάσιν καὶ κατὰ τὴν δύναμιν. ὁ μὲν γὰρ βορέης ξυνίστησι τὸν ἠέρα καὶ τὸ θολερόν τε καὶ τὸ νεφῶδες ἐκκρίνει καὶ λαμπρότερον καὶ διαφανὲς ποιέει. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τἆλλα πάντα τὰ ἐκ τῆς θαλάσσης ἀρξάμενα καὶ τῶν ἄλλων ὑδάτων.

ſpectum fugiunt, domumque, ſi prope ſit, ſe conferunt, ſin minus, in ſolitudinem, quo quam pauciſſimi eos cadentes videant, ſtatimque ſe contegunt. Quod faciunt propter affectionis verecundiam, non, ut plerique exiſtimant, propter numinis metum. At vero pueri primum quidem propter inſuetam novitatem, quocunque loco ſors obtigerit, concidunt. Cum autem ſaepius prehendantur, ubi praeſenſerint, ad matres, aut alium quemvis maxime ſibi notum propter affectionis timorem ac metum confugiunt. Neque enim, cum pueri ſint, verecundiam adhuc ſentiunt. In ventorum autem mutationibus has ob cauſas morbo corripi cenſeo, ac praecipue auſtrinis tempeſtatibus, deinde etiam borealibus, poſtea vero reliquis etiam flantibus ventis, ex iisque qui ſunt valentiſſimi et inter ſe tum ſitu tum viribus maxime adverſi. Aquilo ſiquidem aëra cogit, turbulentum ac nubiloſum ſecernit, limpidum et lucidum reddit. Ad eundem vero modum reliqui etiam omnes venti ex mari et aliis

©BIUM

Ed. Chart. X. [483.] Foës. I. 308. Ed. Lind. II. (339. 341.)
ἐκκρίνει γὰρ ἐξ ἁπάντων τὴν νοτίδα καὶ τὸ δνοφερὸν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων, διὸ καὶ ὑγιεινότατός ἐστι τῶν ἀνέμων. ὁ δὲ νότος τἀναντία τούτῳ ἐργάζεται. πρῶτον μὲν γὰρ ἄρχεται τὸν ἠέρα ξυνεστεῶτα τήκειν καὶ διαχέειν, καθότι καὶ οὐκ εὐθὺς πνέει μέγας, ἀλλὰ λαγανίζει πρῶτον, ὅτι οὐ δύναται ἐπικρατῆσαι τοῦ ἠέρος αὐτίκα, τοῦ πρόσθεν πυκνοῦ τε ἐόντος καὶ ξυνεστηκότος, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ διαλύει. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ τὴν γῆν ἐργάζεται καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τοὺς ποταμοὺς καὶ τὰς κρήνας καὶ τὰ φρέατα καὶ ὅσα φύεται καὶ ἐν οἷσιν ὑγρὸν ἔνεστιν. ἔστι δὲ ἐν παντὶ, ἐν μὲν τῷ πλέον, ἐν δὲ τῷ ἔλασσον. ἅπαντα δὲ ταῦτα αἰσθάνεται τοῦ πνεύματος τούτου. καὶ ἔκ τε λαμπρῶν δνοφερώδεα γίνεται, ἔκ τε ψυχρῶν θερμὰ, καὶ ἐκ ξηρῶν νοτώδεα ὁκόσα τε ἐν οἰκήμασι κεράμια κατὰ γῆς ἐστι μετὰ οἴνου ἢ ἄλλου τινὸς ὑγροῦ, πάντα ταῦτα αἰσθάνεται τοῦ νότου καὶ διαλλάσσει τὴν μορφὴν εἰς ἕτερον εἶδος. τὸν δὲ ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τὰ ἄστρα πουλὺ ἀμβλυωπότερα καθίστησι τῆς φύσιος. (340) ὅτε οὖν καὶ τούτων οὕτω μεγάλων ἐόντων καὶ ἰσχυρῶν

aquis venientes. Ex omnibus enim atque ex ipsis hominibus humiditatem et caliginem expurgant, ideoque ventorum saluberrimus est aquilo. Huic autem contraria auster efficit. Primum siquidem concretum aëra liquare et diffundere incipit, ex quo etiam non confestim vehemens est, sed primo leviter spirat, cum aërem prius densum et coactum statim superare non possit, quem tamen temporis spatio dissolvit. Idem etiam ipsum per terram efficit, per mare, per flumina, per fontes et puteos, et ea quae ex terra nascuntur, ac in quibus humidum inest. Id autem quavis in re, modo plus, modo minus inest. Haec vero omnia istius venti vim sentiunt, et ex lucidis caliginosa, ex frigidis calida, ex siccis humida redduntur. Quaeque in domibus vasa fictilia in terra sita sunt vino aut alio quovis liquore plena, ea omnia austrum sentiunt, formamque aliam in speciem transmutant. Solem autem et lunam et sidera longe quam sint natura hebetiora facit. Cum igitur in haec tam

Ed. Chart. X. [483. 484.] Foës. I. 308. Ed. Lind. II. (340.)
τοσοῦτον ἐπικρατέει καὶ τὸ σῶμα ποιέει αἰσθάνεσθαι καὶ μεταβάλλειν ἐκ τῶν ἀνέμων τούτων ἐν τῇσι μεταλλαγῇσιν, ἀνάγκη τοῖσι μὲν νοτίοισι λύεσθαί τε καὶ φλοιδᾶν τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰς φλέβας χαλαρωτέρας εἶναι, τοῖσι δὲ βορείοισι [484] ξυνίστασθαι τὸ ὑγιηρότατον τοῦ ἐγκεφάλου, τὸ δὲ νοσερώτατον καὶ ὑγρότατον ἐκκρίνεσθαι καὶ περικλύζειν ἔξωθεν, καὶ οὕτω τοὺς καταῤῥόους ἐπιγίνεσθαι ἐν τῇσι μεταβολῇσι τῶν πνευμάτων τούτων. οὕτως ἡ νοῦσος αὕτη γίνεται καὶ θάλλει ἀπὸ τῶν προσιόντων τε καὶ ἀπιόντων, καὶ οὐδέν ἐστιν ἀπορωτέρη τῶν ἄλλων οὔτε ἰῆσθαι οὔτε γνῶναι, οὔτε θειοτέρη ἢ ὡς αἱ ἄλλαι. εἰδέναι δὲ χρὴ ἀνθρώπους, ὅτι ἐξ οὐδενὸς ἡμῖν αἱ ἡδοναὶ γίνονται καὶ αἱ εὐφροσύναι καὶ γέλωτες καὶ παιδιαὶ ἢ ἐντεῦθεν, καὶ λῦπαι καὶ ἀνίαι καὶ δυσφροσύναι καὶ κλαυθμοί. καὶ τούτῳ φρονεῦμεν μάλιστα καὶ νοεῦμεν καὶ βλέπομεν καὶ ἀκούομεν καὶ γινώσκομεν τά τε αἰσχρὰ καὶ τὰ καλὰ καὶ τὰ κακὰ καὶ ἀγαθὰ καὶ ἡδέα καὶ ἀηδέα, τὰ μὲν νόμῳ διακρίνοντες, τὰ δὲ τῷ συμφέροντι αἰσθανόμενοι. τῷ δὲ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἀηδίας τοῖσι καιροῖσι

magna et valida tantum poſſit, corpusque ſenſu afficiat et in horum ventorum permutationibus transmutet, ab auſtris quidem cerebrum diſſolvi et humescere venasque magis elaxari neceſſe eſt, ab aquilonibus autem quod in cerebro maxime ſanum eſt cogi, quod vero maxime morboſum eſt et humidum ſecerni, et foris circumcirca alluere, eaque ratione defluxiones in horum ventorum mutationibus contingere. Sic morbus hic oritur et pullulat tum ab his quae adſunt tum ab his quae decedunt, nihiloque ejus curatio aut cognitio reliquis eſt difficilior, neque magis quam caeteri divinus eſt. Ac noſſe homines convenit, non aliunde nobis voluptates, laetitias, riſus et jocos, quam hinc contingere, itemque dolores, moleſtias, triſtitias et ejulatus. Hacque parte praecipue ſapimus et intelligimus et videmus et audimus et turpia et honeſta cognoscimus malaque et bona, itemque quae jucunda ſunt et injucunda partim quidem conſuetudine discernimus, partim vero utilitate percipimus. Hac etiam parte voluptates et moleſtias temporibus

©BIUM

Ed. Chart. X. [484.] Foës. I. 308. 309. Ed. Lind. II. (340. 341.)
διαγινώσκοντες, καὶ οὐ ταὐτὰ ἀρέσκει ἡμῖν. τῷ δὲ αὐτῷ τούτῳ καὶ μαινόμεθα καὶ παραφρονέομεν, καὶ δείματα καὶ φόβοι παρίστανται ἡμῖν τὰ μὲν νύκτωρ, τὰ δὲ μεθ' ἡμέρην, καὶ ἐνύπνια καὶ πλάνοι ἄκαιροι, καὶ φροντίδες οὐχ ἑκνούμεναι καὶ ἀγνωσίη τῶν καθεστεώτων καὶ ἀηθίη καὶ ἀπειρίη. καὶ ταῦτα πάσχομεν ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου πάντα, ὅταν οὗτος μὴ ὑγιαίνῃ, ἀλλ' ἢ θερμότερος τῆς (341) φύσιος γένηται ἢ ψυχρότερος ἢ ὑγρότερος ἢ ξηρότερος, ἤ τι ἄλλο πεπόνθῃ πάθος παρὰ τὴν φύσιν ὃ μὴ εἰώθη. καὶ μαινόμεθα μὲν ὑπὸ ὑγρότητος. ὁκόταν γὰρ ὑγρότερος τῆς φύσιος ἔῃ, ἀνάγκη κινέεσθαι, κινευμένου δὲ τοῦ πάθεος μήτε τὴν ὄψιν ἀτρεμίζειν || μήτε τὴν ἀκοὴν, ἀλλ' ὄλλοτε ἄλλο ὁρᾶν καὶ ἀκούειν, τήν τε γλῶσσαν τοιαῦτα διαλέγεσθαι οἷα ἂν βλέπῃ τε καὶ ἀκούῃ ἑκάστοτε. ὁκόσον δ' ἂν ἀτρεμήσῃ ὁ ἐγκέφαλος χρόνον, τοσοῦτον καὶ φρονέει ὁ ἄνθρωπος. γίνεται δὲ ἡ διαφθορὴ τοῦ ἐγκεφάλου ὑπὸ φλέγματος καὶ χολῆς. γνώσῃ δὲ ἑκάτερα ὧδε. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ φλέγματος μαινόμενοι ἥσυχοί τέ εἰσι καὶ οὐ βοῶσιν οὐδὲ θορυβέουσιν, οἱ δὲ ὑπὸ χολῆς κεκράκται

dignoscimus, neque eadem nobis placent. Eademque ipsa parte et insanimus et deliramus terroresque et metus partim quidem noctu, partim etiam interdiu nos circumstant, insomniaque et errores intempestivi et curae non convenientes indeque rerum praesentium ignoratio, desuetudo et imperitia nobis provenit. Atque haec omnia ex cerebro nobis contingunt, cum minime sanum, sed natura calidius extiterit aut frigidius, aut humidius, aut siccius, aut aliam quandam praeter naturam et consuetudinem affectionem senserit. Ac insania quidem nobis ab humiditate contingit. Cum enim natura humidius fuerit, agitari necesse est, atque ubi movetur affectio, neque visionem, neque auditionem conquiescere, sed aliud interdum cernere et audire necesse est, linguamque eadem quae singulis momentis videt et audit effari. Quoque tempore cerebrum conquiescit, eo etiam homo sapit. Ac cerebri corruptio ex pituita et bile oritur, utrumque autem hoc modo dignosces. Qui ex pituita quidem insaniunt, quieti sunt, neque vociferantur neque tumul-

Ed. Chart. X. [484. 485.] Foës. I. 309. Ed. Lind. II. (341. 342.)
καὶ κακοῦργοι καὶ οὐκ ἀτρεμαῖοι αἰεί τι ἄκαιρον δρῶντες. ἢν μὲν οὖν ξυνεχέως μαίνωνται, αὗται αὐτοῖς αἱ προφάσιες εἰσίν· ἢν δὲ δείματα καὶ φόβοι παριστῶνται, ὑπὸ μεταστάσιος τοῦ ἐγκεφάλου. μεθίσταται δὲ θερμαινόμενος. θερμαίνεται δὲ ὑπὸ τῆς χολῆς, ὁκόταν ὁρμήσῃ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον, κατὰ τὰς φλέβας τὰς αἱματίτιδας ἐκ τοῦ σώματος. καὶ φόβος παρέστηκε μέχρις ἀπέλθῃ πάλιν ἐπὶ τὰς φλέβας καὶ τὸ σῶμα. ἔπειτα πέπαυται. ἀνιᾶται δὲ ἀσᾶται παρὰ καιρὸν ψυχομένου τοῦ ἐγκεφάλου καὶ ξυνισταμένου παρὰ τὸ ἔθος. τοῦτο δὲ ὑπὸ φλέγματος πάσχει. ὑπ' αὐτοῦ δὲ τοῦ πάθεος καὶ ἐπιλήθεται. ἐκ νυκτῶν δὲ βοᾷ καὶ κέκραγεν, ὁκόταν ἐξαπίνης ὁ ἐγκέφαλος διαθερμαίνηται. τοῦτο δὲ πά[485]σχουσι οἱ χολώδεες. οἱ φλεγματώδεες δὲ οὐ δια(342)θερμαίνονται, ἐπὴν δὲ τὸ αἷμα ἐπέλθῃ πουλὺ ἐπὶ τὸν ἐγκέφαλον καὶ ἐπιζέσῃ. ἔρχεται δὲ κατὰ τὰς φλέβας πολὺ τὰς προειρημένας. ὁκόταν τυγχάνῃ ὁ ἄνθρωπος ὁρέων ἐνύπνιον φοβερὸν καὶ ἐν τῷ φόβῳ ἔῃ, ὥσπερ οὖν καὶ εἰ ἐγρηγόρει, τότε μᾶλλον τὸ πρόσωπον φλογιᾷ. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ ἐρεύθονται, ὁκόταν φοβῆται.

tuantur, qui vero ex bile, clamosi et maligni et minime quieti, semper aliquid intempestivum faciunt. Ex his igitur causis continuo insaniunt. Quod si terrores et metus adsunt, ex cerebri transmutatione contingit, quod fit, dum bile cerebrum incalescit, ubi per venas sanguinem deferentes in cerebrum ex corpore impetu delata fuerit. Metus autem circumstat, donec rursus in venas et corpus redierit; deinde sedatur. Intempestive autem tristatur et angitur, dum cerebrum perfrigescit et praeter consuetudinem cogitur. Id vero et ex pituita contingit, ex eaque affectione obliviosus evadit. At ubi cerebrum derepente percalescit, nocte clamat et vociferatur, idque biliosis contingit, minime vero pituitosis, cum hi non percalefiant, postquam copiosus sanguis cerebrum invaserit, in eoque ebullierit. Is autem multus subit per venas praedictas. Cum forte contingit ut quis horrendum insomnium videat et in metu sit, non secus certe ac si vigilaret, tunc magis facies exardescit cum rubore, et oculi rubescunt, cum timuerit, mensque aliquod

©BIUM

Ed. Chart. X. [485.] Foës. I. 309. Ed. Lind. II. (342.)

καὶ ἡ γνώμη ἐπινοεῖ τι κακὸν ἐργάσασθαι, οὕτω καὶ ἐν τῷ ὕπνῳ πάσχει. ὁκόταν δὲ ἐπέγρηται καὶ καταφρονήσῃ καὶ τὸ αἷμα πάλιν ἀποσκεδασθῇ εἰς τὰς φλέβας τὰς προειρημένας, πέπαυται. κατὰ ταῦτα νομίζω τὸν ἐγκέφαλον δύναμιν πλείστην ἔχειν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. οὗτος γὰρ ἡμῖν ἐστι τῶν ἀπὸ τοῦ ἠέρος γινομένων ἑρμηνεὺς, ἢν ὑγιαίνων τυγχάνῃ. τὴν δὲ φρόνησιν αὐτῷ ὁ ἀὴρ παρέχεται. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ οὔατα καὶ ἡ γλῶσσα καὶ αἱ χεῖρες καὶ οἱ πόδες οἷα ἂν ὁ ἐγκέφαλος γινώσκῃ, τοιαῦτα ὑπηρετοῦσι. γίνεται γὰρ παντὶ τῷ σώματι τῆς φρονήσιος, ὡς ἂν μετέχῃ τοῦ ἠέρος. ἐς δὲ τὴν σύνεσιν ὁ ἐγκέφαλος ἐστὶν ὁ διαγγέλλων. ὁκόταν γὰρ σπάσῃ τὸ πνεῦμα ὁ ἄνθρωπος ἐς ἑωυτὸν, ἐς τὸν ἐγκέφαλον πρῶτον ἀφικνέεται, καὶ οὕτως ἐς τὸ λοιπὸν σῶμα σκίδναται ὁ ἀὴρ, καταλιπὼν ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ ἑωυτοῦ τὴν ἀκμὴν καὶ ὅ τι ἂν ἔῃ φρόνιμόν τε καὶ γνώμην ἔχον. εἰ γὰρ ἐς τὸ σῶμα πρῶτον ἀφικνέεται καὶ ὕστερον ἐς τὸν ἐγκέφαλον, ἐν τῇσι σαρξὶ καὶ ἐν τῇσι φλεψὶ καταλελοιπὼς τὴν διάγνωσιν ἐς τὸν ἐγκέφαλον ἂν εἴη θερμὸς ἔτι ἐὼν καὶ οὐχὶ ἀκραιφνὴς, ἀλλ' ἐπιμεμιγμένος τῇ ἰκμάδι τῇ ἀπὸ τῶν σαρκῶν καὶ τοῦ αἵμα-

malum perpetrare cogitat, ſicque ei etiam per ſomnum contingit. Ac ubi experrectus fuerit et ad ſe redierit, ſanguisque rurſus in venas commemoratas diſperſus fuerit, ceſſat. In haec ipſa plurimam vim hominis cerebrum habere exiſtimo. Hoc enim ſi ſanum eſſe contigerit, nobis quae ab aëre fiunt indicat. Prudentiam vero ei aër ſubminiſtrat. Oculi autem, aures, lingua, manus et pedes, ea quae cerebrum cognoscit adminiſtrant. Quantum enim aëre communicarit, tantum univerſo corpori prudentiae accedit. Intelligentiae autem cerebrum internuncius eſt. Cum enim quis ad ſe ſpiritum attraxerit, primo in cerebrum defertur, itaque in reliquum corpus aër diſpergitur, in cerebro ſuum relinquens vigorem et quicquid habuit prudentiae et mentis. Quod ſi primum ad corpus deveniret, poſteaque ad cerebrum, relicto in carnibus et venis indicio, in cerebrum calidus adhuc et minime ſincerus, ſed carnium et ſanguinis humori permixtus ſubiret, proindeque neque amplius exacte purus

Ed. Chart. X. [485. 486.] Foës. I. 309. 310. Ed. Lind. II. (342. 343.)

τος, ὥστε μηκέτι εἶναι ἀκριβής. διότι φημὶ τὸν ἐγκέφαλον εἶναι τὸν ἑρμηνεύοντα τὴν ξύνεσιν. (343) αἱ δὲ φρένες ἄλλως ὄνομα ἔχουσι τῇ τύχῃ κεκτημένον καὶ τῷ νόμῳ, τῷ δὲ ὄντι οὔκ, οὐδὲ τῇ φύσει, οὐδὲ οἶδα ἔγωγε τίνα δύναμιν ἔχουσιν αἱ φρένες ὥστε φρονέειν τε καὶ νοεῖν, πλὴν εἴ τι ὁ ἄνθρωπος ὑπερχαρῇ ἐξ ἀδοκήτου ἢ ἀνιαθείη, πηδῶσι καὶ ἄσην παρέχουσιν ὑπὸ λεπτότητος. καὶ ὅτι ἀνατέτανται μάλιστα ἐν τῷ σώματι, καὶ κοιλίην οὐκ ἔχουσι πρὸς ἣν δέξωνται ἢ ἀγαθὸν ἢ κακὸν προσπῖπτον, ἀλλ' ὑπ' ἀμφοτέρων τούτων τεθορύβηνται διὰ τὴν ἀσθενίην τῆς φύσιος, || ἐπεὶ αἰσθάνονταί γε οὐδενὸς πρότερον τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ἀλλὰ μάτην τοῦτο τὸ ὄνομα ἔχουσιν. καὶ τὴν αἰτίην ὥσπερ τὰ πρὸς τῇ καρδίῃ ἅπερ ὦτα καλέεται, οὐδὲν ἐς τὴν ἀκοὴν ξυμβαλλόμενα. λέγουσι δέ τινες ὡς φρονέομεν τῇ καρδίῃ καὶ τὸ ἀνιώμενον τοῦτό ἐστι καὶ τὸ φροντίζον. τὸ δὲ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ σπᾶται μὲν ὥσπερ αἱ φρένες, καὶ μᾶλλον διὰ τὰς αὐτὰς [486] αἰτίας. ἐξ ἅπαντος γὰρ τοῦ σώματος φλέβες ἐς

esset. Quocirca cerebrum intelligentiae indicem et nuncium esse censeo. At septum transversum, φρένες Graecis dictum, temere ac fortuito fortitum nomen videtur, et ex instituto, non re vera, neque a natura. Neque sane video quamnam vim ad prudentiam et intelligentiam septum transversum habeat, praeterquam si quis ex insperato nimio gaudio aut tristitia affectus fuerit, salit et anxietatem praetenuitate exhibet, et quod in corpore vehementer distenditur, neque ventriculum habet in quem bonum vel malum illapsum suscipiat, sed ab eorum utroque propter nativam imbecillitatem perturbatur. Siquidem nihilo pejus quam caetera quae in corpore insunt sentit, sed frustra hoc nomen et causam habet, non secus ac quae cordi annexae sunt aures appellatae, cum nihil ad auditionem conferant. Quidam autem nos corde sapere dicunt, quodque ipsum tristitiam et curam sentit. Verum non ita se res habet, sed contrahitur quidem velut septum transversum, atque etiam magis easdem ob causas. Ex toto enim corpore ad ipsum venae

©BIUM

Ed. Chart. X. [486.] Foës. I. 510. Ed. Lind. II. (343. 344.)

αὐτὴν συντείνουσι, καὶ συγκλείσεις ἔχει ὥστε αἰσθάνεσθαι, ἤν τις πόνος ἢ σύστασις γίνηται τῷ ἀνθρώπῳ. ἀνάγκη γὰρ καὶ ἀνιώμενον φρίσσειν τὸ σῶμα καὶ συντείνεσθαι, καὶ ὑπερχαίροντα τὸ αὐτὸ τοῦτο πάσχειν. διότι ἡ καρδίη αἰσθάνεταί τε μάλιστα καὶ αἱ φρένες. τῆς μέντοι φρονήσιος οὐδετέρῳ μέτεστιν, ἀλλὰ πάντων τουτέων ὁ ἐγκέφαλος αἴτιός ἐστιν. ὥσπερ οὖν καὶ τῆς φρονήσιος καὶ τοῦ ἠέρος πρῶτος αἰσθάνεται ὁ ἐγκέφαλος τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόν(344)των, οὕτως καὶ ἤν τις μεταβολὴ ἰσχυρότερον γένηται ἐν τῷ ἠέρι ὑπὸ τῶν ὡρέων, καὶ αὐτὸς ἑωυτοῦ διάφορος γίνεται ἐν τῷ ἠέρι. ὁ γὰρ ἐγκέφαλος διὰ τοῦτο πρῶτος αἰσθάνεται, διότι καὶ τὰ νουσήματα ἐς αὐτὸν ἐμπίπτειν φημὶ ὀξύτατα καὶ μέγιστα καὶ θανατωδέστατα καὶ δυσκριτώτατα τοῖσι ἀπείροισι. αὕτη δὲ ἡ νοῦσος ἡ ἱερὴ καλεομένη ἐκ τῶν αὐτῶν προφασίων γίνεται ἀφ' ὧν καὶ αἱ λοιπαὶ ἀπὸ τῶν προσιόντων καὶ ἀπιόντων, οἷον ψύξιος, ἡλίου, πνευμάτων μεταβαλλομένων τε καὶ μηδέποτε ἀτρεμιζόντων. ταῦτα δ' ἔστι θεῖα, ὥστε μηδὲν διακρίνοντα τὸ νούσημα θειότερον τῶν λοιπῶν νου-

tendunt illicque clauduntur, ut ſentiat cum quis dolore aut moleſto aliquo ſenſu contrahitur. Cum enim moleſtiam ſentit corpus, inhorrescere et diſtendi neceſſe eſt, idemque contingere ſi quis ſummo gaudio afficiatur. Quam ob rem cor praecipue et ſeptum transverſum ſentiunt, neutrum tamen prudentiae jus habet, ſed horum omnium cerebrum auctor eſt. Quemadmodum igitur ex omnibus quae in corpore inſunt cerebrum primum intelligentiam ad aërem percipit, ita ſi quae vehementior mutatio per anni tempora in aëre contingat, ipſum etiam in aëre ſibi diſſentit. Hanc enim ob cauſam primum ſentit cerebrum, quia in ipſum, ut cenſeo, graviſſimi, maximi praecipueque lethales morbi incidunt, quique apud inexpertos difficillimum habent judicium. Hic vero morbus qui ſacer appellatur ex iisdem cauſis ex quibus etiam reliqui originem trahit, ex his nempe quae accedunt et decedunt, velut frigore, ſole, ventis et mutationibus nunquam conquiescentibus. Atque haec divina ſunt, ut nihil opus ſit exiſtimare hunc morbum reliquis di-

Ed. Chart. X. [486.] Foës. I. 310. Ed. Lind. II. (344.)

σημάτων νομίζειν, ἀλλὰ πάντα θεῖα καὶ ἀνθρώπινα πάντα. φύσιν δὲ ἔχει ἕκαστον καὶ δύναμιν ἐν ἑωυτῷ, καὶ οὐδὲν ἄπορόν ἐστιν οὐδὲ ἀμήχανον. ἀκεστά τε τὰ πλεῖστά ἐστιν αὐτοῖσι τούτοισιν ἀφ' ὅτων καὶ γίνεται. ἕτερον γὰρ ἑτέρῳ τροφή ἐστι, τῷ δὲ κάκωσις. τοῦτο οὖν δεῖ τὸν ἰητρὸν ἐπίστασθαι καὶ τὸν καιρὸν διαγινώσκειν ἑκάστου, ὡς ἂν τὸ μὲν ἀποδώσει τροφῇ καὶ αὐξήσει, τὸ δὲ ἀφαιρέσει καὶ μειώσει. χρὴ δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ νούσῳ καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ἁπάσῃσι μὴ αὔξειν τὰ νουσήματα, ἀλλὰ σπεύδειν τρύχειν προσφέροντας τῇ νούσῳ τὸ πολεμιώτατον ἑκάστῃ, μὴ τὸ φίλον καὶ σύνηθες. ὑπὸ μὲν γὰρ τῆς συνηθείης θάλλει καὶ αὔξεται, ὑπὸ δὲ τοῦ πολεμίου φθίνει καὶ ἀμαυροῦται. ὅστις δὲ ἐπίσταται ἐν ἀνθρώποις τὴν τοιαύτην μεταβολὴν καὶ δύναται ὑγρὸν καὶ ξηρὸν ποιέειν καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν ὑπὸ διαίτης τὸν ἄνθρωπον, οὗτος καὶ ταύτην τὴν νοῦσον ἰῷτο ἄν, εἰ τοὺς καιροὺς διαγινώσκει τῶν ξυμφερόντων, ἄνευ καθαρμῶν καὶ μαγευμάτων καὶ πάσης ἄλλης βαναυσίης τοιαύτης.

vinitate praeſtare, ſed omnes divini omnesque humani reputandi. Naturam autem et vim in ſe quisque habet et nullus eſt qui remedium aut auxilium reſpuat, et plerique ab iisdem a quibus oriuntur ſanantur. Alterum enim alteri alimentum eſt, alteri vero pernicies. Hoc igitur medicum cujusque captata temporis occaſione noſſe convenit, quodque huic quidem per alimentum incrementum dabit, illum vero detrahet et imminuet. Oportet autem tum in hoc tum in reliquis omnibus morbis non augere morbos, ſed properanter profligare, id quod cuique morbo eſt maxime adverſum, non amicum aut familiare, exhibendo. Ab eo enim quod eſt conſuetum viget et augetur, ab eo vero quod eſt inimicum extenuatur et retunditur. Quisquis autem hujusmodi mutationem in hominibus adhibere noverit, et per victus rationem hominem humidum et ſiccum, calidum item et frigidum reddere poterit, is ſane hunc morbum citra expiationes et magicas artes citraque omnem ſordidam hujusmodi et illiberalem profeſſionem, ſi eorum quae conferunt opportunitatem dignoscat, curare poterit.

©BIUM

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΔΙΑΙΤΗΣ ΥΓΙΕΙΝΗΣ.

Ed. Chart. VI. [220.] Foës. I. 337. Ed. Lind. I. (626.)

Τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι. τοῦ μὲν χειμῶνος ἐσθίειν ὡς πλεῖστα, πίνειν δ' ὡς ἐλάχιστα. εἶναι δὲ τὸ πόμα οἶνον ὡς ἀκρητέστατον, τὰ δὲ σιτία ἄρτον, καὶ τὰ ὄψα ὀπτὰ πάντα. λαχάνοισι δὲ ὡς ἐλαχίστοισι χρῆσθαι κατὰ ταύτην τὴν ὥρην. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα τὸ σῶμα ξηρόν τε εἴη καὶ θερμόν. ὁκόταν δὲ τὸ ἔαρ ἐπιλαμβάνῃ, τότε χρὴ πόμα πλέον πίνειν οἶνον ὑδαρέστερον καὶ κατ' ὀλίγον, καὶ τοῖσι σιτίοισι μαλακωτέροισι χρέεσθαι καὶ ἐλάσσοσι, καὶ τὸν ἄρτον ἀφαιρέοντα μᾶζαν προστιθέναι, καὶ τὰ ὄψα κατὰ τὸν αὐτὸν λό-

HIPPOCRATIS LIBER DE SALVBRI VICTVS RATIONE.

Hac victus ratione privati homines uti debent, ut hieme quidem quam plurimum edant, bibant quam minimum. Potus ſit vinum quam meraciſſimum, cibus panis, opſonia aſſa omnia. Oleribus autem quam pauciſſimis hac tempeſtate utendum. Hac ſiquidem ratione potiſſimum corpus tum calidum tum ſiccum fuerit. At vero cum ver inſtat, tunc copioſius et dilutius, paulatimque vinum bibendum, cibisque mollioribus et paucioribus utendum, panis ſubtrahendus, et maza offerenda, eademque ratione opſonia de-

Ed. Chart. VI. [220. 223.] Foës. I. 337. Ed. Lind. I. (626. 627.)

γον ἀφαιρέειν, καὶ ἐκ τῶν ὀπτῶν πάντα ἑφθὰ ποιέεσθαι, καὶ λαχάνοισι ἤδη χρέεσθαι τοῦ ἦρος ὀλίγοισι, ὅκως ἐς τὴν θερίην καταστήσεται ὁ ἄνθρωπος τοῖσί τε σιτίοισι μαλακωτέροισι χρεώμενος καὶ τοῖσιν ὄψοισιν ἑφθοῖσι καὶ λαχάνοισιν ἑφθοῖσι καὶ ὠμοῖσιν. ὡσαύτως καὶ τοῖσι πόμασιν ὡς ὑδαρεστάτοισι καὶ πλείστοισιν, καὶ ὅκως μὴ μεγάλη ἡ μεταβολὴ ἔσται, κατὰ μικρὸν, μὴ ἐξαπίνης χρεωμένῳ. [223] τοῦ δὲ θέρεος τῇ τε μάζῃ μαλακῇ τρέφεσθαι καὶ τῷ ποτῷ ὑδαρεῖ καὶ πολλῷ, καὶ τοῖσιν ὄψοισιν πᾶσαν ἑφθοῖσι καὶ (627) οὕτω δεῖ χρέεσθαι τουτέοισιν ὁκόταν τὸ θέρος ᾖ, ὅκως ψυχρὸν εἴη τὸ σῶμα καὶ μαλακόν. καὶ γὰρ ἡ ὥρη θερμή τε καὶ ξηρὴ, καὶ ποιέει τὰ σώματα καυματώδεα καὶ αὐχμηρά. δεῖ οὖν τοῖσιν ἐπιτηδεύμασι τουτέοισιν ἀλέξασθαι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον ὥσπερ ἐκ τοῦ χειμῶνος εἰς τὸ ἦρ, οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἦρος εἰς τὸ θέρος καταστήσεται, τῶν μὲν σιτίων ἀφαιρέων, τῷ δὲ ποτῷ προστιθεὶς, καὶ οὕτω τὰ ἐναντία ποιέοντα καταστῆσαι ἐκ τοῦ θέρεος εἰς τὸν χειμῶνα. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ πάλιν τὰ μὲν σιτία πλείω ποιεύμενον καὶ ξηρότερα καὶ τὰ ὄψα κατὰ λόγον, τὰ δὲ ποτὰ ἐλάσσω τε καὶ ἀκρητέ-

tralienda et aſſa omnia cum elixis commutanda. Oleribus etiam paucis vere utendum, donec ad aeſtatem homo deveniat, tum molliores omnes cibos, tum opſonia cocta ſumendo et olera cocta et cruda, ſimiliterque potus plurimos et quam dilutiſſimos, idque ſenſim, ut ne magna mutatio derepente utenti contingit. Aeſtate autem tum molli maza tum potu copioſo et diluto opſoniisque omnibus elixis nutriri oportet, iisque ita utendum, dum aeſtas fuerit, quo corpus molle ſit et frigidum. Siquidem haec tempeſtas calida eſt et ſicca, et corpora aeſtuoſa et ſqualida reddit. Hac igitur inſtituta victus ratione iis ſuccurrendum eſt. Eadem vero ratione, quemadmodum ex hieme ad ver, ſic etiam ex vere ad aeſtatem deveniendum, cibos quidem demendo, potum vero augendo, ad eumque modum contraria adhibendo ex aeſtate ad hiemem perveniendum. In autumno contra cibi quidem majore copia et ſicciores exhibendi, et opſonia ad eundem modum, potus etiam pauciores et mera-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [223. 224.] Foës. I. 337. 338. Ed. Lind. I. (627. 628.)

στερα, ὅκως ὅ τε χειμὼν ἀγαθὸς ἔσται καὶ ἄνθρωπος διαχρήσεται τοῖσί τε πόμασιν ἀκρητεστέροισι καὶ ὀλίγοισι καὶ τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλείστοισί τε καὶ ξηροτάτοισιν. οὕτω γὰρ ἂν καὶ ὑγιαίνοι μάλιστα καὶ ῥιγώη ἥκιστα. ἥ γὰρ ὥρη λίην ψυχρή τε καὶ ὑγρή. τοῖς δὲ εἴδεσι τοῖσι σαρκώδεσι καὶ μαλθακοῖσι καὶ ἐρυθροῖσι, ξυμφέρει δὴ τὸν πλείονα χρόνον τοῦ ἐνιαυτοῦ ξηροτέροισι διαιτήμασι χρέεσθαι, ὑγρὴ γὰρ ἡ φύσις τῶν εἰδέων τουτέων. [224] τοὺς δὲ στρυφνοὺς καὶ προσεσταλμένους καὶ πυῤῥοὺς καὶ μέλανας τῇ ὑγροτέρῃ διαίτῃ χρὴ τὸ πλεῖον τοῦ χρόνου ἐνδιαιτᾶσθαι. τὰ γὰρ σώματα τοιαῦτα ὑπάρχει ξηρὰ ἐόντα. || καὶ τοῖσι νέοισι τῶν σωμάτων ξυμφέρει μαλακωτέροισί τε καὶ ὑγροτέροισι χρέεσθαι τοῖσι διαιτήμασιν· ἡ γὰρ ἡλικίη ξηρὴ καὶ τὰ σώματα πέπηγε. τοὺς δὲ πρεσβυτέρους τῷ ξηροτέρῳ χρὴ τρόπῳ τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου διάγειν. τὰ γὰρ σώματα ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίῃ ὑγρὰ καὶ μαλθακὰ καὶ ψυχρά. δεῖ οὖν πρὸς τὴν ἡλικίην καὶ τὴν ὥρην καὶ τὸ (628) ἔθος καὶ τὴν χώρην καὶ τὰ εἴδεα τὰ διαιτήματα ποιέεσθαι ἐναντιούμενον τοῖσι καθισταμένοισι καὶ θάλπεσι καὶ χειμῶσι. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὑγιαίνοιεν. καὶ ὁδοι-

ciores, ut homo commodam degat hiemem, et potibus utatur meracioribus et paucis, cibisque quamplurimis et ficciſſimis. Ita enim cum vel maxime valebit, tum minime frigus ſentiet, cum haec anni tempeſtas admodum ſit frigida et humida. At corporis habitus carnoſos, molles et rubros, majorem anni partem ſicciore victus ratione uti convenit, quod eorum natura ſit humida. Duri vero, graciles, fulvi et nigri humidiore victus ratione toto fere tempore uti debent, cum eorum corpora ſicca exiſtant. Junioribus corporibus mollior et humidior victus ratio utilis eſt. Haec enim aetas ſicca eſt et eorum compacta ſunt corpora. Senes vero ſicciore victus modo plurimam temporis partem degere oportet, quod ea aetate corpora ſint humida, mollia et frigida. Quare pro aetate, anni tempore, conſuetudine, regione, loco, corporum habitu, victus ratio ſic eſt ineunda ut inſtantibus et caloribus et frigoribus nos opponamus. Nam ita demum optima valetudo conſequetur. Quin etiam

Ed. Chart. VI. [224. 227.] Foël. I. 338. Ed. Lind. I. (628.)

πορέειν τοῦ μὲν χειμῶνος ταχέως χρὴ, τοῦ δὲ θέρεος ἡσυχῇ, ἢν μὴ διὰ καύματος ὁδοιπορέῃ. δεῖ δὲ καὶ τοὺς σαρκώδεας θᾶσσον ὁδοιπορέειν, τοὺς δὲ ἰσχνοὺς ἡσυχέστερον. λουτροῖσι δὲ χρὴ πολλοῖσι χρῆσθαι τοῦ θέρεος, τοῦ δὲ χειμῶνος ἐλάσσοσι. χρὴ δὲ τοὺς στρυφνοὺς μᾶλλον λούεσθαι τῶν σαρκωδέων. ἠμφιέσθαι δὲ χρὴ τοῦ χειμῶνος καθαρὰ ἱμάτια, τοῦ δὲ θέρεος ἐλαιοπινέα. [227] τοὺς δὲ παχέας χρὴ καὶ ὅσοι βούλονται λεπτοὶ γενέσθαι τὰς ταλαιπωρίας ἁπάσας νήστιας ποιέεσθαι. καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐπιχειρέειν ἔτι ἀσθμαίνοντας ἐκ τοῦ κόπου καὶ μὴ ἀνεψυγμένους καὶ προπεπωκότας οἶνον κεκρημένον καὶ μὴ σφόδρα ψυχρόν· καὶ τὰ ὄψα σκευάζειν σησάμοισιν ἢ ἡδύσμασι καὶ τοῖσιν ἄλλοισι τοῖσι τοιουτοτρόποισι. καὶ πίονα ἔστω τὰ προσαγόμενα ὄψα. οὕτω γὰρ ἂν ἀπὸ ἐλαχίστων ἐμπίμπλαιντο. ἀλλὰ καὶ μονοσιτέειν καὶ ἀλουτέειν καὶ σκληροκοιτέειν καὶ γυμνὸν περιπατέειν ὅσον οἷόν τε μάλιστα ᾖ. ὁκόσοι δὲ βούλονται λεπτοὶ ἐόντες παχέες γίνεσθαι, τά τε ἄλλα ποιέειν τἀναντία κείνοισιν οἷσιν ἔφην καὶ νήστιας μηδεμίην ταλαιπωρίην ποιέεσθαι. τοῖσι δὲ ἐμέ-

per hiemem quidem celeriter et per aeſtatem leviter iter faciendum, niſi per ſolis ardorem via ſit facienda. Corpulentos autem celerius, graciles vero levius iter facere convenit. Balneis etiam multis per aeſtatem, at per hiemem paucis utendum. Duris vero quam corpulentis lavari magis expedit. Et hieme quidem veſtes puras inducere convenit, aeſtate vero oleo imbutas. Ac craſſi quique tenues fieri cupiunt, ii jejuni omnes exercitationes ſubire, et adhuc ex labore anhelantes necdum refrigerati cibos aggredi debent, priusque vinum bibere dilutum non admodum frigidum. Opſonia quoque ex ſeſamis aut viridibus et ſiccis condimentis aliisque id genus apparata aſſumere. Sint etiam pinguia quae admoventur opſonia, ita enim quam pauciſſimis impleantur. Quin et ſemel cibus capiendus, et balneo abſtinendum, duriter cubandum et nuda deambulatione, quoad ejus fieri poſſit, utendum. Qui vero attenuato cum ſint corpore, craſſiores effici volunt, tum his contraria facere tum jejuni nullam exercitationem ſubire debent.

©BIUM

Ed. Chart. VI. [227. 229.] Foës. I. 338. Ed. Lind. I. (628. 629.)

τοισι χρὴ καὶ τοῖσι κατακλύσμασι τοῖσι τῆς κοιλίης ὧδε χρέεσθαι. ἓξ μῆνας τοὺς χειμερινοὺς ἐμέειν. οὗτος γὰρ ὁ χρόνος φλεγματωδέστερος τοῦ θερινοῦ καὶ τὰ νοσήματα γίνεται (629) περὶ τὴν κεφαλὴν καὶ περὶ τὸ χωρίον τοῦτο τὸ ὑπὲρ τῶν φρενῶν. ὅταν δὲ ᾖ θάλπος, τοῖσι κατακλύσμασι χρέεσθαι. ἡ γὰρ ὥρη καυματώδης, καὶ τὸ σῶμα χολωδέστερον ἐστὶ καὶ βαρύτητες ἐν τῇ ὀσφύϊ καὶ τοῖς γούνασι καὶ θέρμαι γίνονται, καὶ ἐν γαστρὶ στρόφοι γίνονται. δεῖ οὖν τὸ σῶμα ψύχειν καὶ τὰ μετεωριζόμενα κάτω ὑπάγειν ἐκ τῶν χωρίων τουτέων. [229] ἔστω δὲ τὰ κατακλύσματα τοῖσι μὲν παχυτέροισι καὶ ὑγροτέροισιν ἁλμυρώτερα καὶ λεπτότερα, τοῖσι δὲ ξηροτέροισι καὶ προσεσταλμένοισι καὶ ἀσθενεστέροισι λιπαρώτερα καὶ παχύτερα. ἔστι δὲ τῶν κατακλυσμάτων τὰ λιπαρὰ καὶ παχέα τὰ ἀπὸ τῶν γαλάκτων καὶ ἀπὸ ἐρεβίνθων ὕδωρ ἑφθὸν καὶ τῶν ὄλλων τοιουτέων· τὰ δὲ λεπτὰ καὶ ἁλμυρὰ ὄλμη καὶ θάλασσα καὶ τὰ τοιαῦτα. τοὺς δὲ ἐμέτους ὧδε χρὴ ποιέεσθαι. ὅσοι μὲν τῶν ἀνθρώπων παχέες εἰσὶ καὶ μὴ ἰσχνοὶ, νήστιες ἐμούντων θραμόντες ἢ ὁδοιπορήσαντες διὰ τάχους κατὰ μέσον τῆς ἡμέρας. ἔστω δὲ ἡμικοτύλιον ὑσσώ-

Vomitionibus autem et infuſis alvum eluentibus utendum hunc in modum. Sex hibernis menſibus vomitus ciendus, quod tempus hoc aeſtivo plus pituitae gignat, et morbi circum caput et regionem eam quae eſt ſupra ſeptum transverſum excitantur. At ubi aeſtas viguerit, infuſis utendum. Haec enim anni tempeſtas aeſtuoſa eſt, et corpus bile magis abundat, gravitates etiam lumbos et genua infeſtant, calores oboriuntur et venter torminibus torquetur. Corpus igitur refrigerandum et quae ſurſum attolluntur, deorſum ex iſtis locis deducenda. At corpulentis et humidioribus infuſa quidem ſalſa magis ac tenuia, ſiccioribus vero, gracilibus et imbecillioribus pinguiora et craſſiora conveniunt. Sunt autem infuſa pinguia et craſſa, quae ex lacte parantur, et cicerum decoctum caeteraque id genus. Tenuia vero et ſalſa, muria, aqua marina et quae ſunt ejusmodi. Vomitiones autem hunc in modum faciendae. Obeſi ac minime tenues jejuni vomant a curſu aut celeri deambulatione

Ed. Chart. VI. [229. 232.] Foës. I. 338. 339. Ed. Lind. I. (629. 630.)

που τετριμμένου ἐν ὕδατος χοεῖ, καὶ τοῦτο ἐκπιέτω, ὄξος παραχέων καὶ ἅλας παραβάλλων, ὅκως ἂν μέλλῃ ἥδιστον ἔσεσθαι. πινέτω δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχέστερον, ἔπειτα δ' ἐπὶ θᾶσσον. οἱ δὲ λεπτότεροι καὶ ἀσθενέστεροι ἀπὸ σίτων ποιεέσθωσαν τὸν ἔμετον τρόπον τοιόνδε. λουσάμενος θερμῷ προπιέτω ἀκρήτου κοτύλην· ἔπειτα σιτία παντοδαπὰ ἐσθιέτω· καὶ μὴ πινέτω ἐπὶ τῷ σιτίῳ μηδ' ἀπὸ τοῦ σιτίου, ἀλλ' ἐπισχέτω ὅσον δέκα στάδια διελθεῖν. ἔπειτα δὲ συμίξας οἴνους τρεῖς πίνειν διδόναι, αὐστηρὸν, γλυκὺν καὶ ὀξύν. πρῶτον μὲν ἀκρητέστε(630)ρον καὶ κατ' ὀλίγον καὶ διὰ πολλοῦ χρόνου· ἔπειτα δὲ ὑδαρέστερον καὶ θᾶσσον καὶ κατὰ πολλόν. [232] ὅστις δὲ εἴωθε τοῦ μηνὸς δὶς ἐξεμέειν, ἄμεινον ἐφεξῆς ποιέεσθαι τοὺς ἐμέτους, ἐν δυσὶν ἡμέρῃσι μᾶλλον ἢ διὰ πεντεκαίδεκα. || οἱ δὲ πᾶν τοὐναντίον ποιέουσιν. ὁκόσοισι δὲ ἐπιτήδειον ἀνεμέειν τὰ σιτία ἢ ὁκόσοισιν αἱ κοιλίαι οὐκ εὐδιέξοδοι, τούτοισι πᾶσι ξυμφέρει πολλάκις τῆς ἡμέρης ἐσθίειν καὶ παντοδαποῖσι βρώμασι χρέεσθαι καὶ ὄψοισι πάντας τρόπους ἐσκευασμένοισιν, οἴνους τε πίνειν δισσοὺς καὶ τρισσούς.

circa meridiem, hyſſopi hemina dimidia in aquae congio contriti potu exhibeatur, affuſo aceto et addito ſale, quo fiat jucundiſſima. Ac primum quidem ſenſim, deinde vero celerius ebibatur. Graciliores autem et imbecilliores a cibis vomitum cieant hunc in modum. Poſt balneum calidum praebibant vini meri heminam, mox cibos cujusvis generis aſſumant, neque inter cibos aut poſt eos bibant, ſed ſe contineant quanto tempore quis quatuor ſtadia percurrat. Deinde triplex illis vinum in potum permiſcebis, auſterum, dulce et acidum, primum quidem meracius ſenſim et ex magno intervallo, deinde vero dilutius, celerius et affatim. At vero qui ſingulis menſibus bis vomere conſuevit, hunc praeſtat duobus ex ordine diebus vomitum ciere quam decimo quinto die. Sed alii contrarium plane faciunt. Qui autem ad cibos vomitione rejiciendos minime ſunt accommodati, quibusque alvi non facile prodeunt, iis omnibus crebro die cibum ſumere et omnis generis cibariis uti conducit ac opſoniis varie apparatis, vinumque duorum aut trium gene-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [232. 234.] Foës. I. 339. Ed. Lind. I. (630. 631.)
ὁκόσοι δὲ μὴ ἀνεμέουσι τὰ σιτία ἢ καὶ κοιλίας ἔχουσιν ὑγρὰς, τουτέοισι πᾶσι τοὐναντίον τουτέου τοῦ τρόπου ξυμφέρει ποιέειν. τὰ δὲ παιδία χρὴ τὰ νήπια βρέχειν ἐν τῷ θερμῷ ὕδατι ἐπὶ πουλὺν χρόνον, καὶ πίνειν διδόναι ὑδαρέα τὸν οἶνον καὶ μὴ ψυχρὸν παντάπασι. τοῦτον δὲ διδόναι ὅς ἥκιστα τὴν γαστέρα μετεωρέει καὶ φῦσαν παρέξει. ταῦτα δὲ ποιέειν, ὅκως οἵ τε σπασμοὶ ἧσσον ἐπιλάβωσι καὶ μείζονα γίνηται καὶ εὐχροώτερα. τὰς δὲ γυναῖκας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι τῷ ξηροτέρῳ τῶν τρόπων· καὶ γὰρ τὰ σιτία τὰ ξηρὰ ἐπιτηδειότερα πρὸς τὴν μαλθακότητα τῶν γυναικείων σαρκῶν, καὶ τὰ ἀκρητέστερα πώματα ἀμείνω πρὸς τὰς ὑστέρας καὶ τὰς κυοτροφίας. τοὺς γυμναζομένους χρὴ τοῦ χειμῶνος καὶ τρέχειν καὶ παλαίειν, τοῦ δὲ θέρεος παλαίειν μὲν ὀλίγα, τρέχειν δὲ μή· περιπατέειν δὲ πολλὰ κατὰ ψῦχος. ὁκόσοι κοπιῶσιν ἐκ τῶν δρόμων, τούτους παλαίειν χρή· ὁκόσοι δὲ παλαίοντες κοπιῶσι, (631) τούτους χρὴ τρέχειν· οὕτω γὰρ ἂν ταλαιπωρέειν τῷ κοπιῶντι τοῦ σώματος διαθερμαίνοιτο καὶ συνιστοῖτο καὶ διαναπαύοιτο μάλιστα. [234] ὁκόσους γυμνα-

rum bibere. Qui vero cibos vomitione rejiciunt et alvos habent humidas, iis omnibus ex uſu eſt ut huic contrariam ineant vitae rationem. At pueri infantes per multum tempus aqua calida lavandi ſunt, vinumque iis aquoſum in potu exhibendum, nec prorſus frigidum, idque offerendum quod minime ventrem attollat et flatum creet. Quae facienda ſunt quo minus convulſionibus tententur, magisque adolescant et coloratiores evadant. Mulieres autem ſic victus ratione ſicciore victitare oportet. Nam et ſicciores cibi ad muliebrem mollitiem magis ſunt accommodati, et meraciores potus ad uteros et foetus nutritionem magis valent. Qui exercentur per hiemem, eos currere et luctari convenit, et aeſtate parum quidem luctari, currere vero minime, ſed multum in frigore ambulare. Qui curſibus defatigantur, ii luctari debent, qui vero lucta defatigantur, iis currendum eſt. Ita enim qui laborat corporis parte defatigationi obnoxia caleſiat, componatur et maxime quiescat. Qui, cum exercen-

Ed. Chart. VI. [234.] Foës. I. 539. Ed. Lind. I. (631.)

ζομένους διάῤῥοιαι λαμβάνουσι καὶ τὰ ὑποχωρήματα σιτώδεα καὶ ἄπεπτα, τουτέοισι τῶν τε γυμνασίων ἀφαιρέειν μὴ ἐλάσσω τοῦ τρίτου μέρεος καὶ τῶν σιτίων τοῖσιν ἡμίσεσι χρέεσθαι. δῆλον γὰρ δὴ ὅτι ἡ κοιλίη ξυνθάλπειν οὐ δύναται ὥστε πέσσεσθαι τὸ πλῆθος τῶν σιτίων. ἔστω δὲ τούτοισι τὰ σιτία ἄρτος ὡς ἐξοπτότατος ἐν οἴνῳ ἐντεθρυμένος, καὶ ποτὰ ὡς ἐλάχιστα καὶ ἀκρητέστατα. καὶ περιπάτοισι μὴ χρεέσθωσαν ἀπὸ τοῦ σιτίου· μονοσιτέειν δὲ χρὴ ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον· οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ξυνθάλποιτο ἡ κοιλίη καὶ τῶν ἐσιόντων ἐπικρατοίη. γίνεται δὲ ὁ τρόπος οὗτος τῆς διαῤῥοίης τῶν σωμάτων τοῖσι πυκνοσάρκοισι μάλιστα, ὁκόταν ἀναγκάζηται ὁ ἄνθρωπος κρεηφαγέειν τῆς φύσιος ὑπαρχούσης τοιαύτης. αἱ γὰρ φλέβες πυκνωθεῖσαι οὐκ ἀντιλαμβάνονται τῶν σιτίων τῶν ἐσιόντων. ἔστι δὲ αὕτη μὲν ὀξείη ἡ φύσις καὶ τρέπεται ἐφ' ἑκάτερα καὶ ἀκμάζει ὀλίγον χρόνον ἡ εὐεξίη ἐν τοῖσι τοιουτοτρόποισι τῶν σωμάτων· τὰ δὲ ἀραιότερα τῶν εἰδέων καὶ δασύτερα καὶ τὴν κρεηφαγίην δέχεται καὶ τὰς ταλαιπωρίας μᾶλλον ὑπομένει καὶ χρονιώτερα

tur, alvi profluviis corripiuntur, et alvi excrementa cibos referentia et incocta demittunt, ii de exercitationibus tertiam partem ut minimum et de cibis dimidium subtrahant. Constat enim sane ventriculum ciborum copiam ut concoquat, concalefacere non posse. Cibus esto panis quam maxime tostus in vino intritus, et potus quam pauciſſimi et meraciſſimi, neque deambulationibus a cibo utantur. Sub hoc vero tempus semel duntaxat cibum sumere eos convenit. Sic enim vel maxime concalefiat ventriculus et ingestos cibos superaverit. Hoc autem alvi profluvii genus corporum habitus densiore carne praeditos potissimum exercet, quando ita natura comparatum est ut quis ad carnium esum compellatur. Venae siquidem condensatae cibos ingestos non recipiunt. Et haec quidem natura est lubrica, et ad utramque partem vertitur et in ejusmodi naturis parvo tempore viget bona corporis habitudo. At rariores et hirsuti magis corporis habitus carnium esum admittunt laboresque ma-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [234. 236.] Foël. I. 339. 340. Ed. Lind. I. (631. 632.)

γίνονται αὐτέοισιν αἱ εὐεξίαι· καὶ ὁκόσοι τὰ σιτία ἀνερεύγονται τῇ ὑστρέῃ καὶ τὰ ὑποχόνδρια μετεωρίζεται αὐτέοισιν, ὡς ἀπέπτων τῶν σιτίων ἐόντων, τούτοισι καθεύδειν μὲν πλείονα χρόνον ξυμφέρει, τῇ δὲ ἄλλῃ ταλαιπωρίῃ ἀναγκάζειν χρὴ αὐτῶν τὰ (632) σώματα. καὶ τὸν οἶνον ἀκρητέστερον πινόντων καὶ πλείω καὶ τοῖσι σιτίοισιν ἐλάσσοσι χρέεσθαι ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον. δῆλον γὰρ ὅτι ἡ κοιλίη ὑπὸ ἀσθενείης καὶ ψυχρότητος οὐ δύναται τὸ πλῆθος τῶν σιτίων καταπέσσειν. [236] ὁκόσους δὲ δίψαι λαμβάνουσι, τούτοισι τῶν τε σιτίων καὶ ταλαιπωριέων ἀφαιρέειν. καὶ τὸν οἶνον πινόντων ὑδαρέα τε καὶ ὅ τι ψυχρότατον. ὁκόσοισι δὲ ὀδύναι γίνονται ἐκ τῶν σπλάγχνων ἢ ἐκ γυμνασίης ἢ ἐξ ἄλλης τινὸς ταλαιπωρίης, τούτοισι ξυμφέρει ἀναπαύεσθαι ἀσίτοισι. πόμασι δὲ χρέεσθαι ὅ τι ἐλάχιστον εἰς τὸ σῶμα ἐσελθὸν πλεῖστον οὖρον διάξει, ὅπως αἱ φλέβες αἱ διὰ τῶν σπλάγχνων πεφυκυῖαι, μὴ κατατείνωνται πληρεύμεναι. ἐκ γὰρ τῶν τοιουτέων τά τε φύματα γίνονται καὶ οἱ πυρετοί. || ὁκόσοισι δὲ νοῦσοι ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου γίνονται, νάρκη πρῶτον ἴσχει τὴν κεφαλὴν καὶ οὐρέει θαμινὰ καὶ τἄλλα πάσχει ὁκόσα ἐπὶ

ἐμπίπτοντα, ξηρότερά πως ἐστί. τὰ δὲ ἀπὸ χιόνος ἢ πάγων ἢ λιμνέων ἢ ποταμῶν ἅπαντα ὑγραίνει καὶ ψύχει καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὸ ζῶα. καὶ ὑγείην τοῖς σώμασι παρέχει ὁκόσα μὴ ὑπερβάλλῃ ψυχρότητι. ταῦτα δὲ βλάπτει, διότι μεγάλας τὰς μεταβολὰς ἐν τοῖσι σώμασι ἐμποιέει τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. ταῦτα δὲ πάσχουσιν ὅσοι ἐν χωρίοις οἰκέουσιν ἑλώδεσι καὶ θερμοῖς, ἐγγὺς ποταμῶν ἰσχυρῶν. τὰ δ' ἄλλα τῶν πνευμάτων ὁκόσα πνέει ἀπὸ τῶν προειρημένων, ὠφελέει, τόν τε ἠέρα καθαρὸν καὶ εἰλικρινέα παρέχοντα καὶ τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ ἰκμάδα διδόντα. ὁκόσα δὲ τῶν πνευμάτων κατὰ γῆν παραγίνεται, ξηρότερα ἀνάγκη εἶναι, ἀπό τε τοῦ ἡλίου ἀποξηραινόμενα καὶ ἀπὸ τῆς γῆς. οὐκ ἔχοντα δὲ τροφὴν ὁκόθεν σπάσηται, τὰ πνεύματα ἀπὸ τῶν ζώντων ἕλκοντα τὸ ὑγρὸν, βλάπτει καὶ τὰ φυτὰ καὶ τὰ ζῶα πάντα. καὶ ὁκόσα περ τὰ ὄρεα καταλιπόντα παραγίνεται ἐς τὰς πόλιας οὐ μόνον ξηραίνει, ἀλλὰ καὶ ταράσσει τὸ πνεῦμα ὃ (214) ἀναπνέομεν, καὶ τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων ἐπίνοσα ἐμποιέει. || φύσιν μὲν οὖν καὶ δύναμιν ἑκάστων οὕτω χρὴ γινώσκειν. ὅκως δὲ

gionibus obveniunt, ii ficciores fere exiſtunt. Qui vero e nive aut glacie aut ſtagnis aut fluminibus, ii omnes tum ſata tum animantia humectant et refrigerant, et corporibus ſanitatem praeſtant qui frigore modum non excedunt. Hi enim quod magnas in corporibus caloris et frigoris mutationes faciunt, noxii ſunt. Quod ſane iis contingit, qui loca paluſtria et calida juxta magna flumina incolunt. At reliqui venti qui ex praedictis ſpirant, utiles ſunt, tum quod aërem purum et ſincerum praebent, tum etiam animi calori humiditatem ſuggerunt. Qui autem venti e terra obveninut, eos cum a ſole et terra reſiccentur, ficciores eſſe neceſſe eſt. Nam cum non habeant unde alimentum trahant, a viventibus humorem exugunt, ſataque et animantia omnia laedunt. Et qui quidem relictis montibus ad urbes perveniunt, non ſolum ſiccant, verum etiam ſpiritum quem attrahimus turbant, et humana corpora morbis obnoxia reddunt. Horum igitur cujusque natura et facultas ad hunc modum

©BIUM

Ed. Chart. VI. [465.] Foës. I. 555. Ed. Lind. I. (214.)

χρὴ πρὸς ἕκαστα παρασκευάζεσθαι, προϊόντι τῷ λόγῳ δηλώσω. σιτίων δὲ καὶ πομάτων δύναμιν ἑκάστων καὶ τὴν κατὰ φύσιν καὶ τὴν διὰ τέχνης ὧδε χρὴ γινώσκειν. ὁκόσοι μὲν οὖν κατὰ παντὸς ἐπεχείρησαν εἰπεῖν, ἢ περὶ τῶν γλυκέων ἢ λιπαρῶν ἢ ὀλικῶν ἢ περὶ ἄλλου τινὸς τῶν τοιούτων τῆς δυνάμεως, οὐκ ὀρθῶς γινώσκουσιν. οὐ γὰρ τὴν αὐτὴν δύναμιν ἔχουσιν οὔτε τὰ γλυκέα ἀλλήλοισιν οὔτε τὰ πικρὰ οὔτε τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων οὐδέν. πολλὰ γὰρ τῶν τοιούτων, ἃ καὶ διαχωρέει καὶ ἵστησι καὶ ξηραίνει καὶ ὑγραίνει. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. ἐστὶ δὲ ὅσα στύφει καὶ διαχωρέεται καὶ οὐρέεται, τὰ δὲ οὐδέτερα τούτων. ὡσαύτως δὲ καὶ τῶν θερμαντικῶν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ἄλλην ἄλλα δύναμιν ἔχει. περὶ μὲν οὖν ἁπάντων οὐχ οἷόν τε δηλωθῆναι ὁκοῖά τινά ἐστι. καθ' ἕκαστα δὲ ἥντινα δύναμιν ἔχει διδάξω. κριθαὶ φύσει μὲν ψυχρὸν καὶ ξηρόν. ἔνι δὲ καὶ καθαρτικόντι ἀπὸ τοῦ χυλοῦ τοῦ ἀχύρου. τεκμήριον δὲ, ἢν μὲν θέλῃς κριθὰς ἀπτίστους ἑψῆσαι, καθαίρει ὁ χυλὸς ἰσχυρῶς· εἰ δὲ

cognoscenda est. Quanam autem ratione ad singula se accommodare oporteat, procedente oratione aperiam. At vero cibi et potionis cujusque vim, tum eam quam habet a natura tum eam quae ab arte proficiscitur, ita cognoscere oportet. Qui igitur in universum vel de dulcium, vel pinguium, vel salsorum, vel alterius cujusdam ejusmodi facultate dicere conati sunt, ii non recte sentiunt. Neque enim eandem vim habent, nec dulcia inter se, neque amara, neque aliorum ejusmodi quicquam. Horum enim multa et alvum dejiciunt et sistunt et siccant et humectant. Eorum modo in reliquis omnibus quaedam adstringunt et per alvum secedunt et urinas movent. Sunt quae horum neutrum faciunt. Ad hunc modum et ex calefacientibus ac reliquis omnibus alia aliam habent facultatem. Cum igitur omnia qualianam sint declarari non possint, quam quaeque vim habeant aperiam. Hordeum natura quidem frigidum et siccum. Inest et quiddam quod purget ex palearum succo. Cujus rei hoc est indicium, quod si hordeum cortice detracto minime purgatum coquere velis, vehementer purgat

Ed. Chart. VI. [466] Foës. I. 355. Ed. Lind. I. (214. 215.)

ἐπτισμένους, [466] ψύξει μᾶλλον καὶ συστήσει. ὁκόταν δὲ πυρωθῶσι, τὸ μὲν ὑγρὸν καθαρτικὸν ὑπὸ τοῦ πυρὸς (215) οἴχεται, τὸ δὲ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καταλείπεται. ὁκόσα δὲ δεῖ ψύξει καὶ ξηρᾶναι ἄλφιτα διαπρήσσεται ὧδε. χρώμεθα μάζῃ παντοδαπεῖ, δύναμιν δὲ ἔχει ἡ μᾶζα αὕτη τοιήνδε. τὰ συγκομιστὰ ἄλευρα τροφὴν μὲν ἔχει ἐλάσσω, διαχωρέει δὲ μᾶλλος. τὰ δὲ καθαρὰ τροφιμώτερα, ἧσσον δὲ διαχωρέει. μᾶζα πορφυρηθεῖσα ῥαντή· ἄτριπτος κούφη, καὶ διαχωρέει καὶ ψύχει. ψύχει μὲν ὅτι ψυχρῷ ὕδατι ὑγρὴ ἐγένετο, διαχωρέει δὲ ὅτι ταχέως πέσσεται. κούφη δὲ ὅτι πολλῆς τροφῆς μετὰ τοῦ πνεύματος ἔξω ἀποκρίνεται. στενοπώτεροι γὰρ αἱ διέξοδοι τῆς τροφῆς οὖσαι ἄλλην ἐπιοῦσαι οὐ δέχονται. καὶ τὸ μὲν ξὺν τῷ πνεύματι λεπτυνόμενον ἀποκρίνεται ἔξω. τὸ δ' αὐτοῦ ἐμμένον φῦσαν ἐμποιέει. καὶ τὸ μὲν ἄνω ἐρυγγάνεται, τὸ δὲ κάτω ὑποχωρέει. πολλὴ οὖν τῆς τροφῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀποκνέεται. ἢν δὲ θέλῃς τὴν μᾶζαν εὐθέως φυρήσας διδόναι, ἡ τοιαύτη ξηραντική. ὅτε γὰρ τὸ ἄλφιτον ξηρὸν ἐὸν

is ſuccus. Quod ſi corticem detraxeris, refrigerabit magis alvumque ſiſtet. Ubi vero toſtum fuerit, humor qui purgat igne decedit, frigiditas autem et ſiccitas remanet. Quod ſi refrigeratione et ſiccitate opus ſit, id ipſum in pollinem redactum efficiet. Maza cuiusvis generis ſic utimur, eamque haec habet facultatem. Farinae confuſaneae minus quidem nutriunt, magis autem alvum dejiciunt. Purae vero plus nutriunt, minus autem per alvum ſecedunt. Maza jam pridem ſubacta, conſperſa, minime intrita, levis eſt, alvum movet et refrigerat. Refrigerat quidem, quia frigida madefacta eſt, alvum vero movet, quia cito coquitur. Levis eſt quod multum alimenti cum flatu foras excernitur. Cum enim alimenti viae anguſtiores ſint, aliud quod ſuperadditur non recipiunt, et pars quidem cum ſpiritu attenuata foras excernitur, pars vero quae intus remanet flatum inducit, partimque per ſuperiora eructatur, partim etiam per inferiora demittitur. Multum itaque alimentum e corpore expirat. Quod ſi mazam ſtatim ut ſubacta eſt exhibere velis, ea ſiccandi vim habet, quod nimirum farina cum ſicca

©BIUM

Ed. Chart. VI. [466.] Foës. I. 555. Ed. Lind. I. (215. 216.)

καὶ ὑπὸ τοῦ ὕδατος διάβροχον οὕτω γεγενημένον ἐσπεσὸν ἐς τὴν κοιλίην, ἕλκει ἐξ αὐτῆς τὸ ὑγρὸν θερμὸν ἐόν. πέφυκε γὰρ τὸ μὲν θερμὸν ψυχρὸν ἕλκειν, τὸ δὲ ψυχρὸν θερμόν. ἀναλισκομένου δὲ τοῦ ὑγροῦ ἐκ τῆς κοιλίης ἀνάγκη ξηραίνεσθαι. τοῦ δὲ ὕδατος τοῦ σὺν τῇ μάζῃ ἐσελθόντος ψύχει ἐπαγόμενον. ὅσα οὖν δεῖ ξηρῆναι ἢ ψῦξαι ἢ διαῤῥοίῃ χεόμενον ἢ ἄλλῃ τινὶ θερμασίῃ τοιαύτῃ, μᾶζα διαπρήσσεται. ἢν δὲ ξηρὴ τριπτὴ, ξηραίνει (216) μὲν οὐχ ὁμοίως, διὰ τὸ πεπιλῆσθαι ἰσχυρῶς. τροφὴν δὲ τῷ σώματι πλείστην δίδωσιν, ἅτε δὴ ἡσυχῇ τεκομένης δέχονται τροφὴν αἱ διόδοι. διαχωρεῖ μὲν οὖν βραδέως. φῦσαν δὲ οὐκ ἐμποιέει οὐδὲ ἐρυγγάνεται. ἡ δὲ προοφυρηθεῖσα τριπτὴ τρέφει μὲν ἧσσον, διαχωρέει δὲ καὶ ἐμποιέει μᾶλλον φῦσαν. κυκεὼν δὲ μόνον ἐφ' ὕδατι μὲν ψύχει καὶ τρέφει, ἐπ' οἴνῳ δὲ θερμαίνει καὶ τρέφει καὶ ἵστησιν· ἐπὶ μέλιτι δὲ θερμαίνει μὲν ἧσσον καὶ τρέφει, διαχωρέει δὲ μᾶλλον, ἢν μὴ ἄκρητον ᾖ τὸ μέλι· ἢν δὲ μὴ, οὐ διαχωρέει, ἀλλ' ἵστησιν. ἐπὶ δὲ γάλακτος τρόφιμοι μὲν πάν-

exiſtat, atque ita aqua irrigata in ventriculum calida incidat, humorem ex ipſo trahit. Calidum ſi quidem frigidum et frigidum calidum trahere ſolet. Ventriculi autem humore conſumpto, ut reſiccetur neceſſe eſt. Aqua vero quae ſimul mazam ſubiit inducta refrigerat. Quae igitur in alvi profluvii aut alterius ejusmodi caliditatis profuſione ſiccare aut refrigerare oportet, haec maza efficiet. At ſicca intrita exſiccat quidem, non aeque tamen, propterea quod vehementer condenſata eſt, alimentum vero plurimum corpori impertit, cum nimirum ſenſim eliquatae alimentum viae excipiant. Per alvum igitur modo demittitur, flatum tamen nimime excitat, neque ructus adfert. Quae autem jampridem ſubacta et intrita eſt, nutrit quidem minus, ſed alvum magis movet et inflat. Cyceon ſolus aqua temperatus refrigerat et nutrit, cum vino autem calefacit et ſiſtit. Cum melle minus quidem calefacit et nutrit, magis vero alvum ſubducit, ſi mel ſincerum non fuerit, alioqui alvum non ciet, ſed ſiſtit. Cum lacte autem omnes bene quidem nutriunt,

Ed. Chart. VI. [466.] Foëſ. I. 355. 356. Ed. Lind. I. (216. 217.)

τες, πλὴν ἀλλὰ τὸ μὲν ὄϊον ἴστησι, τὸ δὲ αἴγειον μᾶλλον διαχωρέει, τὸ βόειον ἧσσον, τὸ δὲ ἵππειον καὶ τὸ ὄνειον μᾶλλον διαχωρέει. || πυροὶ ἰσχυρότεροι κριθῶν καὶ τροφιμώτεροι, διαχωρέουσι δὲ ἧσσον καὶ αὐτοὶ καὶ ὁ χυλός. ἄρτος δὲ ὁ μὲν συγκομιστὸς ξηραίνει καὶ διαχωρέει, ὁ δὲ καθαρὸς τρέφει μὲν μᾶλλον, διαχωρέει δὲ ἧσσον. αὐτῶν δὲ τῶν ἄρτων ὁ μὲν ζυμίτης κοῦφος καὶ διαχωρέει. καὶ κοῦφος μέν ἐστιν ὅτι ἀπὸ τῆς ζύμης τοῦ ὀξέος τὸ ὑγρὸν προσανάλωται, ὅπερ ἐστὶν ἡ τροφή· διαχωρέει δὲ ὅτι ταχέως πέσσεται. ὁ δὲ ἄζυμος διαχωρέει μὲν ἧσσον, τρέφει δὲ μᾶλλον. ὁ δὲ τῷ χυλῷ πεφυρημένος κουφότερος καὶ τρέφει ἱκανῶς καὶ διαχωρέει. τρέφει (217) μὲν ὅτι καθαρὸς, κοῦφος δέ ἐστιν ὅτι τῷ κουφοτάτῳ πεφύρεται καὶ ἐζύμωται ὑπὸ τούτου καὶ πεφύρωται. διαχωρέει δὲ ὅτι τῷ γλυκεῖ καὶ διαχωρητικῷ τοῦ πυρὸς συμμέμικται, αὐτῶν δὲ τῶν ἄρτων οἱ μέγιστοι τροφιμώτατοι, διότι ἥκιστα ἐκκαίονται ὑπὸ τοῦ πυρὸς τὸ ὑγρόν. καὶ οἱ ἰπνῖται ἄρτοι τροφιμώτεροι τῶν ἐσχαριτῶν καὶ ὀβελιέων, διότι ἧσσον ἐκκαίονται ὑπὸ τοῦ πυρός. οἱ δὲ κλιβανίται καὶ οἱ

verumtamen ovillum alvum ſiſtit, caprinum vero magis alvum ſubducit, bubulum minus, equinum et aſininum per alvum magis demittitur. Triticum hordeo quidem eſt valentius et magis nutrit, minus autem alvum ſubducit tum ipſum tum ſuccus. Panis ex farina integra nec excuſſa ſiccat et alvum ſubducit. Purus vero plus quidem nutrit, minus vero alvum dejicit. Ex panibus autem fermentatus quidem levis eſt et per alvum ſecedit. Ac levis quidem eſt, quoniam fermenti acore humidum conſumptum eſt, quod in alimentum tranſit. Secedit autem quia cito coquitur. At non fermentatus minus quidem alvum dejicit, plus vero nutrit. Ex ſucco autem ſubactus levior eſt, abunde nutrit et per alvum demittitur. Nutrit quidem quia purus. Levis vero eſt quod leviſſimo ſubactus ſit et ab eodem fermentatus et toſtus. Per alvum autem ſecedit, quod dulci et alvum ſubducenti tritici parti commixtus ſit. Ex panibus item maximi plurimum habent alimenti, quod humidum ab igne minime exuratur. Et furnacei panes magis nutriunt quam

©BIUM

Ed. Chart. VI. [466. 467.] Foës. I. 556. Ed. Lind. I. (217. 218.)
ἐγκρυφίαι ξηρότατοι, [467] οἱ μὲν διὰ τὴν σποδὸν, οἱ δὲ διὰ τὸ ὄστρακον ἐκπινόμενοι τὸ ὑγρόν· οἱ δὲ σεμιδαλίται ἰσχυρότατοι πάντων τούτων. ἔτι δὲ μᾶλλον καὶ οἱ ἐκ τοῦ χόνδρου καὶ τρόφιμοι σφόδρα, πλὴν οὐ διαχωρέουσιν ὁμοίως. ἄλητον καθαρὸν πινόμενον ἐν ὕδατι ψύχει. καὶ πλῦμα σταιτὸς ἐπὶ πυρί. πιτύρων χυμὸς ἑφθὸς κοῦφος διαχωρέει. τὰ δὲ ἐν γάλακτι διδόμενα ἄλητα διαχωρέει μᾶλλον ἢ ἐν τῷ ὕδατι διὰ τοὺς ὀρρούς. καὶ μάλιστα ἐν τῇσι διαχωρητικοῖσιν. ὁκόσα δὲ ξὺν μέλιτι καὶ ἐλαίῳ ἕψηται ἢ ὄπτηται ἐξ ἀλήτων, πάντα καυσώδεα καὶ ἐρευγμώδεα· ἐρευγμώδεα μὲν ὅτι τρόφιμα ἐόντα οὐ διαχωρητικά ἐστι, καυσώδεα δὲ διότι λιπαρὰ ἐόντα καὶ γλυκέα καὶ ξύμφορα ἀλλήλοις, οὐ τῆς αὐτῆς καθεψήσιος δεόμενα ἐν τῷ αὐτῷ ἐστί. σεμίδαλις καὶ χόνδρος ἑφθὸς ἰσχυρὰ καὶ τρόφιμα, οὐ μέντοι διαχωρέει. ἡ τρύγις κουφοτέρα πυρῶν καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς γενό(218)μενα ὁμοίως, ἐκ τῶν πυρῶν καὶ διαχωρητικὰ μᾶλλον. ὁ βρόμος ὑγραίνει καὶ

qui in foro aut veru aſſati ſunt, quod minus ab igne exurantur. Teſtuacei vero et ſubcineritii ſicciſſimi, hi quidem propter cinerem, illi vero propter teſtum humido exucto. Similaginei autem horum omnium validiſſimi ſunt, multoque magis qui ex alica parantur et admodum nutriunt, verum non aeque ſubducunt. Farina pura ex aqua pota refrigerat, et lotura farinae aqua maceratae et ſubactae igne cocta. Furfurum ſuccus coctus levis alvum ſubducit. At farinae ex lacte exhibitae propter ſerum magis per alvum ſecedunt quam quae ex aqua, praecipueque ſi cum alvum dejicientibus misceantur. Quae vero cum melle aut oleo incoquuntur, aut aſſantur, omnes aeſtum et ructum excitant. Ructum quidem, quod cum multum alimentum exhibeant, per alvum minime ſecedunt. Aeſtum vero, quod cum pingues et dulces exiſtant, et inter ſe conveniant, neque ejusdem cocturae indigeant, in eodem ſunt. Similago et alica cocta validum et multum alimentum exhibent, non tamen per alvum ſecedunt. Tragus ſive olyra tritico levior, et quae ex ea conficiuntur, his ſimiliter quae ex tritico parantur, magis ta-

Ed. Chart. VI. [467.] Foës. I. 356. Ed. Lind. I. (218.)

ψύχει ἐσθιόμενος καὶ ῥόφημα γενόμενος. τὰ πρόσφατα ἄλφιτα καὶ ἄλητα ξηρότερα τῶν παλαιῶν, ὅτι ἔγγυον τοῦ πυρὸς καὶ τῆς ἐργασίης εἰσί. παλαιούμενα δὲ τὸ μὲν θερμὸν ἐκπνέει, τὸ δὲ ψυχρὸν ἐπάγεται. ἄρτοι θερμοὶ μὲν ξηραίνουσι, ψυχροὶ δὲ ἧσσον. ἰσχνασίην δέ τινα παρέχουσιν. κύαμοι, τρόφιμόν τι καὶ στατικὸν καὶ φυσῶδες. φυσῶδες μὲν ὅτι οὐ δέχονται οἱ πόροι τὴν τροφὴν ἄλλην ἐπιοῦσαν· στάσιμον δὲ ὅτι ὅλην ἔχει τὴν ὑποστάθμην τῆς τροφῆς. οἱ πισσοὶ φυσῶσι μὲν ἧσσον, διαχωρέουσι δὲ μᾶλλον. ὠχροὶ δὲ καὶ δολιχοὶ διαχωρητικώτεροι τουτέων. ἧσσον δὲ φυσώδεα, τρόφιμα δέ. ἐρέβινθοι λευκοὶ διαχωρέουσι καὶ οὐρέονται καὶ τρέφουσι. τρέφει μὲν τὸ σαρκῶδες· οὐρέεται δὲ τὸ γλυκύ. διαχωρέεται δὲ τὸ ἁλμυρον. κέγχρων χόνδροι κυβήρια ξηρὰ καὶ στάσιμα μετὰ σύκων ἰσχυρῶν τοῖσι πόνοισιν. αὐτοὶ δὲ οἱ κέγχροι ἐφθοὶ τρόφιμοι, οὐ μέντοι διαχωρέουσιν. φακοὶ δὲ καυσώδεες καὶ καταῤῥηκτικοί. καὶ οὔτε διαχωρέει οὔθ' ἵστησιν. ὄροβοι, στάσιμον καὶ ἰσχυρὸν καὶ παχύνει καὶ πληροῖ καὶ

men per alvum ſecedunt. Avena in cibo et ſorbitione ſumpta humectat et refrigerat. Recentes farinae craſſiores et tenuiores, vetuſtis ſicciores, quod igni et operationi viciniores exiſtunt. Quae ubi vetuſtae ſunt calor expirat, frigiditas vero inducitur. Panes calidi quidem ſiccant, frigidi vero minus, gracilitatem tamen quandam inferunt. Fabae alimentum quoddam alvum ſiſtens et flatuoſum exhibent. Flatuoſum quidem, quoniam meatus aliud ſuperingeſtum alimentum non excipiunt. Alvum autem ſiſtens, quoniam totam alimenti fecem continet. Piſa minus quidem inflant, magis autem alvum dejiciunt. Ervilia et phaſeoli his magis alvum dejiciunt, minus inflant et probe nutriunt. Cicer album alvum et urinam movet et nutrit. Nutrit quidem quod carnoſum eſt, dulce per urinam redditur ſalſuginoſum per alvum demittitur. Milii grana et farinae ſiccant et alvum ſiſtunt, et cum ſicubus vehementibus doloribus ſuccurrunt. Milium autem coctum nutrit, minime tamen per alvum ſecedit. Lentes aeſtuoſae ſunt et turbant, et neque alvum dejiciunt neque ſiſtunt. Ervum alvum ſiſtit et vali-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [467. 468.] Foës. I. 356. 357. Ed. Lind. I. (218. 219.)

εὔχρουν ποιέει τὸν ἄνθρωπον. λίνου καρπὸς ἐσθιόμενος στάσιμον· ἔχει δέ τι καὶ ψυκτικόν. ὄρμίνου καρπὸς παραπλήσια τῷ λίνῳ διαπρήσσεται. Θέρμοι φύσει μὲν ἰσχυρὸν καὶ θερμόν, διὰ δὲ τὴν ἐργασίην κουφότερον καὶ ψυκτικώτερόν ἐστι καὶ διαχωρέει. ἐρύσιμον ὑγραίνει (219) καὶ διαχωρέει. σικύου σπέρμα διουρέεται μᾶλλον ἢ διαχωρέει, πληροῖ δὲ καὶ παχύνει. διαχωρέει μὲν διὰ τὸ ἄχυρον τὸ ἔξω. πληροῖ δὲ καὶ παχύνει διὰ τὴν σάρκα. || πεπλυμένον δὲ διαχωρέει μὲν, ἧσσον δὲ, παχύνει δὲ καὶ πληροῖ μᾶλλον. ὑγραίνει δὲ καὶ καίει διὰ τὸ λιπαρὸν καὶ πῖον. κνίκος διαχωρέει, μήκων στάσιμον, μᾶλλον δὲ ἡ μέλαινα μήκων, ἀτὰρ καὶ ἡ λευκή· τρόφιμον δὲ καὶ ἰσχυρόν. τουτέων δὲ ἁπάντων οἱ χυμοὶ τῆς σαρκὸς διαχωρητικοί. δεῖ οὖν ἐργασίη φυλάσσειν ὁκόσα μὲν βούλει ξηραίνειν, τοὺς χυμοὺς ἀφαιροῦντα τῇ σαρκὶ χρῆσθαι· ὁκόσα δὲ διαχωρέειν, τῷ μὲν χυμῷ πλείονι, τῇ δὲ σαρκὶ ἐλάσσονι καὶ εὐχυμοτέρᾳ. [468] περὶ δὲ ζώων τῶν ἐσθιομένων ὧδε χρὴ γινώσκειν. βόεια κρέα ἰσχυρὰ καὶ στάσιμα

dum eſt, incraſſat, explet et bonum colorem homini conciliat. Lini ſemen in cibo ſumptum alvum ſiſtit et aliquantulum refrigerat. Hormini ſemen eadem quae lini ſemen efficit. Lupini natura validi et calidi praeparatione tamen leviores et frigidiores evadunt, et per alvum ſecedunt. Irio humectat et alvum dejicit. Cucumeris ſemen urinam magis quam alvum movet, implet autem et incraſſat. Alvo quidem ſecedit propter exterius putamen, carne vero implet et incraſſat. Lotum vero alvum minus dejicit, incraſſat autem et explet magis, humectat vero et urit quia pingue et oleoſum. Cuicus autem dejicit. Papaver ſiſtit idque nigrum praeſtat magis, quod et album facit, potenter autem nutrit. Horum omnium ſuccus magis quam caro alvum movet. Haec igitur in praeparatione adhibenda cautio, ut in quibus ſiccare velis, in iis ſucco detracto carne utaris, in quibus vero alvum movere, ſucco plurimo et carne pauciore ac bene ſucculenta. De animalibus autem quae in cibum veniunt ſic ſentiendum. Carnes bubulae validae ſunt et al-

Ed. Chart. VI. [468.] Foës. I. 357. Ed. Lind. I. (219. 220.)

καὶ δύσπεπτα τῇσι κοιλίῃσι, διότι παχύαιμον καὶ πουλύαιμόν ἐστι τοῦτο τὸ ζῶον. καὶ τὰ κρέα βαρέα ἐς τὸ στόμα καὶ αὐταὶ αἱ σάρκες καὶ τὸ αἷμα καὶ τὸ γάλα. ὁκόσων δὲ τὸ γάλα λεπτὸν καὶ τὸ αἷμα ὅμοιον, καὶ αἱ σάρκες παραπλήσιοι. τὰ δὲ αἴγεια κρέα κουφότερα τουτέων καὶ διαχωρέει μᾶλλον. τὰ δὲ ὕεια ἰσχὺν μὲν τῷ σώματι ἐμποιέει μᾶλλον τουτέων, διαχωρέει δὲ ἱκανῶς διότι λεπτὰς τὰς φλέβας ἔχει καὶ ὀλιγαίμους, σάρκα δὲ πολλήν. τὰ δὲ ἄρνεια κουφότερα τῶν ὀΐων καὶ τὰ ἐρίφεια τῶν αἰγείων, διότι ἀναιμότερα καὶ (220) ὑγρότερα. ξηρὰ γὰρ καὶ ἰσχυρὰ φύσει ὄντα τὰ ζῶα. ὁκόταν μὲν ἁπαλὰ ᾖ, διαχωρέει, ὁκόταν δὲ αὐξηθῇ, οὐχ ὁμοίως. καὶ τὰ μόσχεια τῶν βοείων ὡσαύτως, τὰ δὲ χοίρεια τῶν συείων βαρύτερα. φύσει γὰρ εὔσαρκον ὂν τὸ ζῶον καὶ ἄναιμον ὑπερβολὴν ἐργασίης ἔχει τέως ἂν νέον ᾖ. ὁκόταν οὖν πόροι μὴ δέχωνται τὴν τροφὴν ἐπιοῦσαν, ἐμμένον θερμαίνει καὶ ταράσσει τὴν κοιλίην. τὰ δὲ ὄνεια διαχωρέει. καὶ τῶν πώλων

vum ſiſtunt, nec facile in ventriculis concoquuntur, quoniam craſſi et multi ſanguinis eſt hoc animal. Et carnes ore ſumptae graves ſunt, eaedemque et ſanguis et lac. Quorum autem animalium lac tenue eſt et ſanguis ſimiliter, eorum quoque carnes conſimiles exiſtunt. Caprinae carnes his leviores ſunt et magis alvum dejiciunt. Suillae his quidem magis corpus roborant, et abunde alvum dejiciunt, propterea quod tenues paucumque ſanguinem continentes venas hoc animal habet, multam vero carnem. Agninae ovillis ſunt leviores et hoedinae caprinis, quia exangues magis et humidae. Sicca enim et valida natura animantia cum quidem tenera ſunt per alvum ſecedunt, cum vero adoleverint, non item. Vitulinae carnes ad bubulas eodem ſe habent modo. At porcellorum carnes ſuillis ſunt graviores. Hoc enim animal natura carnoſum et exangue, quamdiu tenellum eſt ſuperabundantem habet humiditatem. Cum ergo ſuperingeſtum alimentum meatus non ſuscipiant, id quod remanet ventrem calefacit et turbat. Carnes aſininae per alvum ſecedunt, ſed pullorum praeſertim, et equinae ſunt

©BIUM

Ed. Chart. VI. [468.] Foës. I. 357. Ed. Lind. I. (220. 221.)

ἔτι μᾶλλον καὶ τὰ ἵππεια κουφότερα. κύνεια δὲ θερμαίνει καὶ ξηραίνει καὶ ἰσχὺν ἐμποιέει, οὐ μέντοι διαχωρέει· σκυλάκια δὲ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. συὸς ἀγρίου ξηραίνει καὶ ἰσχὺν παρέχει καὶ διαχωρέει. ἐλάφου δὲ ξηραίνει, ἧσσον δὲ διαχωρέει, οὐρέεται δὲ μᾶλλον. λαγῶα ξηρὰ καὶ στύσιμα, οὔρησιν δέ τινα παρέχει. ἀλωπέκων δὲ ὑγρότερα καὶ ἐχίνων χερσαίων οὐρητικά, ὑγραίνει δέ. περὶ δὲ ὀρνίθων ὧδε ἔχει. σχεδόν τι πάντα τὰ ὀρνίθια ξηρότερα ἢ τὰ τετράποδα. ὁκόσα γὰρ κύστιν οὐκ ἔχει οὔτε οὐρέει οὔτε σιαλοχοέει, πάντως ξηρά. διὰ γὰρ θερμότητα τῆς κοιλίης ἀναλίσκεται τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος ἐς τὴν τροφὴν τῷ θερμῷ, ὥστε οὔτε οὐρέεται οὔτε σιαλοχοέει. ὅτῳ δὲ μὴ ἔνεισι τοιαῦται ὑγρασίαι, ξηραίνειν ἀνάγκη. ξηρότατον μὲν οὖν (221) κρέας φάσσης, δεύτερον περιστερᾶς, τρίτον πέρδικος καὶ ἀλεκτρυόνος καὶ τρυγόνος, ὑγρότατον δὲ χηνός. ὅσα δὲ σπερμολογέει, ξηρότερα τῶν προτέρων. νήσσης δὲ καὶ τῶν ἄλλων ὁκόσα ἐν ἕλεσι διαιτῆται, ἢ ἐν ὕδασι, πάντα ὑγρά. τῶν δὲ ἰχθύων ξηρότατοι μὲν οὗτοι,

leviores. Caninae calefaciunt et ficcant roburque inferunt, non tamen per alvum fecedunt. Catulinae vero humectant et alvum dejiciunt. Sylveſtris ſuis caro ficcat, robur affert et alvum dejicit. Cervi ficcat et minus alvum dejicit, magis autem urinam provocat. Leporina ficca eſt et alvum moratur. Urinam tamen quodammodo ciet. Vulpina humidior eſt. Erinaceorum terreſtrium carnes urinam provocant et humidiores ſunt. At vero de volucribus ſic ſe res habet. Omnia fere volucrum genera quadrupedibus ficciora exiſtunt. Nam quae veſicam non habent, neque urinam reddunt, neque ſalivam fundunt, prorſus ſicca ſunt. Veneris enim caliditate corporis humiditas in caloris alimentum abſumitur, atque idcirco neque urinam reddunt, neque ſalivam fundunt. Cui autem ejusmodi humiditates deſunt, id ipſum ſiccare neceſſe eſt. Palumbis igitur caro ficciſſima, deinde columbae, tertio loco perdicis et galli ac turturis; anſeris vero maxime humida. Quae autem ſemina legunt prioribus ficciores ſunt. Anatis vero carnes et reliquarum avium quae in paludibus aut aquis degunt, omnes

Ed. Chart. VI. [468. 469.] Foës. I. 357. 358. Ed. Lind. I. (221.)
σκορπίος, δράκων, καλλιώνυμος, κόκκυς, γλαῦκος, πέρκη, θρίσσα. κοῦφοι δὲ οἱ πετραῖοι σχεδόν τι πάντες, οἷον κίχλη, φυκὶς, ἐλεφιτὶς, κωβιός. οἱ τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ προρρηθέντες κουφότεροι τῶν πλανήτων. ἅτε γὰρ ἀτρεμίζοντες οὗτοι ἀραιὴν τὴν σάρκα καὶ κούφην ἔχουσιν. οἱ δὲ πλανῆται καὶ κυματόπληγες τεθρυμμένοι τῷ πόνῳ στερεωτέρην τὴν σάρκα ἔχουσιν. νάρκαι δὲ καὶ ῥῖναι καὶ ψῆσσαι καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς ἐλαφρότερα. ὁκόσοι δὲ τῶν ἰχθύων ἐν τοῖσι πηλώδεσι καὶ ὑδρηλοῖσι χωρίοισι τὰς τροφὰς ἔχουσιν, οἷον κέφαλοι, κεστραῖοι, ἐγχέλυες, καὶ οἱ λοιποὶ τοιοῦτοι βαρύτεροι, διότι ἀπὸ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ πηλοῦ καὶ τῶν ἐν τουτέοισι φυομένων τὰς τροφὰς ἔχουσιν. ἀφ' ὅτων καὶ τὸ πνεῦμα εἰσιὸν ἐς τὸν ἄνθρωπον βλάπτει καὶ βαρύνει. οἱ δὲ ποτάμιοι καὶ λιμναῖοι ἔτι βαρύτεροι τουτέων. || πολύποδες δὲ καὶ σηπίαι καὶ τὰ τοιαῦτα οὔτε κοῦφα ὡς δοκέει ἐστὶν οὔτε διαχωρητικά, [469] διὸ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς βαρύνουσιν ἐσθιόμενοι, πλὴν οἱ ζωμοὶ τουτέων διαχωρέουσι. τὰ δὲ κογχύλια οἷον πῖναι, πορφύραι, λεπάδες, κήρικες, ὄστρεα, αὐτὰ μὲν ξηρὰ,

humidae exiſtunt. Ex piscibus ſicciſſimi quidem ſcorpius, draco, callionymus, cuculus, glaucus, perca, thriſſa. Leves vero ſaxatiles fere omnes, velut turdus, phycis, elephitis, gobio. Hi omnes et praedicti erronibus leviores ſunt. Cum enim quiescant, raram et levem carnem habent. Errores autem et undas verberantes laboribus attriti, ſolidiorem carnem obtinent. Torpedines et ſquatinae ac rhombi et ejuscemodi leviores ſunt. Qui vero piscis coenoſis et aquoſis locis cibum capiunt, velut capitones, mugiles anguillae et reliqui id genus graviores exiſtunt, quod ab aqua et luto et his quae illic producuntur nutriuntur, ex quibus et ſpiritus hauſtus hominem laedit et aggravat. Fluviatiles autem et lacuſtres, his etiam graviores ſunt. Polypi vero et ſepiae atque ejusmodi neque leves ſunt, ut videntur, neque alvum dejiciunt, idcircoque ſi edantur, oculos gravant, illorum tamen jus alvum movet. Conchylia vero velut pinnae, purpurae, patellae, buccinae, oſtrea, ea quidem ſicca

©BIUM

Ed. Chart. VI. [469.] Foël. I. 558. Ed. Lind. I. (222.)

οἱ δὲ (222) χυμοὶ τούτων διαχωρητικοί. μύες δὲ καὶ κτένες καὶ τελίναι τουτέων μᾶλλον διαχωρέουσιν. αἱ δὲ κνίδαι μάλιστα καὶ τὰ σελάχεα ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. τῶν δὲ ἐχίνων τὰ ὠὰ καὶ τὸ ὑγρὸν καράβου. μῦες, καὶ ἄρκοι, καὶ καρκῖνοι μᾶλλον μὲν οἱ ποτάμιοι, ἀτὰρ καὶ οἱ θαλάσσιοι διαχωρέει καὶ οὐρέεται. οἱ τάριχοι ξηραίνουσι καὶ ἰσχναίουσι. τὰ δὲ πλείονα καὶ διαχωρέει ἐπιεικῶς. ξηρότατοι μὲν τῶν ταρίχων οἱ θαλάσσιοι, δεύτεροι οἱ ποτάμιοι, ὑγρότατοι δὲ οἱ λιμναῖοι, αὐτέων δὲ τῶν ταρίχων οἱ λεγόμενοι πέρκαι ἰχθύες ἰσχυρῶς ξηρότεροι. τῶν δὲ ζώων τῶν τιθασσῶν, τὰ ἑλόνομα καὶ ἀγρόνομα τῶν ἔνδον τρεφομένων ξηρότερα, ὅτι πονοῦντα ξηραίνεται, καὶ ὑπὸ τοῦ ἡλίου καὶ ὑπὸ τοῦ ψύχους, καὶ τῷ πνεύματι ξηροτέρῳ τρέφεται. τὰ δὲ ἄγρια τῶν ἡμέρων ξηρότερα, καὶ τὰ ὠμοφάγα καὶ τὰ ὑλοφάγα καὶ τὰ ὀλιγοφάγα τῶν πολυφάγων, καὶ τὰ καρποφάγα τῶν ποηφάγων, καὶ τὰ καρποφάγα τῶν μὴ καρποφάγων, καὶ τὰ ὀλιγόποτα τῶν πολυπότων, καὶ τὰ πολύαιμα τῶν ἀναίμων καὶ ὀλιγαίμων, καὶ

sunt, horum autem succi alvum movent. Mytuli, pectines et telinae his magis per alvum secedunt. Urticae et qui cartilaginei sunt generis maxime humectant et alvum dejiciunt. Erinaciorum ova et locustarum humor, musculi, ursi, cancri, praesertim fluviatiles, sed et marini alvum movent et urinam provocant. Sale conditi siccant et attenuant, plerique etiam leniter alvum dejiciunt. Ex salitis siccissimi quidem marini, deinde fluviatiles, palustres maxime humidi. Inter sale conditos pisces qui percae nominantur potenter siccant. Ex cicuratis autem animalibus quae in silvis et agris pascuntur, iis quae domi nutriuntur sunt sicciora, quia laborando a sole et frigore resiccantur et siccione spiritu nutriuntur. Fera etiam animalia mansuetis sicciora et crudivora, quaeque silvarum materia pascuntur et quae parum edunt, multum edentibus sicciora, quaeque foeno ad pastum utuntur, iis quae herbis; item quae fructibus edunt, iis quae minime fructibus victitant, quaeque parum bibunt, iis quae multum, et quae multo sanguine

Ed. Chart. VI. [469.] Foës. I. 358. Ed. Lind. I. (222. 223.)
τὰ ἀκμάζοντα μᾶλλον ἢ τὰ λίην παλαιὰ καὶ τὰ νέα καὶ τὰ ἄρσενα τῶν θηλείων, καὶ τὰ ἄνορχα τῶν ἐνόρχων, καὶ τὰ μήλανα τῶν λευκῶν, καὶ τὰ δασέα τῶν ψιλῶν. τὰ δ' ἐναντία ὑγρότερα. αὐτῶν δὲ τῶν ζώων ἰσχυρότεραι μὲν αἱ σάρκες αἱ κάλλιστα πονοῦσαι καὶ ἐναιμόταται ἐν οἷσι κατακλίνεται, κουφόταται δὲ τῶν σαρκῶν καὶ ἥκιστα πονοῦσαι καὶ ἐκ (223) τῆς σκιῆς καὶ ὅσαι ἐσώταται τοῦ ζώου. τῶν δὲ ἀναίμων ἐγκέφαλος καὶ μυελὸς ἰσχυρότατα. κουφότατα δὲ τὰ ὑπογάστρια, μῦες, κτένες, πόδες. τῶν δὲ ἰχθύων ξηρότατά ἐστι τὰ ἄνω, κουφότατα δὲ τὰ ὑπογάστρια, καὶ κεφαλαὶ ὑγρότεραι διὰ τὴν πιμελὴν καὶ τὸν ἐγκέφαλον. τὰ ὠὰ δὲ ὀρνίθων ἰσχυρὸν μέν τι ἔχουσι καὶ τρόφιμον καὶ φυσῶδες, ἰσχυρὸν μὲν, ὅτι γένεσις ἐστὶ ζώου, τρόφιμον δὲ ὅτι γάλα ἐστὶ τοῦτο τῷ νεοτῷ, φυσῶδες δὲ ὅτι ἐκ μικροῦ ὄγκου εἰς πολὺ διαχέεται. ὁ τυρὸς ἰσχυρὸν καὶ καυσῶδες καὶ τρόφιμον. ἰσχυρὸν μὲν ὅτι ἔγγιστα γενέσιος. τρόφιμον δὲ ὅτι τοῦ γάλακτος τὸ σαρκῶδες ἐστὶν ὑπόλοιπον. καυσῶδες δὲ

abundant, exanguibus et paucum ſanguinem habentibus, et quae in aetatis vigore ſunt conſtituta, potius quam admodum vetuſta et juvencula, et mascula quam feminea, et caſtrata quam non caſtrata, nigra quam alba, et hirſuta quam nuda. His vero contraria humidiora. Animalium autem ipſorum carnes validiſſimae quidem quae optime laborant et ſanguine abundant et ſupra quas recumbunt. Leviſſimae vero quae minime laborant et in umbra latent, et in intimis animalis partibus ſitae ſunt. Exanguium autem validiſſimae cerebrum et medulla. Leviſſimae quae ſunt in ventre inferiore, musculi, pectines, pedes. Piscium ſiccisſimae ſunt partes ſuperiores, leviſſimae ventris inferioris, et capita humidiora, propter pinguedinem et cerebrum. Volucrum ova validum quid et nutriens et inflans habent. Validum quidem, quoniam animalis generationem continent. Nutriens vero, quod hoc in pullo lactis rationem habeat. Inflans autem, quia ex parva mole in multam diffundantur. Caſeus validus eſt, aeſtuoſus et alit. Validus quidem, quod generationi ſit proximus. Alit vero, quia lactis carnoſa pars in

©BIUM

Ed. Chart. VI. [469. 470.] Foës. I. 558. Ed. Lind. I. (223. 224.)
ὅτι λιπαρόν. στάσιμον δὲ ὅτι ὀπῷ καὶ πυτύῃ ξυνέστηκεν. ὕδωρ ψυκτικόν. οἶνος θερμὸν καὶ ξηρόν. ἔχει δέ τι καὶ καθαρτικὸν ἀπὸ τῆς ὕλης. τῶν δὲ οἴνων οἱ μέλανες καὶ αὐστηροὶ ξηρότεροι καὶ οὐ διαχωρεῦνται οὔτε οὐρέονται οὔτε πτύουσι. ξηραίνουσι δὲ καὶ τὴν θερμασίην τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος καταναλίσκοντες. οἱ δὲ μαλακοὶ μέλανες ὑγρότεροι καὶ φυσῶσι καὶ διαχωρέουσι μᾶλλον. οἱ δὲ γλυκέες μέλανες ὑγρότεροι. θερμαίνουσι δὲ καὶ φυσῶσιν ὑγρασίην ἐμποιεῦντες. οἱ δὲ λευκοὶ καὶ αὐστηροὶ θερμαίνουσιν, οὐρέονται δὲ μᾶλλον ἢ διαχωρέουσιν. οἱ νέοι μᾶλλον τῶν οἴνων διαχωρέουσιν, διότι ἐγγυτέρω τοῦ γλεύκεος εἰσὶ καὶ τρόφιμοι, καὶ οἱ ὄζοντες τῶν ἀνόσμων τῆς αὐτῆς ἡλικίης διότι εὐπε(224)πτέστεροί εἰσι, καὶ οἱ παχέες τῶν λεπτῶν. οἱ δὲ λεπτοὶ γλυκέες οὐρέονται μᾶλλον καὶ διαχωρέουσι, καὶ ὑγραίνουσι τὸ σῶμα, [470] καὶ τὸ αἷμα ἀσθενὲς ποιέουσιν, αὔξοντες δὲ τὸ ἀντίπαλον τοῦ σώματος αἷμα ἐν τῷ σώματι. γλεῦκος φυσᾷ καὶ ὑπάγει καὶ ἐκταράσσεται ζέον ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ διαχωρέει. φυσᾷ μὲν ὅτι θερμαίνει, ὑπάγει δὲ ἐκ τοῦ σώ-

eo remanet. Aeſtuoſus eſt quia pinguis. Alvum autem ſiſtit, quia ex ſucco et coagulo conſtat. Aqua refrigerat. Vinum calidum et ſiccum habet et purgans quiddam a materia. Vina nigra et auſtera ſicciora ſunt, neque per alvum ſecedunt, neque urinam aut ſputum movent, ſed corporis humiditatem abſumendo ſiccant et caliditatem inferunt. Mollia nigra humidiora ſunt et flatus excitant alvumque magis dejiciunt. Dulcia nigra humidiora ſunt, calefaciunt autem et inflant eum humiditatem inducunt. Alba vero et auſtera calefaciunt, magis autem urinam movent quam alvum dejiciant. Vina recentia alvum magis movent, quod muſto ſint propiora, et nutriunt item odora magis quam inodora ejusdem aetatis, quia facilius concoquuntur, et craſſa quam tenuia. At tennia dulcia urinam magis et alvum movent, corpusque humectant et ſanguinem imbecillum reddunt, cum adverſarium corpori ſanguinem augeant. Muſtum flatum movet et ſubducit, turbationemque in ventre ſuo fervore excitat alvumque dejicit. Flatum quidem movet quod calefaciat,

Ed. Chart. VI. [470.] Foës. I. 558. 559. Ed. Lind. I. (224. 225.)

ματος ὅτι καθαίρει. || ταράσσει δὲ ζέον ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ διαχωρέει. οἱ ὀξυναῖοι οἶνοι ψύχουσι καὶ ἰσχναίνουσι καὶ ὑγραίνουσι. ψύχουσι μὲν καὶ ἰσχναίνουσι κένωσι τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ τοῦ σώματος ποιεύμενοι. ὑγραίνουσι δὲ ἀπὸ τοῦ ἐσιόντος ὕδατος σὺν τῷ οἴνῳ. ὄξος ψυκτικόν, διότι τῆκον τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι καταναλίσκει. ἴστησι δὲ μᾶλλον ἢ διαχωρέει διότι οὐ τρόφιμον καὶ δριμύ. ἕψημα θερμαίνει καὶ ὑγραίνει καὶ ὑπάγει. θερμαίνει μὲν ὅτι οἰνῶδες, ὑγραίνει δὲ ὅτι τρόφιμον, ὑπάγει δὲ ὅτι γλυκύ. αἱ τρύγες στεμφιλίτιδες ὑγραίνουσι καὶ ὑπάγουσι καὶ φυσῶσι, διότι καὶ τὸ γλεῦκος τὸ αὐτὸ ποιέει. μέλι θερμὸν καὶ ξηρὸν ἄκρητον, σὺν ὕδατι δὲ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει τοῖσι χολώδεσι, τοῖσι δὲ φλεγματώδεσιν ἴστησιν. ὁ δὲ γλυκὺς οἶνος διαχωρέει μᾶλλον τοῖσι φλεγματώδεσιν. περὶ δὲ λαχάνων ὧδε ἔχει. σκόροδον. θερμὸν καὶ διαχωρέει καὶ οὐρέεται, καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν οὐκ ἀγαθόν. κάθαρσιν γὰρ τοῦ σώματος πουλλὴν ποιεύμενον τὴν ὄψιν ἀπαμβλύνει. διαχωρέει δὲ καὶ (225) οὐρέεται, διὰ τὸ καθαρτικόν. ἔφθὸν ἀσθενέστερον ἢ ὠμόν. φῦσαν δὲ ἐμ-

corpore autem ſubducit quia purgat, cum vero in ventriculo ferveat, turbationem excitat et alvo ſecedit. Vina acida refrigerant, extennant et humectant. Refrigerant quidem et humectant, quod humidum e corpore educant, humectant autem, quod aqua una cum vino ingrediatur. Acetum refrigerat quod corporis humidum colliquando abſumat, magis autem alvum ſiſtit quam dejiciat, quia minime alit et acre eſt. Sapa calefacit, humectat et ſubducit. Calefacit quidem, quia vinoſa, humectat vero, quod nutriat, ſubducit autem, quia dulcis. Feces vinaceae humectant, ſubducunt et flatum excitant, quod etiam muſtum idem efficiat. Mel calidum et ſiccum eſt ſincerum, ex aqua vero humectat et biliosis alvum dejicit, pituitoſis vero ſiſtit. At vero vinum dulce pituitoſis magis per alvum ſecedit. De oleribus autem ſic ſe res habet. Allium calidum urinam et alvum movet, oculis minime bonum. Cum non multam corporis purgationem faciat, aciem hebetat, alvum autem et urinam ciet, propter vim purgantem coctum crudo imbecillius, flatum au-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [470.] Foës. I. 359. Ed. Lind. I. (226.)

ποιέει διὰ τοῦ πνεύματος τὴν ἐπίτασιν. κρόμυον τῇ μὲν ὄψει ἀγαθὸν, τῷ δὲ σώματι κακὸν, διότι θερμὸν καὶ καυσῶδές ἐστι καὶ διαχωρέει. τροφὴν μὲν οὐδεμίην δίδωσι τῷ σώματι οὐδὲ ὠφελίην. θερμαῖνον δὲ ξηραίνει διὰ τὸν ὀπόν. πράσον θερμαίνει μὲν ἧσσον, οὐρέεται δὲ καὶ διαχωρέει. ἔχει δέ τι καθαρτικόν. ὑγραίνει δὲ καὶ ὀξυρεγμίην παύει. καλὸν δὲ ὕστατον τῶν ἄλλων βρωμάτων ἐσθίειν αὐτό. ῥαφανὶς ὑγραίνει διαχέουσα τὸ φλέγμα τῇ δριμύτητι. τὰ δὲ φύλλα ἧσσον, πλὴν πρὸς τοὺς ἀρθριτικοὺς μοχθηρὸν ἡ ῥίζη. ἐπιπελάζον δὲ καὶ δύσπεπτον. κάρδαμον θερμὸν καὶ τὴν σάρκα τῆκον. ἵστησι δὲ φλέγμα λευκὸν, ὥστε στραγγουρίην ἐμποιέειν. νᾶπυ θερμὸν, διαχωρητικὸν δὲ, πλὴν δυσουρέεται καὶ τοῦτο. ἀλλὰ καὶ τὸ εὔζωμον παραπλήσια ποιέει. κορίανον θερμὸν καὶ στατικὸν, καὶ τὴν ὀξυρεγμίην παύει καὶ ὑπνωτικὸν, ἐὰν ὕστατον ἐδεσθῇ. θρίδαξ ψυχρότατον πρὶν τὸν ὀπὸν ἔχειν. ἀσθενείην δέ τινα ποιέει ἐν τῷ σώματι. ἄνηθον θερμὸν καὶ στατικὸν, καὶ πταρμὸν παύει ὀσφραινόμενον. σέλινον οὐρέε-

tem parit propter ſpiritus vehementiam. Cepa oculorum quidem aciei commoda, corpori vero noxia, quod calida et aeſtuoſa ſit, et per alvum ſecedat. Nullum enim alimentum corpori neque utilitatem praebet, caleſaciendo autem exſiccat propter ſuccum. Porrum minus quidem caleſacit, urinam vero et alvum movet, habetque vim quandam purgantem, humectat autem et ructum acidum ſedat, ipſumque poſt reliquos cibos comedere praeſtat. Raphanus humectat prituitam ſua acrimonia diffundendo, folia vero minus, niſi in articularibus morbis. Radix vitioſa eſt quae per ſumma fluitet et aegre concoquatur. Naſturtium calidum eſt, carnem liqueſacit, pituitam albam ſiſtit proindeque ſtranguriam infert. Sinapi calidum eſt et alvum dejicit, ſed et hoc urinae difficultatem parit. Quin et eadem eruca facit. Coriandrum calidum alvum ſiſtit et ructum acidum ſedat, ſomnum conciliat, ſi poſtremo loco edatur. Lactuca frigidiſſima eſt prius quam ſuccum habeat, imbecillitatem autem quandam corpori infert. Anethum calidum et alvum ſiſtit odoratumque ſternutamentum ſedat. Apium urinam

Ed. Chart. VI. [470. 471.] Foës. I. 359. Ed. Lind. I. (225. 226.)

ται μᾶλλον ἢ διαχωρέει, καὶ αἱ ῥίζαι μᾶλλον ἢ αὐτὸ διαχωρέουσιν. ὦκιμον ξηρὸν καὶ θερμὸν καὶ στάσιμον. πήγανον οὐρέεται μᾶλλον ἢ διαχωρέει καὶ συστρε(226)πτικόν τι ἔχει καὶ πρὸς τὰ φάρμακα τὰ βλαβερὰ ὠφέλιμον προπινόμενον. ἀσπάραγος ξηρὸν καὶ στάσιμον. ἐλελίσφακον ξηρὸν καὶ στατικόν. στρύχνος ψύχει καὶ ἐξονειρώσσειν οὐκ ἐᾷ. ἀνδράχνη ψύχει ἡ ποταμίη. τεταριχευμένη δὲ θερμαίνει καὶ καθαίρει. καλαμίνθη θερμαίνει καὶ καθαίρει. μίνθη θερμαίνει καὶ οὐρέεται καὶ ἐμέτους ἵστησι, καὶ ἢν πολλάκις ἐσθίῃ τις τὸν σπόρον αὐτοῦ, τήκει ὥστε ῥέειν, καὶ ἐντείνειν κωλύει, καὶ τὸ σῶμα ἀσθενὲς ποιέει. λάπαθον θερμαῖνον διαχωρέει. ἀνδράφαξις ὑγρὸν, οὐ μέντοι διαχωρέει. βλῆτον θερμὸν, οὐ διαχωρητικόν. κράμβη θερμαίνει καὶ διαχωρέει [471] καὶ τὰ χολώδεα ἄγει. τεύτλου ὁ μὲν χυλὸς διαχωρέει, τὸ δὲ λάχανον ἐσθιόμενον ἵστησιν. αἱ δὲ ῥίζαι τῶν τεύτλων διαχωρητικώτεραι. κολοκύντη ψύχει καὶ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. γογγυλὶς καυσώδης. ὑγραίνει δὲ καὶ ταράσσει τὸ σῶμα, οὐ μέν-

magis quam alvum movet, radices etiam magis quam ipſum alvum movent. Ocimum ſiccum eſt, calidum et alvum ſiſtit. Ruta urinam magis quam alvum movet. Quandam etiam cogendi vim habet, et praepota adverſus venena valet. Aſparagus ſiccus eſt et alvum ſiſtit. Salvia ſicca eſt et alvum ſiſtit. Solanum refrigerat et in ſomnis veneris ludibria prohibet. Portulaca fluviatilis refrigerat et ſale condita calefacit et purgat. Calamintha calefacit et purgat. Mentha calefacit et urinam ciet, vomitionemque ſiſtit, ac ſi quis eam ſaepe comedat, ejus genitale ſemen ita colliquefacit ut effluat, et arrigere prohibet corpusque imbecillum reddit. Rumex calefaciendo alvum movet. Atriplex humida eſt, neque tamen alvum dejicit. Blitum calidum neque alvum movet. Braſſica calefacit, per alvum ſecedit et bilioſa educit. Betae ſuccus quidem alvum dejicit, olus autem ipſum cibo ſumptum ſiſtit, radices vero alvum magis movent. Cucurbita refrigerat et humectat alvoque ſecedit. Rapum aeſtuoſum eſt, humectat autem et corpus conturbat, non ta-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [471.] Foës. I. 359. 360. Ed. Lind. I. (226. 227.)

τοι διαχωρέει, δυσουρέεται δέ. γλήχων θερμαίνει καὶ διαχωρέει. ὀρίγανον θερμαίνει, ὑπάγει δὲ καὶ τὰ χολώδεα. θύμβρη παραπλήσια τῷ ὀριγάνῳ διαπρήσσεται. θύμον θερμόν. διαχωρέει καὶ οὐρέεται. ἄγει δὲ καὶ φλεγματώδεα ὕσσωπον θερμὸν καὶ φλεγματῶδες. τῶν δὲ ἀγρίων λαχάνων ὁκόσα τῷ στόματι θερμαντικὰ καὶ εὐώδεα, ταῦτα θερμαίνει καὶ οὐρέεται μᾶλλον ἢ διαχωρέει. || ὁκόσα δὲ ὑγρὴν φύσιν ἔχει καὶ ψυχρὴν καὶ μωρὴν καὶ ὀσμὰς βαρείας ὑποχωρέεται μᾶλλον ἢ οὐρέεται. ὁκόσα δέ ἐστι καὶ στρυφνὰ καὶ αὐ(227)στηρά, στάσιμα, ὁκόσα δὲ δριμέα καὶ εὐώδεα οὐρέεται. ὁκόσα δὲ δριμέα καὶ ξηρὰ ἐν τῷ στόματι, ταῦτα πάντα ξηραίνει. ὁκόσα δὲ ὀξέα, ψυκτικά. οἱ δὲ χυμοὶ διουρητικοί, κρήμνου, σελίνου, σκορόδου ἀποβρέγματα, κυτίσου, μαράθρου, πράσου, ἀδιάντου, στρύχνου, ψύχει, σκολοπέτριον, μίνθη, σέσελι, καυκαλίδες, ὑπερικὸν, κνίδαι, διαχωρητικὰ καὶ καθαρτικά, ἐρέβινθοι, φακὴ, κριθαὶ, τεῦτλα, κράμβη, λινόζωστις, ἀκτὴ, κνίκος. ταῦτα πάντα ὑποχωρέεται μᾶλλον ἢ διουρέεται. περὶ

men per alvum ſecedit, verum urinae difficultatem adfert. Pulegium caleſacit et alvum movet. Origanum caleſacit, bilioſa tamen ſubducit. Thymbra eadem quae origanum efficit. Thymum calidum alvum et urinam movet et pituitoſa educit. Hyſſopum calidum et pituitam ducit. Ex agreſtibus autem oleribus quae os caleſaciunt et odorata ſunt, ea caleſaciunt et urinam potius quam alvum movent. Quae vero humida ſunt natura et frigida ac inſipida odoreque gravi, per alvum magis ſecedunt quam per urinam. Quae acerba et auſtera, alvum ſiſtunt. Quae acria et odorata, urinam provocant. Quae acria et ſicca ſunt in ore, ea omnia ſiccant, quae acida, refrigerant. Hi ſucci urinam movent, crethmi, apii, allii cremor, cythiſi, foeniculi, porri, adianthi, ſolani, qui et refrigerat. Scolopendrium, mentha, ſeſeli, caucalides, hypericum, urticae, alvum movent et purgant. Cicer, lens, hordeum, beta, braſſica, mercurialis, ſambucus, cnicus, haec omnia alvum potius quam urinam movent. At vero de fructibus autumnalibus habet ſe res ad hunc modum. Qui ſemen quidem incluſum

Ed. Chart. VI. [471.] Foës. I. 360. Ed. Lind. I. (227. 228.)
δὲ ὀπώρης ὧδε ἔχει. τὰ μὲν ἐγκάρπια διαχωρητικώτερα, τὰ δὲ χλωρὰ τῶν ξηρῶν. ἡ δὲ δύναμις εἴρηται αὐτέων. μόρα θερμαίνει καὶ ὑγραίνει καὶ διαχωρέει. ἄπιοι πέπειροι θερμαίνουσι καὶ ὑγραίνουσι καὶ διαχωρέουσιν. αἱ δὲ σκληραὶ στάσιμοι. ἀχράδες χειμέριοι πέπειροι διαχωρέουσι καὶ τῆς κοιλίης καθαρτικαί. αἱ δὲ ὠμαὶ στάσιμοι. μῆλα γλυκέα δύσπεπτα, τὰ δὲ ὀξέα καὶ πέπονα ἧσσον. κυδώνια στυπτικὰ καὶ οὐ διαχωρέουσιν. οἱ δὲ χυλοὶ τῶν μήλων πρὸς τοὺς ἐμέτους στατικοὶ καὶ οὐρητικοί. καὶ ὀδμαὶ πρὸ τῶν ἐμέτων. τὰ δὲ ἄγρια μῆλα στατικά. ἐφθὰ δὲ ἐσθιόμενα μᾶλλον διαχωρητικά. πρὸς δὲ τὴν ὀρθοπνοίην οἵ τε χυλοὶ αὐτῶν καὶ αὐτὰ πινόμενα ὠφελέει. οὖα δὲ καὶ μέσπιλα καὶ κράνια καὶ ὅση ἄλλη τοιαύτη ὀπώρη στατικὴ καὶ στρυφνή. καὶ ῥοίης γλυκείης ὁ (228) χυλὸς διαχωρέει. καυσώδες δέ τι ἔχει. αἱ οἰνώδεες τῶν ῥοιῶν ἧσσον καυσώδεες. αἱ δὲ ὀξεῖαι ψυκτικώτεραι. οἱ δὲ πυρῆνες πάντων στάσιμοι. σίκυοι ὠμοὶ ψυχροὶ καὶ δύσπεπτοι. οἱ δὲ πέπονες οὐρέονται καὶ διαχωρέονται, φυσώδεες δέ· βότρυες θερμοὶ καὶ ὑγροὶ καὶ διαχωρητικοὶ μάλιστα οἱ λευκοί.

habent, ii alvum magis movent. Virides item magis quam ficci. Horum autem facultas dicta eſt. Mora calefaciunt et humectant per alvumque ſecedunt. Pira matura alvum dejiciunt eamque purgant, cruda vero ſiſtunt Mala dulcia aegre concoquunt, acida autem et matura minus Cydonia adſtringunt neque alvum dejiciunt. Malorum autem ſuccus vomitiones ſiſtit et urinam promovet, quod et odor ante vomitionem praeſtat. Mala ſilveſtria alvum ſiſtunt, cocta vero cibo ſumta magis alvum dejiciunt. Ad eam autem ſpirandi difficultatem, cum non niſi erecta cervice ſpiritus trahitur, tum eorum ſiccus tum ipſa quoque epota juvant. Sorba, meſpila, corna aliique id genus fructus alvum ſiſtunt et acerbi ſunt. Mali punici dulcis ſuccus alvum dejicit, verum aeſtuoſum quiddam habet. Mala punica quae vinoſo ſunt ſucco minus aeſtuoſa ſunt. Acida vero magis refrigerant. At omnium nuclei alvum ſiſtunt. Cucumeres crudi, frigidi aegreque concoquuntur. Maturi vero urinam et alvum dejiciunt, verum flatus excitant. Uvarum race-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 916 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VI. [471. 472.] Foës. I. 360. Ed. Lind. I. (228.)

οἱ μὲν οὖν γλυκέες θερμαίνουσιν ἰσχυρῶς, διότι πολὺ ἤδη τοῦ θερμοῦ ἔχουσιν. οἱ δὲ ὀμφακώδεες ἧσσον θερμαίνουσι, καθαίρουσι δὲ μᾶλλον πινόμενοι. σῦκα καὶ σταφίδες καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. σῦκον χλωρὸν ὑγραίνει καὶ διαχωρέει καὶ θερμαίνει. ὑγραίνει μὲν, ὅτι ἔγχυλόν ἐστι, θερμαίνει δὲ διὰ τὸν ὀπὸν, διαχωρέει δὲ διὰ τὸ γλυκὺ τοῦ ὀποῦ. τὰ πρῶτα τῶν σύκων κάκιστα, ὅτι εἰσὶν ὀπωδέστατα. βέλτιστα δὲ τὰ ὕστατα. τὰ ξηρὰ σῦκα καυσώδεα, διαχωρητικὰ δέ. αἱ ἀμυγδαλαῖ καυσώδεες, τρόφιμοι δέ εἰσι διὰ ταῦτα. καυσώδεες μὲν διὰ τὸ λιπαρὸν, τρόφιμοι δὲ διὰ τὸ σαρκῶδες. καὶ κάρυα τὰ στρογγύλα παραπλησίως ταύταις [472] ἔχουσι. τὰ δὲ πλατέα πέπονα τρόφιμα καὶ διαχωρητικά. καθαρὰ δὲ ἐόντα καὶ φύσαν ἐμποιέουσιν. οἱ δὲ χιτῶνες αὐτέων στάσιμοι, ἀκυλοὶ καὶ βάλανοι καὶ φηγοὶ στατικὰ ὠμὰ καὶ ὀπτά. ἐφθὰ δὲ ἧσσον. τὰ πίονα τῶν κρεῶν καυσώδεα, διαχωρητικὰ δὲ κρέα ταριχηρὰ ἐν οἴνῳ μὲν ὄντα ξηραίνει καὶ τρέφει· ξηραίνει μὲν διὰ τὸν οἶνον, τρέφει δὲ διὰ τὴν σάρκα. ἐν ὄξει δὲ

mi calidi et humidi alvum dejiciunt, praecipue quidem albi. Dulces igitur potenter calefaciunt, quod multum jam calidi obtineant. Immaturi vero minus calefaciunt, potu autem magis purgant. Ficus et uvae paſſae aeſtuoſae ſunt, alvum tamen dejiciunt. Ficus viridis humectat, alvum dejicit et calefacit. Humectat quidem quod ſucco praegnans ſit, calefacit vero propter lac, ſed alvum dejicit propter ejusdem dulcedinem. Primae ficus vitioſiſſimae, quia lacte pleniſſimae, optimae poſtremae. Ficus aridae aeſtuoſae alvum tamen dejiciunt. Amygdalae aeſtuoſae ſunt et nutriunt his de cauſis. Aeſtuoſae quidem, quia pingues, nutriunt autem, quia carnoſae. Et nuces rotundae his ſimiliter ſe habent. Latae vero maturae nutriunt et alvum dejiciunt. Purgatae autem etiam flatus pariunt, earum vero tunicae alvum ſiſtunt. Glandes ilignae, quercinae et fagineae, crudae et toſtae alvum ſiſtunt, coctae vero minus. Carnes pingues aeſtuoſae, ſed alvum dejiciunt. Carnes vino conditae ſiccant et nutriunt. Siccant quidem propter vinum, nutriunt vero propter carnem. Aceto autem conditae ca-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [472.] Foës. I. 360. 361. Ed. Lind. I. (229.)

τεταρι(229)χευμένα θερμαίνει μὲν, ἧσσον δὲ διὰ τὸ ὄξος. τρέφει δὲ ἱκανῶς. ἐν ἁλσὶ δὲ κρέα ταριχηρὰ τρόφιμα μὲν ἧσσον, διὰτὸ ἅλες τοῦ ὑγροῦ ἀπεστερημένα, ἰσχναίνει δὲ καὶ ξηραίνει καὶ διαχωρέει ἱκανῶς. τὰς δὲ δυνάμιας ἑκάστων ἀφαιρέειν καὶ προστιθέναι ὧδε χρή. πυρὶ καὶ ὕδατι πάντα ξυνίσταται καὶ ζῶα καὶ φυτὰ καὶ ὑπὸ τουτέων αὔξεται καὶ ἐς ταῦτα διακρίνεται. τῶν μὲν οὖν ἰσχυρῶν σιτίων ἑψῶντα πολλάκις καὶ διαψύχοντα τὴν δύναμιν ἀφαιρέειν, καὶ προστιθέναι πάλιν ὧδε χρή. τῶν δὲ ὑγρῶν πυροῦντα καὶ φώζοντα τὴν ὑγρασίην ἐξαιρέεσθαι, τῶν δὲ ξηρῶν βρέχοντα καὶ νοτίζοντα, τῶν δὲ ἁλμυρῶν βρέχοντα καὶ ἑψῶντα, || τῶν δὲ πικρῶν καὶ δριμέων τοῖσι γλυκέσι διακιρνῶντα. τῶν δὲ στρυφνῶν τοῖσι λιπαροῖσι. καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων πάντων ἐκ τῶν προειρημένων χρὴ γινώσκειν, ὁκόσα πυρούμενα ἢ φωζόμενα στάσιμά ἐστι μᾶλλον τῶν ὠμῶν, διότι τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀφῄρηται καὶ τὸ πυρῶδες καὶ τὸ λιπαρόν. ὁκόταν γοῦν ἐς τὴν κοιλίην ἐμπέσῃ, ἕλκει τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς κοιλίης, ἐπ' αὐτὰ συγκλείοντα τὰ στόματα τῶν φλεβίων ξηραίνοντα

lefaciunt certe, propter acetum tamen minus, ſed abunde nutriunt. At ſale conditae minus quidem nutriunt humido a ſale ſpoliatae, extenuant tamen et ſiccant abundeque alvum dejiciunt. Singulorum autem vires ad hunc modum detrahere et adjicere convenit. Cum ex igne et aqua conſtent cuncta tum animantia tum e terra nascentia, et ex his concrescant ac in eadem reſolvantur, valentium quidem cibariorum vim coquendo et refrigerando, ſaepe detrahere contraque adjicere ad hunc modum oportet. Humidis quidem torrendo et aſſando humiditatem detrahito, ſicca vero macerato et irrigato, ſalſa macerato et coquito, amara et acria dulcium, acerba vero pinguium mixtura temperato, ac de reliquis omnibus ex praedictis aeſtimare oportet. Toſta aut aſſata crudis magis alvum ſiſtunt, quod humidum igneum et pingue ab igne detractum ſit. Cum igitur in ventriculum ingeſta fuerint, humidum ad ſe e ventre trahunt, et venarum oscula exſiccando et calefaciendo

©BIUM

Ed. Chart. VI. [472.] Foës. I. 361. Ed. Lind. I. (229. 230.)

καὶ θερμαίνοντα, ὥστε ἵστησι τὰς διεξόδους τοῦ ὑγροῦ. τὰ δὲ ἐκ τῶν ἀνύδρων καὶ ξηρῶν καὶ πνιγηρῶν χωρίων ἅπαντα ξηρότερα καὶ θερμότερα καὶ ἰσχὺν πλείω παρέχεται ἐς τὸ σῶμα, διότι ἐκ τοῦ ἴσου ὄγκου βαρύτερα καὶ πυκνότερα καὶ πολύνοστά ἐστιν ἢ τὰ ἐκ τῶν ὑγρῶν καὶ ἀρδομένων καὶ ψυχρῶν. ταῦτα δὲ ὑγρότερα καὶ κουφότερα καὶ ψυχρότερα. οὔκουν δεῖ τὴν δύ(230)ναμιν μόνον αὐτέων γνῶναι τοῦ τε σίτου καὶ τοῦ πόματος καὶ τῶν ζώων, ἀλλὰ καὶ τῆς πατρίδος ὁπόθεν εἰσίν. ὁκόταν γοῦν βούλωνται τροφὴν ἰσχυρὰν τῷ σώματι προσενεγκεῖν καὶ ἀπὸ τῶν αὐτῶν σίτων, τοῖσι ἐκ τῶν ἀνύδρων χωρίων χρηστέον καὶ σίτοισι καὶ πόμασι καὶ ζώοισιν· ὁκόταν δὲ κουφοτέρῃ τῇ τροφῇ καὶ ὑγροτέρῃ, τοῖσιν ἐκ τῶν ἀρδομένων χρηστέον. τὰ γλυκέα καὶ τὰ δριμέα καὶ τὰ ἁλυκὰ καὶ τὰ πικρὰ καὶ τὰ αὐστηρὰ καὶ σαρκώδεα θερμαίνειν πέφυκε, καὶ ὅσα ξηρά ἐστι καὶ ὅσα ὑγρά. ὁκόσα μὲν οὖν ξηροῦ μέρους πλεῖον ἔχει ἐν αὐτέοισιν, ταῦτα μὲν ξηραίνει καὶ θερμαίνει· ὁκόσα δὲ ὑγροῦ μέρους ἔχει πλέον, ταῦτα πάντα θερμαίνοντα ὑγραίνει καὶ διαχωρέει μᾶλλον ἢ

occludunt, proindeque humoris tranſitus coarctant. Quae vero locis minime aquoſis, ſiccis et aeſtuoſis proveniunt, ea omnia ſicciora et calidiora ſunt et robur plurimum corpori exhibent, quod pari mole et copia graviora ſunt ac denſiora, uberioremque foetum ferunt quam quae humidis, riguis et frigidis locis nascuntur. Ea autem humidiora, leviora et frigidiora exiſtunt. Neque igitur ſolum ipſius cibi et potus et animantium ipſarum, ſed et patriae ex qua oriuntur vim noſſe oportet. Cum ergo ex iisdem etiam cibis validum alimentum corpori offerre voles, his quae ex locis minime aquoſis prodeunt utendum tum cibis tum potionibus tum animantibus. Cum vero levius atque humidius, his quae ex riguis locis nascuntur utendum. Dulcia, acria, ſalſa, amara, auſtera et carnoſa caleſacere ſolent, tum quae ſicca ſunt tum quae humida. Quae igitur plus ſicci in ſe habent, ea ſiccant quidem et caleſaciunt. Quae vero plus humidi, haec omnia caleſaciendo humectant, et magis quam ſicca per

©BIUM

Ed. Chart. VI. [472. 473.] Foës. I. 361. Ed. Lind. I. (230. 231.)

τὰ ξηρά. τροφὴν γὰρ μᾶλλον ἐς τὸ σῶμα διδόντα ἀντίσπασιν ποιέεται ἐν τῇ κοιλίῃ καὶ ὑγραίνοντα διαχωρέει. ὁκόσα δὲ διαθερμαίνοντα ξηραίνει ἢ σῖτα ἢ ποτά, οὔτε πτύσιν οὔτε οὖρησιν οὔτε διαχώρησιν ποιεῦντα ξηραίνει τὸ σῶμα διὰ τάδε. θερμαινόμενον τὸ σῶμα κενοῦται τοῦ ὑγροῦ, τὸ μὲν ὑπ' αὐτέων τῶν σιτίων, τὸ δὲ εἰς τροφὴν τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται, τὸ δὲ διὰ τοῦ χρωτὸς ἐξωθέεται θερμαινόμενον καὶ λεπτυνόμενον. τὰ γλυκέα καὶ τὰ πίονα καὶ τὰ λιπαρὰ πληρωτικά ἐστι, διότι ἐξ ὀλίγου ὄγκου πολύχοά ἐστι. θερμαινόμενα δὲ [473] καὶ διαχεόμενα πληροῖ τὸ θερμὸν ἐν τῷ σώματι καὶ γαληνιάζειν ποιέει. τὰ δὲ ὀξέα καὶ δριμέα καὶ αὐστηρὰ καὶ στρυφνὰ καὶ συγκομιστὰ καὶ ξηρὰ οὐ πληροῖ, διότι τὰ στόματα τῶν φλεβῶν ἀνέωξέ τε καὶ διεκάθηρε. καὶ τὰ μὲν ξηραί(231)νοντα, τὰ δὲ δάκνοντα καὶ στύφοντα φρῖξαι καὶ συστῆσαι ἐς ὀλίγον ἐποίησεν ὄγκον τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν τῇ σαρκί. καὶ τὸ κενὸν πουλὺ ἐγένετο ἐν τῷ σώματι. ὁκόταν γοῦν βούλῃ ἀπ' ὀλίγων πληρῶσαι ἢ ἀπὸ πλειόνων κενῶσαι, τοῖσι τοιούτοισι χρέεσθαι. τὰ πρόσφατα

alvum fecedunt. Nam cum plus corpus nutriant, in ventriculum attrahunt et humectando alvum dejiciunt. Quae vero calefaciendo siccant tum cibi tum potus, neque sputum neque urinam neque alvum cient, et hanc ob causam corpus siccant. Incalescens corpus humido vacuatur partimque ab ipsis cibis, partim etiam a calore animi in alimentum absumitur, partim vero calefactum et attenuatum per cutim foras propellitur. Dulcia, pinguia et oleosa idcirco implent, quia ex modica mole multum diffundunt. Calefacta vero et diffusa calore corpus replent et tranquillum reddunt. Acida autem, acria, austera, acerba et ex toto collata et sicca non implent, ideo quod venarum ora tum aperiunt tum expurgant, et partim quidem siccando, partim vero incidendo et adstringendo horrorem inferunt, et carnis humidum in parvam molem contrahunt, atque ita vacuum multum in corpore oritur. Cum igitur paucis implere vel multis vacuare voles, hisce utitor. Recentia omnia plus caeteris roborant, propterea quod vitae sunt pro-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [473.] Foës. I. 361. 362. Ed. Lind. I. (231. 232.)
πάντα ἰσχὺν πλείονα παρέχεται τῶν ἄλλων διὰ τόδε ὅτι ἔγγιον τοῦ ζῶντός ἐστι. τὰ δὲ ἕωλα καὶ σαπρὰ διαχωρέει μᾶλλον τῶν προσφάτων, διότι ἔγγιον τῆς σηπεδόνος ἐστί. τὰ δὲ ἔνωμα τροφώδεα καὶ ἐρευγμώδεά ἐστι, διότι δεῖ τῷ πυρὶ κατεργασθῆναι, ταῦτα ἡ κοιλίη διαπρήσσεται ἀσθενεστέρα ἐοῦσα τῶν ἐσιόντων. τὰ δὲ ἐν τοῖσιν ὑποτρίμμασιν ὄψα σκευαζόμενα καυσώδεα καὶ ὑγρά, ὅτι λιπαρὰ καὶ πυρώδεα καὶ θερμὰ καὶ ἀνομοίους τὰς δυνάμιας ἀλλήλοισιν ἔχοντα, ἐν τῷ αὐτέῳ ἴζει. τὰ δὲ ἐν ἅλμῃ βελτίω καὶ οὐ καυσώδεα. περὶ δὲ λουτρῶν ὧδε ἔχει. ὕδωρ πότιμον ὑγραίνει καὶ ψύχει. δίδωσιν γὰρ τῷ σώματι ὑγρασίην. τὸ δὲ ἅλμυρὸν λουτρὸν θερμαίνει καὶ ξηραίνει. φύσει γὰρ ἐὸν θερμὸν ἕλκει ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ ὑγρόν. τὰ δὲ θερμὰ λουτρὰ νῆστιν μὲν ἰσχναίνει καὶ ψύχει. φέρει γὰρ ἀπὸ τοῦ σώματος τὸ ὑγρὸν τῇ θερμασίῃ. κενουμένης δὲ τῆς σαρκὸς τοῦ ὑγροῦ || ψύχεται τὸ σῶμα, βεβρωκότα δὲ θερμαίνει καὶ ὑγραίνει διαχέοντα τὰ ὑπερέχοντα ἐν τῷ σώματι εἰς πλείονα ὄγκον. ψυχρὰ δὲ λουτρὰ τοὐναντίον. κενῷ μὲν τῷ σώματι δίδωσι (232) θερ-

pinquiora. At vetuſtate marcida, quod ad putredinem magis accedant, recentibus alvum magis dejiciunt. Cruda vero alimentum praebent et ructus excitant, quod quae igne coqui oporteat, ea ventriculus his quae ingeruntur cum debilior exiſtat, conficere cogatur. At vero opſonia ex intritis praeparata ideo ſunt aeſtuoſa et humida, quod pinguia, ignea et calida et inaequales inter ſe vires ſortita in eodem reſident. Quae vero muria condiuntur, meliora et minime aeſtuoſa. Balnea autem ad hunc ſe habent modum. Aqua potabilis humectat et refrigerat, cum corpori humiditatem exhibeat. Salſum vero balneum caleſacit et ſiccat. Natura enim calidum humiditatem e corpore trahit. At balnea calida jejunum quidem extenuant et refrigerant. Caliditate enim humidum e corpore tollunt, eoque e carne vacuato corpus refrigeratur. Poſt cibum autem caleſaciunt et humectant, cum ea quae in corpore ſuperſunt in majorem molem diffundunt. Frigida vero balnea contra. Vacuo quidem corpori frigidum calorem quendam impertit, at poſt

©BIUM

Ed. Chart. VI. [473.] Foës. I. 362. Ed. Lind. I. (232.)

μόν τι ψυχρόν. βεβρωκότι δὲ ἀφαιρέεται ὑγροῦ ἐόντος καὶ πληροῖ ψυχρὸν ἐὸν τοῦ ὑπάρχοντος ξηροῦ. ἀλουσίη ξηραίνει καταναλισκομένου τοῦ ὑγροῦ, ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀναλειφίη. λίπη δὲ θερμαίνει καὶ ὑγραίνει καὶ μαλάσσει. ἥλιος δὲ καὶ πῦρ ξηραίνει διὰ τάδε. θερμὰ ἐόντα καὶ ξηρὰ ἕλκει τοῦ σώματος τὸ ὑγρὸν, σκιὰ δὲ καὶ ψύχεα τὰ μέτρια ὑγραίνει. δίδωσι γὰρ μᾶλλον ἢ λαμβάνει. ἱδρῶτες πάντες ἀπιόντες καὶ ξηραίνουσι καὶ ἰσχναίνουσιν, ἐκλείποντος τοῦ ὑγροῦ ἐκ τοῦ σώματος. λαγνείη ἰσχναίνει καὶ ὑγραίνει καὶ θερμαίνει. θερμαίνει μὲν διὰ τὸν πόνον καὶ τὴν ἀπόκρισιν τοῦ ψυχροῦ, ἰσχναίνει δὲ διὰ κένωσιν, ὑγραίνει δὲ διὰ τὸ ὑπολειπόμενον ἐν τῷ σώματι τῆς συντήξιος ὑπὸ τοῦ πόνου. ἔμετοι ἰσχναίνουσι διὰ τὴν κένωσιν τῆς τροφῆς, οὐ μέντοι ξηραίνουσιν, ἢν μή τις τῇ ὑστεραίῃ θεραπεύῃ ὀρθῶς, ἀλλ' ὑγραίνουσι διὰ τὴν πλήρωσιν καὶ διὰ τὴν σύντηξιν τῆς σαρκὸς τὴν ἀπὸ τοῦ πόνου. ἢν δέ τις ἐάσῃ ταῦτα καταναλωθῆναι, τῇ ὑστεραίῃ δὲ ἐς τὴν τροφὴν τῷ θερμῷ καὶ τῇ διαίτῃ ἡσύχως προσάγῃ, ξηραίνουσι. κοιλίην δὲ συνεστηκυῖαν λύει ἔμετος, καὶ διαχω-

cibum humiditatem praeſentem tollit, et ſua frigiditate ſiccum quod adeſt auget. Balnei abſtinentia conſumpta humiditate ſiccat, eodem ſane modo neglecta unctio. At vero unctio calefacit, humectat et emollit. Sol autem et ignis has ob cauſas ſiccant, quod calida cum ſint et ſicca, corporis humiditatem trahunt. Umbra et frigus moderate humectant, plus enim dant quam accipiunt. Sudores omnes exeuntes ſiccant et attenuant, cum corpus humore deſtituatur. Veneris uſus extenuat, humectat et calefacit. Calefacit quidem ob laborem et frigiditatis excretionem, attenuat autem ob vacuationem, humectat vero propter id quod ex colliquatione a labore in corpore relictum eſt. Vomitiones extenuant propter alimenti evacuationem, neque tamen ſiccant, ſi quis poſtridie recta curatione utatur, ſed propter repletionem et carnis ex labore colliquationem humectant. At ſi quis haec poſtridie in alimentum a calore conſumi ſinat, ſenſimque ad victus rationem adjiciat, ſiccant. Alvum autem coactam vomitio ſolvit et plus aequo fluidam

©BIUM

Ed. Chart. VI. [473. 474.] Foës. I. 362. Ed. Lind. I. (232. 233.)

ροῦσαν μᾶλλον τοῦ καιροῦ ἵστησι, τὴν μὲν διυγραίνων, τὴν δὲ ξηραίνων. ὁκόταν μὲν οὖν στῆσαι βούλεται τὴν ταχίστην, φαγόντα χρὴ ἐξεμέειν πρὶν ἂν διυγρανθῆναι τὸ σῖτον, κατασπασθῆναι κάτω καὶ τοῖσι στρυφνοῖσι καὶ τοῖσιν αὐστηροῖσι σιτίοισι μᾶλλον χρέεσθαι· ὁκόταν δὲ λῦσαι τὴν κοιλίην βούληται, ἐνδιατρίβειν ἐν τοῖσι σιτίοισιν ὡς πλεῖστον χρόνον ξυμφέρει καὶ τοῖσι δριμέσι καὶ ἁλμυροῖσι καὶ (233) λιπαροῖσι καὶ γλυκέσι καὶ τοῖσι σιτίοισι καὶ πόμασι [474] χρέεσθαι. ὕπνοι δὲ νῆστιν μὲν ἰσχναίνουσι καὶ ψύχουσιν, ἢν μὴ μακροὶ ἔωσι κενοῦντες τοῦ ὑπάρχοντος ὑγροῦ· ἢν δὲ μᾶλλον, ἐκθερμαίνοντες συντήκουσι τὴν σάρκα καὶ διαλύουσι τὸ σῶμα διαχέοντες καὶ ἀσθενὲς ποιέουσι. βεβρωκότα δὲ θερμαίνοντες ὑγραίνουσι, τὴν τροφὴν ἐς τὸ σῶμα διαχέοντες. ἀπὸ δὲ τῶν ὀρθρίων περιπάτων ὕπνος μάλιστα ξηραίνει. ἀγρυπνίη δὲ ἐν μὲν τοῖσι σιτίοισι βλάπτει, οὐκ ἐῶσα τὸ σιτίον τήκεσθαι. ἀσίτοισι δὲ ἰσχναίνει μὲν, βλάπτει δὲ ἧσσον. ῥᾳθυμίη ὑγραίνει καὶ ἀσθενὲς τὸ σῶμα ποιέει. ἀτρεμίζουσα γὰρ ἡ ψυχὴ οὐκ ἀναλίσκει τὸ ὑγρὸν ἐκ τοῦ σώματος. πόνος δὲ ξηραίνει

sistit, illam quidem humectando, hanc vero siccando. Cum igitur quis alvum celerrime sistere volet, devoratum cibum prius quam humescat et deorsum detrahatur, evomere oportet et acerbis ac austeris cibariis potius utitor. Ubi autem alvum solvere volet, diutius immorari cibis confert, et acribus ac salsis et pinguibus dulcibusque tum cibariis tum potionibus utendum. Somni in jejuno quidem extenuant et refrigerant non nimis longi eam quae adest humiditatem vacuando. Longiores vero calefaciendo carnem colliquefaciunt, corpusque diffundendo resolvunt et imbecillum reddunt. Post cibum autem calefacientes humectant alimentum in corpus diffundendo. Somnus post matutinas deambulationes maxime siccat. Vigilia post cibos noxia cum cibum colliquescere non sinat, jejunos autem extenuat quidem, at minus laedit. Otium humectat et corpus imbecillum reddit. Quiescens enim animus corporis humidum minime absumit. Labor siccat corpusque validum efficit. Semel die sumptus cibus extenuat et siccat alvumque sistit,

©BIUM

Ed. Chart. VI. [474.] Foës. I. 362. Ed. Lind. I. (233. 234.)

καὶ τὸ σῶμα ἰσχυρὸν ποιέει. μονοσιτίη ἰσχναίνει καὶ ξηραίνει καὶ τὴν κοιλίην ἴσιησι, διότι τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς κοιλίης καὶ τῆς σαρκὸς καταναλίσκεται. ἄριστον δὲ τἀναντία διαπρήσσεται τῇ μονοσιτίῃ. ὕδωρ πόμα θερμὸν ἰσχναίνει. ὡσαύτως δὲ καὶ ψυχρόν. τὸ δὲ ὑπερβάλλον ψυχρὸν καὶ πνεῦμα καὶ τὸ σιτίον καὶ τὸ ποτὸν πήγνυσι τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν σώματι καὶ τὰς κοιλίας ξυνίστησι τῇ πήξει καὶ ψύξει· κρατέει γὰρ τοῦ τῆς ψυχῆς ὑγροῦ καὶ τοῦ θερμοῦ δὲ πάλιν αἱ ὑπερβολαὶ πηγνύουσι, καὶ τοσοῦτον ὡς μὴ διάχυσιν ἔχειν. ὁκόσα δὲ θερμαίνοντα τὸ σῶμα τροφὴν μὴ διδόντα κενοῖ τοῦ ὑγροῦ τὴν σάρκα μηδ' ὑπερβολὴν ποιέοντα, ψύξιν τῷ ἀνθρώπῳ παραδίδωσι. κινουμένου γὰρ τοῦ ὑπάρχοντος ὑγροῦ, (234) πνεύματος ὑπ' αὐτοῦ πληρούμενον ψύχεται. περὶ δὲ τῶν πόνων ἥντινα ἔχει δύναμιν διηγήσομαι. εἰσὶ γὰρ οἱ μὲν κατὰ φύσιν, οἱ δὲ διὰ βίης. οἱ μὲν οὖν κατὰ φύσιν αὐτῶν εἰσιν ὄψιος πόνος, ἀκοῆς, φωνῆς, μερίμνης. ὄψιος μὲν οὖν δύναμις τοιαύτη. προσέχουσα ψυχὴ τῷ ὁρεομένῳ κινέεται καὶ θερμαίνεται. θερμαινομένη δὲ ξηραίνεται κεκενωμένου τοῦ ὑγροῦ. διὰ δὲ τῆς ἀκοῆς ἐσπίπτοντος τοῦ ψόφου σείεται ἡ

quoniam animi calore ventris et carnis humidum abſumitur. Prandium vero contraria efficit. Aquae potus calidus extenuat eodemque modo etiam frigidus. At vero plus aequo frigidus tum ſpiritus tum cibus et potus humidum in corpore congelant, et congelatione ac frigore alvos cogunt, cum animi humiditatem ſuperent. Contraque etiam caloris exceſſus in tantum cogit ut diffundi nequeat. Quae vero corpus calefaciunt neque alimentum exhibent, carnem humore vacuant, et cum nihil excedant frigiditatem homini praebent. Humiditate enim quae adeſt agitata, quod ab ipſo ſpiritu repletur, refrigeratur. At vero de laboribus quam habeant facultatem enarrabo. Sunt enim quidam a natura, quidam violenti. Ex his qui ſunt a natura, viſionis labor, auditionis, vocis, curae. Ac viſionis quidem haec eſt facultas. Cum animus in id quod videtur intentus eſt, movetur et incalescit. Calefactus vero humido vacuato exſiccatur. Per auditionem autem irrumpente ſono animus concutitur

©BIUM

Ed. Chart. VI. [474.] Foës. I. 362. 363. Ed. Lind. I. (234. 235.)

ψυχὴ καὶ πονέει. || πονέουσα δὲ θερμαίνεται καὶ ξηραίνεται. ὁκόσα ἐν μερίμνῃ ἀνθρώποισι γίνεται, ἡ ψυχὴ καὶ ὑπὸ τουτέων θερμαίνεται καὶ ξηραίνεται. καὶ τὸ ὑγρὸν καταναλίσκουσα πονέει καὶ λεπτύνει τὰς σάρκας καὶ κενοῖ τὸν ἄνθρωπον. ὁκόσοι δὲ πόνοι φωνῆς, οἷον λέξις ἢ ἀνάγνωσις ἢ ᾠδή, πάντες οὗτοι κινέουσι τὴν ψυχήν. κινουμένη δὲ ξηραίνεται καὶ θερμαίνεται. καὶ τὸ ἐν τῷ σώματι ὑγρὸν καταναλίσκει. οἱ δὲ περίπατοι κατὰ φύσιν μὲν εἰσὶ καὶ οὗτοι μάλιστα τῶν λοιπῶν, ἔχουσι δέ τι βίαιον. δύναμις δὲ αὐτέων ἐστὶ τοιήδε. ὁ ἀπὸ δείπνου περίπατος ξηραίνει τήν τε κοιλίην καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν γαστέρα καὶ οὐκ ἐᾷ πικρὴν γενέσθαι διὰ τάδε. κινουμένου τοῦ ἀνθρώπου θερμαίνεται καὶ τὸ σῶμα καὶ τὰ σιτία. ἕλκει οὖν τὴν ἰκμάδα ἡ σὰρξ καὶ οὐκ ἐᾷ πικρὴν κοιλίην ξυνίστασθαι. τὸ μὲν οὖν σῶμα πληροῦται, ἡ δὲ κοιλίη λεπτύνεται. ξηραίνεται δὲ διὰ τάδε. κινουμένου τοῦ σώματος καὶ θερμαινομένου τὸ λεπτότατον τροφῆς καταναλίσκεται, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ ξυμφύτου θερμοῦ, τὸ δὲ σὺν τῷ πνεύματι ἀποκρίνεται ἔξω. τὸ δὲ καὶ οὐρέεται. ὑπολεί(235)πεται δὲ τὸ ξηρότατον ἀπὸ τῶν σιτίων, ὥστε τῇ κοιλίῃ ἀποξηραίνε-

et laborat, laborans vero incalescit et reficcatur. Ex his quae cum cura hominibus contingunt, animus incalescit et exficcatur humidoque abſumpto laborat et carnes attenuat hominemque vacuat. Vocis autem labores, velut ſermo, lectio, cantus, ii omnes animum movent, motus vero exficcatur et incalescit humidumque corporis abſumit. At deambulationes ipſae etiam maxime prae reliquis a natura fiunt, habent tamen quid violentum. Earum haec eſt facultas. A coena deambulatio alvum, corpus et ventrem exficcat, ipſumque hanc ob cauſam amarum evadere non ſinit. Cum homo movetur corpus et cibi incalescunt. Humiditatem igitur caro attrahit neque ventrem amarum evadere ſinit. Impletur igitur corpus, venter vero extenuatur. Has autem ob cauſas exficcatur, quod agitato et incalescente corpore alimenti pars tenuiſſima, partim ab inſito calore conſumitur, partim cum ſpiritu foras excernitur, partim etiam per urinam emittitur, quod vero in cibis eſt ficciſſimum remanet,

Ed. Chart. VI. [474. 475.] Foës. I. 363. Ed. Lind. I. (235.)

σθαι τὴν σάρκα. καὶ οἱ ὄρθριοι περίπατοι ἰσχναίνουσι, καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν κοῦφά τε καὶ εὐπαγέα καὶ εὐήκοα παρασκευάζουσι, καὶ τὴν κοιλίην λύουσιν. ἰσχναίνουσι μὲν, διότι κενούμενον τὸ σῶμα θερμαίνεται καὶ τὸ ὑγρὸν λεπτύνεται καὶ καθαίρεται, τὸ μὲν ὑπὸ τοῦ πνεύματος, τὸ δὲ μύττεταί τε καὶ χρέμπτεται, τὸ δὲ ἐς τὴν τροφὴν τῷ τῆς ψυχῆς θερμῷ καταναλίσκεται. τὴν δὲ κοιλίην λύουσι, διότι θερμὴ ἐοῦσα τοῦ θερ[475]μοῦ πνεύματος ἐσπίπτοντος ἄνωθεν ὑποχωρέει τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ. κοῦφα δὲ τὰ περὶ τὴν κεφαλὴν ποιέει διὰ τάδε. ὅταν κενωθῇ ἡ κοιλίη, ἕλκει ἐς ἑωυτὴν ἐκ τοῦ ἄλλου σώματος καὶ τῆς κεφαλῆς τὸ ὑγρὸν θερμὴ ἐοῦσα. κενουμένης δὲ τῆς κεφαλῆς ἀποκαθαίρεται ἥ τε ὄψις καὶ ἡ ἀκοή. καὶ γίνονται εὐαγέες οἱ ἄνθρωποι. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν γυμνασίων περίπατοι καθαρὰ τὰ σώματα παρασκευάζουσι, καὶ ἰσχναίνουσιν οὐκ ἐῶντες τὴν σύντηξιν τῆς σαρκὸς τὴν ὑπὸ τοῦ πόνου ξυνίστασθαι, ἀλλ' ἀποκαθαίρουσι. τὰ δὲ ἐκ τῶν δρόμων γίνονται οἱ μὲν μακροὶ καὶ καμπτοὶ ἐξ ὀλίγου προσαγόμενοι, θερμαίνοντες τὴν σάρκα συνεψεῖν καὶ διαχέ-

ita ut cum ventre ſimul etiam caro reſiccetur. Deambulationes matutinae extenuant, et quae circa caput ſunt, levia, agilia et prompta efficiunt alvumque ſolvunt. Extenuant quidem quod agitatum corpus incalescat, et humidum partim quidem a ſpiritu attenuetur et purgetur, partim vero emungatur et excreetur, partim etiam ab animi calore in alimentum abſumatur. Alvum autem ſolvunt, quod cum calida exiſtat, ſpiritu frigido ex ſuperioribus partibus irruente, frigido calidum cedit. Quae vero circa corpus ſunt ideo levant, quod evacuata alvus et calida exiſtens, e reliquo corpore et capite humidum ad ſe attrahit. Vacuato autem capite repurgatur viſio et auditio et agiles homines redduntur. At deambulationes quae poſt exercitationes obeuntur, corpora pura reddunt et emaciant, neque carnis colliquationem quae ex labore provenit colligunt, ſed eam repurgant. Ex curſibus autem haec contingunt. Longi quidem et flexi ſenſim facti, carnem caleſaciendo conco-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [475.]. Foës. I. 363. Ed. Lind. I. (235. 236.)

εἰν δύνανται. καὶ τὴν δύναμιν τῶν σιτίων τὴν ἐν τῇ σαρκὶ καταπέσσουσι. βραδύτερά τε καὶ παχύτερα τὰ σώματα παρασκευάζουσι τῶν τροχῶν. τοῖσι δὲ τὰ πολλὰ ἐσθίουσι ξυμφορώτεροι καὶ χειμῶνος μᾶλλον ἢ θέρεος. οἱ δὲ ἐν ἱματίῳ δρόμοι τὴν μὲν δύναμιν τὴν αὐτὴν ἔχουσι, μᾶλλον δὲ διαθερμαίνουσι καὶ ὑγρότερα τὰ σώματα ποιέουσιν, ἀχροώτερα δὲ, διότι οὐκ ἀποκαθαίρει (236) προσπῖπτον τὸ πνεῦμα τὸ εἰλικρινὲς, ἀλλ' ἐν τῷ αὐτῷ γυμνάζεται πνεύματι. συμφέρει οὖν καὶ τοῖσι ξηροῖσι καὶ τοῖσι πολυσάρκοισιν, ὅστις καθαιρεῖν τὴν σάρκα βούλεται, καὶ τοῖσι πρεσβυτέροισι διαψύχειν τοῦ σώματος. οἱ δὲ δίαυλοι καὶ ἤπειροι ἵπποι τὴν μὲν σάρκα ἧσσον διαχέονται, ἰσχναίνουσι δὲ μᾶλλον, διότι τοῖς ἔξω τῆς ψυχῆς μέρεσιν οἱ πόνοι ὄντες, ἀντισπῶσιν ἐκ τῆς σαρκὸς τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ σῶμα λεπτύνουσι καὶ ξηραίνουσιν. οἱ δὲ τροχοὶ τὴν μὲν σάρκα ἥκιστα διαχέουσιν, ἰσχναίνουσι δὲ καὶ διαστέλλουσι τὴν σάρκα καὶ τὴν κοιλίην μάλιστα, διότι ὀξυτάτῳ τῷ πνεύματι χρώμενοι τύχιστα τὸ ὑγρὸν ἕλκουσιν ἐφ' ἑωυτούς. τὰ δὲ παρασείσματα ξηραίνουσι μὲν ἐξαπίνης,

quere ac diffundere queunt, et ciborum vim in carne concoquunt, tardiora tamen et craſſiora corpore efficiunt quam qui in orbem ſiunt. His autem qui multum comedunt commodiores ſunt, idque hieme magis quam aeſtate. At qui in veſte obeuntur eadem facultate valent, ſed magis calefaciunt humidioraque corpora et decoloratiora reddunt, quia purus extrinſecus irruens ſpiritus ea non repurgat, ſed in eodem ſpiritu exercentur. Siccis igitur et multum carnoſis conferunt, cum quis carnem detrahere volet, et ſenioribus propter corporis frigiditatem. Curſus autem rurſus ad carceres redeuntes et indefiniti equeſtres carnem quidem minus diffundunt, ſed magis extenuant, quia cum externis animi partibus hi labores obeantur, humidum ex carne retrahunt corpusque attenuant et exſiccant. Qui vero in orbem ſiunt, carnem quidem minime diffundunt, ſed extenuant carnemque et ventrem maxime deducunt, quod cum citiſſimo ſpiritu utantur, humidum ad ſe promptiſſime attrahunt. Concuſſiones autem derepente quidem ſiccant,

Ed. Chart. VI. [475.] Foës. I. 363. 364. Ed. Lind. I. (236. 237.)
οὐκ ἐπιτήδεια δὲ καὶ ἀξύμφορα. || σπάσματα γὰρ ἐμποιέεται διὰ τόδε. διατεθερμασμένον τὸ σῶμα τὸ μὲν δέρμα ἰσχυρῶς λεπτύνει, τὴν δὲ σάρκα ἧσσον συνίστησι τῶν τροχῶν. κενοῖ δὲ τὴν σάρκα τοῦ ὑγροῦ. τὰ δὲ ἀνακινήματα καὶ ἀνακουφίσματα τὴν μὲν σάρκα ἥκιστα διαθερμαίνουσι, παροξύνει δὲ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν καὶ τοῦ πνεύματος κενοῦσι. πάλη δὲ καὶ τρίψις τοῖσιν ἔξω τοῦ σώματος παρέχει μᾶλλον τὸν πόνον. θερμαίνει δὲ τὴν σάρκα καὶ στερεοῖ καὶ αὔξεσθαι ποιέει διὰ τάδε. τὰ μὲν στερεὰ φύσει τριβόμενα συνίστησι, τὰ δὲ κοῖλα αὔξεται. τῆς γοῦν σαρκὸς τὸ μὲν πυκνὸν τριβόμενον ξυνίσταται, τὰ δὲ κοῖλα αὔξεται, καὶ ὁκόσα φλέβες εἰσί. θερμαινόμεναι γὰρ αἱ σάρκες καὶ ξηραινόμεναι ἕλκουσιν ἐφ' ἑωυτὰς τὴν τροφὴν διὰ τῶν φλεβῶν, εἶτα αὔξονται. ἀλίνδησις παραπλήσια τῇ πάλῃ διαπρήσσεται. ξηραίνει (237) δὲ μᾶλλον διὰ τὴν κόνιν καὶ σαρκοῖ ἧσσον. ἀκροχειρίη ἰσχναίνει καὶ τὰς σάρκας ἕλκει ἄνω. καὶ κωρυκομαχίη καὶ χειρονομίη τὰ παραπλήσια διαπρήσσεται. πνεύματος δὲ κατάσχεσις

neque tamen accommodae neque utiles ſunt. Convulſiones enim ideo intus adferunt, quod caleſactum corpus cutem vehementer tenuat, carnem vero minus cogunt quam curſus, qui in orbem obeuntur eandemque humore vacuant. Commotiones et in ſublime elevationes carnem quidem minime excaleſaciunt, ſed corpus et animum commovent et ſpiritu vacuant. Lucta et frictio exterioribus corporis partibus laborem magis praebent, carnem autem caleſaciunt, firmant, ideoque augent quod quae natura ſolida ſunt, dum fricantur, in ſe coguntur, cava vero augescunt. Quod vero in carne denſum eſt, ſi conſricatur, in ſe cogitur, cava vero augescunt et quaecunque venas habent. Excaleſactae enim et exſiccatae carnes alimentum ad ſe per venas trahunt, deinde increscunt. Volutatio in pulvere eadem quae lucta facit, ſed propter pulverem magis exſiccat carnemque minus gignit. Lucta, quae ſit conſertis ſummis manibus, extenuat carnesque ad ſuperiora trahit. Ad corycum decertatio et manuum geſticulatio eadem efficiunt. Spiritus

©BIUM

Ed. Chart. VI. [475. 476.] Foës. I. 364. Ed. Lind. I. (237.)

τοὺς πόρους διαναγκάσαι καὶ τὸ δέρμα λεπτῦναι καὶ τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τὸ δέρμα ἐξῶσαι δύναται. ἐν κόνει καὶ ἐλαίῳ γυμνάσια διαφέρει τοσόνδε. κόνις μὲν ψυχρὸν, ἔλαιον δὲ θερμόν. ἐν μὲν τῷ χειμῶνι τὸ ἔλαιον αὐξιμώτερον, διότι τὸ ψῦχος κωλύει φέρειν ἀπὸ τοῦ σώματος. ἐν δὲ τῷ θέρει ἔλαιον ὑπερβολὴν θερμασίης πεποιευμένον τήκει τὴν σάρκα, ὁκόταν καὶ ὑπὸ τῆς ὥρης θερμαίνηται καὶ τοῦ ἐλαίου καὶ τοῦ πόνου. ἡ δὲ κόνις ἐν τῷ θέρει αὐξιμώτερον, ψύχουσα γὰρ τὸ σῶμα οὐκ ἐᾷ εἰς ὑπερβολὴν θερμαίνεσθαι. ἐν δὲ τῷ χειμῶνι διαψυκτικὸν καὶ κρυμνῶδες. διατρίβειν δὲ ἐν τῇ κόνει μετὰ τοὺς πόνους ἐν τῷ θέρει, ὀλίγον μὲν χρόνον ὠφελέει ψύχουσα, πολὺν δὲ ὑπερξηραίνει καὶ τὰ σώματα σκληρὰ καὶ ξυλώδεα ἀποδεικνύει. τρίψις ἐλαίου σὺν ὕδατι μαλάσσει καὶ οὐ δεινῶς ἐᾷ διαθερμαίνεσθαι. [476] περὶ δὲ κόπων τῶν ἐν τοῖσι σώμασιν ἐγγινομένων ὧδε ἔχει. οἱ μὲν ἀγύμναστοι τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ παντὸς κοπιῶσι πόνου. οὐδὲν γὰρ τοῦ σώματος διαπεπόνηται πρὸς οὐδένα πόνον. τὰ δὲ γεγυ-

retentio meatus per vim cogere, cutem tenuare, et humiditatem ad cutem propellere valet. Quae in pulvere et oleo exercitationes obeuntur, hoc differunt, quod pulvis quidem frigidus, oleum vero eſt calidum. Oleum per hiemem ad corporis incrementum magis eſt accommodatam, quoniam quid de corpore detrahere frigus non ſinit. Per aeſtatem vero caloris exuperantia carnem colliquat, cum etiam ab anni tempore et oleo et labore incalescat. Pulvis autem per aeſtatem ac corporis incrementum magis eſt accommodatus. Cum enim refrigeret, ultra modum incalescere non ſinit, per hiemem vero frigus et algorem adfert. Poſt exercitationes parva in pulvere per aeſtatem mora ad refrigerationem quidem juvat, multa vero ſupra modum exſiccat, et corpora dura ac lignoſa reddit. Frictio ex oleo et aqua emollit, neque vehementer incalescere ſinit. At de laſſitudinibus quae circa corpora contingunt, ad hunc ſe res habet modum. Qui quidem non exercentur, ab omni labore laſſitudinem contrahunt. Nulla enim corporis pars ad ullum aliquem laborem ſuscipiendum eſt accommodata. Quae

Ed. Chart. VI. [476.] Foës. I. 364. Ed. Lind. I. (237. 238.)
μνασμένα τῶν σωμάτων ὑπὸ τῶν ἀνεθίστων πόνων κοπιᾷ. τὰ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν συνήθων γυμνασίων κοπιᾷ, ὑπερβολῇ χρησάμενα. τὸ μὲν οὖν εἶδεα τῶν κόπων τοιαῦτά ἐστιν, ἡ δὲ δύναμις αὐτέων ὧδε ἔχει. (238) οἱ μὲν γὰρ ἀγύμναστοι ὑγρὴν τὴν σάρκα ἔχοντες, ὁκόταν πονῶσι θερμαινομένου τοῦ σώματος, σύντηξιν πολλὴν ἀφιᾶσιν. ὅ τι μὲν οὖν συνεξιδρώσῃ ἢ ξὺν τῷ σώματι ἀποκαθαρθῇ, οὐ παρέχει πόνον μᾶλλον ἐν τῷ κενωθέντι τοῦ σώματος παρὰ τὸ ἔθος. ὅ τι δ' ἂν ἐμμένῃ τῆς ἀποκρίσιος, τοῦτο παρέχει τὸν πόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ δεξαμένῳ τὸ ὑγρόν. οὐ γάρ ἐστι ξύμφορον τῷ σώματι, ἀλλὰ πολέμιον. εἰς μὲν δὴ τὰς σάρκας τῶν σωμάτων οὐ ξυνίσταται ὁμοίως, εἰς δὲ τὰ σαρκώδεα, ὥστε τουτέοις πόνον παρέχει ἕως ἂν ἐξέλθῃ. ἅτε δὴ οὐκ ἔχον περίοδον, ἀτρεμίζον θερμαίνεται αὐτό τε καὶ τὰ προσπίπτοντα. ἢν μὲν οὖν πολὺ γένηται τὸ ἀποκριθὲν, ἐκράτησε καὶ τοῦ ὑγιαίνοντος, ὥστε συνεκθερμᾶναι ὅλον τὸ σῶμα καὶ ἐνεποίησε πυρετὸν ἰσχυρόν. θερμανθέντος γὰρ τοῦ αἵματος καὶ ἐπισπασθέντος,

vero exercentur corpora a minime consuetis laboribus lassantur. Quaedam etiam a consuetis exercitationibus in lassitudines incidunt, si his supra modum utantur. Et ea quidem sunt lassitudinum genera. Earum vero facultas sic se habet. Qui non exercentur, cum humidam carnem habeant, ubi laboraverint, concalefacto corpore multam colliquationem dimittunt. Quod igitur cum sudore emissum aut cum corpore repurgatum fuerit, non amplius vexat corporis partem praeter consuetudinem vacuatam. Quod vero post secretionem intus remanet, huic molestiam exhibet, et ei parti quae humiditatem suscepit, cum corpori minime sit commodum, sed infensum. Neque sane in corporum carnes aequabiliter coit, sed in carnosas partes, ita ut his quidem donec exeat molestiam exhibeat. Nempe cum ambitum non habeat et quiescat, tum ipsum tum ea quae irrumpunt incalescunt. Cum igitur copiosum fuerit quod secretum est, id quidem quod sanum est superat, ita ut totum corpus concalescat et vehementem febrem inferat. Sanguine

©BIUM

Ed. Chart. VI. [476.] Foës. I. 364. 365. Ed. Lind. I. (238.)

ταχείην ἐποίησε τὴν περίοδον τὰ ἐν τῷ σώματι. καὶ τό τε ἄλλο σῶμα καθαίρεται ὑπὸ τοῦ πνεύματος καὶ τὸ συνεστηκὸς θερμαινόμενον λεπτύνεταί τε καὶ συνεξωθέεται ἐκ τῆς σαρκὸς ἔξω ἐπὶ τὸ δέρμα, ὅπερ ἱδρὼς καλέεται θερμός. || τούτου δ' ἀποκριθέντος τό τε αἷμα καθίσταται ἐς τὴν κατὰ φύσιν σύστασιν, καὶ ὁ πυρετὸς ἀνίησι καὶ ὁ κόπος παύεται μάλιστα τριταῖος. χρὴ δὲ τὸν τοιοῦτον κόπον ὧδε θεραπεύειν. πυρίῃσι καὶ λουτροῖσι θερμοῖσι διαλύοντα τὸ ξυνεστηκός, καὶ περιπάτοισι βιαίοισιν ὡς ἀποκαθαίρωνται, τῇσιν ὀλιγοσιτίῃσι καὶ ἰσχνασίῃσι, συνιστάνει τῆς σαρκὸς τὴν κένωσιν καὶ τρίβεσθαι τῷ ἐλαίῳ ἡσυχῇ πυλὺν χρόνον, ὅκως μὴ βιαίως ἀναθερμαίνηται. καὶ τοῖσι χρίσμασι καὶ τοῖσιν ἱδρωτικοῖσι καὶ μαλακτικοῖσι χρίεσθαι καὶ μαλακύνειν ξυμφέρει, τοῖσι δὲ γυμναζομένοισιν ὑπὸ τῶν ἀνεθίστων πόνων διὰ τάδε γίνεται. ὁκόταν μὴ πεπονήκῃ τὸ σῶμα, ὑγρὴν ἀνάγκη τὴν σάρκα εἶναι πρὸς τοῦτον τὸν τόπον πρὸς ὃν μὴ εἴθισται πονέειν, ὥσπερ καὶ τῶν γυμνασίων πρὸς ἕκαστα. τὴν μὲν οὖν σάρκα ξυντήκεσθαι ἀνάγκη καὶ ἀποκρίνεσθαι

enim calafecto et attracto, ea quae id corpore inſunt celerem ambitum faciunt, et tum reliquum corpus a ſpiritu purgatur tum quod coaluit calefactum attenuatur, ſimulque ex carne in cutem foras propellitur, idque ſudor calidus vocatur. Quo ſane excreto tum ſanguis ad naturalem conſtitutionem redit tum febris remittit, et laſſitudo ſedatur tertio praeſertim die. Hanc autem laſſitudinem hunc in modum curare oportet, fomentis et balneis calidis id quod coaluit diſſolvendo, et violentis deambulationibus expurgando ciborumque paucitate et extenuatione carnis vacuationem cogendo ac oleo leniter, ne vehementer recalescat, confricando. Unguentis etiam tum ſudorem elicientibus tum emollientibus inungere ac emollire confert. His vero qui exercentur, a minime conſuetis laboribus idcirco laſſitudo contingit, quod cum corpus laboribus ſe non exercuerit, ea parte qua laborare non conſuevit carnem humidam eſſe neceſſe eſt, velut ad ſingulas exercitationes. Carnem igitur colliquefieri et ſecerni ac in ſeſe cogi velut in priore neceſſe eſt.

Ed. Chart. VI. [476. 477.] Foës. I. 365. Ed. Lind. I. (239. 240.)
καὶ συνίστασθαι ὥσπερ τῷ προτέρῳ. ξυμφέρει δὲ θεραπεύεσθαι ὧδε. τοῖσι μὲν γυμνασίοισι χρῆσθαι τοῖσι συνήθεσιν, ὅκως τὸ ξυνεστηκὸς θερμαινόμενον λεπτύνηται καὶ ἀποκαθαίρηται καὶ τὸ ἄλλο σῶμα μὴ ὑγραίνηται, μηδ' ἀγύμναστον γίνηται. τοῖσι δὲ λουτροῖσι τοῖσι θερμοῖσι ξυμφέρει καὶ τοῦτον χρέεσθαι, καὶ τῇ τρίψει ὁμοίως ὡς καὶ τὸν πρόσθεν. τῆς δὲ πυριήσιος οὐδὲν δέεται. οἱ πόνοι γὰρ ἱκανοὶ θερμαίνοντες λεπτύνειν καὶ ἀποκαθαίρειν τὸ συστάν. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν συνήθων γυμνασίων πόνοι τόιδε τὸν τρόπον γίνονται. ἀπὸ μὲν συμμέτρου πόνου κόπος οὐ κινέεται. ὁκόταν δὲ πλεῖον τοῦ καιροῦ πόνος ᾖ, ὑπερξηραίνει τὴν σάρκα. κενωθεῖσα δὲ τοῦ ὑγροῦ θερμαίνεται καὶ ἀλγέει καὶ φρίσσει καὶ ἐς πυρετὸν καθίσταται μακρότερον, ἢν μή τις [477] ἐκθεραπεύσῃ ὀρθῶς. χρὴ δὲ πρῶτον μὲν αὐτῷ τῷ λουτρῷ μὴ σφόδρα πολλῷ μηδὲ θερμῷ ἄγαν λούεσθαι. εἶτα πίσας αὐτὸν ἐκ τοῦ λουτροῦ μαλακὸν οἶνον, δειπνεῖν ὡς πλεῖστα καὶ παντοδαπὰ σιτία καὶ ποτῷ ὑδαρεῖ. οἴνῳ δὲ μαλακῷ (240) χρέεσθαι πολλῷ. εἶτ' ἐντρῖψαι χρόνῳ πλέῳ μέχρις ἂν αἱ φλέ-

Haec autem curatio confert. Exercitationibus quidem assuetis utendum, uti quod exiit calefactum tenuetur ac detrahatur, reliquumque corpus minime humectetur, neque sine exercitationibus esse contingat. Huic autem conducit ut balneis calidis ac frictione non secus ac prior utatur. Fomentis autem nihil opus est, cum labores calefaciendo ad id quod coactum est tenuandum et detrahendum satis esse possint. At vero ex usitatis exercitationibus labores hoc modo contingunt. Ex moderato quidem labore nulla oritur lassitudo. Cum vero major quam par sit fuerit, carnem supra modum exsiccat, eaque humore vacuata incalescit, dolet, horrore concutitur, ac nisi quis rectam curationem adhibeat, ad diuturnam febrem devenit. Imprimis quidem balneo neque admodum multo neque nimis calido utendum, deinde a balneo epoto molli vino, in coena quam plurima et cujusque generis edulia offerenda et potu aquoso, vino autem molli ac copioso utendum. Postea diutius confricandum,

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 932 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VI. [477.] Foës. I. 365. Ed. Lind. I. (240.)

βες πληρωθεῖσαι ἀρθῶσιν. εἶτα δὴ ἐξεμεέτω, καὶ ἀναστάντα ὀλίγον καθεύδειν μαλακῶς. εἶτα προσάγειν ἡσυχῇ τοῖσι σιτίοισι καὶ τοῖσι πόνοισι τοῖσι συνήθεσιν ἡμέρας ἓξ, ἐν ταύτῃσι δὲ κατασιτῆσαι ἐς τὸ σύνηθες καὶ σίτου καὶ ποτοῦ. δύναμιν δὲ ἔχει ἡ θεραπείη τοιήνδε. ἐξηρασμένον τὸ σῶμα ἐς ὑπερβολὴν ἐξυγρῆναι δύναται ἄτερ ὑπερβολῆς. ἢν μὲν οὖν ᾖ δυνατὸν τὴν ὑπερβολὴν τοῦ πόνου γνῶναι ὁκόση τίς ἐστι τοῦ σίτου τῇ συμμετρίῃ ἀκέσασθαι, εὖ ἂν εἶχε τοῦτο. νῦν δὲ τὸ μὲν ἀδύνατον, τὸ δὲ ῥᾴδιον. ἐξηρασμένον γὰρ τὸ σῶμα τῶν ἐμπεσόντων παντοδαπῶν, ἀφ' ὧν λαμβάνει τὸ ξυμφέρον αὐτὸ ἐν ἑωυτῷ ἕκαστον τοῦ σώματος ἑκάστου σίτου, πληρωθὲν δὲ καὶ ὑγρανθὲν κενωθείσης τῆς κοιλίης ὑπὸ τοῦ ἐμέτου, ἀφίησι πάλιν τὴν ὑπερβολήν. ἡ δὲ κοιλίη κενὴ ἐοῦσα ἀντισπᾷ. τὸ μὲν οὖν ὑπερβάλλον ὑγρὸν ἐξερεύγεται ἡ σὰρξ, τὸ δὲ σύμμετρον οὐκ ἀφίησιν, ἢν μὴ διὰ βίης ἢ πόνων ἢ φαρμάκων ἢ ἄλλης τινὸς ἀντισπάσιος. τῇ δὲ προσαγωγῇ χρησάμενος κατέστησε τῷ σώματι τὴν δίαιταν ἡσυχῇ.

dum venae oppletae turgescant. Mox vomendum et post modicam stationem molliter dormiendum. Postea per dies sex sensim ad cibos et potiones consuetas redeundum, et in his ad consuetum tum cibum tum potum deveniendum. Quae curatio hanc habet facultatem ut supra modum resiccatum corpus citra excessum humectare queat. Quod si quis laboris exsuperantia mentis intelligentia comprehensa, huic quantacunque fores cibi commoderatione mederi posset, id bene haberet. Nunc vero ut illud fieri nequit, ita hoc facile. Resiccatum namque corpus a cujusvis generis ingestis, sibi quod confert assumit et unaquaeque corporis pars de singulis cibis, repletum vero et humectatum vacuato per vomitionem ventriculo, rursus id quod exundat dimittit. Ventriculus autem cum vacuus existat, vicissim attrahit. Exuperantem igitur humiditatem caro effundit, commoderatam vero non nisi per vim aut labores aut medicamenta aut aliud quoddam revulsionis genus dimittit. Qui vero cibi paulatim adjectione utetur, is corpori leniter pristinam victus rationem restituet.

©BIUM

Ed. Chart. VI. [478. 479.] Foës. I. 366. Ed. Lind. I. (241.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΔΙΑΙΤΗΤΙΚΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

[478] (241) || Περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης, ὥσπερ μοι καὶ πρότερον εἰρέαται, ξυγγράψαι μὲν οὐχ οἷόν τε ἐς ἀκριβείην, ὥστε πρὸς τὸ πλῆθος τοῦ σίτου τὴν συμμετρίην ποιέεσθαι τῶν πόνων. πουλλὰ γὰρ τὰ κωλύοντα. πρῶτον μὲν αἱ φύσιες τῶν ἀνθρώπων διάφοροι ἐοῦσαι. καὶ γὰρ αἱ ξηραὶ αὗται ἑωυτῶν πρὸς ἑωυτὰς καὶ πρὸς ἄλλα μᾶλλον καὶ ἧσσον ξηραὶ καὶ ὑγραί. ὡσαύτως καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι. ἔπειτα καὶ αἱ ἡλικίαι μὴ τῶν αὐτῶν δεόμεναι. ἔτι δὲ καὶ τῶν χωρίων αἱ θέσιες. καὶ τῶν πνευμάτων αἱ μεταβολαί. τῶν τε ὡρέων αἱ μεταστάσιες καὶ τοῦ ἐνιαυτοῦ αἱ καταστάσιες, αὐτῶν τε τῶν σίτων πολλὴ διαφορά. πυροί τε γὰρ πυρῶν καὶ οἶνος οἴνου καὶ τἆλλα ὅσα διαιτεόμεθα πάντα διάφορα ἐόντα ἀποκωλύει δυνατὸν εἶναι ἐς ἀκριβείην [479] ξυγγραφῆναι. ἀλλὰ γὰρ αἱ προγνώσιες ἐξευρημέναι ἔμοιγε τῶν ἐπικρατεόντων ἐν τῷ, σώματι, ἥν τε οἱ πόνοι κρατέωσι τῶν σιτίων ἥν τε

HIPPOCRATIS DE VICTVS RATIONE LIBER III.

At de victus humani ratione, ita ut ad ciborum copiam laborum commoderatio adhibeatur, exacte quis ſcribere non poteſt, quemadmodum etiam antea a me dictum eſt. Multa enim ſunt quae prohibent. Primum quidem differentes inter ſe hominum naturae. Nam et quae ſiccae ſunt, ipſae inter ſe invicem et cum caeteris collatae magis et minus ſiccae ſunt, et humidae ad eundemque modum de reliquis omnibus dicendum. Deinde etiam aetates quae iisdem minime indigent. Ad haec vero et regionum poſitiones ventorumque mutationes, et tempeſtatum transmutationes annique conditiones. Quin et inter cibos ipſos magna eſt differentia. Triticum enim a tritico et vinum a vino differt, reliquaque omnia ex quibus victum trahimus cum diverſa exiſtant, impediunt quo minus quis ea de re exacte ſcribere poſſit. Sed enim inventae a me ſunt eorum quae in corpore ſuperant praenotiones, ſive labores cibos, ſive cibi labo-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [479.] Foës. I. 566. Ed. Lind. I. (241. 242.)

τὰ σιτία τῶν πόνων, καὶ ὡς χρὴ ἕκαστα ἐξακέεσθαι, προκαταμανθάνειν τε ὑγιέας τὰς φύσεις μὴ προσπελάζειν τε τὰς νόσους, εἰ μή τις μεγάλα πάνυ ἐξαμαρτάνοι καὶ πολλάκις. ταῦτα δὲ φαρμάκων δέεται ἤδη. ἔστι δ' ἅσσα οὐδ' ὑπὸ τῶν φαρμάκων δύναται ὑγιάζεσθαι. ὡς μὲν οὖν δυνα(242)τὸν εὑρεθῆναι ἔγγιστα τοῦ ἤρου ἐμοὶ εὕρηται, τὸ δὲ ἀκριβὲς οὐδενί. πρῶτον μὲν οὖν τοῖσι πολλοῖσι τῶν ἀνθρώπων συγγράψω ἐξ ὧν μάλιστα ἂν ὠφελοῖντο οἵτινες σιτίοισι προστυχοῦσι χρέονται, πόνοισί τε τοῖσι ἀναγκαίοισιν, ὁδοιπορίῃσί τε τῇσι προσανάγκῃσι, θαλασσουργίῃσί τε τῇσι πρὸς τὴν συλλογὴν εὑρεθείσῃσι τοῦ βίου, θαλπόμενοί τε παρὰ τὸ σύμφορον, ψυχόμενοί τε παρὰ τὸ ὠφέλιμον, τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ ἀκαταστάτῳ χρεόμενοι. τούτοισι δὴ ξυμφέρει ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ὧδε διαιτᾶσθαι. τὸν μὲν ἐνιαυτὸν ἐς τέσσαρα μέρεα διαιρέουσιν, ἅπερ μάλιστα γινώσκουσιν οἱ πολλοὶ, χειμῶνα, ἦρ, θέρος, φθινόπωρον. καὶ χειμῶνα μὲν ἀπὸ πλειάδων δύσιος ἄχρι ἰσημερίης ἠαρινῆς. ἔαρ δὲ ἀπὸ ἰσημερίης μέχρι πλειάδων ἐπιτολῆς. θέρος ἀπὸ πλειάδων μέχρι ἀρκτού-

res ſuperent, et quanam ratione ſingulis mederi oporteat, tum etiam ſanis proſpicere uti ne in morbos incidant, niſi quis valde multum ac ſaepe delinquat. Quae ſane ipſa medicamentis jam indigent, etſi ſunt quaedam quae neque medicamentis ſanari poſſunt. Quoad igitur fieri potuit, inventa ſunt a nobis quae quam maxime ad rem facerent, exacte vero a nemine. Primum quidem igitur plerisque vulgo ſcribam, ex quibus maximam utilitatem capiant qui cibis quibuslibet et laboribus neceſſariis coactisque profectionibus utuntur, tum qui maritimis negotiationibus ad victum parandum repertis diſtinentur, ſi plus juſto incalescant et magis quam expediat refrigerentur, reliquaque victus ratione inſtabili utantur. His ſane praeſens victus ratio conducit. Annum quidem plerique in quatuor partes omnibus fere notas dividunt, hiemem, ver, aeſtatem et autumnum. Ac hiemem quidem a vergiliarum occaſu ad aequinoctium vernum. Ver autem ab aequinoctio ad vergiliarum exortum. Aeſtatem ab vergiliarum

©BIUM

Ed. Chart. VI. [479.] Foël. I. 366. 367. Ed. Lind. I. (242. 243.)

ρου ἐπιτολῆς. φθινόπωρον δὲ ἀπὸ ἀρκτούρου μέχρι πλειάδων δύσιος. ἐν μὲν οὖν τῷ χειμῶνι ξυμφέρει πρὸς τὴν ὥρην, ψυχρήν τε καὶ ξυνεστηκυίην, ὑπεναντιούμενον τοῖσι διαιτήμασιν ὧδε χρέεσθαι. πρῶτον μὲν μονοσιτίῃσι χρὴ διάγειν, ἢν μὴ πάνυ ξηράν τις τὴν κοιλίην ἔχει, εἰ δὲ μή· μικρὸν ἀριστῆν. τοῖσι δὲ διαιτήμασι χρέεσθαι τοῖσι ξηροῖσι καὶ αὐστηροῖσι καὶ θερμαντικοῖσι καὶ συγκομιστοῖσι καὶ ἀκρήτοισιν. ἀρτοσιτέειν δὲ μᾶλλον. καὶ τοῖσιν ὀπτοῖσι τῶν ὄψων μᾶλλον ἢ τοῖσι ἑφθοῖσιν χρέεσθαι. καὶ τοῖσι πόμασι μέλασιν ἀκρητέροισι καὶ ἐλάσσοσι. λαχάνοισιν δὲ ὡς ἥκιστα, πλὴν τοῖσι θερμαντικοῖσι καὶ ξηροῖσι. καὶ χυλοῖσι καὶ ῥοφήμασι ὡς ἥκιστα. τοῖσι (243) δὲ πόνοισι πουλλοῖσιν ἅπασι, τοῖσί τε δρόμοισι καμπτοῖσιν ἐξ ὀλίγου προσάγοντα καὶ τῇ πάλῃ ἐν ἐλαίῳ, μακρῇ, ἀπὸ κούφων προσαναγκάζοντα. τοῖσι μὲν περιπάτοισιν ἀπὸ τῶν γυμνασίων ὀξέσιν, ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου βραδέσιν ἐν ἀλέῃ, ὀρθοῖσί τε πολλοῖσιν ἐξ ὀλίγου ἀρχόμενον, προσάγοντα σφοδρὸν, ἀποπαύοντά τε ἡσυχῇ καὶ σκληροκοιτίῃσι καὶ νυκτοβατίῃσι καὶ σχοινοβατίῃσι || καὶ κυνοδρομίῃσι χρέεσθαι συμφέρει. πάντα γὰρ ταῦτα ἰσχναίνει καὶ θερμαί-

ortu ad arcturi exortum. Autumnum vero ab arcturo ad vergiliarum occaſum. Per hiemem, igitur ut anni tempori frigido et conſtricto te opponas, hac victus ratione uti convenit. Plurimum quidem ſemel tantum cibus ſumendus, niſi quis alvum valde ſiccam habeat. Sin minus, parum prandendum. Cibis autem utendum ſiccis, auſteris, calefacientibus, ex toto collatis et meracis. Pane quoque magis et obſoniis aſſis potius quam elixis utendum; potionibus item nigris, meracioribus ac paucioribus; oleribus autem quam minimum, praeterquam calefacientibus et ſiccis; ſuccis etiam ac ſorbitionibus quam minimum; laboribus autem plurimis omnibus curſibusque flexis, ſenſim acceſſione facta, et lucta cum oleo a levioribus adurgendo, et deambulationibus quidem poſt exercitationes celeribus, a coena vero tardis in loco tepido. Matutinis etiam multis ex levi initio, vehementer progrediendo et leniter deſinendo. Duro etiam cubili et nocturnis itineribus uti, tum etiam per pulverem ingredi ac currere confert. Haec enim omnia ex-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [479. 480.] Foës. I. 367. Ed. Lind. I. (243. 244.)

νει, χρέεσθαί τε πλείω. ὁκόταν δὲ ἐθέλῃ λούσασθαι, ἢν μὲν ἐκπονήσῃ ἐν παλαίστρῃ, ψυχρὸν λουέσθω· ἢν δὲ ἄλλῳ τινὶ πόνῳ χρήσηται, τὸ θερμὸν ξυμφορώτερον. χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι, τοὺς μὲν ὑγροτέρους τρεῖς τοῦ μηνός, τοὺς δὲ ξηροτέρους δὶς ἀπὸ σιτίων παντοδαπῶν. ἐκ δὴ τῶν ἐμέτων προσάγειν ἡσυχῇ πρὸς τὸ εἰθισμένον σιτίον ἐς ἡμέρας τρεῖς. καὶ τοῖσι πόνοισι χρῆσθαι κουφοτέροισι καὶ ἐλάττοσι τοῦτον τὸν χρόνον. ἀπὸ δὲ βοείων καὶ χοιρείων κρεῶν ἢ τῶν ἄλλων ὅ τι ἂν ὑπερβάλλῃ πλησσόμενον ἐμέειν. καὶ ἀπὸ πυρωδέων καὶ γλυκέων καὶ λιπαρῶν ἀνεθίστων πλησμονῆς ἐμέειν συμφέρει. καὶ ἀπὸ μέθης καὶ σίτων μεταβολῆς καὶ χωρίων μεταλλαγῆς ἐμέειν. διδόναι δὲ καὶ τῷ ψύχει καθαρὸν ἑωυτὸν, πλὴν ἀπὸ τῶν σιτίων καὶ γυμνασίων. [480] ἀλλ' ἔν τε τοῖσιν ὀρθρίοισι περιπάτοισιν, ὁκόταν ἄρξηται τὸ σῶμα διαθερμαίνεσθαι, καὶ τοῖσι δρόμοισι καὶ ἐν τῷ ἄλλῳ χρόνῳ ὑπερβολὴν φυλασσόμενος. ἀγαθὸν γὰρ τῷ σώματι χειμάζεσθαι (244) ἢ γυμνάζεσθαι ἐν τῇ ὥρῃ. οὐδὲ γὰρ τὰ δένδρα μὴ χειμασθέντα ἐν τῇ ὥρῃ δύνανται καρπὸν φέρειν,

tenuant et calefaciunt, iisque plurimis utendum. Cum vero quis lavari volet, si quidem in palaestra laboraverit, frigida lavetur. Quod si alio quopiam labore usus fuerit, calida magis confert. Vomitionibus autem post cibos cujusvis generis humidiores ter in mense utantur, sicciores vero bis. A vomitionibus sensim per tres dies ad consuetum cibum deducendum, et sub id tempus levioribus et paucioribus laboribus utendum. A bubula et porcina carne aut a quibusvis aliis, qui supra modum repletus vomat. Quin etiam ex caseosorum et dulcium et pinguium minime consuetorum repletione vomere confert. Post ebrietatem quoque et ciborum mutationem locorumque transmutationem vomendum. Purum autem se frigori exponere oportet, praeterquam post cibos e texercitationes. Sed in deambulationibus matutinis, cum corpus incalescere coeperit, et in cursibus reliquoque quovis tempore exsuperantia vitanda est. Hac enim tempestate corpori frigus sentire quam exerceri magis confert. Neque enim arbores quae hoc tempore frigora non sense-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [480.] Foës. I. 367. Ed. Lind. I. (244.)

οὐδ' αὐτὰ ἐῤῥῶσθαι, χρέεσθαι δὲ καὶ τοῖσι πόνοισι πουλλοῖσι ταύτην τὴν ὥρην ἐς ὑπερβολήν, ἢν μὴ οἱ κόποι ἐγγίνωνται. τοῦτο τεκμήριον διδάσκω τοὺς ἰδιώτας. διότι τάδε οὕτως ἔχει φράσω. τῆς ὥρης οὔσης ψυχρῆς καὶ συνεστηκυίης παραπλήσια πέπονθε καὶ τὰ ζῶα. βραδέως οὖν ἀνάγκη διαθερμαίνεσθαι τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ πόνου, καὶ τοῦ ὑγροῦ μικρόν τι μέρος ἀποκρίνεσθαι τοῦ ὑπάρχοντος. εἶτα τοῦ χρόνου ὄντινα μὲν πονέει, ἀποδέδοται ὀλίγος· ὄντινα δὲ ἀναπαύεται, πουλύς. ἡ μὲν γὰρ ἡμέρη βραχείη, ἡ δὲ νὺξ μακρή. διὰ ταῦτα οὖν οὐκ ἔχει ὑπερβολὴν ὁ χρόνος καὶ ὁ πόνος. χρὴ οὖν διὰ ταῦτα τὴν ὥρην ταύτην οὕτω διαιτᾶσθαι. ἀπὸ πλειάδων δύσιος μέχρις ἡλίου τροπῶν ἡμέρας τεσσαράκοντα τέσσαρας. περὶ δὲ τὴν τροπὴν ἐν φυλακῇ ὅ τι μάλιστα εἶναι, καὶ ἀπὸ τροπῆς ἡλίου ἄλλας τοσαύτας ἡμέρας τῇ αὐτῇ διαίτῃ χρέεσθαι. ἐπὴν δὲ ὥρη ἐπανάγῃ τὸν ζέφυρον καὶ μαλακωτέρη γένηται, δεῖ καὶ τῇ διαίτῃ μετὰ τῆς ὥρης ἕπεσθαι ἡμέρας πεντεκαίδεκα, ὅτε ἡ ἀρκτούρου ἐπιτολὴ καὶ χελιδὼν ἤδη φέρεται. τὸν ἐχόμενον δὲ χρόνον

runt, fructum ferre aut ſatis valere poſſunt. Hac quoque tempeſtate laboribus etiam multis utendum dum laſſitudines minime contingant. Cujus rei iſtud dabo plebejis argumentum, curque haec ita ſe habeant aperiam. Cum hoc anni tempus frigidum et conſtrictum exiſtat, ſimilia etiam animalibus contingere ſolent. Corpora igitur lente ex labore incalescere, et humidi quod ineſt parvam quandam portionem excerni neceſſe eſt. Deinde labori quidem temporis parum conceſſum eſt, quieti vero multum, cum dies quidem brevis ſit, nox autem longa. Ideoque neque tempus, neque labor modum excedunt. Eam igitur ob cauſam hoc anni tempore iſta victus ratio inſtituenda eſt, a vergiliarum occaſu ad ſolſtitium usque diebus quadraginta quatuor. At circa ſolſtitium quam maxima fieri poteſt cuſtodia utendum, et a ſolſtitio aliis totidem diebus eadem victus ratio uſurpanda. Vbi autem tempeſtas favonium reduxerit et mollior extiterit, victus rationem tempeſtati accommodare convenit, diebus quindecim ad arcturi exortum et hirundinis adventum. Quod vero ſequitur tempus varie magis tranſigere oportet, ad

©BIUM

Ed. Chart. VI. [480.] Foës. I. 367. Ed. Lind. I. (244. 245.)

ποικιλώτερον ἤδη διάγειν μέχρις ἰσημερίης ἡμέρας τριάκοντα δύο. χρὴ οὖν καὶ τοῖσι διαιτήμασι χρέεσθαι τῇ ὥρῃ διαποικίλλοντα φαυλοτέροισι καὶ κουφοτέροισι, τοῖσί τε σιτίοισι καὶ τοῖσι ποτοῖσι καὶ πόνοισι προσάγοντα ἡσυχῇ πρὸς τὸ ἔαρ. ὁκόταν δὲ ἰσημερίη γένηται ἤδη μαλακωτέρη καὶ αἱ ἡμέραι μὲν μακρότεραι, αἱ νύκτες δὲ βραχύτεραι, (245) καὶ ἡ ὥρη θερμή τε καὶ ξηρὴ καταστῇ καὶ ἡ παρεοῦσα τρόφιμός τε καὶ ἄκρητος. δεῖ οὖν ὥσπερ τὰ δένδρεα παρασκευάζονται ἐν ταύτῃ τῇ ὥρῃ αὐτοῖσιν ὠφελείην ἐς τὸ θέρος, οὐκ ἔχοντα γνώμην, αὔξησίν τε καὶ σκιήν, οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον. ἐπεὶ γὰρ γνώμην ἔχει, τῆς σαρκὸς τὴν αὔξησιν δεῖ ὑγιηρὴν αὐτὴν παρασκευάζειν. χρὴ οὖν ὡς μὴ ἐξαπίνης τὴν δίαιταν μεταβάλλειν, διελεῖν τὸν χρόνον ἐς μέρεα ἓξ κατὰ ὀκτὼ ἡμέρας. ἐν γοῦν τῇ πρώτῃ μοίρῃ χρὴ τῶν τε πόνων ἀφαιρέειν καὶ τοῖσι λοιποῖσι ὀξυτέροισι χρέεσθαι, τοῖσι δὲ σιτίοισι μαλακωτέροισί τε καὶ πόμασιν ὑδαρεστέροισι καὶ λευκοτέροισι. καὶ τῇ πάλῃ σὺν ἐλαίῳ ἐν τῷ ἡλίῳ χρέεσθαι. ἐν ἑκάστῃ δὲ τῇ ὥρῃ ἕκαστα τῶν διαιτημάτων μεθιστάνει κατὰ μικρόν.

aequinoctium usque diebus duobus et triginta. Victus igitur ratione ad anni temporis varietatem accommodata, molliore et leviore utendum in cibis, potibus et laboribus ſenſim ad ver adducendo. Cum autem aequinoctium jam mollius evaſerit diesque longiores et noctes breviores annique tempus ad calidum et ſiccum pervenerit, praeſens etiam victus probe nutriens ac meracus eſto. Quemadmodum igitur arbores cum ratione careant, hac tempeſtate ſibi comparant ad aeſtatis commoditatem tum incrementum tum umbram, ita homo cum mente ſit praeditus, carnis incrementum ſalubre ſibi comparare debet. Ne igitur victus ratio derepente immutetur, tempus in ſex partes per octo dies dividendum. In prima itaque parte de laboribus detrahendum reliquisque acutioribus utendum. Cibi quoque molliores exhibendi et potiones aquoſiores ac calidiores, et lucta cum oleo in ſole utendum. In ſingulis autem anni temporibus unaquaeque victus ratio paulatim transmutanda et deambulationes a

Ed. Chart. VI. [480. 481.] Foël. I. 367. 368. Ed. Lind. I. (245. 246.)
καὶ τῶν περιπάτων ἀφαιρέειν τῶν ἀπὸ τοῦ δείπνου τοὺς πλείους, τῶν δὲ ὀρθρίων ἐλάττους. || καὶ τῆς μάζης ἀντὶ τῶν ἄρτων προστίθεσθαι, καὶ τῶν λαχάνων τῶν ἑψάνων προσάγειν, καὶ τὰ ὄψα ἀνισάζειν τὰ ἑφθὰ τοῖσιν ὀπτοῖσι, λουτροῖσί τε χρέεσθαι καὶ ἐναριστῆν μικρὸν ἀφροδισίοισί τε ἐλάττοσι καὶ τοῖσιν ἐμέτοισι. τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τῶν δύο ποιέεσθαι, εἶτα διὰ πλείονος χρόνου, ὅκως ἂν καταστήσῃ τε τὸ σῶμα σεσαρκωμένον καθαρῇ σαρκὶ, καὶ τὴν δίαιταν μαλακὴν ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ μέχρι πλειάδων ἐπιτολῆς. ἐν τούτῳ ἤδη θέρος καὶ τὴν δίαιταν ἤδη χρὴ πρὸς τοῦτο ποιέεσθαι. χρὴ οὖν ἐπειδὰν πλειὰς ἐπιτείλῃ, τοῖσί τε σιτίοισι μαλακωτέροισι καὶ ἐλάττοσι χρέεσθαι, εἶτα τῇ μάζῃ πλεῖον ἢ τῷ ἄρτῳ. ταύτῃ δὲ προ(246)οφυρητῇ ἀτριπτοτέρῃ. τοῖσι δὲ πόμασι μαλακοῖσι, λευκοῖσιν, ὑδαρέσιν, ἀρίστῳ δὲ ὀλίγῳ. καὶ ὕπνοισιν ἀπὸ τοῦ ἀρίστου βραχέσι. καὶ πλησμονῆσιν ὡς ἥκιστα τῶν σιτίων τε καὶ ποτῶν ἱκανῶς ἐπὶ τῷ σίτῳ χρέεσθαι. [481] δὶ ἡμέρης δὲ ὡς ἥκιστα πίνειν, ἢν μὴ ἀνάγκη τινὶ ξηρασίῃ τὸ σῶμα χρήσηται. χρέεσθαι δὲ τοῖσι λαχάνοισι τοῖσιν ἑφθοῖσι, πλὴν τῶν καυσωδέων καὶ ξηρῶν. χρέεσθαι δὲ καὶ

coena plures detrahendae, matutinae vero pauciores. Maza quoque panis loco apponenda et olera cocta exhibenda, opsoniaque elixa assis adaequanda. Balneis etiam utendum, parvo prandio et rebus venereis paucis. Vomitiones quoque primum quidem duobus interpositis diebus, deinde longiore interjecto tempore faciendae, quo et corpus ad puram carnem reducas, et victus rationem hoc tempore mollem instituas ad vergiliarum exortum. Tunc jam adest aestas ad quam victus rationem accommodare oportet. Ubi ergo vergiliae jam exortae sunt, cibis mollioribus et paucioribus utendum, deinde plus maza quam pane eaque prius subacta et minime intrita. Potibus autem mollibus, albis, aquosis, prandio modico et somnis a prandio brevibus, et ciborum ac potionum repletionibus quam minimis. In cibo potu quantum satis est utendum. Interdiu vero quam minimum bibendum, nisi necessaria aliqua siccitate corpus detineatur. Oleribus coctis utendum, aestuosis et siccantibus exceptis.

©BIUM

Ed. Chart. VI. [481.] Foës. I. 568. Ed. Lind. I. (246. 247.)

τοῖσιν ὠμοῖσι, πλὴν τῶν θερμαντικῶν καὶ ξηρῶν. ἐμέτοισι δὲ, ἢν μή τις πλησμονὴ ἐγγένηται, μὴ χρέεσθαι. τοῖσι δὲ ἀφροδισίοισιν ὡς ἥκιστα. λουτροῖσι δὲ χλιεροῖσι χρέεσθαι. ἡ δὲ ὀπώρη ἰσχυρότερον τῆς ἀνθρωπίνης φύσιος. βέλτιον οὖν ὀπωρῶν ἀπέχεσθαι. εἰ δὲ χρῷτό τις, μετὰ τῶν σιτίων χρεόμενος ἥκιστ' ἂν ἐξαμαρτάνοι. τοῖσί τε πόνοισι τοῖσί τε τροχοῖσι χρὴ γυμνάζεσθαι. καὶ διαύλοισιν ὀλίγοισι πολὺν χρόνον. καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἐν σκιῇ. τῇ τε πάλῃ ἐν κόνει, ὅκως ἥκιστα ἐκθερμαίνηται. ἡ γὰρ ἀλίνδησις βέλτιον ἢ οἱ τροχοί. ψύχουσι γὰρ τὸ σῶμα κενοῦντες τοῦ ὑγροῦ. ἀπὸ δείπνου τε μὴ περιπατέειν ἀλλ' ἢ ὅσον ἐξαναστῆναι. πρωῒ δὲ χρέεσθαι τοῖσι περιπάτοισιν. ἡλίους δὲ φυλάσσειν καὶ τὰ ψύχεα τά τε ἐν πρωὶ καὶ τὰ ἐν τῇ ἑσπέρῃ, ὁκόσα ποταμοὶ ἢ λίμναι ἢ χίονες ἀποπνέουσι. ταύτῃ δὲ τῇ διαίτῃ προσανεχέτω μέχρις ἡλίου τροπέων, ὅκως ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ ἀφαιρήσῃ πάντα ὁκόσα ξηρὰ καὶ θερμὰ καὶ μέλανα καὶ ἄκρητα, καὶ τοὺς ἄρτους, πλὴν εἴ τι μικρὸν ἡδο(247)νῆς παρέχειν εἵνεκα. τὸν ἐχόμενον δὲ χρόνον διαιτήσεται τοῖσι μαλακοῖσι καὶ ὑγροῖσι

Crudis quoque utendum, calefacientibus et ficcantibus exceptis. Ac vomitionibus nisi si qua repletio insit, minime utendum rebusque venereis omnium minime. Balneis vero tepidis uti licet. Poma vero cum pro natura humana valentiora sint, ab his abstinere praestat. Quod si quis cum cibis utatur, minime deliquerit. Laboribus etiam et cursibus exerceri convenit, iisque ad carceres redeuntibus modicis multo tempore et deambulationibus in umbra. Lucta vero in pulvere, quo minimum incalescat. Nam volutatio in pulvere cursibus praestat, qui corpus humidum vacuando deficcant. A coena minime deambulandum, sed tantum standum. Mane vero deambulationibus utendum. Soles vitandi et frigora tum matutina tum vespertina, quaecunque a fluminibus aut stagnis aut nivibus spirant. In hac autem victus ratione ad solstitium aestivum usque perseverandum, uti hoc tempore sicca omnia et calida ac nigra et meraca, ac panes detrahas, nisi si paulum quid voluptatis gratia exhibeas. Tempore vero quod postea sequitur cibis

©BIUM

Ed. Chart. VI. [481.] Foës. I. 568. Ed. Lind. I. (247.)

καὶ ψυκτικοῖσι καὶ λευκοῖσι μέχρις ἀρκτούρου ἐπιτολῆς καὶ ἰσημερίης ἡμέρας ἐνενήκοντα τρεῖς. ἀπὸ δὲ ἰσημερίης ὧδε χρὴ διαιτεῖσθαι, προσάγοντα πρὸς τὸν χειμῶνα ἐν τῷ φθινοπώρῳ, φυλασσόμενον τὰς μεταβολὰς τῶν ψύχεων καὶ τῆς ἀλέης ἐσθῆτι παχείῃ. χρέεσθαι δὲ ἐν τουτέῳ τῷ χρόνῳ ἐν ἱματίῳ προκινήσαντα τῇ τε τρίψει καὶ τῇ πάλῃ ἐν ἐλαίῳ ἡσυχῇ προσάγοντα. καὶ τοὺς περιπάτους ποιέεσθαι ἐν ἀλέῃ. θερμολουσίῃ τε χρέεσθαι καὶ τοὺς ἡμερινοὺς ὕπνους ἀφαιρέειν καὶ τοῖσι σιτίοισι θερμοτέροισι καὶ ἧσσον ὑγροῖσι καὶ καθαροῖσι. καὶ τοῖσι πόμασι μελανωτέροισι, μαλακοῖσι δὲ καὶ μὴ ὑδαρέσι. τοῖσί τε λαχάνοισιν ἧσσον. τῇ τε ἄλλῃ διαίτῃ προσάγειν πάσῃ τῶν θερινῶν ἀφαιρεῦντα, τοῖσι χειμερίοισι χρέεσθαι μὴ ἐς ἄκρον, ὅκως καταστήσῃ ὡς ἔγγιστα τῆς χειμερινῆς διαίτης, ἐν ἡμέραιν δυοῖν δεούσαιν ἢ πεντήκοντα μέχρι πλειάδων δύσιος ἀπὸ ἰσημερίης. ταῦτα μὲν παραινέω τῷ πλήθει τῶν ἀνθρώπων, ὁκόσοισιν ἐξ ἀνάγκης εἰκῇ τὸν βίον διατελέειν ἐστὶ, μηδ' ὑπάρχει αὐτέοισι τῶν ἄλλων ἀμελήσαντας τῆς ἑαυτῶν ὑγιείης ἐπιμελεῖσθαι. οἷσι δὲ

utatur mollibus et humidis, refrigerantibus et albis, ad arcturi exortum et aequinoctium diebus 93. Poſt aequinoctium autem hoc modo victus rationem inſtituere oportet, per autumnum ad hiemem accedendo, ita ut frigorum ac temporis mutationes veſtitu craſſo devites. Hoc vero tempore prius in veſte motu utendum, frictioneque et lucta cum oleo ſenſim adjiciendo, et loco tepido deambulandum, calidaque lavandum et ſomni diurni detrahendi. Cibi etiam aſſumendi calidiores, minus humidi et puri, potus vero nigriores, molles tamen et non aquoſi, olera autem minus. Reliquaque omni victus ratione ita progrediendum, ut ab aeſtivis demas, hibernis utaris non ad ſummum, quo quam proxime ad hibernam victus rationem devenias, per dies duodequinquaginta ad vergiliarum occaſum ab aequinoctio. Atque iſta quidem plerisque hominibus ſuadeo, quibus temere vitam degere neceſſe eſt, neque licet reliquis poſthabitis ſuae ipſorum ſanitatis curam habere. Qui vero

©BIUM

Ed. Chart. VI. [481. 482.] Foël. I. 368. 369. Ed. Lind. I. (247. 248.)

τοῦτο παρεσκεύασται καὶ διέγνωσται, ὅτι οὐδὲν ὄφελός ἐστιν οὔτε χρημάτων οὔτε σώματος οὔτε τῶν ἄλλων οὐδενὸς ἄτερ τῆς ὑγιείης, πρὸς τουτέους ἐστί μοι δίαιτα ἐξευρημένη ὡς ἀνυστὸν πρὸς τὸ ἀληθέστατον τῶν δυνατῶν προσηγμένη. ταύτην μὲν (248) οὖν προϊόντι τῷ λόγῳ δηλώσω. || τόδε δὲ τὸ ἐξεύρημα καλὸν μὲν ἐμοὶ τῷ εὑρόντι, ὠφέλιμον δὲ τοῖσι μαθοῦσιν, οὐδεὶς δέ κω τῶν πρότερον οὐδὲ ἐπεχείρησε ξυνθεῖναι, ὃ πρὸς ἅπαντα τὰ ἄλλα πολλοῦ κρίνω εἶναι ἄξιον. ἐστι προδιάγνωσις μὲν πρὸ τοῦ κάμνειν, διάγνωσις δὲ τῶν σωμάτων τί πέπονθε, πότερον τὸ σιτίον κρατέει τοὺς πόνους, ἢ οἱ πόνοι τὰ σιτία, ἢ μετρίως ἔχει πρὸς ἄλληλα. ἀπὸ μὲν γὰρ τοῦ κρατέεσθαι ὁκοτερονοῦν νοῦσοι ἐγγίνονται· ἀπὸ δὲ τοῦ ἰσάζειν [482] πρὸς ἄλληλα ὑγείη πρόσεστιν. ἐπὶ ταῦτα δὴ τὰ εἴδεα ἐπέξειμι καὶ δείξω ὁκοῖα γίνεται τοῖσιν ἀνθρώποισιν ὑγιαίνειν δοκέουσι καὶ ἐσθίουσί τε ἡδέως πονέειν τε δυναμένοισι καὶ σώματος καὶ χρώματος ἱκανῶς ἔχουσιν. αἱ ῥῖνες ἄτερ προφάσιος φανερῆς ἐμπλήσσονται ἀπὸ τοῦ δείπνου. καὶ δοκέουσι μὲν πλήρεες εἶναι, μύσσονται δὲ οὐδέν. ὁκόταν δὲ

ita ſunt comparati ſibique in animum induxerunt, neque pecuniarum, neque corporis, neque ullius rei utilitatem citra ſanitatem aeſtimandam eſſe, iis a me inventa eſt victus ratio, quae quoad ejus fieri poteſt maxime ad veritatem accedit, quam procedente oratione demonſtrabo. Atque iſta inventio mihi quidem inventori pulchra eſt, utilis vero iis qui discunt, a nullo adhuc antea tentata, et quam ad alia omnia plurimi aeſtimo. Eſt autem et praecognitio ante quam aegrotent, et affectus corporum cognitio, utrum cibi labores, an cibos labores ſuperent, an moderate inter ſe habeant. Quodcunque enim ſuperetur, ex eo morbi contingunt, ex mutua vero inter ſe aequabilitate ſanitas adeſt. Ad has ſane ſpecies aggrediar, et aperiam quaenam iis contingant qui ſibi bene valere videntur et cibis ac laboribus jucunde fruuntur, tum corporis tum coloris habent abunde. Nares a coena citra cauſam manifeſtam implentur et plenae eſſe videntur, nihil tamen emun-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [482.] Foës. I. 369. Ed. Lind. I. (248. 249.)

περιπατεῖν ἄρξωνται τοῦ ὄρθρου καὶ γυμνάζεσθαι, τότε μύσσονται καὶ πτύουσι. καὶ προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ τὰ βλέφαρα βαρέα ἴσχουσι. καὶ τὸ μέτωπον ξυσμὴ λαμβάνει. τῶν τε σίτων ἀπέχονται. καὶ πίνειν ἧσσον δύνανται, ἀχροίη τε τουτέοισιν ἡ χροιὴ γίνεται. καὶ ἢ καταῤῥοοι κινέονται ἢ πυρετοὶ φρικώδεες, καθ' ὅ τι ἂν τύχῃ τοῦ χρόνου ἡ πλησμονὴ κινηθεῖσα. ὅ τι δ' ἂν τύχῃ ποιήσας κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν, τοῦτο αἰτιῆται οὐκ αἴτιον ἐόν. τουτέῳ γὰρ κρατεῦντα τὰ σιτία (249) τοὺς πόνους, κατὰ μικρὸν ξυλλεγομένη ἡ πλησμονὴ ἐς νοῦσον ἤγαγεν. ἀλλ' οὐ χρὴ προΐεσθαι μέχρι τουτέου, ἀλλ' ὁκόταν γνῷ τὰ πρῶτα τῶν τεκμηρίων, εἰδέναι ὅ τι κρατέει τὰ σιτία τοὺς πόνους κατὰ μικρὸν ξυλλεγόμενα πλησμονή ἐστι. μίξαι γὰρ καὶ σίελα πλησμονῆς ἐστι κρίσις. ἀτρεμίζοντος μὲν δὴ τοῦ σώματος φράσσουσι τοὺς πόρους τοῦ πνεύματος, πολλῆς ἐνεούσης τῆς πλησμονῆς· θερμαινόμενον δὲ ὑπὸ τοῦ πόνου ἀποκρίνεται λεπτυνόμενον. χρὴ δὲ τὸν τοιοῦτον ἐκθεραπευθῆναι ὧδε. διαπονήσαντα ἐν τοῖσι γυμνασίοισι τοῖσιν εἰθισμένοισιν ἀκόπως, θερμῷ λουσάμενον σιτί-

gunt. Cum vero mane deambulare et exerceri coeperint, tum mucum et ſputum rejiciunt, procedenteque tempore palpebras etiam graves habent, frontem pruritus occupat, cibis abſtinent, potumque minus appetunt, habitus color deperditur, et aut deſtillationes aut febres cum horrore excitantur quocunque tempore repletionem commoveri contigerit. Eo autem tempore quicquid ſorte fecerit, in id culpam rejicit, cum minime in cauſa ſit. In hoc enim ſenſim collecta repletio morbum invexit, quod cibi labores ſuperant. Verum non eſt eo usque differendum, ſed cum primum ſigna videris, noſſe oportet, quod cum cibi labores ſuperant, paulatim collecta repletio exiſtit. Mucus enim et ſaliva repletionem arguunt, quiescenteque ſane corpore ſpiritus meatus opplent cum multa inſit repletio, quod vero labore incalescit, extenuatum excernitur. Huic curationem iſtam adhibere oportet, ut poſtquam ſe conſuetis exercitationibus citra deſatigationem exercuerit calidaque laverit,

©BIUM

Ed. Chart. VI. [482.] Foës. I. 369. Ed. Lind. I. (249. 250.)

σαι παντοδαποῖσι καὶ ποιῆσαι ἐμέσαι. ἐκ δὲ τοῦ ἐμέτου κλύσαι τὸ στόμα καὶ τὴν φάρυγγα οἴνῳ αὐστηρῷ, ὅκως ἂν συστυφῇ τὰ στόματα τῶν φλεβῶν καὶ μηδὲν ἐπικατασπασθῇ, ὁκοῖα γίνεται ἀπὸ ἐμέτων. εἶτα ἀναστὰς περιπατησάτω ἐν ἀλέῃ ὀλίγα. ἐς δὲ τὴν ὑστεραίην τοῖσι μὲν περιπάτοισι χρέεσθαι, τοῖσι δὲ γυμνασίοισιν ἐλάσσοσι καὶ κουφοτέροισιν ἢ πρόσθεν. καὶ ἀνάριστος διαγέτω, ἢν θέρος ᾖ· ἢν δὲ μὴ θέρος ᾖ, μικρὸν ἐπιφαγέτω. καὶ τοῦ δείπνου ἀφελεῖν τὸ ἥμισυ οὗ ἤθελε δειπνεῖν. τῇ δὲ τρίτῃ τοὺς μὲν πόνους ἀποδότω τοὺς εἰθισμένους πάντας καὶ τοὺς περιπάτους. τοῖσι δὲ σιτίοισι προσαγέτω ἡσυχῇ, ὅκως τῇ πέμπτῃ ἀπὸ τοῦ ἐμέτου κομιεῖται τὸ σιτίον τὸ εἰθισμένον. κἢν μὲν ἀπὸ τουτέου ἱκανῶς ἔχῃ, θεραπευέσθω τὰ ἐπίλοιπα τοῖσι μὲν σιτίοισιν ἐλάσσοσι, τοῖσι δὲ πόνοισι πλείοσιν. ἢν δὲ μὴ καθεστήκῃ τὰ τεκμήρια τῆς πλησμονῆς, διαλιπὼν δύο ἡμέρας ἀφ' ἧς ἐκομίσατο τὰ σιτία, ἐμεσάτω πάλιν καὶ προσαγέτω κατὰ τὰ αὐτά· ἢν δὲ μὴ, καὶ ἐκ τρίτου, μέχρις ἂν ἀπαλλαγῇ τῆς πλησμονῆς. εἰσὶ δέ τινες τῶν ἀνθρώπων (250) οἵτινες, ὁκόταν κρατέωνται οἱ πόνοι

cibos omnis generis offerat et vomitionem cieat. Poſt vomitionem vero os et fauces vino auſtero colluat, uti venarum oscula conſtringantur, nihilque convellatur velut ex vomitionibus contingere ſolet. Deinde ubi ſurrexerit, loco tepido modice deambulet. Poſtridie vero deambulationibus quidem utendum, exercitationibus tamen paucioribus et levioribus quam antea, et ſi aeſtas fuerit, minime prandeat, ſin minus, parum comedat et de coena conſueta dimidium detrahat. Tertia autem die ad labores quidem conſuetos omnes et deambulationes redeat, ſed cibos ſenſim augeat, uti quinto die poſt vomitionem conſuetus cibus aſſumatur. Quod ſi inde ſatis erit, de caetero paucioribus quidem cibis, laboribus vero pluribus curetur. Si vero plenitudinis ſigna minime quieverint, duobus poſt cibos receptos intermiſſis diebus, rurſus vomat et ad eosdem ſenſim deducatur. Sin minus, etiam tertio idem repete, quoad plenitudine liberetur. At vero quibusdam, ubi labores a cibis ſuperantur, iſta contin-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [482. 483.] Foës. I. 369. 370. Ed. Lind. I. (250.)
ἀπὸ τῶν σιτίων, τοιαῦτα πάσχουσιν. ἀρχομένης μὲν τῆς πλησμονῆς ὕπνοι μακροὶ καὶ ἡδέες αὐτοῖσιν ἐπιγίνονται καὶ ἐπὶ τῆς ἡμέρης ἐπικοιμῶνται. ὁ δὲ ὕπνος γίνεται τῆς σαρκὸς ὑγρανθείσης καὶ χεῖται τὸ αἷμα καὶ γαληνίζει διαχεόμενον τὸ πνεῦμα. ὁκόταν δὲ μὴ δέχηται ἔτι τὸ σῶμα τὴν πλησμονήν, ἀπόκρισιν ἤδη ὀφίησιν εἴσω ὑπὸ βίης τῆς περιόδου, ἥτις ὑπεναντιουμένη τῇ τροφῇ τῇ ἀπὸ τῶν σιτίων ταράσσει τὴν ψυχήν. οὐκ ἔτι κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἡδεῖς οἱ ὕπνοι, ἀλλ' ἀνάγκη ταράσσεσθαι τὸν ἄνθρωπον καὶ δοκέει μάχεσθαι. || ὁκοῖα γάρ τινα πάσχει τὸ σῶμα, τοιαῦτα ὁρᾷ ἡ ψυχὴ, κρυπτομένης τῆς ὄψιος. ὁκόταν οὖν ἐς τοῦτο ἥκῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐγγὺς ἤδη τοῦ κάμνειν ἐστίν. ὅτι δὲ ἕξει τὸ νούσημα μάλα δῆλον. ὁκοία γὰρ [483] ἂν ἔλθῃ ἀπόκρισις καὶ ὅτου ἂν κρατήσῃ, τοῦτο ἐνόσησεν. ἀλλ' οὐ χρὴ προέσθαι τὸν ἀφρονέοντα, ἀλλ' ὁκόταν ἐπιγνῷ τῶν τεκμηρίων τὰ πρῶτα, τῆς θεραπείης ἔχεσθαι, καὶ δὴ τοῦτον ὥσπερ τὸν πρότερον ἐκθεραπευθῆναι. πλείονος δὲ χρόνου καὶ λιμοκτονίης δέεται. ἐστὶ δὲ καὶ τοιάδε τὰ τεκμήρια πλησμονῆς. ἀλγέει τὸ σῶμα

gunt. Cum plenitudo quidem incipit, ſomni longi et ſuaves ipſis obveniunt, et interdiu etiam dormiunt. Fit autem ſomnus humectata carne et funditur ſanguis, ſpiritus diffuſus tranquillitatem habet. Cum vero corpus plenitudinem amplius capere non poteſt, ambitus vi ſecretionem intro jam remittit, quae alimento a cibis provenienti obviam facta animum perturbat. Tunc non amplius ſuaves ſunt ſomni, ſed hominem perturbari neceſſe eſt, ſibique pugnas committere videtur. Quae enim corpori contingunt, eadem animus cernit oculis clauſis. Cum igitur eo quis devenerit, prope jam aegrotat. Affuturum autem morbum admodum eſt manifeſtum. Qualis enim ſecretio ad partem venerit, et quamcunque ſuperaverit, eam morbo afficiet. Verum hoc imprudenter minime eſt contemnendum, ſed cum primum ſigna cognoveris, curationi inſiſtendum. Et hic ſane veluti prior curandus eſt, longioris autem temporis etiam inedia opus habet. Sunt autem etiam plenitudinis ſigna. Quibus-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [483.] Foës. I. 370. Ed. Lind. I. (250, 251.)

οἷς μὲν ἅπαν, οἷς δὲ μέρος τι τοῦ σώματος ὅ τι ἂν τύχῃ. τὸ δὲ ἄλγος ἐστὶν ὁκοῖον κόπος καὶ δοκέουσι κοπιῆν ῥᾳθυμίῃσί τε καὶ πλησμονῇσι θεραπεύονται, μέχρις ἂν ἐς πυρετὸν ἀφικνῶνται. καὶ οὐδέπω οἰδὲ τοῦτο γινώσκουσιν, ἀλλὰ λουτροῖσί τε καὶ σιτίοισι χρησάμενοι ἐς περιπλευμονίην κατέστησαν τὸ νούσημα, καὶ ἐς κίνδυνον τὸν ἔσχατον (251) ἀφικνέονται. ἀλλὰ χρὴ προμηθέεσθαι πρὶν ἂν ἐς τὰς νούσους ἀφικνέωνται καὶ θεραπεύεσθαι τῷδε τῷ τρόπῳ. μάλιστα μὲν πυριηθέντα μαλακῇσι πυριῇσι τὸν ἄνθρωπον· εἰ δὲ μή, λουσάμενον πολλῷ καὶ θερμῷ διαλύσαντα τὸ σῶμα, ὡς μάλιστα χρησάμενον τοῖσι σιτίοισι πρῶτον μὲν τοῖσι δριμέσι καὶ πλείστοισιν, εἶτα τοῖσιν ἁλυκοῖσιν ἐξεμέσαι εὖ. καὶ ἐξαναστάντα περιπατῆσαι ὀλίγον χρόνον ἐν ἀλέῃ. ἔπειτα καταδαρθεῖν. πρωὶ δὲ τοῖσι περιπάτοισιν ἐξ ὀλίγου προσάγοντα χρέεσθαι καὶ τοῖσι γυμνασίοισι κούφοισι καὶ τῇσι προσαγωγῇσι καθάπερ καὶ τὸ πρότερον. ἰσχνασίης δὲ τοῦτο πλείστης δέεται καὶ περιπάτων. ἢν δὲ μὴ προνοηθεὶς ἐς πυρετὸν ἀφίκη-

dam quidem totum corpus dolet, quibusdam vero corporis pars quaedam, quaecunque ea fuerit. Dolor vero eſt uti laſſitudo, et laſſitudine teneri ſibi videntur, deſidiaque et repletione curationem adhibent, quoad in febrem incidant. Neque tamen adhuc hoc cognoscunt, ſed balneis et cibis adhibitis morbum ad pulmonis inflammationem deducunt, et in extremum periculum incidunt. Verum antequam in hos morbos incidant, conſilio proſpiciendum et ad hunc modum curandum, praecipue quidem mollibus fomentis hominem fovendo, ſin minus multa, calida lavando et corpus quam maxime diſſolvendo, et poſt exhibitos cibos primum quidem acres ac plurimos, deinde ſalſos, probe vomitum ciendo. Poſtea exurgendum modicoque tempore loco tepido deambulandum, deinde dormiendum. Mane vero deambulationibus paulatim adjectione facta utendum, exercitationibusque levioribus et ciborum oblationibus velut antea. Hoc enim extenuatione plurima et deambulationibus indiget. Quod ſi nulla adhibita providentia, in febrem incidat,

Ed. Chart. VI. [483.] Foës. I. 370. Ed. Lind. I. (251. 252.)

ται, προφέρειν μηδὲν ἄλλο ἀλλ' ἢ ὕδωρ ἡμερέων τριῶν. ἢν μὲν οὖν ἐν ταύτῃ παύσηται· εἰ δὲ μή, πτισάνης χυλῷ θεραπεύεσθαι, καὶ ἢ τεταρταῖος ἢ ἑβδομαῖος ἐκστήσεται, εἰ ἐξιδρώσει. ἀγαθὸν δὲ τοῖσι χρίσμασι χρέεσθαι τοῖσιν ἰδρωτικοῖσιν ὑπὸ τὰς κρίσιας, ἐξαναγκάζουσι γάρ. πάσχουσι δέ τινες καὶ τοιάδε ἀπὸ πλησμονῆς. τὴν κεφαλὴν ἀλγέει καὶ βαρύνεται, καὶ τὰ βλέφαρα πίπτει αὐτέοισιν ἀπὸ τοῦ δείπνου, ἔν τε τοῖς ὕπνοις ταράσσονται καὶ δοκέει θέρμη ἐνεῖναι, ἥ τε κοιλίη ἐφίσταται ἐνίοτε. ὁκόταν δὲ ἀφροδισιάσῃ, δοκέει κουφότερος εἶναι ἐς τὸ παραυτίκα. ἐξ ὑστέρου δὲ μᾶλλον βαρύνεται. τούτοισιν ἡ κεφαλὴ τὴν πλησμονὴν ἀντισπῶσα τήν τε κοιλίην ἐφίστησι καὶ αὐτὴ βαρύνεται. κίνδυνοι δὲ ὑπόκεινται ὅκη ἂν ῥαγῇ ἡ πλησμο(252)νὴ, τοῦτο διαφθείρει. ἀλλὰ χρὴ προμηθέεσθαι ὧδε. ἢν βούληται τὴν θεραπείην ταχείην ποιέεσθαι, ἐλλεβόρῳ καθαρθῆναι. εἶτα προσάγειν τοῖσι σιτίοισι κούφοισι καὶ μαλακοῖσιν ἡμέρας δέκα. τοῖσι δὲ σιτίοισι διαχωρητικοῖσιν, ὅκως κρατήσῃ ἡ κάτω κοιλίη, τὴν κεφαλὴν κάτω ἀντισπάσαι. καὶ τοῖσιν δρόμοισι βραδέσι καὶ

per dies tres praeter aquam nil offerendum. Interea igitur ſi ſedetur, bene habet, ſin minus, ptiſanae ſucco curatio inſtituenda, et vel quarto vel ſeptimo die decedet ſi ſudaverit. Prodeſt vero ſub indicationis tempus illitionibus ſudorem moventibus uti, cum ad ſudorem provocent. At quibusdam etiam ex plenitudine haec contingunt. Caput dolore tentatur et gravatur, palpebraeque ipſis a coena concidunt et inter dormiendum turbantur, calorque ineſſe videtur et alvus interdum ſiſtitur. Ex rerum venerearum uſu levior ſtatim ſibi videtur, at poſtea gravior. In his caput plenitudinem ad ſe attrahens tum alvum ſupprimit tum ipſum gravatur. Periculum autem imminet ne quamcunque in partem plenitudo erumpat, eam ipſam corrumpat. Sed hac ratione providendum. Si celerem curationem eſſe voles, veratro purgandum, deinde cibi leves et molles ad dies decem offerendi, iique alvum dejicientes, quo alvus inferior deorſum revellendo caput ſuperet. Curſibus tardis et ma-

Magni Hippocratis Opera omnia (tomus I) - page 948 sur 963

©BIUM

Ed. Chart. VI. [483. 484.] Foës. I. 570. 571. Ed. Lind. I. (252.)
τοῖσιν ὀρθρίοισι καὶ τοῖσι περιπάτοισιν ἱκανοῖσι. τῇ τε ἐν ἐλαίῳ πάλῃ ἀρίστῳ τε χρέεσθαι καὶ ὕπνῳ ἀπὸ τοῦ ἀρίστου οὐ μακρῷ. ἀπὸ τοῦ δείπνου δὲ ὁκόσον ἐξαναστῆναι ἱκανόν. καὶ τὸ μὲν λούεσθαι, τὸ δὲ χρίεσθαι. λούεσθαι δὲ χλιερῷ. λαγνείης δὲ ἀπέχεσθαι. αὕτη μὲν ἡ ταχυτέρη θεραπείη. εἰ δὲ μὴ βούλοιτο φαρμακοποτέειν, λουσάμενον πολλῷ ἐμέσαι ἐκ σιτίων γλυκέων καὶ ἁλυκῶν. ἐξ ἐμέτου δὲ ὅσον ἐξαναστῆναι. πρωῒ δὲ τοῖσι περιπάτοισι προσάγειν. καὶ τοῖσι γυμνασίοισι τοῖσι προγεγραμμένοισιν ἐς ἡμέρας ἕξ. τῇ δὲ ἑβδόμῃ πλησμονὴν προσθέντα ἔμετον ποιήσασθαι ἀπὸ τῶν ὁμοίων σιτίων. καὶ προσάγειν κατὰ τὸ αὐτό. χρέεσθαι δὲ τούτοισιν ἐπὶ τέσσαρας ἑβδομάδας. μάλιστα γὰρ ἐν τοσούτῳ χρόνῳ καθίστατai. || εἶτα προσάγειν ὅκως τὸ σῶμα κομίσηται, καθιστάναι δὲ τὴν αἰτίην ἐς τὸ σύνηθες κατὰ μικρόν. [484] γίνεται δὲ καὶ τοιάδε ἀπὸ πλησμονῆς. ὁκόσοισι μὲν ἡ κοιλίη καταπέσσει τὸ σιτίον, αἱ δὲ σάρκες μὴ δέχονται, ἐμμένουσα ἡ τροφὴ φῦσαν ἐμποιέει. ὁκόταν δὲ ἀριστήσῃ, καθίσταται.

tutinis ac deambulationibus quae ſatis eſſe poſſint utendum, luctaque ex oleo et prandio ſomnoque non longe a prandio, a coena vero tantum exſurgere ſatis eſt. Et partim quidem balnea, partim vero inunctiones adhibendae, balnea autem tepida, a coitu autem abſtinendum. Haec quidem expeditior eſt curatio. Quod ſi medicamentorum potiones ſumere nolit, poſt copioſum balneum a cibis dulcibus et ſalſis vomat, a vomitu vero exſurgat tantum. Matutinae autem deambulationes et exercitationes praeſcriptae ad dies ſex ſenſim augendae. Die vero ſeptimo addita repletione ex ſimilibus cibis vomitus movendus eſt, et ad eundem modum ſenſim adjectio facienda. His autem ad quatuor hebdomadas utendum. Tanto enim fere tempore reſtituitur. Deinde cibus ſenſim adhibendus, quo corpus ſeſe reficiat, et conſueta victus ratio paulatim reducenda. Haec quoque ex plenitudine contingunt, quibus ventriculus cibum quidem concoquit, carnes vero minime recipiunt. Alimentum intus manens flatum infert, poſt prandium vero ſubſidet.

Ed. Chart. VI. [484.] Foës. I. 371. Ed. Lind. I. (252. 253.)
ὑπὸ γὰρ τοῦ ἰσχυροτέρου τὸ κουφότερον ἐξελαύνεται. καὶ δοκέουσιν ἀπηλλάχθαι. τὸ δὲ πολὺ (253) πλέον ἐς τὴν ὑστεραίην παραγίνεται. ὁκόταν δὲ καθ' ἡμέρην ἑκάστην αὐξανόμενον ἰσχυρὸν γένηται, ἐκράτησε τὸ ὑπάρχον τῶν ἐπεισεγχθέντων καὶ ἐξεθέρμηνε καὶ ἐτάραξε ἂν τὸ σῶμα καὶ ἐποίησε διαῤῥοίην. τοῦτο γὰρ ὀνομάζεται, ἕως ἂν αὐτὴ μούνη σαπεῖσα ἡ τροφὴ ὑποχωρέει. ὁκόταν δὲ θερμαινομένου τοῦ σώματος κάθαρσις δριμέα γένηται, τό τε ἔντερον ξύεται καὶ ἑλκοῦται καὶ διαχωρέεται αἱματώδεα, τοῦτο δὲ δυσεντερίη καλέεται, νοῦσος χαλεπή τε καὶ ἐπικίνδυνος. ἀλλὰ χρὴ προμηθέεσθαι καὶ τὸ ἄριστον ἀφαιρέεσθαι, καὶ τοῦ δείπνου τὸ τρίτον μέρος. τοῖσι δὲ δρόμοισι πλείοσι καὶ τῇσι πάλῃσι καὶ τοῖσι περιπάτοισι χρέεσθαι, ἀπό τε τῶν γυμνασίων καὶ ὄρθρου. ὁκόταν δέκα γίνωνται, προσθεῖναι τοῦ σίτου τὸ ἥμισυ τοῦ ἀφαιρεθέντος. καὶ ἔμετον ποιήσασθαι καὶ προαγαγεῖν ἐς ἡμέρας τέσσαρας. ὁκόταν δὲ ἄλλη δεκὰς γένηται, τόν τε σῖτον τὸν λοιπὸν προσθέσθαι καὶ ἔμετον ποιήσασθαι. καὶ προσάγων πρὸς τὸν σῖτον ὑγιέα ποιήσεις ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ. τοῖσι

Levius enim a valentiore expellitur et ſibi liberari videntur, ſed poſtridie multo copioſius adeſt. Cum autem in dies increscendo vires acquiſierit, id quod adeſt quae ſuperingeruntur ſuperat, corpusque caleſacit et perturbat et alvi profluvium infert. Hoc enim nomine donatur, quoad alimentum ſolum computrescens per alvum ſecedit. At ubi caleſacto corpore acria purgantur, et inteſtinum raditur ac exulceratur, cruentaque per alvum demittuntur, hoc dyſenteria, hoc eſt inteſtinorum difficultas, appellatur, tum gravis tum periculoſus morbus. Verum conſilio proſpiciendum eſt prandiumque detrahendum et coenae tertia pars, curſibus autem pluribus et luctis utendum, et deambulationibus ab exercitationibus matutinis. Cum vero dies decem praeterierint, cibi detracti dimidium apponendum et vomitus ciendus, atque quatuor diebus cibus ſenſim offerendus. Ubi vero alii decem dies advenerint, tum reliquus cibus adjiciendus tum vomitus faciendus. Et ſenſim ad cibum adducendo intra hoc tempus ſanitati reſtitues. Laboribus autem hic

©BIUM

Ed. Chart. VI. [484.] Foës. I. 371. Ed. Lind. I. (253. 254.)

δὲ πόνοισι θαῤῥεῖν τὸν τοιοῦτον πιέζων. γίνεται δὲ καὶ τοιάδε πλησμονή. ἐς τὴν ὑστεραίην τὸν σῖτον ἐρυγγάνεται ὠμὸν ἄτερ ὀξυρεγμίης, ἢν δὲ ἡ κοιλίη διαχωρέῃ, ἐλάσσω μὲν ἢ πρὸς τὰ σιτία, ὅμως δὲ ἱκανῶς. πόνος δὲ οὐδεὶς ἐγγίνεται. τουτέοισιν ἢ κοιλίη ψυχρὴ ἐοῦσα οὐ δύναται καταπέσσειν τὰ σιτία ἐν τῇ νυκτί. ὁκόταν γοῦν κινηθῇ, ἐρυγγάνεται τὸν σῖτον ὠμόν. δεῖ οὖν τούτῳ παρασκευάσαι τῇ κοιλίῃ θερμασίην ἀπό τε τῆς διαίτης ἀπό (254) τε τῶν πόνων. καὶ πρῶτον μὲν οὖν χρὴ ἄρτῳ συγκομιστῷ χρέεσθαι ζυμίτῃ, διαθρύπτοντα δὲ ἐς οἶνον μέλανα ἢ ζωμὸν ὑείων κρεῶν. τοῖσι δὲ ἰχθύσιν ἐφθοῖσιν ἐν ἅλμῃ δριμείῃ χρέεσθαι μὲν καὶ τοῖσι σαρκώδεσιν, οἷον ἀκροκωλίοισί τε διέφθοισι, τοῖσιν ὑείοισιν πλείοσι, καὶ τοῖσι ὑείοισι ἐφθοῖσι, τοῖσί τε χοιρείοισι μὴ πολλοῖσι καὶ σκυλάκων καὶ ἐρίφων. λαχάνοισι δὲ πράσοισί τε καὶ σκορόδοισιν ἐφθοῖσι καὶ ὠμοῖσι. βλίτῳ τε ἐφθῷ καὶ κολοκύντῃ. πόμασί τε ἀκρητεστέροισιν, ὕπνοισί τε μακροῖσιν, ἀναριστήσει τὴν πρώτην. ὕπνοισί τε ἀπὸ τῶν γυμνασίων, τοῖσί τε δρόμοισι καμπτοῖσιν ἐξ ὀλίγου, προσάγειν τε πάλην μαλακὴν

audacter urgendus eſt. Ejusmodi autem etiam plenitudo contingit. Poſtridie cibum crudum citra ructum acidum eructat. Quod ſi venter dejicit minus quidem quam pro ciborum ratione, ſatis multa tamen, dolor vero nullus adeſt. His cum ventriculus frigidus exiſtat, cibos per noctem concoquere nequit. Motione igitur accedente cibum crudum eructat. In hoc itaque tum victus ratione tum laboribus ventriculo calorem conciliare oportet. Ac primum quidem pane confuſaneo fermentato, in vino nigro aut ſuillae carnis jusculo intrito utendum, piscibus vero in acri muria decoctis. Carnoſis etiam utendum velut trunculis ſuillis percoctis pluribus et carnibus ſuillis coctis, porcinis vero non multum, neque catulorum nec hoedorum carnibus. Oleribus autem porro et allio cocto et crudo blitoque cocto et cucurbita, tum potionibus meracioribus, tum ſomnis longis citra prandium primis diebus, tum etiam ſomnis poſt exercitationes. Curſibus etiam flexis paulatim increscentibus. Lucta item mollis ex oleo ſenſim adjicienda. Balneis

©BIUM

Ed. Chart. VI. [484. 485.] Foël. I. 371. 372. Ed. Lind. I. (254. 255.)
ἐν ἐλαίῳ, λουτροῖσί τε ὀλίγοισι, χρίσμασι πλείοσι, τοῖσί τε πρωΐ περιπάτοισι πλείοσιν, ἀπὸ δείπνου τε ὀλίγοισι. καὶ τὸ σῦκον μετὰ τῶν σιτίων ἀγαθὸν, ἄκρητόν τε ἐπ' αὐτέῳ. ἐκ δὲ ταύτης τῆς θεραπείης καθίσταται τοῖσι μὲν θᾶσσον, τοῖσι δὲ βραδύτερον. ἄλλοι δέ τινες τοιάδε πάσχουσιν, ἀχροοῦσι τὴν ὄψιν. καὶ ὁκόταν φάγωσιν, ἐρυγγάνουσιν ὀλίγον ὕστερον ὀξέα. καὶ ἐς τὰς ῥῖνας ἀνέρπει τὸ ὀξύ. τούτοισι τὰ σώματα οὐ καθαρά ἐστιν. ὑπὸ γὰρ τοῦ πόνου πλεῖον τὸ συντηκόμενον τῆς σαρκὸς ἢ τὸ ἀποκαθαιρόμενον ὑπὸ τῆς περιόδου. ἐμμένον δὴ τοῦτο ἐναντιοῦται τῇ τροφῇ καὶ βιάζεται καὶ ἀποξύνει. ἡ μὲν οὖν τροφὴ ἐρυγγάνεται, αὐτὸ δὲ ὑπὸ τοῦ δέρματος ἐξωθέεται καὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἄχροιαν ἐμποιέει καὶ νόσους ὑδροποσιδέας ἀποκυΐσκει. ἀλλὰ χρὴ προμηθέεσθαι ὧδε. ἡ μὲν οὖν ταχυτέρη θεραπείη ἐλλέβορον [485] πίσαντα (255) προσάγειν, ὥσπερ γέγραπταί μοι. ἡ δὲ ἀσφαλεστέρη ὑπὸ τῆς διαίτης ὧδε. πρῶτον μὲν λουσάμενον θερμῷ ἔμετον ποιήσασθαι. || εἶτα προσάγειν ἡμέρας ἀπὸ τοῦ ἐμέτου ἑπτὰ, τὸ σιτίον τὸ εἰθισμένον. δεκάτῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ

quoque paucis, inunctionibus pluribus, deambulationibus etiam matutinis pluribus, a coena vero modicis utendum. Prodeſt etiam ficus cum cibis ſumpta et ſuperbibitum merum. Ex hac quidem curatione hi quidem citius, illi vero tardius ad ſanitatem reducuntur. Sunt autem quibus iſta contingant. Faciem pallor occupat et paulo poſt cibum acida eructant, et odor acidus ſurſum nares petit. His corpora impura ſunt, cum plus ex carne a labore colliquetur quam ex ambitu repurgetur. Quod ſane intus remanens alimento adverſum eſt, eique vim adfert et acidum reddit. Alimentum igitur eructatur, ipſum vero ſub cutem propellitur, hominique pallorem adfert morbosque aquam inter cutem referentes parit. Verum hac ratione proſpicere oportet. Celerior igitur curatio eſt poſt epotum veratrum ad cibos deducere, quemadmodum a me ſcriptum eſt. Tutior vero per victus rationem ad hunc modum. Primum quidem a balneo calido vomitus ciendus, deinde ſeptem a vomitu diebus conſuetus cibus admovendus. Decimo vero

©BIUM

Ed. Chart. VI. [485.] Foës. I. 372. Ed. Lind. I. (255.)

τοῦ ἐμέτου αὖθις ἐμεέτω καὶ προσαγέτω κατὰ τὸ αὐτό. καὶ τὸ τρίτον ὡσαύτως ποιησάτω, καὶ δρόμους. τοῖσι μὲν τροχοῖσιν ὀλίγοισι καὶ ὀξέσι, καὶ ἐν κινήμασι καὶ ἐν τρίψει, καὶ ἐν διατριβῇ πολλῇ χρήσθω ἐν τῷ γυμνασίῳ. καὶ ἀλινδήσει χρεέσθω τοῖσι περιπάτοισι πολλοῖσιν ἀπὸ τῶν γυμνασίων, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀπὸ τοῦ δείπνου. πλείστοισι δὲ τοῖσιν ὀρθρίοισιν ἐκκεκονιωμένοισι χρεέσθω. ὁκόταν δὲ λούεσθαι θέλῃ, θερμῷ λουέσθω. ἀνάριστος δὲ διατελεέτω τοῦτον τὸν χρόνον. καὶ ἢν μὲν ἐνὶ μηνὶ καθιστῶνται, θεραπευέσθω τὸ λοιπὸν τοῖσι προσήκουσιν. ἢν δέ τι ὑπόλοιπον ᾖ, χρεέσθω τῇ θεραπείῃ. εἰσὶ δέ τινες οἷσιν ἐς τὴν ὑστεραίην ὀξυρεγμίαι γίνονται, τούτοισιν ἐν τῇ νυκτὶ ἡ ἀπόκρισις ὑπὸ τῆς πλησμονῆς γίνεται. ὁκόταν οὖν κινηθῇ ἐκ τοῦ ὕπνου τὸ σῶμα, πυκνοτέρῳ τῷ πνεύματι χρησάμενος βιάζεται ἔξω σὺν τῷ πνεύματι θερμόν τε καὶ ὀξὺ καὶ ἐκ τούτου νόσοι γίνονται, ἢν μή που προμηθείῃ χρέηται. ξυμφέρει δὲ καὶ τούτοισιν ὡς καὶ τῷ προτέρῳ τὴν θεραπείην ποιήσασθαι. τοῖσι δὲ πόνοισι πλείοσι χρὴ τούτους χρέεσθαι. γίνεται δέ τισι καὶ τοιάδε. ἐν τοῖσι πυκνοσάρκοισι τῶν σωμάτων, ὅταν τὰ σιτία διαθερμαίνηται

post vomitum die rursus vomitum moveat, et eodem modo cibos assumat idque tertio similiter faciat. Et cursibus utatur circularibus quidem paucis ac concitatis, et in motionibus et frictione ac in exercitatione mora longa et volutatione in pulvere. Deambulationibus quoque multis post exercitationes, quin etiam post coenam, matutinis autem plurimis in pulvere. Cum autem lavare volet, calida lavet et totum hoc tempus sine prandio transigat. Et siquidem uno mense sanitati restituitur, de caetero convenientem curationem adhibeat. Quod si quid reliquum fuerit, priore curatione utatur. Nonnullis autem postridie ructus acidi contingunt, quibus per noctem secretio fit ex plenitudine. Cum igitur ex somno corpus motum fuerit, et crebriore spiritu usum fuerit, una cum spiritu calidum et acidum foras propellit, indeque nisi quis providentiam adhibeat, morbi contingunt. His autem confert velut superiori curationem adhibere, sed pluribus laboribus uti debent. Nonnullis etiam ista contingunt. In corporis habitu denso, cum

©BIUM

Ed. Chart. VI. [485.] Foës. I. 372. Ed. Lind. I. (255. 256.)

καὶ διαχέηται καὶ ἀπὸ πρώτου ὕπνου θερμαινομένης τῆς σαρκὸς, ὑπό τε τῶν σιτίων διὰ τὸν ὕπνον ἀπό(256)κρισις γίνεται ἀπὸ τῆς σαρκὸς πολλὴ ὑγρασίη. εἶτα τὴν μὲν τροφὴν ἡ σὰρξ οὐ δέχεται πυκνὴ ἐοῦσα. τὸ δὲ ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἀποκριθὲν ἐναντιούμενον τῇ τροφῇ καὶ βιαζόμενον ἔξω πνίγει τὸν ἄνθρωπον καὶ θερμαίνει, μέχρις ἂν ἐξεμέσῃ. ἔπειτα κουφότερος ἐγένετο. πόνος δὲ οὐδεὶς ἐν τῷ σώματι φανερός· ἀχροία δὲ αὐτῷ ἔνεστι. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου πόνοι τε γίνονται καὶ νόσοι. πάσχουσι δὲ τούτοισι παραπλήσια καὶ ὁκόσοι ἀγύμναστοι ἐόντες, ἐξαπίνης πονήσαντες σύντηξιν τῆς σαρκὸς βιαίαν καὶ πολλὴν ἐποίησαν. χρὴ δὲ τοὺς τοιούτους ὧδε θεραπεύειν. ἀφελεῖν τῶν σίτων τὸ τρίτον μέρος. τοῖσι δὲ σίτοισι χρέεσθαι τοῖσι δριμέσι καὶ ξηροῖσι καὶ αὐστηροῖσι καὶ εὐώδεσι καὶ οὐρητικοῖσι. τοῖσι δὲ δρόμοις τοῖσι μὲν πλείστοισι καμπτοῖσιν ἐν ἱματίῳ, γυμνοῖσι δὲ τοῖσι διαύλοισι καὶ τοῖσι τροχοῖσι. τρίψεσι δὲ καὶ πάλῃ ὀλίγῃ, ἀκροχειρισμοῖσιν, ἀκροχείρῃξι, πλὴν κωρυκομαχίῃ, ξυμφερώτερον. τοῖσι δὲ περιπάτοισιν ἀπὸ τῶν γυμνασίων πολλοῖσι καὶ τοῖσι

cibi concaleſiant et diffundantur, tum a primo ſomno, tum a cibis carne calefacta, per ſomnum ex carne multa humiditas ſecernitur, deinde caro cum denſa exiſtat alimentum non ſuscipit. Quod vero a carne ſecernitur, alimento occurrens, et foras vi propulſum hominem ſuffocat et calefacit, quoad vomitu ejectum fuerit, ex quo levior evadit. Dolor autem nullus manifeſtus in corpore ineſt, ſed pallidum redditur. Procedente vero tempore et dolores et morbi contingunt. Iis autem qui cum non ſint exercitationibus aſſueti derepente laboraverunt et violentam multamque carnis colliquationem paſſi ſunt, ſimilia contingunt. His haec adhibenda curatio eſt. Cibi pars tertia detrahenda. Utendum cibis acribus, ſiccis, auſteris, odoratis et urinam ducentibus. Curſibus vero flexis quidem plurimis in veſte. Exutis autem veſtibus ad metam recurrentibus ac circularibus. Frictione item et lucta modica. Lucta etiam utendum quae ſit ſummis tantum manibus inter ſe conſertis, praeterquam quod ad corycum decertatio commodior eſt. Deambulationibus quoque multis poſt exercitationes uten-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [485. 486.] Foës. I. 372. 373. Ed. Lind. I. (256. 257.)

δι' ὄρθρου. καὶ ἀπὸ δείπνου δὲ ὁ τῆς φωνῆς πόνος μάλα ἐπιτήδειος, κένωσιν γὰρ τοῦ ὑγροῦ ποιούμενος ἀραιοῖ τὴν σάρκα. ξυμφέρει δὲ ἀνάριστον διάγειν. χρέεσθαι δὲ τοῖσι σιτίοισιν ἐν ἡμέρῃσι δέκα. εἶτα προσθέσθαι τὸ ἥμισυ τοῦ ἀφαιρεθέντος ἐς ἡμέρας ἕξ. καὶ ἔμετον ποιήσασθαι ἑκάστου ἑμέτου προσάγειν ἐς ἡμέρας τέσσαρας τὸ σιτίον. ὅταν δὲ ἡμέραι δέκα γένωνται ἀπὸ τοῦ ἐμέτου, κομισάσθω τὸ ἀφαιρεθὲν σιτίον ἅπαν. τοῖσι δὲ πόνοισι καὶ τοῖσι περιπάτοισι προσ(257)εχέτω καὶ ὑγιὴς ἔσται. ἡ δὲ τοιαύτη φύσις πόνου πλείονος δέεται ἢ σίτου. ἑτέρα πλησμονή. πάσχουσι δέ τινες καὶ τοιάδε. διαχωρέει τὸ σιτίον αὐτέοισι ὑγρὸν ἄπεπτον οἷον ἐκ λιεντερίης. καὶ πόνον οὐδένα παρέχει. πάσχουσι δὲ τοῦτο μάλιστα αἱ κοιλίαι ὅσαι ὑγραὶ καὶ ψυχραί εἰσιν. [486] διὰ μὲν τὴν ψυχρότητα οὐ ξυνεψοῖ, διὰ δὲ τὴν ὑγρότητα διαχωρέει. τὸ οὖν σῶμα τρύχει τροφὴν οὐ λαμβάνον τὴν προσήκουσαν. αἵ τε κοιλίαι διαφθείρονται, ἐς νόσους τε ἐμπίπτουσιν. ἀλλὰ χρὴ προμηθέεσθαι. ξυμφέρει δὲ τούτῳ τῶν μὲν σιτίων ἀφελεῖν τὸ τρίτον μέρος. || ἔστω δὲ τὰ σιτία ἄρτοι ἄζυμοι

dum iisque matutinis. Poſt coenam vero vocis exercitatio admodum utilis eſt. Cum enim humidi vacuationem faciat, carnem rarefacit. Confert quoque ſine prandio vitam traducere. Cibis utendum per dies decem, deinde dimidium ſubtracti cibi adjiciendum per dies ſex et vomitus procurandus. Poſt ſingulas vomitiones ad quatuor dies cibus paulatim adjiciendus. Diebus vero decem a vomitu praeteritis, totum ſubtractum cibum recipiat, et ad labores ac deambulationes animum convertat et ſanus evadet. Ejusmodi autem natura copioſiore labore quam cibo indiget. Altera plenitudo. Quibusdam etiam iſta contingunt, cibus per alvum ipſis ſecedit liquidus, incoctus, qualis in inteſtinorum levitate, nullumque dolorem affert. Haec autem praecipue ſentiunt alvi humidae et frigidae, quae propter frigiditatem quidem minime concoquunt, ac propter humiditatem dejiciunt. Corpus igitur conſumitur cum alimentum conveniens non aſſumat, alvique corrumpuntur et in morbos incidunt. Verum conſilio proſpiciendum eſt. Huic quidem confert cibarum tertiam partem ſubtrahere. Sint

©BIUM

Ed. Chart. VI. [486.] Foës. I. 373. Ed. Lind. I. (257. 258.)

συγκομιστοί, κλιβανῖται, ἢ ἐγκρυφίαι, θερμοὶ ἐς οἶνον αὐστηρὸν ἐμβαπτόμενοι. καὶ τῶν ἰχθύων τὰ νωτιαῖα καὶ οὐραῖα. τὰ δὲ κεφάλαια καὶ ὑπογάστρια ἐᾶν ὡς ὑγρότερα. καὶ τοὺς μὲν ἐφθοὺς ἐν ἅλμῃ ἐσθίειν, τοὺς δὲ ὀπτοὺς ἐν ὄξει. καὶ τοῖσι κρέασι τεταριχευμένοισιν ἐν ἅλσι καὶ ὄξει. καὶ τοῖσι κυνείοισιν ὀπτοῖσι. καὶ ἀπὸ φάττης καὶ τῶν λοιπῶν τοιούτων ὀρτίθων, ὀπτοῖσι καὶ ἑφθοῖσι. λαχάνοισι δὲ ὡς ἥκιστα οἴνῳ, μέλανι καὶ τοῖσι περιπάτοισιν. ἀπὸ δὲ τοῦ δείπνου καὶ τοῖσιν ὀρθρίοισιν ἐκ τοῦ περιπάτου κοιμᾶσθαι. δρόμοισι δὲ καμπτοῖσιν ἐκ προσαγωγῆς. ἔστω δὲ καὶ τρίψις πολλή. καὶ πάλη βραδείη καὶ ἐν τῷ ἐλαίῳ καὶ ἐν τῇ κόνει, ὅκως διαθερμαινομένη ἡ σὰρξ ἀποξηραίνηταί τε καὶ τὸ ὑγρὸν ἐκ τῆς κοιλίης ἀντισπᾷ. ἀλείφεσθαι δὲ ξυμφέρει μᾶλλον ἢ λούεσθαι. ἀνύριστος δὲ (258) διαγέτω. ὅταν δὲ γένωνται ἡμέραι ἑπτὰ, προσθέσθω τὸ ἥμισυ τοῦ σίτου. καὶ προσαγέσθω εἰς τέσσαρας ἡμέρας τὸν σῖτον. τῇ δὲ ἄλλῃ ἑβδόμῃ κομισάσθω ὅπαν τὸ σιτίον. καὶ ἔμετον πάλιν ποιησάμενος προσαγέσθω κατὰ ταῦτα. ἄλλοισι δέ τισι γίνεται τοιάδε. τὸ διαχώρημα

autem cibi panes non fermentati, ex farina non excuſſa, clibano cocti aut ſubcinericii, calidi, vino auſtero intincti, et piscium partes quae ad dorſum et caudam ſpectant. Quae vero caput et ventrem inferiorem reſpiciunt, tanquam humidiores ſinendae. Et cocti quidem pisces cum muria edendi, aſſati vero cum aceto. Carnibus etiam ſale et aceto areſactis utendum et catulinis aſſatis, palumbis autem ac reliquarum hujusmodi volucrum aſſatis et elixis, oleribus etiam quam minimum. Vino quoque nigro et deambulationibus poſt coenam ac matutinis et a deambulatione dormiendum. Curſibus autem inflexis utatur ſenſim acceſſione facta. Frictione etiam multa et lucta tarda tum in oleo tum in pulvere, uti concaleſacta caro reſiccetur, et ex ventriculo humiditatem retrahat. Inunctio magis quam balneum conducit, et ſine prandio tranſigat. Ubi autem dies ſeptem praeterierint, dimidium cibi adjiciendum et ad dies quatuor cibus ſenſim adhibendus. Praeteritis vero aliis ſeptem diebus totum cibum rejiciat, et vomitione rurſus facta ad eadem ſenſim reducatur. Aliis autem quibusdam

©BIUM

Ed. Chart. VI. [486.] Foës. I. 373. Ed. Lind. I. (258.)

ἄσηπτον διαχωρέει. καὶ τὸ σῶμα τρύχεται τῶν σίτων οὐκ ἐπαυρισκόμενον. οὗτοι δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ἐμπίπτουσιν ἐς τὰς νόσους. τούτοισιν αἱ κοιλίαι ψυχραὶ καὶ ξηραί. ὁκόταν γοῦν μήτε σίτοισι προσήκουσι χρέωνται μήτε γυμνασίοισι, πάσχουσι ταῦτα. ξυμφέρει δὲ τῷ τοιούτῳ ἄρτοισί τε καθαροῖσιν ἰπνίτοισι χρέεσθαι. καὶ τοῖσιν ἰχθύσιν ἑφθοῖσιν ὑποτρίμμασι, καὶ κρέασιν ἑφθοῖσιν ὑείοισι, καὶ τοῖσιν ἀκροκωλίοισι διέφθοισι, καὶ τοῖσι πλείστοισιν ὀπτοῖσι καὶ τῶν δριμέων καὶ τῶν ἁλυκῶν τοῖσιν ὑγραίνουσι καὶ τοῖσιν ἁλμυροῖσιν. οἴνοισι δὲ μέλασι μαλακοῖσι, καὶ τῶν βοτρύων καὶ τῶν σύκων ἐμφορεῖσθαι, ἔν τε τοῖσι σιτίοισι. χρὴ δὲ καὶ ἐναριστῆν μικρόν. τοῖσι δὲ γυμνασίοισι πλείοσι χρέεσθαι, δρόμοισι καμπτοῖσιν ἐκ προσαγωγῆς, ὑστάτοισι δὲ τροχοῖσι, καὶ μετὰ τὸν δρόμον πάλῃ σὺν ἐλαίῳ. περιπάτοισι δὲ μὴ πολλοῖσιν ἀπὸ τῶν γυμνασίων· ἀπὸ δὲ ὕπνου ὅσον ἐξαναστῆναι. ὀρθροισι δὲ πλείοσι περιπάτοισι χρῆσθαι. λουέσθω δὲ θερμόν. χρεέσθω δὲ πόνοισι καὶ χρίσμασιν. ὕπνον δὲ πλείονα διδότω καὶ μάλα κινεέτω. χρὴ δὲ καὶ ἀφροδισιάσαί τι. τῶν

haec contingunt, alvi recrementum incoctum per alvum ſecedit, corpusque conſumitur, cum cibis minime fruatur. Hi vero procedente tempore in morbos delabuntur. His ventres frigidi et ſicci exiſtunt. Proinde cum neque convenientibus cibis, neque exercitationibus utantur, iis talia contingunt. Sic autem affecto panibus puris furno coctis uti conducit, et piscibus coctis cum intritis carnibusque ſuillis coctis et animalium extremitatibus percoctis plurimisque aſſis et ex acribus ac ſalſis his quae humectant et ſalſuginoſis. Vinis quoque nigris et mollibus et uvis ac ficubus inter reliquos cibos abunde uti confert. Modicum vero prandere oportet, et pluribus exercitationibus uti curſibusque inflexis ſenſim acceſſione facta, circularibus autem poſtremis et poſt curſum lucta ex oleo, deambulationibus vero poſt exercitationes non multis, a coena vero tantum exſurgere. Matutinis autem deambulationibus plurimis utendum. Calida lavet laboribusque et inunctionibus utatur, ſomno longiori indulgeat et molliter cubet. Rebus autem

Ed. Chart. VI. [486. 487.] Foës. I. 373. Ed. Lind. I. (258. 259.)
δὲ σίτων ἀφελεῖν τὸ τέταρτον μέρος ἐν ἡμέρῃσι δέκα, (259) καὶ προσάγειν αὐτὸν πρὸς τὰ σιτία. εἰσὶ δέ τινες οἷσι τὸ διαχώρημα ὑγρὸν διαχωρέει καὶ σεσηπός. τοῖσι δὲ ἄλλως ὑγιαίνουσι καὶ γυμναζομένοισιν οὐδὲ πόνον παρέχει. οἱ δέ τινες ἀποκλείονται τῶν προσηκόντων, προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου, τὰς σάρκας ἐπισπᾶται τῇ θερμασίῃ ἡ κοιλίη, καὶ πόνον δὴ παρέχει, καὶ τῶν σιτίων ἀποκλείονται. ἥ τε κοιλίη ἐξελκοῦται. στῆσαι δὲ χαλεπὸν ἤδη γίνεται αὐτήν. ἀλλὰ χρὴ πρότερον προμηθέεσθαι γνόντα τὴν κοιλίην θερμὴν καὶ ὑγρὴν παρὰ τὸ προσῆκον. πόνων τε ὑπερβολὴν ἀξυμφόρων γεγενημένην. τῇ οὖν διαίτῃ χρὴ ψῦξαι καὶ ξηρᾶναι, καὶ πρῶτον μὲν τὰ ἡμίσεια γυμνάσια [487] ἀφελεῖν, καὶ τῶν σιτίων τὸ τρίτον μέρος. χρήσθω δὲ μάζῃ προφυρητῇ τριπτῇ, καὶ τοῖσιν ἰχθύσι τοῖσι ξηροτάτοισιν ἐφθοῖσι καὶ μήτε λιπαροῖσι μήτε ἁλμυροῖσι. χρήσθω δὲ ὀπτοῖσι, κρέασι τοῖσιν ὀρνιθίοισιν, ἐφθοῖσι μὲν φάττης περιστερῆς. ὀπτοῖσι δὲ περδίκων καὶ ἀλεκτρυόνων, ἀνηδύντοισι, λαγώοισι δὲ ἐφθοῖσιν ἐν ὕδατι, καὶ τοῖσιν ἀγρίοισιν ἅπασι. λαχάνοισι δὲ ὅσα ψυκτικά, οἷον

veneriis aliquantulum utendum et cibi quarta pars ſubtrahenda, diebusque decem ad cibos paulatim reducendus. Sunt vero nonnulli quibus alvi recrementum liquidum et concoctum per alvum ſecedit, iisque cum alias exerceantur, res nullam moleſtiam exhibet. Quibus vero convenientia deſunt, procedente tempore venter ob caliditatem carnes attrahit, ſaneque dolorem exhibet, cibos faſtidiunt, venter exulceratur, ipſumque jam ſiſtere moleſtum eſt. Verum conſilio malis imminentibus occurrendum eſt, ubi cognoveris ventrem plus quam expediat calidum et humidum, laborumque minime convenientium exſuperantiam factam eſſe. Victus igitur ratione refrigerare et ſiccare oportet, et primum quidem exercitationes dimidia ex parte detrahere, ciborumque tertiam partem. Maza ante ſubacta intrita utatur et piscibus ſicciſſimis, et neque pinguibus neque ſalſis. Carnibus vero volucrium utatur aſſis, palumbis quidem et columbae elixis, perdicum vero et gallorum aſſatis ſine condimento; leporinis autem in aqua coctis et ferinis omnibus; oleribus vero quae refrigerant, velut beta cocta, aceto

©BIUM

Ed. Chart. VI. [487.] Foës. I. 373. 374. Ed. Lind. I. (259. 260.)
τοῖσι τεύτλοισι καθέφθοισιν ὀξηροῖσι. || οἴνῳ δὲ μέλανι αὐστηρῷ. γυμνασίοισι δὲ τροχοῖσιν ὀξέσιν. ἀλλὰ τρίψις μὴ πολλὴ προσαγέσθω, ἀλλ' ὀλίγη, μηδὲ πάλη. ἀκροχείρησις καὶ χειρονομίη καὶ κωρυκομαχίη καὶ ἀλίνδησις ἐπιτήδεια, ἀλλὰ μὴ πολλή. τοῖσι δὲ περιπάτοισι καὶ ἀπὸ τοῦ γυμνασίου χρήσθω ἱκανοῖσι κατὰ τὸν πόνον. καὶ ἀπὸ τοῦ δείπνου (260) πλείοσι κατὰ τὰ σιτία. καὶ πρωῒ ξυμμέτρως πρὸς τὴν ἕξιν. λουέσθω δὲ χλιερῷ καὶ ἀτρεμεέτω. οὕτω διαιτηθεὶς ἡμέρας δέκα προσθέσθω τοῦ τε σιτίου τὸ ἥμισυ καὶ τῶν πότων τὸ τρίτον μέρος. καὶ ἔμετον ποιησάσθω ἀπὸ σιτίων ξηρῶν καὶ στρυφνῶν, καὶ μὴ διατριβέτω ἐν τῷ σίτῳ, ἀλλὰ τὴν ταχίστην ἐμείτω. ἐκ δὲ τοῦ ἐμέτου προσαγέσθω εἰς ἡμέρας τέσσαρας τὸ σιτίον καὶ τὸν πόνον μερίζων. ὅταν δὲ ἡ δεκὰς τῶν ἡμερέων γένηται, προσθέσθω τὸν σῖτον λοιπὸν καὶ τῶν οἴνων τὸ πότιμον, πλὴν τῶν πόνων ἐνδεέστερον. καὶ ἔμετον ποιησάμενος προσαγέτω, καθάπερ γέγραπται, μονοσιτέειν δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ξυμφέρει μέχρις ἂν καταστήσῃ. ἄλλοισι δέ τισι ξηρόν τι καὶ διακεκαυμένον τὸ διαχώρημα γίνεται, καὶ

condita; vino etiam nigro auſtero. Exerceatur quoque curſibus circularibus celeribus. Sed neque multa frictio adhibeatur, ſed modica, neque etiam lucta. Concertatio quae fit ſummis manibus inter ſe conſertis et manuum ad rhythmum agitatio, et ad corycum decertatio ac volutatio in pulvere, non multa tamen, utilis eſt. Deambulationibus poſt exercitationes utatur pro laborum ratione accommodatis, et a coena ad ciborum rationem, pluribus et matutinis, pro habitus ratione moderatis. Lavet autem tepida et quietem agat. Hac victus ratione per decem dies adhibita cibi dimidium et laboris tertia pars adjiciatur, et poſt cibos ſiccos et acerbos aſſumptos vomitus cieatur neque cibo immoretur, ſed quam citiſſime vomat. Poſt vomitum vero ad quatuor dies cibus partitus ſenſim exhibeatur. Cum autem dies decem praeterierint, reliquus cibus adjiciatur et vini potio conſueta, ſed labores parciores. Vomitione facta paulatim ad conſuetam victus rationem, velut ſcriptum eſt, deducito. Semel vero tantum cibum capere per hoc tempus conſert, quoad malum conquieverit. Aliis autem quibus-

Ed. Chart. VI. [487.] Foës. I. 374. Ed. Lind. I. (260. 261.)

τὸ στόμα ξηρόν. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ πικρὸν γίνεται, καὶ ἡ κοιλίη ἵσταται καὶ ἡ οὔρησις. ὅταν γὰρ μὴ ἔχῃ τὸ ἔντερον ὑγρασίην, περὶ τὸν ἀπόπατον περιοιδῆσαν ἀποφράσσει τὰς διεξόδους, ὀδύνην τε παρέχει, καὶ θέρμη λαμβάνει, καὶ ὅ τι ἂν πίῃ ἢ φάγῃ ἐξεμέει. τελευτῶν δὲ καὶ κόπρον ἐμέει. οὗτος οὐ βιώσιμος, ὅταν ἐς τοῦτο ἔλθῃ. ἀλλὰ χρὴ πρότερον προμηθέεσθαι γινώσκοντα ὅτι ξηρῇ τῇ θέρμῃ κρατέεται ὁ ἄνθρωπος. διαιτᾶσθαι οὖν χρὴ αὐτὸν τῇ τε μάζῃ προφυρητῇ ῥαντῇ καὶ ἄρτῳ σιτανίων πυρῶν, τῷ χυλῷ τῶν πιτύρων ἐξυμωμένῳ, λαχάνοισί τε χρῆσθαι πλὴν τῶν δριμέων καὶ ξηρῶν καὶ ἑψάνοισι. καὶ τῶν ἰχθύων τοῖσι κουφοτάτοισιν ἑφθοῖσι. καὶ τοῖσι κεφαλαίοισι (261) τῶν τε ἰχθύων καὶ καράβων, μυσὶ καὶ ἐχίνοισι καὶ τοῖσι καρκίνοισι, καὶ τῶν κογχύλων τοῖσι χυλοῖσι καὶ αὐτοῖσι ὑγροτάτοισι. κρέασι δὲ τοῖσιν ὑείοισι ἀκροκωλίοισιν ἐμπροσθίοισιν ἑφθοῖσιν καὶ ἐρίφων καὶ ἀρνῶν καὶ σκυλάκων ἑφθοῖσιν. ἰχθύων δὴ τοῖσι ποταμίοισι καὶ λιμναίοισιν ἑφθοῖσιν. οἴνῳ μαλακῷ, ὑδαρεῖ. τοῖσι δὲ πόνοισι μὴ πολλοῖσι μηδὲ παχέσι, ἀλλ' ἡσύ-

dam ſiccum quodammodo et exuſtum eſt alvi recrementum, osque ſiccum et progreſſu temporis amarum evadit, alvus urinaque ſupprimitur. Cum enim inteſtinum humiditatem non habeat, ſtercus ambiens intumescit viasque obſtruit, et dolorem parit, calor prehendit, et quicquid biberit aut comederit evomit, tandem etiam ſtercus vomitione rejicit. Quo cum pervenerit, minime hic vivere poteſt. Verum conſilio malis imminentibus ante proſpiciendum, ubi cognoveris quod ſiccitas et caliditas in homine dominantur. Hanc igitur victus rationem huic inſtituere oportet, ex maza prius ſubacta, reſperſa et pane ex tritico ſitanio furfurum ſucco fermentato. Oleribus quoque coctis uti, praeterquam acribus et ſiccis, piscibus etiam leviſſimis coctis, pisciumque et locuſtarum capitibus, mitulis, erinaceis et cancris et conchyliorum ſuccis iisque liquidiſſimis; carnibus vero ſuillis et animalium trunculis anterioribus coctis, hoedorum etiam et agnorum ac catulorum elixis; piscibus ſane fluvialibus et in ſtagnis degentibus coctis; vino molli, aquoſo, laboribus vero non multis neque celeribus, ſed quietis. De-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [487. 488.] Foës. I. 374. Ed. Lind. I. (261. 262.)

χοισι πᾶσι. τοῖσι δὲ περιπάτοισι πρωῒ μὲν χρῆσθω, πρὸς τὴν ἕξιν ἱκανοῖσι καὶ ἀπὸ γυμνασίου πόνων ξυμμέτροισιν. ἀπὸ δείπνου δὲ μὴ περιπατείτω. λουτροῖσι δὲ χρήσθω καὶ ὕπνοισι μαλακοῖσι καὶ ἀρίστῳ. ὕπνῳ τε μετὰ τὸ ἄριστον οὐ μακρῷ. ὀπώρῃ τε τῇ ὑγραινούσῃ μετὰ τῶν σιτίων χρήσθω. καὶ τοῖσιν ἐρεβίνθοισι τοῖσι χλωροῖσι καὶ ξηροῖσι βρέξας ἐν ὕδατι. ἀφελέσθω δὲ τῶν πόνων τῶν πρόσθεν τοὺς ἡμίσεας. καὶ οὗτος ἐξ ἀρχῆς καὶ ἔμετον ποιησάσθω ἀπὸ γλυκέων καὶ λιπαρῶν καὶ ἁλμυρῶν καὶ πλειόνων. ἐνδιατριβέτω δὲ τέως πλεῖστον χρόνον ἐν τοῖσι σιτίοισι πρὸς τοὺς ἐμέτους. εἶτα προσαγέτω τὸ σιτίον εἰς ἡμέρας τρεῖς, καὶ μὴ μενέτω ἀνάριστος. ὁκόταν δὲ ἡμέραι δέκα γένωνται, τῶν πόνων προσαγέτω πλείονα. κῆν μὲν οὖν ἡ πλησμονὴ ἐνῇ καὶ ἀπὸ σιτίου ἡ τῆς κοιλίης πλημμέλεια, ἐμεσάτω. ἢν δὲ μὴ, οὕτω θεραπευέσθω τὸν ἐπίλοιπον χρόνον. [488] γίνεται δὲ καὶ τοιάδε. φρῖκαι ἀπὸ τῶν περιπάτων ἐγγίνονται τῶν τοῦ ὄρθρου. καὶ τὴν κεφαλὴν βαρύνεται. τούτῳ πλείονες οἱ περίπατοι τῆς ξυμμετρίας. κενούμενον γὰρ τὸ σῶμα καὶ ἡ κεφαλὴ τοῦ ὑγροῦ φρίσσει (262) καὶ βαρύνεται. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐς πυρετὸν ἀφικνέεται

ambulationibus autem matutinis utatur quae pro corporis habitu ſatis ſint, et poſt exercitii labores moderatis, a coena vero minime deambulet. Balneis quoque utatur et ſomnis mollibus, et prandio ſomnoque a prandio non longo, fructibus etiam humectantibus cum cibis utatur, et cicere viridi ſiccoque aqua macerato. De prioribus autem laboribus dimidium a principio ſubtrahatur, et poſt dulces, pingues, ſalſos multosque cibos vomitum faciat, plurimoque tempore in cibis immoretur, quoad vomat. Deinde per tres dies paulatim cibus aſſumatur, neque impranſus maneat. Cum vero dies decem praeterierint, labores plures ſenſim adjiciat, et ſi quidem plenitudo ac ventriculi a cibo offenſio adſit, vomat, ſin minus, reliquo tempore in iſta curatione perſeveret. Contingunt autem etiam iſta. Horrores a matutinis deambulationibus proveniunt et caput gravatur. Huic deambulationes modum excedant. Corpus enim et caput humore vacuatum horrore et gravitate vexatur, procedente vero tempore in febrem cum horroris ſenſu incidit. Verum

Ed. Chart. VI. [488.] Foës. I. 374. 375. Ed. Lind. I. (262.)

φρικώδεα. ἀλλ' οὐ χρὴ προΐεσθαι ἐς τοῦτο. ἀλλ' ἐκθεραπεύεσθαι πρότερον ὧδε. || ὅταν γένηται τάχιστα τῶν τεκμηρίων τινά, χρισάμενον καὶ ἀνατριψάμενον ὀλίγα τὸ ἄριστον ποιήσασθαι πλεῖον τοῦ εἰθισμένου. καὶ πιεῖν ἱκανὸν οἶνον μαλακὸν, εἶτα ὕπνῳ χρήσασθαι ἀπὸ τοῦ ἀρίστου ἱκανῶς. ἐς τὴν ἑσπέρην δὲ κούφοισι χρησάμενον γυμνασίοισι θερμῷ τε λουσάμενον, δειπνῆσαι τὸ εἰθισμένον. περιπάτοισι δὲ μὴ χρῆσθαι ἀπὸ δείπνου. διατρίβειν δὲ χρόνον. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἀφελέσθω ἐν τῷ ὕδατι, ἐν ὕπνοισί τε μαλακοῖσι διαγέσθω. ἡμέρῃσι δὲ πέντε τοὺς προσαγέσθω κατὰ μικρόν. εἰσὶ δέ τινες οἳ φρίσσουσιν ἐκ τῶν γυμνασίων, καὶ ἐπειδὰν ἐκδύηται μέχρις, ἂν διαγωνίσηται. ὅταν δὲ ψύχηται, πάλιν φρίσσει. βρυγμός τε τὸ σῶμα ἔχει, ὑπνώσσει τε. ὅταν δὲ ἐξέγρηται, χασμᾶται πολλάκις. ἐκ δὲ τοῦ δείπνου τὰ βλέφαρα βαρέα αὐτῷ. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου καὶ πυρετοὶ ἐπιγίνονται φαῦλοι. φυλάσσεσθαι οὖν χρὴ μὴ προΐεσθαι ἐς τοῦτο, ἀλλὰ θεραπεύεσθαι πρότερον ὧδε. πρῶτον μὲν τῶν γυμνασίων ἀφελέσθω πάντων τὰ ἡμίσεια. τοῖσι δὲ σιτίοισιν ἅπασι χρήσθω ὑγροτέροισί τε καὶ ψυχροτέροισι, καὶ τοῖσι πόμασι μα-

ad hoc deveniendum non eſt, ſed hac curatione occurrendum. Cum primum ſigna aliqua ſe prodiderint, poſt inunctionem ac frictionem modicam plus ſolito prandendum et vinum molle abunde bibendum, deinde a prandio quod ſatis ſit dormiendum. Sub veſperam vero poſt leves exercitationes et calidae balneum more ſolito coenandum. A coena deambulationibus non utendum, ſed aliquanto tempore immorandum. Poſtridie vero foveatur et in mollibus ſomnis vitam traducat. Et per dies quinque ſenſim ad conſueta deducatur. Nonnulli autem poſt exercitationes in horrorem incidunt, et ubi quis exuitur, donec praelium conferat, cum vero refrigeratur, rurſus inhorrescit, et dentium fremitus corpus occupat, ſomnoque gravatur cumque expergiscitur, ſaepius oscitat. A coena vero ei palpebrae ingravescunt, progreſſuque temporis malignae febres ſuccedunt. Cautione igitur utendum, nec huc usque res negligenda eſt, ſed ad hunc modum curatione occurrendum. Imprimis quidem exercitationum omnium dimidium detrahatur. Cibis vero omnibus humidioribus et frigidioribus utatur, po-

©BIUM

Ed. Chart. VI. [488.] Foës. I. 375. Ed. Lind. I. (262. 263.)

λακωτέροισι καὶ ὑδαρεστέροισιν. ὅταν δὲ παρέλθωσιν ἡμέραι πέντε, τῶν πόνων προσθέσθω τὸ τρίτον μέρος τῶν ἀφαιρεθέντων. τοῖσι δὲ σιτίοισι χρήσθω τοῖσιν αὐτοῖσι. πέμπτῃ δὲ ἡμέρῃ ἄλλῃ τοὺς ἡμίσεας τῶν λοιπῶν πόνων προσθέσθω. αὖθις δὲ πέμπτῃ μετὰ τοῦτο ἀπό(263)δος τοὺς πόνους πάντας καὶ κουφοτέρους τε καὶ ἐλάσσονας, ὡς μὴ πάλιν ὑπερβολὴ γένηται. τοῖσι γὰρ πάσχουσι ταῦτα τὰ τεκμήρια, οἱ πόνοι κρέσσους εἰσὶ τῶν σιτίων. ἀνισάζειν οὖν χρή. ἔνιοι δὲ οὐ ταῦτα πάσχουσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν, τὰ δ' οὔ. πάντων δὲ τουτέων τῶν τεκμηρίων οἱ πόνοι κρατέουσι τῶν σίτων, καὶ ἡ θεραπείη ἡ αὐτή. ξυμφέρει δὲ τούτοισι θερμολουτέειν καὶ μαλακῶς εὐνάζεσθαι. μεθυσθῆναι δὲ ἅπαξ ἢ δὶς, πλὴν ἀλλὰ μὴ ἐς ὑπερβολήν. ἀφροδισιάσαι τε ὅταν ἐπιγέηται, ῥᾳθυμῆσαι πρὸς τοὺς πόνους, περιπάτους δὲ μὴ ποιῆσαι ὅλως.

tibusque mollioribus et dilutioribus. Ubi autem dies quinque praeterierint, detractorum laborum tertia pars adjiciatur, cibis vero iisdem utatur. Post alios autem quinque dies reliquorum laborum dimidium adjiciatur. Rursusque alio quinto post die labores omnes, sed leviores pauciorescque restituito, ut ne iterum exsuperantia contingat. Iis enim qui signis hujusmodi conflictantur, labores cibos excedunt. Aequales igitur reddere oportet. Ac quibusdam haec non contingunt, sed partim quaedam, partim vero minime. In omnibus autem istis signis labores cibos superant curatioque eadem est. His autem calidae balneum et molle cubile conducit, semelque atque iterum inebriari, sed non supra modum. Quod si post haec rerum venerearum usus accesserit, a laboribus quiescendum, a deambulationibus vero in totum abstinendum.